kW
2210
A14

COMMENTARIA
LVCVLENTA, ET ABSOLVTA,

In Vniuersos Ritus M.C.V. Regni Neapolitani.

IN QVIBVS

PRÆTER ERVDITIONEM, AC RERVM NOTABILIVM

copiosam supellectilem, Ius commune per eosdem Ritus confirmatum, limitatum, locupletatum, castigatum, aùt quoquo modo innouatum declaratur:

CONCINNA,

ET FACILI METHODO, FERE' OMNIGENAE IVRIS MATERIAE,

Pontificiæ, Ciuiles, Criminales, & Feudales, necnon omnia, quæ ad praxim eiusdem Regni pertinent, explicantur;

VARIÆQVE SVPREMORVM SENATVVM,

præcipuè S. Rotæ Romanæ, & Ciuitatis Neapolitanæ, etiam adhùc non impressæ, decisiones, reconditis priscorum, recentiorumque Patrum doctrinis munitæ vtpotè, & quàm lepidè subnectuntur.

OPVS

MAGISTRATIBVS, ET CAVSARVM PATRONIS PERIVCVNDVM,

Pragmaticis omnibus, atq; in forensi Palæstra versatis maximè commodum; Studiosis, atquè Eruditis non insulsum.

AVCTORE

DON CAROLO PETRA,

SACRAE MILITIAE CALATRAVAE EQVITE,

Vasti Girardi Duce, & Caccaboni, aliorumque feudorum Barone, olim in Subselijs Neapolitanis Aduocato, deinde Iudice M.C.V. postmodum in vtroq; Samnio, ac in Tranensi Prouincijs Præside, & in Supremo Regio Sacro Iustitiæ Consilio Senatore Decano.

TOMVS QVARTVS.

CVI LOCVPLETISSIMVS ELENCHVS ACCESSIT.

Ex meis libris emptis die 9ma Mensis Aprilis 1778
D. I. Augustino

OMNIBVS EADEM,

CONSISTAM IN AEVVO.

NEAPOLI, Typis Camilli Caualli. M.DC.XCIII.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM FACVLTATE,

Digitized by Google

DON BLASIVS ALTIMARI,

Vir Patritius,& à Consilijs Suæ Catholicæ Maiestatis, in Supremo Castri Capuani Senatu.

AD LECTOREM.

 N Tibi, Candide Lector, Tomus Quartus, hoc est, Quartus Mineruæ partus, Idalio sanè fouendus amàraco, Illustr. Domini D. Caroli Petra, Equitis Ordinis Calatrauæ, Ducis Vasti Girardi, Oppidi Caccaboni Vtilis Domini, aliorumq; Feudorum, nec non nostri Sacri Regij Consilij Decani; Commentaria complectitur in triginta quinque Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ huius Regni, ea methodo, ac doctrinæ vbertate, vt singuli Ritus, singulos Tractatus ferant, atq; hoc demum Opere Rituum omnium Commentarijs, qui trecentorum, & vndecim explent numerum, & coronam imponit, & coronidem. Porrò, quantus in ijs Iurisprudentiæ Thesaurus reconditur? ex hoc vno disce, quòd præter omnigenæ eruditionis apparatum, rerum notabilium, atque exemplarium copiosam supellectilem, non pauci reuocantur ad trutinam legum articuli, communes, exotici, insignes, pertinentes ad Ius Pontificium, Ciuile, Criminale, ac Feudale, accedentibus ad cumulum pluribus Supremorum Senatuum decisionibus hactenùs in lucem non editis, vt ea silentio præteream, quæ ad praxim spectant, ac maximè sunt ex vsu. Quæ sit Auctoris Doctrina, Eruditio, Prudentia, Comitas, & Facilitas, cœteræque animi dotes, quæ illius animum cumulant ad inuidiam, nihil est, quod Te doceam, cum nemo vnus sit, cui hæc comperta non sint, satisq; eum loquitur commendatissima sui nominis fama, quæ penè Europam omnem impleuit; Publicam emissa in lucem Volumina satis, superque id contestantur, communi totius posteritatis suffragio. Luculentissimos huius veritatis testes producere possem, quot quot post ipsum publicis literis aliquid tradidere, qui vna nostri Auctoris nomen non sine ampliſſima honoris præfatione famæ publicæ inculca-

cauere : nam, vt omittam recollecta (1) ab ampliſſimo Viro Carolo de Lellis Iuriſconſulto, & Hiſtoriographo in primis ſpectatiſſimo (qui ſingulare id ab Hiſpanico Rege D. N. aſſecutus eſt, vt in probatiſſimæ ſuæ virtutis teſſeram gentilitio ſuo ſtemmati, Sereniſſimæ, atque Auſtriacæ Domus inſignia inſereret) (2) quanti æſtimanda ſunt aliorum Auctorum teſtimonia, atque in primis illud Doctiſſimi D. Bonauenturæ de Triſtany, Boffill, & Benach, Potentiſſimi noſtri Regis à Conſilijs, ac in Principatu Cathaloniæ Iudicis, & Senatoris, &c. his verbis: *Dom. D. Carolus Petra Iuriſconſultorum facilè Princeps.* (3) At nemo certior teſtis, quàm ſummus ipſe Iuppiter: hoc etiam teſtimonium, extra aleam omnem quidèm poſitum, non ſemel ex Ibero Ioue, regali ſanè munificentia noſtri Auctoris Minerua aſſecuta eſt; Qui cum perſpectiſſimas haberet illius dotes, virtuteſque non vnquam illam deſtitit ampliſſimis honoribus cumulare. Huius ſpecimen præbuit in Diplomate, quo cum Conſiliarium S. Claræ iuſſit, loco Illuſtris Marchionis Criſpani Don Didaci Soria, ad Regiam Cancellariam in maius euecti, his conceptis verbis honorificentiſsimè ſanè vſus eſt: *Maximèque expediat alium ſubrogare Virum, qui id ipſum munus pari fide, ſolertia, & integritate obeat, te ad hoc eligendum, & promouendum, vt potè benemeritum, & valdè dignum decreuimus propter tuam in Nos ſingularem fidem, eximiamque literarum peritiam, eruditionem, probitatem, prudentiam, & integritatem, de quibus adhùc per ſpatium annorum triginta documenta varia, & egregia præſtitiſti, Primùm in exercitio vnius ex Aduocatis primarijs Tribunalium Fideliſſimæ noſtræ Ciuitatis Neapolis, magna laude. Secundò in muneribus, ſeù Officij Conſultoris Ciuitatis Neapolis, & etiam Aduocati Fiſcalis Tribunalis Cappellani Maioris ipſiuſmet Ciuitatis. Et deniquè in munere Iudicis Magnæ noſtræ Curiæ Vicariæ, in quo per ſpatium annorum decem nobis inſeruiſti, magna, & generali approbatione, & ſatisfactione Illuſtris D. Petri Antonij ab Aragonia, & Illuſtris Marchionis de Aſtorga noſtrorum Proregum, Locumtenentium, &c. (vti iam certiores Nos fecerunt).* (4) Atque in hoc quidèm munere, ità ſe probauit ipſe, tot arduis æquabili ſemper laude defunctus munijs; Conſiliarius primus Caput Aulæ in M. C. V. capitalium cauſarum, Regij Cappellani Maioris ordinarius Conſultor, Iudex in multis, diuerſiſque Iunctis, & in illa ſtatus Reorum Aduocatus. Præſes ſimul in vtraque Samnij Prouincia Citeriori, & Vlteriori, nec non Præſes in Tranenſi, ſeù

(1) *Carol. de Lellis in Epiſtolis ad Lectorem in princ. Primi, & Tertij Tom. Comment. Auctoris ad Rit. M. C.*

(2) *Vt ex priuilegio ſub datum Madritæ die 6. menſis Decembris 1676. in priuil. Neap. XVIII. fol. 46. exequutoriato Neapoli die 31. Octobris 1679. in Priu. 25. fol. 44.*

(3) *D. Bonauentura de Triſtany deciſ. Cathalon. 26. n. 2. tom. 1.* & Virum Doctrina præclarum, vocat *in dec. 25. n. 15. tom. 1.* omni laude digniſſimum *in deciſ. 24. n. 55. to. 1.* doctiſſimum *in dec. 27. n. 71. to. 1. & deciſ. 36. n. 7. to. 2. Hieronym. Rocca Epiſcop. Iſclanus diſp. iur. ſelect. cap. 96. tom. 2. ibi:* Eruditiſſimus, integerrimus, omnique Supremo Magiſtratu dignus, *idem Præſul cap. 163. n. 23. D. Domin. Manſrell. in obſer. ad deciſ. Reg. Capyc. Latro, to. 2. deciſ. 136. n. 7. 138. nu. 9. 161. n. 10. 168. n. 2. & deciſ. 188. nu. 24. D. Io: Dominic. Raynaldi obſeru. crim. lib. 2. cap. 19. §. 1. nu. 16. & alibi D. Io: Leonard. Rodoer. in Cōment. ad prag. 33. de feud. cap. 14. ſub nu. 20. ibi:* Ad quem veluti ad viuum Fontem in contingentijs recurrendum. *D. Caietan. Ageta in Annotat. ad dec. Reg. Moles part. 1. prænot. 5. fol. 21. & part. 2. §. 9. de iure Baiulat. quæſt. 4. n. 3. D. Nicolaus Vincentius Scoppa in Annotat. ad Sarn. in prax. ciuil. §. 19. nu. 4. & in Scholijs ad controu. Reg. Merlini tom. 1. in præloqu. nu. 7. & cap. 1. n. 57. D. Ioſepb de Angelis in monitis de virtutib. Chriſtiani Iudicis cap. 29. n. 6.*

(4) *Diploma expeditum Madriti ſub die 4. menſis Februarij 1675. in priuil. Neapol. 12. fol. 301. fuit exequutoriatum die 26. Martij 1675. in priuil. 15. fol. 145. & in Reg. Offic. S. M. 39. fol. 29.*

Digitized by Google

seù Barienſi Prouincia, Regij AErarij, vulgò Capſæ Præfectus, ac in fraudantes Regia Tributa Commiſſarius Generalis, vt rebus omnibus præclariſsimè geſtis communi populorum acclamatione, releuata pauperum egeſtate, prauis vſibus euulſis ab ſtirpe, Regijs commodis promotis, minimè contenta Regalis Munificentia Regijs literis ſub die 12. Octobris 1688. (5) declaraſſe, eodem tempore Excell. Proregi, Comiti S. Stephani edixit, vt Regijs verbis idem Authori ſignificaret in hanc formam: *Hè reſuelto demas de declarar D. Carlos Petra (come por la preſente le declaro) por recto, y buon Miniſtro, engargaros, y mandaros (como hago) lo chiameis, y aſegureis, que eſtoy muy ſatisfecho de ſu buen proceder, y que ſe le tendra muy preſente para fauoreçerle, y honorrarle ſegun dignamente correſponde à ſus meritos en todas las ocaſiones, que ſe ofrezieren de ſus adelantamientos, y combeniencias, &c.* Idem in Regio Diplomate expreſsit ſub dato 29. Auguſti 1689. quo ipſum Ducem Vaſti Girardi iuſsit, eius Nobiliſsimæ Proſapiæ antiquitatis honorificam mentionem faciens in hæc verba: *Nos itaque antiquam D. Caroli Petra Proſapiam conſiderantes, eo quòd varia in Citerioris noſtro Siciliæ Regno feuda ab eo, eiuſque Progenitoribus ab anno milleſimo trecenteſimo, & vigeſimo ſecundo, ad hunc vſque annum eſſe poſſeſſa. Similiter, & Terram Vaſti Girardi in eodem Regno, ac Prouincia Comitatus Moliſij ab anno milleſimo, quingenteſimo, & quadrageſimo hucuſq; ad illum, illiuſq; ex linea recta Aſcendentes pertinuiſſe, Nobis notum ſit. Ac etiam plura ab eius familia, & præſertim à Don Vincentio Petra Patre eiuſdem, temporibus reuolutionum dicti Regni Nobis exhibita ſeruitia perpendentes, quæ etiam dictus Don Carolus Petra per ſpatium viginti, & & quinque annorum Nobis inſeruiens continuauit, dum in Magna noſtræ Vicariæ Ciuilis Curia per decem annos Officium Iudicis, per reliquos autem quindecim in Sacro noſtro Caſtri Capuani Conſilio munus Conſiliarij, generali omnium approbatione obijt, quo tempore varia, ac magni momenti negotia eidem in Prouincijs Aprutij, & ſpecialiter in Prouincia Trani commiſſa ſingulari fidelitate, ac induſtria peregit, &c.* Et ſanè adeò illa vetuſtiſsima Proſapia eſt, vt antiquitas ipſa originis caput videatur abſcondere, reddatque ob id ipſum variante Scriptorum fide, tanquàm Nilum alterum ignoto ab ortu notiorem; communior tamen, ac veridior opinio eſt, eam à Romano Senatore Petræo originem repetere, vt pleniſſimè teſtantur Authores ex Valerio Maximo, Salluſtio, ac Tacito, (6) cuius

(5) *Sunt S. M. literæ regiſtratæ penès à Secretis S.C.*

(6) *Tacit. lib. 11. annal. nn. 15. & 16.*

Digitized by Google

hæc ſunt verba: *Equites Illuſtres Romanos, quibus Petra cognomentum.* Hæc primùm Gentilitas in Belgium tranſijt, inde aliqui ex ea in Galliam tranſmigrauere, ex quibus Gulielmus Cardinalis S. Ceciliæ, & cœteri progeniti fuere (7). Alij in alijs Regionibus. Alij verò Ticini ſedem fixere, vbi etiam nunc Nobilitatis laude florens hæc familia ſummo ab loco eſt.(8) Hic cum Philippus Petra quibusdam iactatus fuiſſet aduerſæ fortunæ turbinibus, cum quibuſdam ex eadem gentilitate Neapolitanum in Regnum demigrauit. Porrò intèr huius deſcendentes fuit Ioannes Roberti pater feudatarij ambo ſub Carolo I. anno 1272. inde ſe ſe tot Illuſtrium Virorum aureus ordo explicuit, qui religione, armis, & literis feudorumq; dominatu floruere,(9) etiam inter Nobiles antiquiſſimæ, ac Nobiliſsimæ Vrbis Capuæ cooptati, interquos Ioannes, (10) Ioannes ſeù Ioannellus,(11) Io:Carolus, (12) Marinus, Antonius, (13) & alter Ioannes Petra Collis alti Dominus tempore Reginæ Ioannæ II. feudi iam diù ante à Gentilibus ſuis poſſeſsi, ex qua perpetua, ac recta linea vndecimus ordine D.noſter Author deſcendit;(14)Is fuit Maſelli Germanus frater à prefata Regina ob eius doctrinam, legumq; peritiam maximoperè dilectus, (15) Inter huius familiæ Equites Ciuitatis Capuanæ Sedis prerogatiuis gaudens, fuit Alphonſus Petra, qui vti ſecundus Electus Nobilis cum publicam rem gereret, primus in illa, anno 1528. inclamauit: *Imperium Imperium*, auctorq; fuit, vt Inuictiſsimi Caroli V. Imperio ſe dederet Ciuitas, Gallis

(7) *Gulielmus Gallus natus in Vrbe dicta Aqua Auguſta, vulgò Baiona, creatus fuit Præsb. Cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ, à Clemente V. Gallo Vaſcone, Pontifice Maximo, in Prouincia Aquitaniæ, vigeſimo ſecundo menſis Decembris, die Saturni quatuor temporum Aduętus, anno à Natiuitate Domini MCCCXII. in Ciuitate Auenionenſi, dictuſque eſt Cardinalis Baionenſis, ſeu Aquæ Auguſtenſis. Hic Gulielmus fuit poſtea ex Præsb. Card. tit. S. Ceciliæ iuſſus Epiſcopus Sabinorum, appellatuſq; Cardinalis Sabinus à Ioanne XXIII. ſecundùm Io: Baptiſtam Platinam, vel XXI. ſecundùm Onufrium Panuinium, ſublatis fortè ſchiſmaticis. Fuit Gulielmus Vir admirabilis Doctrinæ, in omni diſciplinarum genere præcellens, præſertim in Theologia, & Philoſophia, Cõcionator ſuauiſſimus, S. Theologiæ Doctor, & Lector Sacri Palatij, fuitque Clementi V. in primis carus, cum quo habuit communem Patriam, vel ſaltèm affinem. Ambo enim fuere ex Prouincia Aquitaniæ, in qua ſitæ ſunt, & Ciuitas Aquarum Auguſtarum, ſiue Baiona Gulielmi Patria, & Tholoſa, cuius Diœceſis Gulielmus fuit, inſuper Burdigalæ, cuius Bertrandus Gottus, poſtea Clemens V. fuit Epiſcopus, eſtque in præfata Prouincia Aquitaniæ Vrbs Auenionenſis, in qua fuit Gulielmus creatus Cardinalis, & quò Clemens V. tranſtulit Sedem Pontificiam, manſitque ibi ſpatio annorum 74. vſque ad Gregorium XI. qui reſtituit Sedem Romæ. Auenione tandèm, vterque & Clemens, & Gulielmus obierunt, ibique ſepultos eſſe traditur. P. Arturus in Martirologio Franciſcano ſub 26. Ianuarij, 6. fol. dicit: Bellicy Beatorum Confeſſorum Petri de Petra, Ioannis Grangeri, & Martini Petra, & ibi Gloſ. ſubdit: Primus Magnus extitit Prædicator, vitiorumque perpetuum flagellum: alter ingentibus auſteritatibus, corporiſque macerationibus iugiter vacabat: Vltimus verò meditationi, & orationi omninò addictus erat, prout teſtatur Fodoretus in deſcriptione Prouinciæ Burgundiæ, vbi de Conuentu Bellicenſi, Vuadingus tom.6. ſup.ann.1458.§.33. Inter Illuſtres Viros Dominicanæ Religionis deſcriptos in Theatro P. F. Vincentij Fontana anno 1666. & in Bibliotheca P.F.Ambroſij de Altamura anno 1677. memoratur P.F.Guillardus de Petra, de quo ſcripſit P. Fontana in par. 3. de Miniſtris S. Inquiſitionis Tholoſanæ tit. 83. fol. 614. P. F. Guillardus Petra anno 1485. datus eſt ſucceſſor Antonio (S.Martini) in hoc Sacro Tribunali; qui illud adminiſtrauit, vſque ad annum 1514. & anno 1511. in Translatione Corporum SS. Simeonis, & Iudæ elegantem, doctumque ſermonem habuit; idemque confirmat P. Altamura in 4. centur. ſub anno 1514. fol. 235. (8) Gio: Pietr. Creſcenzi nella Corona della Nobiltà d'Italia par. 1. narrat. 23. cap. 4. pag. 646. Luca Cortile nel ſuo ragionamento ſopra la proprietà dell'Impreſe, con le particolarità dell'Accademici, ſtampato in Padoua l'anno 1574. nel ragionamento di Lelio Petra. (9) P. Franc. Maracius Cleric. Regular. Congreg. Matr. Dei in Hieroſyren. ſuc. Paraphraſt. in Cantic. Prophet. Mugnoz in Geanolog. delle famiglie nella famiglia Petra fol. 85. Io: Grande de Bello exul. typis tradito anno 1612. in dedicatoria Proſpero Petra, qui iterum cum addit. Io: Bapt. Thori excuſſus anno 1654. fuit dicatus Auctori Proſperi ex filio nepoti; Toppi de orig. Tribun. p.2. lib.5. cap.1. n.16. & p.3. in princ. ac fol.42. à t. Galter. de præſent. Inſtrum. de anno 1627. dicato D. Vincentio Auctoris Patri, Viſcont. ad Franch. deciſ.228. & 234. Petr. Gattola Canon. Salernit. in præfat. ad Lector. in annot. Proſperi Petra ad dec. Capyc. Venetijs impreſſis anno 1602. & iterum Neapoli ann. 1627. Io: Domin. Boue ad Lectorem in annot. eiuſdem Proſperi ad Grammat deciſ. & alij. (10) Anno 1288. Ioanni Petra, Ioannes de Capua vti ſuo affini, fecit legatum. (11) Anno 1476. Ioannes, ſeù Ioannellus Petra Capuanæ Eccleſiæ Canonicus. (12) Anno 1496. Io: Carolus Petra Canonicus eiuſdem Eccleſiæ. (13) Anno 1480. Marinus, & Antonius Petra in Archiuo R.C. in cedul. Theſaur. Io: Ant. Puderici, fol. 115. & 118. (14) Ioannes Petra à Regina Ioanna II. ſub die 4. Aprilis 10. in dict. anno 1432. vocatur Vir Nobilis de*

Digitized by Google

lis expulsis,(16)Dignus sanè Petræ cognomento,qui fidē suam in Cæsarem tam fortitèr firmauerat. Hac amplissima è Familia noster Author geminos adnumerat virili è stirpe filios,D. Dominicum natu primum, qui earumdem Prouinciarum summa cum laude Auditor fuit,quas tunc temporis Parens Pręses administrabat,nunc doctissimus causarum Aduocatus in nostris Tribunalibus,& Fisci Patronus pro Magnò Thalassiarca, vulgò Admirato, Matrimonio iunctam habuit D. Helenam Strambone à Sede Portus è Salsæ Dynastis,ex qua duos suscepit filios optimæ spei, D.Prosperum, & D.Septimiam; nouissimè verò selegit in secundam Vxorem D. Theresiam Sersalè de Sedili Nidi. Atque D.Vincentium,alterum Auctoris filium, qui Cappellanus ad honores S. M. Vicarius olim Surrentinus, apùd Illust. D.Didacum Petra Archiepiscopum eius Patruum,nunc Romę Prępositus Insignis Cappellæ SS. Præsepij in Basilica S. Mariæ Maioris, quæ est prima Dignitas Basilicæ post Archipresbyterum Cardinalem, votumque secretum habet in studio S. Rotæ Romanæ, magnum surgens in nomen, qui ambo suorum Maiorum Vestigijs incumbunt. Hæc habui, Benigne Lector, quæ sanè luce se prodeunt sua. Id vnum verò tene ad huius Operis, & Auctoris commendationem, in hac Petra Iurisprudentiam habere, & cotem, vbi Astræa habetem sui gladij aciem pristino nitori restituat, & lydium lapidem, vbi verum aurum ab adulterino dignoscat. Vale.

CA-

de Ciuitate Capuæ: Dominus Collisalti,illique Regina attendens merita, nec non seruitia præstita per Iudicem Masellum de Petra eius germanum fratrem, cōcessit Viro Nobili Nicolao eius filio vncias aureas viginti, quas vita durante concesserat præfato Ioanni, vt ex priuilegio in Archiuo Magnæ Reg.Curiæ Siclæ in fasciculo sign. nu. 94. fol. 55. Ioannes fuit etiam Baro partis Castri Sanguinis, & signanter loci vocati li Cannauili, & alterius vocati Lauicenda di Tomase de Sangro. Extantq; adhuc in foro ipsius Oppidi insignium huius familiæ vestigia: Leonis nempè effigies, ex altero, vngue Gigantis caput,ex altero semper viuū ostentantis, quæ pars Castri Sangri, aliaq; feuda, prætèr Collem Altum,permanserunt in eius familia vsq;ad infrascriptum Hieronymum, donec fortuna rerū vices exagitante ad alios Dominos peruenere,pro quibus tamen annuus census annuorum ducatorum quadraginta super dicta Terra Castri Sangri adhuc, ad hanc pertinet familiam. Vendidit enim Illustris Marchio Piscariæ, Illustri Comiti Triuenti Terram Castri Sangri pro certo pretio cum onere soluendi Dominis de Domo Petra annuos ducatos quadraginta vigore instrumenti sub die 28. Aprilis 1569.manu Notar. Thomæ Anelli Ferretti de Neapoli,& dictus Comes Triuenti Illust. Principissæ Sancti Boni ex instrumento sub die 29. Maij 1610. manu Notar. Io: Simeonis de Monica de Neapoli. Ex Ioanne Petra, Nicolaus ortus, ex Nicolao Ioannes, ex Ioanne Antonius, ex Antonio fratre Michaelis Regij Consiliarij anno 1459.& Præside S.C. anno 1468. Balduinus,omnes Barones Collisalti aliorumq;feudorum. Ex his Donatus Antonius, aliquando Antonius Petra, & aliquando absq; cognomine del Barone di Castel di Sangro,vel del Barone nuncupatus, fuitq;hic Baro eiusdem Collisalti, partis Castri Sanguinis,cum feudo Brionnæ ei annexo,adlectus est secundo loco ex Electis Nobilibus Ciuitatis Capuæ anno 1524. Ex hoc orti fuere Hieronymus Primogenitus, & Successor in feudalibus,V.I.D.Io:Leonardus Petra Baro Vasti Girardi, aliorumque feudorum. Alonsus Electus Nobilis in Ciuitate Capuę anno 1528. & iterum anno 1531. Vir Beatricis de la Ratta, cum qua procreauit Marium, & Scipionem. Ex V.I.D. Io: Leonardo secundogenito V.I.D. Prosper procreatus, Vir dignissimus, quò, & in publicis rebus gerendis Proreges sæpè vterentur, qui à Rege Catholico inter Consiliarios Castri Capuani designaretur, & à Scriptoribus summis laudibus extolleretur (Topp. de orig. Tribunal. p. 2. lib. 5. cap. 1. n. 17. D. Reg. Rouit. ad Prag. 20. de feud. D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in alleg. transcripta à Iudice de Angel. ad Gizzarel. decis. 69. n. 53.)qui fuit Baro Vasti Girardi,Clauicorum,aliorumq;feudorum. Ex hoc susceptus V.I.D. Vincentius eorumdem,ac aliorum feudorum Baro,immortali laude celebrandus,qui Caccaboni Oppidum suæ Genti,sub cuius ditione,nempè Raulis Petra,iam pridem ab anno 1322. iterum restituit anno 1645. (Raul Petra sub Guilielmo II. Rege Baro Caccaboni, vt in regis. ann. 1322. sub sig. A. pag. 13. ad 63. Borrel. de Baron. Regn. sub Guliel. fol. 76. quo anno 1322. Alexander Petra Raulis frater,Oppidum Petræ possidebat. Omnia ex priu. & releu. in R.C. liquent. Ex Vincentio,& D.Septimia Filonardi,ex Matre Cincia,& Auia Altieri Consanguinea Clementis X. Pontificis Maximi,Romanis,Nobilissimis Gentilitatis Fœminis,sunt noster Auctor, Archiepiscopus Sorrentinus, & Capritanus Episcopus,dignam tantis muneribus vitam adhunc degentes,vt ex releu. in R.C. liquent. (15) Sapiens Vir Masellus Petra Iuris Peritus electus fuit Syndicator à Regina Ioanna II. ad syndicandum Gubernatorem Ciuitatis Capuæ,in regestro Reginæ Ioannæ II. sig. 1415. fine lit. fol. 189. à t. Masellus Nobilis Capuæ, frater Ioannis Vir fuit Franceschellæ Russo Nobili Familiæ extinctæ, de qua electi de cœtu Nobilium, de gubernio, Ciuitatis, præter alios, fuere Angelus Russo ann. 1512. 1515. & 1518. ac Io: Angelus Russo ann. 1559. Præfatique Ioannes, & Masellus possederunt in Ecclesia Maior eiusdem Ciuitatis Cappellam, sub vocabulo Intercedentis. (16) Gio: Antonio Manna, vel repertorio dell' Archiuio di Capua, a t. pag. 134.

Digitized by Google

CANONICA APPROBATIO.

Neapoli die 12. Octobris 1690.

Fuit prouisum coràm Eminentissimo Domino Cardinali Pignatello Archiepiscopo Neapolitano, quòd Reuerendus D. Ianuarius de Auria videat, & in scriptis referat.

Sebastianus Perissius Vic. Gen.

Eminentissime Domine.

DOctissimus, ac Meritissimus Regius Consiliarius Dominus D. Carolus Petra, Illustris Dux Vasti Girardi, Quartum edit Commentariorum in Ritus M.C.V. Volumen. Cœteris à sè hucusque elaboratis non impar. Illud Eminentiæ Tuæ iussu perlegi. Nec in eo quidquam, quod Catholicę, aùt Fidei, aùt disciplinę, aùt bonis moribus obsit, offendi. Et certè non poterant Petræ huius elucubrationes Petri Cathedræ quidquam obesse, cuius prima laus Apostolicæ Confessionis Petra se solidam demonstrare. Testatur id abundè ex Materno Philonardorum genere Ennij, ac Philippi S.R.E. Cardinalium, Magnorum eius Auunculorum spectantissimæ Purpuræ. Testantur ad præsens eiusdem Petræ geminatæ Germanæ Insulæ. Testatur, & D. Vincentius præclarissima Petræ huius soboles, qui Romæ specimen Petræ futuræ firmissimi Ecclesiæ propugnaculi, Petræ ad Ecclesiam amplissimè ædificandam florenti adhuc præbet ætate. Qua de re opus pro legali palęstra, vt Petra inconcussum Ecclesiastico Iuri minimè aduersum, vt publicam lucem, quàm citissimè aspiciat, dignissimum censeo, si Eminentiæ Tuæ, quam humillimè reuereor, prudentissimum arriserit iudicium. Neapoli 9. Calendas Nouembris 1690.

Eminentiæ Tuæ

Adictissimus Seruus
D. Ianuarius de Auria V.I.D. ac Cong. Ind. Neap. Consultor.

Visa suprascripta relatione Imprimatur. Dat. die 14. Nouembris 1690.

Sebastianus Perissius Vic. Gen.

REGIA APPROBATIO.

Magnificus V.I.D. Carolus Iannelli videat, & in scriptis referat,

Carillo Reg. Soria Reg. Gaeta Reg. Miroballus Reg. Iacca Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 14. Augusti 1690. Mastellonus.

Illustris Dux Paretæ non interfuit.

Excellentissime Domine.

IVssis Excellentiæ Vestræ obtemperans perlegi librum, cuius Inscriptio: Commentaria in omnes Ritus M.C.V. Regni Neapolitani, Tomus Quartus, Authore Illustre Duce Vasti Girardi, Barone Caccaboni, & Meritissimo Regio Consiliario D. Carolo Petra, morum suauitate, doctrinæ præstantia, nataliumque splendore conspicuo, ac fama (cuius centum plaudentibus linguis, omnis Orbis plaga centuplo assonat Echo) super Etheras noto; Æternumque tenet per sæcula nomen. Opus sanè ad Cleanthis lucernam euigilatum, atque quàm lepidè, eruditè, & perbellè fuerit congestum, summoperè sum admiratus, mirandumque cunctis præseferet; Ac ad lineandum in istius paginæ angustijs, quid de hoc opere sentio, vellem celebrem illum penicillum Thebani Aristidis, qui animum pingebat, sensusque omnes exprimebat: Suis enim periodis, tanquàm herculea catena deuincti Inuidiæ Cerberi, inter inscitiæ tenebras natiuam vomitant superbiam. Perlegi, inquam, & cum nihil in illo reperierim, quod in apertum prodire non mereatur; immò omnia in eo pertractata venerandæ authoritatis, summæque vtilitatis posteris futura prænoscens, literarij Orbis luce dignum æxistimo. Qua propter si Excellentiæ Vestræ meum arridet iudicium, & typis subdatur mandate dignetur. Neap. die 2. Octobris, Anno à partu Virginis 1690.

Excellentiæ Vestræ

Seruus Humillimus
Carolus Iannelli:

Visa supradicta relatione imprimatur, & in publicatione seruetur Reg. Pragmatica.

Carillo Reg. Soria Reg. Gaeta Reg. Moles Reg. Miraballus Reg. Iacca Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 6. Octobris 1690. Mastellonus.

RI-

Digitized by Google

RITVVM,

Qui in hac Quarta, & Vltima Parte explicantur.

SVMMA, AC ELENCHVS.

RITVS CCLXXVII.

Incip. *Item Curia ipsa non credit, pag.* 1.

Fides non præstatur literis alieno sigillo sigillatis.

RITVS CCLXXVIII.

Item seruat ipsa Curia, pag. 14.

Rescriptum Delegationis quando admittendum veniat? & qualiter facienda sit præsentata?

RITVS CCLXXIX.

Item, quòd nullus Officialis, pag. 23.

Literæ in M. C. expediri *nequeunt* absque licentia, & sigillo paruo M. C. Regentis, ac etiam alio *sigillo magno*, vel paruo ipsius *Magnæ Curiæ*.

RITVS CCLXXX.

Item, quòd Curiæ ipsæ, pag. 36.

Testium Sacramentalium repulsatio non admittitur.

RITVS CCLXXXI.

Item seruat ipsa Curia, pag. 37.

Repulsa aduersùs scripturas non datur; sed terminus ad impugnandum impartitur.

RITVS CCLXXXII.

Item seruat ipsa Curia, pag. 51.

Testes non repulsantur in termino probatorio causæ ciuilis, & criminalis; sed opposita contrà ipsos in termino ad repulsam reseruantur.

RITVS CCLXXXIII.

Item seruat dicta Curia, pag. 54.

Praxis traditur, qualiter dandus sit terminus ad repulsandum testes.

RITVS CCLXXXIV.

Item seruatur in petitionibus beneficij restitutionis, pag. 55.

Feriæ si tota, vel magna ex parte, saltèm medietatem termini absorbeant, data petitione, feriati illi dies restituuntur.

RITVS CCLXXXV.

Item seruat dicta Curia, pag: 71.

Terminus ad repulsam non nisi volenti conceditur, & quando elargitur, non opitulatur vtrique parti, sed illi dumtaxàt, qui posuit.

RITVS CCLXXXVI.

Item seruat ipsa Curia, pag. 76.

Creditor tantùm præsentare potest instrumentum debiti contrà debitorem suum; & qualiter id competat hæredibus creditoris.

RITVS CCLXXXVII.

Item quia iudicia claudicare non debent, pag. 95.

Moratoria, & saluus conductus in iudicio, vel extrà non opitulatur, nisi præstita sit cautio fideiussoria creditoribus, de soluendo debitum post tempus statutum.

RITVS CCLXXXVIII.

Capitulum emanatum à Duce Calabriæ, pag. 164.

Causæ in Regno cognoscuntur, & definiuntur summariè, & de plano, ac sola facti veritate attenta.

RITVS CCLXXXIX.

Isabella Dei Gratia Hierusalem, pag. 240.

Causæ omnes, tàm ciuiles, quàm criminales, quomodocumque tractentur, ipsa sola veritate dumtaxàt inspecta, & considerata, diffiniendæ sunt.

RITVS CCXC.

Item, quòd nullus admittatur, pag. 245.

Actor quicumque ex iure cesso reijcitur à iudicio, nisi fuerit ex causa necessaria, & ex causa non lucratiua cessio facta.

RI-

Digitized by Google

RITVS CCXCI.

Item, quòd pupillis litigantibus, pag.248.

Minor in iudicio esse non potest sine Curatore, ipso tamen instante, ei datur Curator ad litem.

RITVS CCXCII.

Item, quòd Curiæ ipsæ, pag. 256.

Mulieribus Longobardo Iure viuentibus datur Mundualdus in singulis causis.

RITVS CCXCIII.

Item Curia ipsa, pag.268.

Sacramentalium repulsatio non admittitur.

RITVS CCXCIV.

Item seruat ipsa Curia, pag.268.

Agens alieno nomine tenetur probare, se talem, qualem asserit, post litem contestatam.

RITVS CCXCV.

Item, quòd quilibet Officialis, pag.274.

Officialis quilibet in fine sui officij syndicari debet, nec aliàs ad aliud officium assumi valet.

RITVS CCXCVI.

Item, quòd in quibusque causis, pag. 348.

Primum,& secundum beneficium in causa ad probandum incumbentia conceditur personis priuilegiatis post publicationem; non verò post factam conclusionem.

RITVS CCXCVII.

Item seruat ipsa Curia, pag.358.

Victus in prima instantia non damnatur in expensis.

RITVS CCXCVIII.

Item seruat ipsa Curia, quòd quando expensæ, pag. 374.

Expensæ reficiuntur, quando contracta est contumacia, & quippè ante sententiam.

RITVS CCXCIX.

Item seruat ipsa Curia, pag.378.

Clericatus exceptio in quacumque parte iudicij opponi potest, etiam lata sententia.

RITVS CCC.

Item seruat ipsa Curia hanc practicam, pag. 397.

Praxis traditur seruanda in iudicio reiuindicationis, vbi Iudex ante omnia interrogare debet Reum, si tenet, & possidet.

RITVS CCCI.

Ioanna Secunda, Dei Gratia, Vngariæ, pag.400.

Neapolitani, ac Incolentes Neapolim, non possunt cognosci ab alijs Tribunalibus, sed tantùm à M.C.V. tàm in causis actiuis, quàm passiuis, atque ità vt trahant,& non trahantur.

RITVS CCCII.

Item, quòd Curia Capitanei, pag. 428.

Magna Curia Vicariæ cognoscit de causis liquidationis instrumentorum.

RITVS CCCIII.

Item, quòd Carcerarius quarumcumque Curiarum, pag. 457.

Carcerarius nihil recipere valet à Carceratis, qui non pernoctauerint.

RITVS CCCIV.

Item, quòd honestatis causa, pag. 469.

Mulier Neapolitana, & honesta in testem citata pro quacumque causa, non tenetur personaliter accedere ad deponendum; sed Actuarius conferre se debet in Mulieris domum, vel locum honestum.

RITVS CCCV.

Item, quòd de accusatione contumaciæ, pag.484.

Traditur, quid soluendum sit pro accusatione contumaciæ.

RITVS CCCVI.

Item, quòd vbi aliquis citatus, pag.487.

Disponitur, qualiter citatus ex causa ciuili declaretur bannitus.

RITVS CCCVII.

Item, quòd pro præsentatione instrumenti. pag. 491.

Statuitur, vt nihil exigatur pro præsentatione instrumenti, & prima citatione super illius tenore.

RITVS CCCVIII.

Item pro syndicatione omnium Officialium, pag. 491.

In syndicatu Officialium eligendi sunt duo Syndici per Vniuersitatem.

RITVS CCCIX.

Item, quòd Magistri actorum, pag. 571.

Magistri actorum, & Subactuarij M.C.V. seruire debent personaliter, & non per substitutum.

RITVS CCCX.

Item Iudices Magnæ Curiæ, pag. 573.

Victus in sententia condemnandus est in expensis iuxtà vetustum vsum.

RITVS CCCXI.

Item, quòd actorum Notarij, pag. 575.

Actuarij pro scripturis sententiarum aliquid recipere non debent. Sed aliter hodie seruatur; Inhibetur pro verbis iniuriosis ex officio procedere.

D.CA-

Digitized by Google

D. CAROLI PETRA

Sacræ Militiæ Calatrauæ Equitis,

DVCIS VASTI GIRARDI,

BARONIS TERRAE CACCABONI,

ALIORVMQVE FEVDORVM,

In Subſellijs Neapolitanis olim Aduocati,

POSTMODVM

IVDICIS MAGNAE CVRIAE VICARIAE,

NVPER

IN SACRO IVSTITIAE SENATV

CONSILIARII,

Et vnius ex Aulis Decani.

IN OMNES RITVS EIVSDEM MAGNÆ CVRIÆ VICARIÆ luculenta, ac apprimè neceſſaria

COMMENTARIA.

Tomus Quartus.

RITVS CCLXXVII.

SVMMARIVM.

ITem Curia ipſa non credit literis ſigillatis alieno ſigillo, quantumcunq; authentico, etiã ſi de hoc literæ faciant mentionẽ.

1 *Sigilli vſum apùd Hebræos ſub annulo ſignatorio obſeruatus quanti fuit apùd veteres Imperatores? & qualitèr in poſteros excreuit?*

2 *Sigilli multi ſunt effectus, quorum non-*

Digitized by Google

nulli recenſentur, ac illius authoritas ex Senec. *dicto corroboratur.*

3 *Probatio inducitur ex ſigillo, & quando proprio credendum ſit?*

4 *Ritus diſpoſitio an Iuri Communi contraditat?*

5 *Satis ne ſit illud abſque ſubſcriptione.*

6 *Quamuis ſubſcriptionis vim obtineat, ſi tamen diſpoſitum ſit, vt litera non niſi ſubſcripta fidem faciant, non probat.*

7 *Et ſi ſcriptura priuata ſigillo munita priuato minimè probet, ad duo tamen, quæ recenſentur, prodeſt.*

8 *Probet nè ſi habeat appenſum ſigillum, ſed diſtructum, vel fractum, vel non in totum fractum.*

9 *In lege Principis an neceſſaria ſit ſigilli appoſitio? & quid in Regno? latè inquiritur.*

10 *Scriptura, vel Priuilegium ſigillo carens ſubſiſtat ne, ita vt cenſeatur appoſitum, poſtmodum deperditum, & corroſum? an citius inualidum cenſeatur?*

11 *Aſſenſus an ex libro Regij ſigilli probetur, etiam quòad ſpecialia pacta? adducitur in hac theſi deciſio.*

12 *Multa de ſigillo, de publico, & priuato, de illo Epiſcopi, Cardinalium, Collegij, &c. & quam fidem faciat? & alia ad rem remiſſiue, & de illo, literas, vel aliud ſignum deferente.*

13 *Sigillum extremis voluntatibus firmitatem pollicetur.*

14 *Controuerſia exorta in S. C. in qua de filorum, necnon ſigillorũ inciſione fuit actum, ſummatim recenſetur.*

15 *Teſtamentum ad pias cauſas ſine vllis teſtibus in vtroque foro ſuſtinetur, ſi teſtatoris manu conſcriptum probetur.*

16 *Illius ſubſciptio quomodo probetur?*

17 *Illud legitimè probatur ex dicto duorum teſtium, & tanquàm nuncupatiuum ſine ſubſcriptione, ſigillo, atq; ſcriptura.*

18 *An ſuſtineatur, ſi ſit imperfectum ratione voluntatis? inquiritur.*

19 *Occurritur* Oldrad.conſ.119. *& alijs.*

20 *Per ſecundum non ſolemne non reuocatur primum non ſolemniter geſtum, teſtatoriſque voluntas etiam per diſpoſitionem inualidam probatur.*

21 *Quid operetur in themate enarrato inciſio filorum, & ſigillorum? & an ex illa præſumatur reuocatum teſtamentum, & an pium?*

22 *Quidue in teſtamento inter liberos? & examinantur* text. in Auth. hoc inter liberos, C. de teſtam. & in §.Et ſi quidem, Authent.de teſtam. imperf. coll.8. *an habeant locum in teſtamento ad pias cauſas.*

23 *Perpenditur deciſio apud* Muſtrill.132.

24 *Lina, & ſigilla in dubio non præſumuntur reciſa ex induſtria, ſed fortuitò.*

25 *Teſtamentum quod in prima figura vitiatum, & cum vituperatione apparet, an ſaluetur, ſi in illo non apparcat deleta hæredis inſtitutio, & nùm tali caſu ipſa inſtitutio adeſſe dicatur?*

26 *Teſtamentum carens die, menſe, & anno nullitati ſubiacet.*

27 *Teſtamentum inceptum, & non perfectum, an ſit validum?*

28 *An fauore pia cauſa ſuſtineatur imperfectum ratione voluntatis?*

29 *In teſtamento ad pias cauſas ad minus exquiruntur duo teſtes.*

30 *Teſtamentum ſubſcriptum tantùm à teſtatore an valeat inter liberos? & an fauore cauſæ piæ? latè inquiritur.*

31 *Deciſio Purpurati* Seraphini 840. *adducitur, & perpenditur.*

32 *Fauorabilibus cauſis quomodo debeat fauor exhiberi?*

33 *S. C. ſcitum in diſcuſſo themate adducitur.*

SIgnorum vetus, antiquuſque mos, qui apùd Hebræos ſub annulo ſignatorio ſeruabatur, vt ex Sacra Scriptura pluribus in locis, & præcipuè ex libro Eſther

1 *cap.3.* ibi: *Tulit ergò Rex annulum, quo vtebatur, de manu ſua,* & infrà: *Et litera ſignata ipſius annulo, miſſæ ſunt per Curſores Regis ad vniuerſas Prouincias.* ex libro Daniel. *cap.14.* ibi: *Et ſignantes annulo Regis abierunt.* Et ex lib.3. Regum, *cap.21.* ibi: *Scripſit itaque literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo*

eius

Digitized by Google

eius, & misit ad Maiores natu, & Optimates, qui erant in Ciuitate eius. (Vndè signum, Iure Canonico sigillum, Iure verò Ciuili annulus signatorius vocatur, *can.1.dist.73.l.signatorius 74.ff.de verbor.signif.l.ad testium 22.§.Signum, ff.de testam.l.argumento 25.§.ornamenta, ff.de aur. & argent. legat. Innocent. in cap.2.col.2.super glos. verb.sigillum, vers.Item nota, quòd Ius Ciuile, de fide instrum. Bart.in marg. verb. sigillum, vers.3.& in spec.de probat.§.3.vers.decimò per literas, Carauit. in rit.257. num.13.* cuius meminit *Danza tom.1. de pug.DD. tit.de sigill. cap.1. num.25.* & annulus Piscatoris, ideſt Summi Pōtificis, sigillum nuncupatur, *Rebuff. in pract.benefic.tit.de Breui Apost.num.21.*) Tanti fuit apùd veteres Imperatores, vt quod literis suis honorificè donarent, non nisi impressione sigilli id facerent, & aureis notis inscripta diplomata signatorijs annulis decorarent; quinimò, si quem Imperij successorem designabant, signatorios hoscè annulos ei tradebant, sicuti Alexandrum animam agentem id expleuisse scribitur.

Hinc idem sigilli vsus in pòsteros excreuit,& summam in literis authoritatem obtinuit;quo prorsùs pacto modò Principis voluntas significatur, quà literis, quà signorum notis, eamque adijciunt Regiam potestatem, & subscriptio, & gentilitij stemmatis impressio, siue Vrbium, siue Regnantis. Quarè magno rationis pondere decretum esse existimo, vt eadem habeatur sigillo, quæ literis fides exhibetur, & ità tutiores sint ciues, non minus literis, quàm sigillis, *Bald.in Authen. vt si contractus, C.de fide instrum. Aflict.in cap.si autem controuersia n.20. de controuers.inuestit. & in cap.quoniam inter, num.10.de prohib. feud. alien. per Lothar.& decis.253.nu.9.Couarr.pract. quæst. cap.22. num.9.* Quonàm enim pacto ciuilis absque eo regi potuisset vita, dum nullus humanæ societatis actus, operatio ferè nulla est, quæ eo
2 non indigeat? Illud quippè est, quod scripturis, cæteroque infirmis addit

sua fide robur, *Bald. in l. bonæ fidei, col.3. verb. sequitur videre, C. de reb. credit.* ac licèt priuatas, ad publicarum tamen scripturarum dignitatem euehit.Illud prętereà possessionis commodè largitur, *l.quod neque, ff. de peric. & commod.r ei vendit. Bart.in l quæ dotis, in fin. ff.solut. matrim.* vndè res, quæ trahuntur mercimonij causa,præsumuntur esse illius, cuius sigillo sunt munitæ, *Aflict.decis.23. num.3. & 4. Osasc. decis.40.n.2. Rota Gen. dec.201. Auendan. de exequ. mandat.Reg. par.2. cap.31. Anna alleg.110. Barbos.axiom. 207.num.fin.* loquens, si eodem sigillo duo vtantur, cuius præsumantur? Et qui priùs Domini sigillum accepit, preferendus est in feudi emptione, *Cald. de iur. emphyt.4. par.cap.10.num.37.* & ex eo præsumitur mandatum, *Mantic. de tacit.& ambig. conu. lib.7.tit.10.n.1. tom.1.*

Ex hac sigilli authoritate,fideq;animi conceptus,consilia;arcanaque committuntur literis, & eo munimine valida efficiuntur; quo pacto nostris nedùm temporibus apùd plerosque obtinet; sed antiquitùs quoque seruatum esse credimus ex illa *Annæi Senecæ* exclamatione in *lib.3. de benefic. cap.15.* dicentis: *O turpem humano generi fraudis, ac nequitiæ publicæ confessionem! annulis nostris, plusquàm animis, creditur.* Qua de re apùd Athenienses eò vsque peruasit illius religio, teste *Plutarcho*, quòd, cum intercepissent literas, quæ ab Olympiade ad Philippum Macedonem eis infensissimum obsignatæ mittebantur,atque quædam fortassè ex earum resignatione potuissent colligere sibi pro futura; tamèn, nè tanto sigillum reserandi fœdarentur scelere, eas, sic vt erant, obsignatas remiserunt.

Ob idquè planè ex sigillo probationē
3 inducī non modicam, elicitur ex *cap.2. de fide instrum. cap. 2. de offic. Ordinar. in 6.l.conficiuntur 8.§.similes, ff. de iur. codicill. l.in fraudem 16.§.sicut autem, ff.de milit. testam. l.Tribunus 21.§.cum aliquis, ff.eod.tit. l.fideiussor 26.§.1. D. de pignor.*& inquiunt *Glos.in cit.l.Tri-*

Digitized by Google

bunus, §. *cum aliquis*, *Bart. in l. quæ dotis*, *num.* 27. *D. solut. matrim. Vuesenbec. consil.* 14. *num.* 3. *lib.* 1. *Mascard. de probat. lib.* 3. *concl.* 1308. *num.* 1. & 4. atque hoc procedere in sigillo proprio, quod propterea plenè probare, scribit *Alberic. in l. si procuratorem habens*, *ff. de procurat.* cuius dictum non procedere in sigillo priuato, dicit *Anna sing.* 480. cui adhæret *Berlicch. decis.* 45. quem laudat *Ricc. collect.* 2580. *per.* 7. contradicunt autem *Surd. decis.* 137. *sub nu.* 3. *Masull. ad Capyc. decis.* 192. *num.* 2. *Paul. Aemil. Veralli*, loquens de illo Cardinalis, *decis. Rot. Rom.* 161. *par.* 3. *Vin. decis.* 54. *Soccin. consil.* 258. *num.* 8. *vol.* 2. *Io: de Deo in sua prax. lib.* 5. *cap.* 13. *n.* 2. *Vital. in tract. clausul. in clausi. enunciat. verb. in Epistol. prol. num.* 10. *Iodoc. in prax. ciuil. cap.* 175.

Quæ conclusio etiam deducitur ex hoc *Rit.* à contrario sensu: dum enim disponit, quòd literis alieno sigillo sigillatis, etiam authentico, fides non sit habenda, quamuis, & illæ de hoc mentionem faciant; innuere videtur, quòd proprio sigillo munitæ fidem faciant. Sed huius *Ritus* dispositio Iuri Com-
4 muni contradicit ex authoritatibus à *Garauit.* adductis in hoc *Ritu num.* 1. nec non *Soccin. reg.* 374. *Boer. dec.* 240. *num.* 3. *Tusc. sing.* 39. *lit. S.* facta mentione de alieno sigillo, *Alex. consil.* 87. *num.* 1. *lib.* 7. *Abb. in cit. cap.* 2. & ibi *Fetin. num.* 34. *de fide Instrum. Gabriel. lib.* 1. *commun. opin. concl.* 4. *num.* 15. *Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis.* 24. *Grauett. de antiq. temp. part.* 1. *cap. incip. quæritur etiam in hoc*, *num.* 47. Et sit ne-
5 satis absque subscriptione? affirmant *Bald. in cit. cap.* 2. *de fide Instrum. Purpur. in l.* 1. *num.* 91. *ff. de offic. eius*, *Portius Imolens. consil.* 95. *num.* 10. *Couarr. var. cap.* 22. *num.* 9. *Martin. Mager. de Aduoc. armat. cap.* 14. *num.* 83. & 87. cùm illi sigillum æquipolleat, *Vuesembec. consil.* 38. *nu.* 87. & *consil.* 178. *Hieronym. Schurpf. consil.* 17. *num.* 13. *Valent. Horster. consil. Marpurgen.* 10. *num.* 18. *vol.* 4. *Berrell. in summ. decis. to.* 2. *tit.* 2. *n.* 104. *Bursat. consil.* 39. *num.* 26. *lib.* 1. *Roman. consil.* 303. *num.* 2. *Franc. Marc. dec.* 990. *par.* 1. & *decis. seq.* 991. inquirens, an requiratur attestatio sigillantis, *Anus meus ad Gramm. decis.* 50. *num.* 7. notans, sigilli appositionem alteri delegari posse, ex *Gl. Bald. & Salic. in l.* 2. *C. de reb. alien. non alien. Capp. Tholos. qu.* 26. cuius Aui mei meminit *Danz. cit. cap.* 1. *num.* 38. *Roman. consil.* 303. *in fin.* concludens, sigillum æquiparari subscriptioni; quin plus operari sigillum, quàm subscriptionem, dicit *Castrens. in l. admonendi* 28. *ff. de iur. iur. & Purpur. consil.* 19. *num.* 108. *vol.* 2. qua de re *Surd. decis.* 37. *Fab. in C. tit. de probat. defin.* 20. *Guid. Papa decis.* 175. *Berlinch. decis.* 54. *lib.* 1.

Verùm, quamuis illud subscriptio-
6 nis vim habere consueuerit; si tamen specialitèr dispositum sit, vt literæ non nisi subscriptæ à Iudice fidem faciant, quia forma substantialis inducta censetur, atque solemnitas non leuis, actus, qui geritur, illud de se nil probat, nihilque sine subscriptione operatur, *Martin. Monter. decis. Regni Aragon.* 12. *Fab. defin.* 20. *C. de probat. Alfar. de offic. Fiscal. glos.* 48. *fin. sub n.* 2. *Theod. Hoepeng. de iure sigillor. cap.* 11. *num.* 47.

Notandum insuper, quòd, etsi scrip-
7 tura, munita sigillo priuato, haud probet, iuxtà nonnullorum aleam, quam quoque insectantur *Io: And. ad Guid. Pap. decis.* 175. *Menoch. lib.* 2. *præsumpt.* 57. *ex nu.* 13. *Io: à Sande dec. Frisic.* 14. *lib.* 3. *tit.* 12. *de pignor. & hypoth.* prodest tamèn ad duo, vt nempè promptiùs, ac faciliùs priuata scriptura probari possit, & vt verificato sigillo intentiùs liqueat de complemento actus, solemni consensu, & approbatione sigillantis, *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *casu* 113. *Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. sect* 53. *n.* 9. notans *vers. prodest*, *ex Abb. & Couarr.* prodesse quoque illius impressionem, vt inde præsumptio quædam Iudicis arbitrio vrgens adsumatur, quamuis non verificati; quin *Consil. Rocc.* scripsit, plenam probationem facere epistolam, non recognitam, neque confessatam, sed dumtaxàt sigillatam, ex *Menoch. cit. casu* 113. *Mascard. de probat.*

con-

Digitized by Google

concluſ. 1309. *Viu. deciſ.* 467. *num.* 8. & videndus *Anna alleg.* 125. *à num.* 3. poſt *Corſet. ſing. incip. Epiſtola*, Maximè in antiquis, *Seraphin. deciſ.* 333. *num.* 1. *Genua de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 243. *Borrell. conſ.* 40. *ex num.* 370. *Conſil. Staiban. reſolut. forenſ.* 79. *nu.* 13. *lib.* 1. notans, indubium eſſe in ſcriptura ſubſcripta, & ſigillata, ſigillo alicuius Principis, ſiuè Magni Domini, ex *Iaſon. in l. admonendi*, *num.* 91. *ff. de iur. iur. Decian. conſ.* 97. *num.* 28. *lib.* 2. ſermonem habente de Duce Mantuæ, *de Staibano cit. loco*, & *Carau. in hoc Ritu*, memor eſt *D. Carol. Rota ad Rouit. conſ.* 43. *num.* 7. *tom.* 3. & ante ipſos *Author damnatæ memoriæ in Conſuet. Pariſ.* §. 5. quem refert *Reg. Sanfelic. in Prax. indic. ſect.* 53. *num.* 5. & ſat eſſe atteſtationem Notarij, illud eſſe ſigillantis, poſt *Franc. Marc. cit. deciſ.* 990. *num.* 5. *par.* 1. *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 57. *num.* 15. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 6. *num.* 1149. *&* 1152. perbellè *Vinc. de Ann. alleg.* 125. *num.* 3. ſermonem habens de ſcriptura (cuius fuerit recognita manus) ſigillata, carente ſubſcriptione trium teſtium, *Corſett. ſingul. incip. Epiſtola*, *Reg. Sanfelic. cit. ſect.* 53. *num.* 6. *Viu. deciſ.* 487. *num.* 87. & de comprobatione ſcripturæ per ſigillum, agunt *Bertach. de Firmian. in tract. de Epiſcop. lib.* 3. *Maſcard. concl.* 1308. *Guid. Pap. quæſt.* 175. *Menoch. mem. caſu* 113.

Quid verò ſi eſſet appenſum ſigillũ,
8 & deſtructum? *Innocent. in cap. inter dilectos, de fide Inſtrum. in cap. innotuit, gloſ.* 2. *de elect. Ann. ſing.* 480. *Maynard. dec.* 22. *lib.* 3. *Ricc. collect.* 617. & *Galeot. controu.* 29. *num.* 15. *lib.* 2. Eſt tamen verum, dici ſcripturam ſigillatam, ſi habeat ſigillum non in totum fractum, *ex Gloſ. in can. Nobiliſſimus*, 93. *diſtinct. Bertach. de Epiſc. par.* 1. *num.* 39. quidnè, ſi ſit fractum? *Caſſan. in Conſuet. Burgund. verb. Ordinatio Cancellariæ*, *pag.* 310. notans, inducere maximam falſitatis ſuſpicionem, ex *Felin. in addit. cap. inter dilectos, & Bald. in l. falſus*, C. *de furt.* vel ſi corroſa cordula, remanſerit filum, *Bart. in l. tabulas*, §. *ſi rogatus*, *num.* 1. *de bonor. poſſeſs ſecundùm tabul. Alfar. cit. gloſ.* 48. *ſub nu.* 4. quod Iudicis relinquit arbitrio, ex *Menoch. cit. caſ.* 113. *Auus meus ad Capyc. dec.* 86. *num.* 3. memor *Carau.* in hoc *Ritu*, Quid ſi ſit deperditũ? *Vrſil. ad Aſſl. dec.* 253. *num.* 3. *Menoch.* ad rem *conſ.* 1. *nu.* 205.

An verò in lege Principis neceſſa-
9 ria ſit ſigilli appoſitio? negatiuè *Bald.* reſoluit *in cap. Imperialis*, *num.* 6. *de pac. conſtat.* niſi in contrarium extaret conſuetudo, *Caſſan.* aduertit *cit. loc.* multa de ſigillo, & eius vi ſubnectens, *Hœping. cit. tract. cap.* 5. *num.* 28. *& c.* 11. *num.* 16. *Greg. Lopez ad l.* 44. *tit.* 18. *par.* 3. *verb. Sellado*, *Creſpi de Valdaur. lib.* 1. *obſer.* 5. *cap.* 3. *num.* 307. Aſt in Regno noſtro eſt expeditum, priuilegia, & aſſenſus, ſine ſigillo nil probare, ex peculiaribus legibus regiſtratis *ſub tit. de fid. memor. in prag.* 1. *&* 2. editis in annis 1510. & 1529. *de fide memor.* latèque *Reg. de Philipp. diſſert. Fiſcal.* 27. *ex num.* 27. & ante ipſum *Vrſill. ad Aſſl. ect. deciſ.* 197 *&* 398. *Conſil. de Georg. alleg.* 3. *num.* 10. *in fin. Conſil. Roſa conſult.* 49. *nu.* 12. *lib.* 1. *ex Andr. de Iſern. in cap. quoniam inter Dominum*, *nu.* 6. *&* 7. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* etiam in gratijs, quæ reis fiunt, teſte *D. Reg. Rouito in pragm.* 1. *cit. tit. de fid. memor.* qui in *Pragm.* 1. *num.* 9. *de fide inſtrum.* aſtruit de neceſſitate illius in Regijs prouiſionibus, ſine quibus actus nullus redderetur, *D. Reg. de Philipp. cit. loc. num.* 23. *D. Conſil. Rocc. reſponſ.* 97. *num.* 3. *lib.* 1. *Danz. add. cap.* 1. *de ſigillo, ex num.* 20. *& Campagna in capitem*, *quod ad petitionem*, *num.* 2. aduertit, in gratijs, & priuilegijs expeditis in Regia Cancellaria, ſigilla ſtare appenſa, & hoc caſu ſigillum, ſi non eſſet appenſum, non diceretur authenticum, plura *Alex. conſ.* 130. *num.* 3. *lib.* 6. An verò nullitati ſubiaceat contentũ, vel ſcriptura? *Ann.* inquirit *in Conſt. Conſtitutionem Diuæ Memoriæ*, *nu.* 69. & voluit, ſcripturam tantùm nullam eſſe, cui tandèm inhæret *Præſul Cauenſ. P. de Afflict. in add. ad cap.* 21. *controu. iur. reſol. ex num.* 1. *pag.* 463. memor praxis hiſce in caſibus.

Re-

Digitized by Google

Regum enim est, scripturam proprio roborare sigillo, *Corsett.de potest. Reg. 3.par. num.11.* quod Principis personam representat, eiusquè vices gerit, *Gusman. de evict.quæst.2.num.28. Reg. Capyc. Latro to.2. consult.128.num.39.* & Princeps semper sigillo procuratorem constituit, *Cassan.in Catalog. glor. mund. 5.par. consid.24. cas.186. Damhouder. in prax.rer.civil.cap.90.num.4.* & de sigillo Regio sermonem habent *Parlador.different.10. ex num.11. Rota nouissima par.1.decis.538. Gaspar.Thesaur.lib.2.quæst.forens.100.* & in Regijs titulis maximi esse ponderis, & confidentiæ, obseruat *Bald.* quem refert *Guid. Papa sing.517.* & proinde conseruatur penès fide dignos, vt in hac Ciuitate, atque illud Cancellarię apùd publicos officiales in loco publico Regiæ Cancellariæ, *Reg.de Ponte decis.5. num.12. & conf.5. num.91.lib.1. Reg. Rouit.in pragm.9.de feud.* In Hispania apùd Cancellarium, *Couarr. pract.qq. cap.22.nu.9.in fin.* In Senatu Parisiensi penès Senatores, *Petr.Greg. Syntagm. iur. lib.47. cap.29. num.24.* In illo Pedemontano penès Præsidem Senatus, & in illius defectum apùd antiquiorem Magistratum, *Thesaur. quæst.for. final.num.2.lib.2.* & de pœna illud falsificantis, *Gregor. Lopez in l.1. tit.2. par.7. Alfar.glos.20.num.366. &* 401. & esse maius delictum, quàm falsam monetam cudere, aduertit *Reg.Capyc. Latro decis.179.num.21.tom.2.* & pœnam mortis irrogari, tangit *Capyc.decis.30.num.6.* & in nostro Regno adesse Constitutionem specialem, aduertit *Afflict.decis.51.nu.9.* & quò ad Clericos, est *text.in cap.ad audientiam, 3. de crimin.falsi, Pyrringh.in ius canonicum, lib.5. tit.20. num.38. Galganet. de iure publ.lib.1.tit.41.nu.24. Cardos.in prax. indic.& advocat. vers.Clericus, num.86. Barbos.ad mem. cap.ad audientiam*, & hodiè esse arbitrariam, indicant *Farinac.quæst.130.& 131. Sanz. de re crimin.contr.37.num.20.*

Sed vbi scriptura, aut priuilegium aliquod sigillo caret, subsistat nè, an citiùs inualidum censeatur, & præsumatur nè tempore concessionis appositum, postmodumquè deperditum, & corrosum? optimè exarat *Capiblanc. in Comment. ad pragm.11.de Baron.ex num.164.* quamplura, & quippè vtilia ad hanc rem coaceruans: potissimùm quæ, suppositâ vetustate ipsius scripturæ. Si solitum in ea absit sigillum, credatur nè appositum, deindequè amissum? docent *Panormit in cap. innotuit, num.16.de elect. Innoc.in cap. inter dilectos, de fid. Instrum. & Paris de reintegr.feud.quæst.304.* idquè alijs tutatur rationibus idem *Capiblancus num.169.* longa siquidem experientia compertum est, vt qui priuilegium expediri procurat, in forma probàti conficiatur, & consueta, quin & Ministri illud parti non consignant, nisi omnibus solemnitatibus vallatum; vtrumque autem dictum, præter experientiam, authoritatibus comprobat idem *Capiblanc. num.166. & sub num.169.* & confert *Vrsill.* dictum *ad Afflict.decis.13.num.22.*

An autem probetur assensus per fidem libri Regij sigilli? pluries controuersum vidi, & quidem ante lacrymabiles huius Regni tumultus, de quibus sermonem habui *in Ritu 56. num.1.lib.1.* optimè probari ille poterat ex libris Regestri Regię Cancellariæ, quibus fides adhibetur, sicuti originali, quando de hoc non constat, vel ab eo non discordat, teste *D. Reg. Salernit.decis.58.* ex *Innoc.* dicto *in cap.1. de procurat. Bald. in auth.si quis in aliquo, C.de eden. & in l.sui in iure, C.de re indic. Castrens.in l.1.§.editiones, ff.de eden. Genua de script. privat. lib.5. tit. de libr.Regestr. Nouar.decis.6.* Hodiernis verò temporibus, antiquis regestris quasi omnibus incendio consumptis, pluriès in S.C. iudicauimus in discussionibus graduationum, assensum super simplici hypotheca feudorum probari ex fide sigilli, cum illud sit vltima operatio requisita ad validandum assensum: etenim constito de casu, quo scriptura ipsa fuerit amissa, benè regestro sigilli est credendum, vt perbellè *Præsul.Afflict.* notat *controu. iur. resol.*

Digitized by Google

resol cap.21.ex num.57.& in add.n.10. plurieſquè deciſum meminit, quiquè *num.11.* ampliat, etiam quòad ſpecialem hypothecam, aliauè contenta in contractu, quæ tamen non ſint adeò exorbitantia, vt, ijs expreſſis, aſſenſus Regius fuiſſet quidē veroſimilitèr denegatus, quinimò talia ſint, ſuper quibus paſſim ſoleat ille compartiri, & confirmat *Carol.de Roſa ad Conſ. Neapol.in §.quarum, fol.39. gloſ.ſtylus Curiæ, pag.mihi 47.ex num.478.* nec non *Paſqualin.in Comment.ad 2.lib.pragm. Reg.Neap.ad Rubr.de carcerat.n.338.*

Complura de ſigillis, præter *Me-*
12 *noch.in loc. iam citat.* vide apùd eumdem *conſ.1.num.33. lib.1. Anton.Gabriel. comm. concluſ.lib.1.concl.4. tit.de præſumpt. Marc.Solon.de Pace conſ.33. & 46. Chil. Goldſtein in pract. cap.59.* De illorum iure, origine, & introductione, de annulis, ſtemmatibus, ſeù imaginibus, vſu armorum, ſeù inſignium in ſigillis, pertractant *Tiraquell. de nobilit.cap.6.num.6. Gonzal.in Decretal.lib.2.cap.5.de probat.n.1.Hæping. ad d.tract.Briſſon.de formul.cap 6.Sanz de re criminal. controu.45.n.34. Thom. Mier.in apparat. ad Conſt.Catal. par.2. coll.10.cap.12.num.5. Muta ad cap.Regn.Sicil.tom.1.cap.57. & to.5.cap.376. & 378. Azeued.ad tit.15.lib.2.recopil. Bulenger de Imperat.lib.2.cap.10.Salazar. de Mendoza lib.2. cap.7. in fin. de las dignidades ſeglares de Caſtilla, y Leon, Cardan. de rer. variat. lib. 16. cap.89. Taſc. pract.concl.to.7.concl.23. cum duobus ſeqq.lit.S.* & quòd alterum ſit publicum, alterumque priuatum, enarrant *Io:de Deo in prax.Aduoc.lib.5. cap.12. num.3. Dec. in cap. cum dilecta nu.2.de confir.vtil.vel inutil.& in cap. poſt ceſſionem, num.7. de probat. Veſtr. in prax. Rom. lib.6. cap.50. num.9. Io: Mill.in prax. crim. cap.edicti formula num.21.*

Quæ autem probatio oriatur ex literis Epiſcopi ſigillo munitis? ſcribit *Maſcard. cit. concluſ.988.* At Epiſcopi ſigillum authenticare ſcripturam, probat *deciſ.Rota de probat.in nou. & 16. eod.tit. in antiq.& dec.12. de procur.in nou. Io. Mohedan. deciſ. 21. de renunc.* & quid operetur traditio ſigilli facta alicui per Epiſcopum? inquirit *Boer. deciſ.274.* & de Bullis ab ipſo expeditis, loquitur *Ricc.collect.1514.Gonzal. cit.cap.2.de fide inſtrum. & cap.poſt ceſſionem, ex num.6. de probat. Marta in ſumm. deciſ.lib.1. verb.ſigillum, cap.4.* De illo Cardinalium, & Legati Summi Pontificis, *Gonzal. cit.loc. Gammar. de offic.Legat lib.8.num.216.Rota dec.535. num 1.par.1.diuerſ.* Collegij ſecularis, vel Regularis, atq; Vniuerſitatis, *Riu. deciſ.54. Alteſerra de Ducib.lib.3. c.4. in fin. Azzeued. lib.8. tit.20. recompil. Barboſ.in cap.dilecta, de exceſs. Prælat. Angriſan.lib.2.de legib.cap.1. Pirringh. in ius Canonic. lib.5.tit.31. ex num.33.* nectens, quòd liceat prohiberi à ſuperiore, ne ſigillum recipiatur, ſi non habeat notam Communitatis, vt ſeruauit Honorius III. *in mem.cap.dilecta* quòad Clericos Eccleſiæ.

Illudquè aſportanti an ſit credendum, ac ſi aſportaſſet literas? nonnulla colligit *Gabr. cit.concluſ.4. ex n.34. & n.35.38.& 47.* confirmat reſtrictiones, de quibus meminit *Carau. in hoc Ritu num. 15. verſ. limitat tamen, & verſ.ſecundo caſu*, notat, quòd ſi debitor ad ſignum creditoris ſoluerit alicui portanti, vulgò cultellucium, vel aliquam rem, vtputà apodiſiam, bene ſoluat, deciſum refert *Vrſill.ad Afflict. deciſ.299.ex num.11.* confertquè *Tondut.in tract.de præuent. iudiciar. tom.2. cap.34.num.13.* de eo, qui exhibet literas ſoluendas earum portatori, non teneri probare perſonæ indentitatem, etſi è remotis locis literæ venirent, quod verum præconizat *Olea in addit. ad tract. de ceſs. iur. tit.5. quæſt.9. pag.* 170. niſi qui literas fert, ſit perſona ſuſpecta; & de mandato procuratoris ſigillo conſtituentis ſignato ſcribit *Nepot. de Montealb. in tract.excepti de except.contr.procur.tol.15. verſ.atiũ quæritur.*

Vlteriùs adeò ſũma obſeruantia colendam ſigillorum fidem, clamant Iura
13 vt illis extremis voluntatibus firmitatem polliceantur, *l. ad teſtium, §. ſi ab*

ipſo

ipso, de testam. l. si vnus, in princ. l hac consultissima, C. eodem, glos. in cap. inter dilectos, verb. delete, extr. de fide instrum. Annæus Robert. lib. 2. rer. indic. cap. 10. Piccard. in §. possunt, Inst. de testam ord. Cyriac. controu. 444. Melchior Klinc. lib. 2 Inst. tit. de testam. ordin. num 9. de forma subscript. testium, Dilect. de arte testandi, tit. 2. cautel. 1. num. 2. Aegid. Bellam. cons. 1. Rot. Rom. decis. 3. vol. 1. Matthienz. nou. recomp. tit. 4. l. 2. glos. 5. num. 2. Barij de succes. lib. 1. tit. 1. n. 4. de testam. Burg. de Paz. in l. 3. Taur. par. 2. concl. 3. num. 1119. Vasq. latè *in tract. de succes. creat. §. 15. num. 1. & 41. Mart. de succes. legal. par. 4. qu. 4. art. 1. num. 13. tom. 4. Costa de remed. subsid. remed. 82. num. 5. Reg. Capyc. Latro decis. 160. nu. 57. tom. 2.* Cumquè de ipsorum sigillorum incisione in elogio Victoriæ Donadio actum esset in S.R.C. placet hic quæstionem acerrimè agitatam summatim proferre, ac recensere, scitum inde emanatum.

Victoria enim Donadio conditum à se, subscriptumque vltimum elogium, clausum, septemque testium subscriptionibus obsignatum, Notario Paulo Colacino cõseruandum tradidit; quod
14 deindè cupiens reformare, iussit sibi reddi, redditiquè consecidit fila, & sigilla, deleuitquè pene omnia, præter institutionem, qua Cœnobium Monialium Diui Antonij de Padua huius Ciuitatis vocabatur. Deindè supponebatur ab ipsamet Victoria, conditam fuisse aliam testamenti notam, in qua scripserat hæredem proprietarium idẽ Cœnobium, vsufructuariam verò Sororem Mariam Angelicam Calcidio, quam aiebant subscriptam ipsius Victoriæ manu, nec potuit stipulari, morte præuenta. Efflagitantibus postmodum hinc Monialibus bona ex testamento, indè Reu. D. Siluio, & alijs de Donadio, successionem ab intestato.

Cœnobij Patronus tuebatur, fuisse
15 secundum testamentum ad pias causas, quod sine vllis testibus in vtroque foro sustinetur, si testatoris manu conscriptum probetur, *Bart. in l. fideicommissa, §. 1. ff. de leg. 3.* & alij apùd *Menoch. cons. 227. num. 59. Gras. de succes. §. testamentum, quæst. 19. num. 3. Couar. in cap. relatum, num. 12. in fin. de testam. Mart. tract. de succes. leg. al. par. 4. qu. 8. art. 3. num. 9. Vasquez de succes. creat. §. 22. num. 6. Tiraquell. de priuileg. pie causæ, priuil. 4.* ibiquè *Thor. Gratian. discept. forens. cap. 105. num. 10. Velasq. decis. Lusitan. 67. num. 1. Gabed. decis. eiusdem Senatus 129. nu. 12. lib. 2. Boer. decis. 240. num. 4. Paul. Rub. de testam. cap. 24. num. 63. Consil. Staib. in obser. ad resol. 135. nu. 76.* qui sermonem habet de testamento inter liberos, quod illi ad pias causas condito æquiparatur. Cũ ciusmodi testamentum ad Iuris Gentium, Naturalis, seù Diuini terminos redactum, iuxta *text. in cap. relatum, de testam.* nullam pro ipsius substantia, seù robore Iuris Ciuilis solemnitatem desideret, vna testatoris voluntate exteriùs patefacta, contentum, *Paul. Rub. cit. tract. cap. 1. & cap. 24. num. 66. Reg. de Marin. resol. cap. 229. tom. 2. Vinian. Cirocch. discept. 8. num. 3. & 27. ex n. 6.* in eo enim cessat timor falsitatis, ad quam euitandam Ius Ciuile tot solemnitates induxit, *Curt. iun. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, num. 19. C. de testam. Clar. in §. testamentum, quæst. 6. in fin.* nam subscribens se alicui scripturæ, omnia in ea contenta scripsisse virtualitèr dicetur, omniaquè legisse, itaut approbationem actus operetur, *Consil. Staib. in observ. ad resol. 31. ex num. 81. Antonellus* ad rem *cons. 25. num. 14. Auns meus ad Gramm. dec. 49. num. 4.*

Testatoris autem subscriptio probabitur, vel si aduersarius fateatur, eam
16 esse scripturam manu testatoris subscriptam, licèt neget habere robur testamenti; vel si testes deposuerint, rectè nosse caracterem Testatoris: quia vidissent eum sæpiùs scribentem, *Rub. cit. cap. 24. ex num. 70. Gratian. cap. 605. nu. 22.* & duos satis esse, ait idem *Rub. cap. 29. num. 436.* vel saltèm ex comparatione literarum, quæ vim habet probationis, ex *eod. num. 474. & cap. 32. à num. 715. Gizz. ad decis. 140. Reg. Capyc. Latr.*

Qui-

Digitized by Google

Quinimò testamentum ad pias cau-
17 sas, secluſa schedula à testatore ſub-
scripta, legitimè probatur dicto duo-
rum testium, etiam fortuitò præſen-
tium, pluribus Senatuum deciſionibus
tuetur præfatus *Rub.cap.1. ex num.17.*
& cap.20.& 21.à nu.711. quodq; in fo-
ro Cœſaris obſeruari aduertit, nec non
Reg.de Marin. cit. cap.229. Reg. Capyc.
Latr.deciſ.140.num.24.

Addebat, illud ad pias cauſas valere
tanquàm nuncupatiuum, quod fieri po-
teſt ſine ſubſcriptione, ſigillo, & ſcrip-
tura, *l.hac conſultiſſima*, §. *per nuncu-*
pationem, C. *de teſtam.* teſtibus tantùm
probandum; ſcripturamquè fieri, vt
faciliùs probetur, nè emendicentur
probationes à teſtibus, *l. contrahitur*,
ff.de pignor. Gizz.ad Capyc.Lat.deciſ.7.
num.7. ſcripto proindè deficiente, va-
lida eſt diſpoſitio, ſi teſtibus probetur,
Card.Seraphin.deciſ.581.& 623.Parla-
dor.rerum quotid.differen.15. num.11.
Gratian.cap.550. etiam ſi Notarius di-
cat, teſtatorem voluiſſe illud in ſcrip-
tis condere: cum veriſimile non ſit, ad
vnam teſtandi formam ſe reſtringere
voluiſſe, arg. *text.in l.3.C.de milit.te-*
ſtam.Bart.in l.fin.C.de iure Codicill.

Et quamuis poſſet Aduerſarius vr-
18 gere, eſſe eiuſmodi teſtamentum im-
perfectum ratione voluntatis, cum il-
lud non potuerit ſtipulari morte præ-
uenta, ad tradita per *Oldrad.conſ.119.*
Reg.Capyc.Latr.in dic.dec.7.& dec.140.
Conſ.Staiban.reſol.mem.131.tom.2. Oc-
curritur tamèn, quòd vrget ſententia
ex aduerſo, teſtamentum nempè ad
pias cauſas ſuſtineri, etſi imperfectum
ſit ratione voluntatis, ex *text.in l.in te-*
ſtamento, ff.de fideicomm.libert. quo ca-
uetur, deberi libertatem ex teſtamen-
to imperfecto, ac perconſequens, &
ad pias cauſas relicta, ità *Bart.in mem.*
l.in teſtamento, num.2. Tiraquell.de pri-
uil.pia cauſ.priuil.7.in princ. Mantic.de
coniect.vltim.vol.lib.tit.1.num.9. The-
ſaur.queſt.forenſ.35. cum alijs conglo-
meratis à *Reg.de Marin.cap.238.n.12.*
quicquid alij contrarium ſentiant, de
quibus *Paulus Rub.cap.5. ex num.5. &*
cap.9.491.& 501. aſſerens ex *Surd.de-*
ciſ.292.num.16. horum ſententiam non
militare, quando voluntas teſtatoris
eſt perfecta reſpectu eius, de quo agi-
tur, licèt ſit imperfecta ratione totius
diſpoſitionis; tunc enim teſtamentum
in ſui integritate imperfectum, ſuſti-
netur ex ſpecialitate, & fauore piæ
cauſæ in eo capite, in quo perfectè te-
ſtator diſpoſuit: teſtamentum enim im-
perfectum ratione voluntatis non com-
pietæ, differt ab imperfecto ratione
voluntatis non deliberatæ; hæc autem
imperfectio reſultans ex voluntate nõ
completa, non fauciat teſtamentum in
eo, quod reſpicit cauſam piam, ſi il-
lud fuerit in ſe completum, idem *Rub.*
cit.tract.cap.6. Quod apprimè collimat
theſi noſtræ, in qua teſtatrix ſuam
compleuit diſpoſitionem, licèt vellet
aliqua ſubiungere reſpectu legatorum,
fuit ergò circa diſpoſita, voluntas te-
ſtatricis deliberata; atque adeò de te-
ſtamenti robore ambigi non debet;
prout in ſimillimo caſu legata pia de-
beri, conſuluit *Reg.de Marin.ad d.cap.*
238.& *Thor.* deciſum refert *par.3.Com-*
pend.ſect.2.verb.legatum, pag.22. & ex
eo enim quod teſtator cogitauit ali-
quid in teſtamento facere, vel addere,
ſi non fecerit, vel addiderit, non de-
ficit voluntatis perfectio, vt mirificè
obſeruat *P.Boſſius* videndus *to.3. oper.*
moral.tit.de teſtam.tit.10. num.173. &
Rub.cap.8.num.396. Qua autem imper-
fectionis nota inuri poteſt teſtamen-
tum hoc, cui non deſunt hæredis in-
ſtitutio, legata, & ſepulturæ electio?
vnam tantùm diſtulit ſtipulationem
teſtatrix, donec conualeſceret Soror
Maria Calcidio vſufructuaria, tunc
ægrotans. Hæc autem ſtipulatio non
ſequuta, licèt de ſtipulando fuerit con-
uentum, nequaquam officit, fœdatuè
teſtamentum, pro vt in contractibus
decreuit *text.in l.5.C.de tranſact. & in*
l.cum res, C. *de probat.* Cenſetur enim
teſtatricem, Notarium adhibere voluiſ-
ſe, ad effectum dumtaxàt maioris pro-
bationis, non ad firmandum teſtamen-
tum, quod pro perfecto habebat, arg.
text.in l.teſtamentum, C. *de teſtam.* poſt
alios notat *Cancer. variar. reſol. lib.1.*

Digitized by Google

cap. 4. de testament. num. 96.

Contrariæ partis defensor triplici
19 munitus clypeo, *Oldradi* scilicèt, *Capyc. Latr. & Cons. Staib.* sic impugnabatur. Non prodesse *Oldrad.cons.*119. in eo enim testator à quodam Clerico scribi fecit suum testamentum, in quo instituebat hæredes pauperes Christi, additis legatis, & rogauit Clericum, vt in formam publicam ab aliquo Tabellione eam dispositionem faceret redigi, quo non peracto, mortem obijt testator; cõsuluit *Oldrad.* dispositionem prædictam minimè subsistere: nam præterquàm quòd reprobatur ex *Imol. in cap. cum esses, in 5. quæst. de testam. & Bart. in l. si is qui, num. 1. ff. de testam. Mart. vot. 8. nu. 25.* & alijs apùd doctissimum Episcopum Isclanũ *Hieronym. Rocca* nouitèr visum *disp. iur. select. cap. 40. ex num. 11. lib. 1.* longè à nostro themate distat, in quo testatrix scribi fecit suum testamentum à Notario, illudquè pluribus suis scriptionibus muniuit, nec vlla verba ex illis, quæ *Oldrad.* protulit, vt obseruat *Rub. cit. cap. 8. num. 264.* Non definitio *Reg. Capyc. Latr.* quia ibi non agebatur de pia causa, nec testator se subscripserat testamento, imò expulit Notarium accersitum ad stipulandum. Nec minus altera 140. eiusdem *Reg. Capyc. Latro* cum ibi non de scriptura testamenti, sed tantùm de attestatione priuata Notarij; imò potiùs erat præparatio ad testamentum. Non denique exarata à *Cons. Staib. cit. resol. 131.* quæ vel ex eo parui, nulliusuè momenti esse apparent, quoniam idem Auctor fuerat in eadem causa patronus, calamumque arripuit ad ostendendum potiùs ingenij acumen, quàm ad veritatem indagandam, ex à nobis infra dicendis. Has autem partes corroborabant pleriq; S.C. scitis, potissimùm apùd *Grammat. decis. 62. Gizzarell. dec. 45. & Hodiern. controu. 36.*

Prætereà, dato secundum testamen-
20 tum fuisset omnibus Iuris solemnijs destitutum; adhùc in sui robore remanet primum, quod reuocari minimè potest, nisi per secundum æquè solemnitèr gestum, *Castrens. cons. 155. col. fin. vol. 1. ad text. in l. si iure*, vbi *Bart. ff. de leg. 3.* & ex alijs *Consil. Staib. resol. 54. num. 17. tom. 1. Gizz. ad decis. 140. Reg. Capyc. Latr.* ex *text. in l. 2. ff. de iniust. rupt. & in §. ex eo autem, Instit. quibus modis testam. infirm. Regen. Capyc. Latr. consultat. 71. num. 17.* nàm licèt illud fuisset ablatum à Notario, apertum, & in quibusdam accomodatum; nihilominùs remansit firma, inconcussa, nullaquè ex parte deleta institutio, quamuis addiderit vsufructuariam Sororem Mariam Angelicam Calcidio eiusdem Cœnobij Monialem; nec non probatur testatoris voluntas, etiam per eius dispositionem inualidam, *l. planè, ff. de leg. 1. l. etsi transferam, ff. de adimend. leg. l. legatum sub conditione, ff. de cond. & demonst.* & post alios *Cons. Staib. in obseru. ad resol. 131. num. 118.*

Non officere concludebat, testa-
21 tricem incidisse testamenti fila, & sigilla, vt quædam adderet, vel deleret, vt in terminis testamenti inter liberos tuetur *Gizz. ad mem. decis. 7. Capyc. Latr. num. 10. & Consil. Hodiern. in obseru. ad decis. 292. Surd. num. 2.* laudato *Castill. decis. 59. lib. 1.* nàm licèt certissimi iuris sit, per receptionem testamenti à Notario, & filorum, ac sigillorum incisionem consulto factam à testatore, præsumi reuocatum testamentum, ex præsumpta voluntatis mutatione, nisi id contingat, vel si alter sine eius iussu id faciat, ex *text. in l. 1. §. si linum, ff. de bonor. poss. secund. tabul. l. 1. ff. de his, quæ in testam. delen. l. vnica. si tabul. testam. null. extab. l. ad testium, §. si signa, ff. de testam. l. nostram 30. C. de testam. Petrus Gregor. par. 3. lib. 42. syntagm. cap. 4. nu. 6. Card. Mantic. lib. 12. tit. 1. num. 28. Baryj lib. 10. de succes. tit. de resol. testam. num. 36. Reg. Valenz. cons. 31. num. 52. & 55. Castill. lib. 4. cap. 37. ex num. 25.* atque in dubio præsumi, testatorem fila incidisse, maximè cum sua manu aliquid addidit, *Mastrill. dec. 132. n. 24. Castill. dec. 59. n. 18.* ex incisione tamen linorum, ac testamenti apertura, non præsumitur illud reuocatum, si pium est; quod vt pium

dica-

Digitized by Google

dicatur, sufficit si in aliquo gradu vocetur causa pia, siue ille sit primus, siue vlterior substitutionis, ex *cap. si pater, de testam. in 6. Vivius decis. 5. Diana par. 7. tract. 6. res. 1.* latequè *Fontanell. decis. 49.* qui, etsi in *decis. 50.* conquęratur, succubuisse in causa, quam pro legitimis hæredibus tuebatur, in *decis.* tamen 51. *à num. 19.* non parum de sua opinione dubitat, dum oppositum bis censuerit Senatus mutatis Iusdicentibus, & aliàs decisum testatur *Marc. Salon. de Pac. in l. 3. Tauri, par. 2. concl. 3. num. 112.*

Corroboratur, quia testamentum in-
22 ter liberos, cui æquiparatur illud ad pias causas, tunc communitèr reuocatum præsumitur, quando testator coràm septem testibus fatetur, nolle testamentum valere, & aliam pandit voluntatem, siue in testamento perfecto, siue in non scripta perfecta voluntate, ex *text. in Auth. hoc inter liberos, C. de testam. & in §. & si quidem, Auth. de testam. imperfect. Roman. cons. 385. Reg. Capyc. Latr. consult. 56. lib. 1. & consult. 93. num. 33. lib. 2. & 5. Reg. Rouit. dec. 56. Trentacinq. lib. 1. variar. rosol. 6. nu. 18. Suarez cons. 1. nu. 153. Argel. de acquir. possess. quæst. 6. art. 9. nu. 160. & art. 10. num. 303.* & memoratæ *Auth. hoc inter liberos*, concinit lex Hispana 8. apùd *Gregor. Lopez lib. 6. tit. 1.* & in terminis illud inter liberos per lini, seù fili, sigillorumquè incisionem non censeri reuocatum, asserunt *Angel. in l. nostram, num. 1. C. de testam.* vbi cœteri, *Guliel. de Bened. in cap. Raynutius, in verb. testamentum, il 2. num. 19. par. 1. de testam. Intrigl. sing. 22. lib. 3. Mut. cap. 114. Regni Siciliæ, num. 20. Kappen. decis. German. 45. nu. 30. lib. 1. Christin. dec. 199. num. 11.*

Non officit *decis. Mastrill. 132. n. 31.*
23 *in fin.* atque altera *Castill. 59. num. 78.* in eadem causa compilata, declarando testamentum inter filios conditum, cuius lina incisa erant, reuocatum; tale enim scitum non fuit nixum auctoritate, & maiori II. CC. calculo, sed in quinque coniecturis euidentibus, quibus colligebatur, voluntas patris reuocare volentis testamentum per linorum amputationem. Prima fuit, quia dixerat Testator, testamentum fuisse solemne aperiendum per Notarium, post obitum, & in clausura illius erat id expressum; hinc nõ poterat per Notarium aperiri, dum erat per testatorem apertum, vt rectè *Castill. ibidem 24. Mastrill. num. 27.* Secunda coniectura erat, quia testator in testamento condito de anno 1570. plura remiserat vxoris arbitrio, quam hæredem substituerat, & in anno 1579. quia vxor condidit testamentum, & vix virum suum nominauit, ideò vir accepit à Notario testamentum, illudquè aperuit lina resecans; tùm, quia mortuæ vxoris ingratitudinem cupiebat punire; tùm etiam, quia ea nequibat exequi disposita per viri testamentum, præmortua. Tertia, nàm testator superuixit tribus annis, post receptum à Notario testamentum, neque curauit testamentum illud, vel reformare, vel iterùm obsignare, quamobrem reuocasse censetur, vt *Guid. Papa* optimè *in decis. 543. num. 77.* & ijdem *Castill. num. 47. Mastril. num. 28.* Quarta siquidem testamentum fuit post septẽdecim annos repertum inter scripturas derelictas testatoris, non ergò debuit haberi pro eius absoluta voluntate; secùs si diligentiùs seruasset, *Castill. cit. decis. num. 49.* quam perpendit *Hieron. de Leo decis. Valent. 32. num. 10.* Quinta demùm, quia testator in mortis articulo voluit testari, & vix facta hæredis institutione, cœpit delirare.

Quod vrget vehementiùs; & si lina,
24 & sigilla reperiantur incisa, si non apparet consultò factum fuisse, ac aliundè probatum, in dubio pro voluntate non mutata stat præsumptio, *l. præcipimus, in fin. C. de appell. l. sancimus, C. de testam. Argel.* sic in puncto considerans *cit. tract. art. 10. ex num. 262.* ideòque eam alleganti incumbit onus probandi, *l. Lucius, de leg. 1. l. fideicommissa, §. si rem, de leg. 3. Argel. num. 264.* cum aliàs non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. neque naturalis, C. de probationibus.* Quinimò ab ipsis legi-

Digitized by Google

legitimis heredibus est probanda qualitas, voluisse scilicèt testantem ab intestato decedere, *l.fin.ff.de his, quæ in testam.del.* Vndè simplex testamenti in scriptis aperitio mutationem voluntatis non arguit, nisi paritèr deleuerit, quæ ipsius substantialia attinguntsaliàs videtur potiùs causa reuidendi, quàm reuocandi feciſſe, vt perpendit *Didac. Spin.in Speculo testam. glos.6. num.35.* & sequitur *de Leo cit. decis.32. num.2. Castill.quotid.cap.21.nu.14.* eò magis, dum poterat chartam facillimè lacerare, & non fecit, ad tradita per *Ant. Merend. controu.lib.15.cap.32. num.4. tom.3.*

Conquerebatur aduersarius è con-
25 trà, quòd ad hoc, vt possit Cœnobium obtinere, oportet, testamentum in sui prima figura sine omni vituperatione apparere, non deletum, non abolitum, neque ex quacumque suæ formæ parte vitiatum, etsi de testatoris voluntate non constiterit, instructo quoque processu, omni legis beneficio carebat, ad hæreditatem vigore illius aspirans. Idquè adesse in primo testamento, ob sigillorum fractionem,& lineæ inductionem per mediũ, in subscriptione præsertim testatricis, & testium,quę ad testamenti substantiã pertinent, *l.hac consultissima, C.de testam.Gratian.lib.3.cap.429.Conf.Staib. resol.68.num.18.* Nec quia intacta remansit institutio,quicquam opitulatur, ex *Reg.Capyc.Latr.consul.160.num.99.* quia non ex hoc saluatur prima illa figura exacta,& carentia cuiuscumque vituperationis, pro vt sonat dictio illa vniuersalis, *Omni*, ex *l.1. de leg.1. l.Iulianus, de leg.3. Surd.dec.255.n.8. Menoch.cons.1120.num.3.lib.12.* & in terminis *idẽ de adipisc.possess.remed.4. num.709.* Quin,& ipsa institutio adesse negatur, quia cum ex ipsa incisione,& lineatura dicatur mutata voluntas, *l.1. §.si linum, ff.de bonor. possess. secund.tabul.l.ad testium 22.§.Si signa, ff.si tabul. testam.null. ex tab. l.nostram 30.C.de testam.* & ipsa cum cœteris in testamento deletis, ruit, ideòque testamentum, vti carens forma extrinseca, & intrinseca, nullius est momenti. Neque ambigendum,ex composito fuisse id à Victoria testatrice effectum, dum post multũ temporis aliud condidit testamentum.Quarè assertum *Castill.num.89.* vt ob filorum incisionem non dicatur reuocatum testamentum ad pias causas, locum sibi vindicare potest, quoties non apparet consultò id à testatore factum, quo casu prævalet præsumptio pro tali testamẽto. At secus si de eius consulta voluntate constaret, vt in præsenti. Si enim vna præsumptio per aliam æquè validam remouetur, *Menoch.lib.1.de præsumpt. quæst.30.* illam veritati cedere oportet, quæ semper prævalet, cuique omnia cedunt, *l.pœnal. §.Mulier, ff.de probat.l.ille, aut ille, §.cum in verbis,de legat.3.* cum alijs apùd eumdem *Menoch.quæst.32.num.4.& 5.*

Hoc eodem morbo carentiæ primæ
26 figuræ laborat secundum eiusdem Victoriæ elogium, cum careat die, mense, & anno, proinde nullum, *§.nos igitur, Auth.de testam. imperf. Auth quod sine, C.de testam.* de quibus Iuribus latè *Bald.in cit.Auth.quod sine, num.14. Clar.in §.testamentum, q.14. Mascard. deprobat.conclus.1358.n.53.* & eo fortiùs quòd ignoratur,à quo fuerit, vel scriptum, vel subscriptum? cum non constet, neque de scribente, neque de subscribente, neque figuram, neque imaginem habet testamenti.

Et quamuis testes adessent, qui deponerent, esse illud, vel scriptum, vel subscriptum manu testatricis; nullius adhuc esset ponderis. Siquidem licèt ipsa testatrix incœpit condere testamentum; illud tamen non perfecit,
27 ideoquè voluntas non est perfecta, & quæ non est perfecta, imperfecta sit, necesse est, cum perfectum ex *Arist.5. metaphysic.tex.21.* sit id, cui nihil actu deest secundùm modum suę perfectionis; non est ergò testamentum, sed præparatio potiùs quædam testamẽti, dum non testata est, sed voluit testari; præparatio autem ad testandum, nec fauore quidem piæ causæ probat, ex *text.in l.fideicommissa, §.quoties, de legat.*

Digitized by Google

gat.3. Ruin.conſ.71. num.13. lib.3. & indiuidualitèr extare dicebant *Oldrad. cit. conſ.* 119. communitèr approbatum; & potiùs parauiſſe facere, quàm feciſſe, ex celeberrimo *text. in l. ſi is qui teſtamentum, ff.de teſtam.* ſequuntur *Io.Andr. ad Specul. tit. de inſtrum. edit.* §.*Compendiosè, in addit. incipiente ex parte, lib.2. Gulielm.de Benedict.in cap.Raynutius,verbo teſtamentum,n.71. de teſtam. Couarr.in cap.relatum,il 1.de teſtam.nu.9.* adducens egregiam *Pauli* deciſionẽ in *l.ex ea 29.ff.de teſtam.Dec. conſ.*159. in quo agebatur de inſtitutione Xenodochij, *Paul.de Caſtr lib.2. conſ.*101.*nu.*3. *& conſ.*450. *Surd.lib.2. conſ.*258.*nu.*19. *Menoch.lib.1.conſ.*45. *num.* 28. *Maſcard. vol.* 3. *concl.*1352. *num.*7. *Amat. variar. lib.1.reſol.*8. *cit. deciſ.*59. *Ludouiſius deciſ.*371. *Epiſcopus Suarez in ſuis allegat.pro Marchione de Velez fol.*431.*n.*15.*verſ.nec prafata, Pater Io: Baptiſta de Lazana in eius apparagio ſuper teſtam. Sereniſſimi Principis Filiberti à Sabaudia,dub.*1. *n.* 15.*pag.*43. *Bottiglier.de ſucceſs. ab inteſt.cap.*2. *theor.*42.*num.*32.

Ex quibus rectè communi omnium
28 voto reijcitur aſſertum *Caſtilli loco cit. num.*61. ſuſtineri ſe teſtamentum imperfectum ratione voluntatis quò ad relicta ad pias cauſas, ex *Tiraquell. cit. priuil.*7. *verſic. contrarium autem*, *Reg.de Ponte lib.*2. *conſ.*99.*ſub num.*9. *Morot.conſ.*6.*n.*7. *Loffred.conſ.feud.*14. *nu.*65. *Alex.Trentacinq. lib.*2.*conſ.*42. *Aymon. conſ.*689. *Argel.de acquir. poſſeſs.quæſt.*6.*art.*13. *num.*366. *Theſaur. lib.*4.*quæſt.*28.*n.*6. *Boer. deciſ.*93.*n.*10. *& deciſ.*240. *num.*4. *Surdus deciſ.*292. *num.*14.& ibi *Hodier.* cum forma ſubſtantialis teſtamenti, ſit voluntas, & conſenſus teſtantis, quæ forma in nullo,quantumuis priuilegiato teſtamento, remiſſa eſt, nec in teſtamento quidem pio: cum inuiolabile, & perpetuum ſit axioma de Iure naturali,gentium, & ciuili, voluntatem, & conſenſum eſſe animam omnium diſpoſitionum, ſine qua actus corruit.

Inſupèr deficiunt teſtes, & ad mi-
29 nus duo exquiruntur,ex *cap.relatum, & cap. cum eſſes, de teſtam.* etiam in Terris Imperij, *Couarr. ibidem*, *Mele ad Gizzarell.deciſ.*46. quod alij non admittunt, apùd *Borrell.in ſumma deciſ.tit.*11.*de numero teſtium,nu.*2. *Mari ad eumdem Gizzarell.deciſ.*46.*num.*1. *Card.Tuſcus tom.*8. *lit.T. concluſ.*113. quando deberent eſſe idonei omni exceptione maiores, nec ſufficiat vnus, *Capr. conſ.*162. *Pariſ. lib.*1. *conſ.*124. *Mantica de coniectur. lib.*6. *tit.*3. *à numer.*35.

Deniquè prætenſum teſtamentum
30 non eſt ſcriptum, ſed tantùm ſubſcriptũ à teſtatrice. Hinc extra aleam non erit inquirere, an teſtamentum à teſtatore dumtaxàt ſubſcriptum valeat inter liberos,atque exinde fauore piæ cauſæ? Quò ad primum, ſolam ſubſcriptionem eſſe ſatis, voluerunt nonnulli apùd *Tiraquell priuil.*4. ex *Auth. quod ſine*, C.*de teſtam.* At totum eſſe ſcriptum,exquirunt alij ex *text.* originario, ex quo deſumpta eſt memorata *Auth.quod ſine*, qui eſt in §.*nos igitùr, Authen.de teſtam.imperf.* & poſt habita decerpta *Auth.* attenditur, teſte *Fontanell.de pact.nupt.tom.*2.*clauſ.*4*gloſ.*9. *par.*4.*num.*86.*pag.*158. Sit vtrumque, rem noſtram non attingit: nam ſi concederetur inter liberos illa ratione, quòd cauſa inteſtati coadiuuat cauſam teſtati; hoc non currit reſpectu extranei,qualis eſt Eccleſia, niſi totum conſcriptum fuerit manu teſtatoris, *Card. Tuſc. tom.*8. *lit.T. concluſ.*117. *Clarus* §. *teſtamentum, quæſt.*7. *num.*3. qua de re *Achillus de Graſs. deciſ.*1. *ſub tit. de teſtamen. Tiraquell.* & ibi *Ricc. priuil.* 4.

Cœteris autem dignior eſt *dec.Car-*
31 *din.Seraph.*840. in qua teſtator manu ſua ſcripſerat, & ſubſcripſerat teſtamẽtum,ac obſignauerat cum ſubſcriptione duorum teſtium, relinquens hæredem poſthumum, qui ſi non naſceretur, vel natus decederet, vxorem inſtituit hæredem, deceſſit poſthumus in infantili ætate; hinc dubitatum fuit de validitate teſtamenti, & propoſita bis cauſa, affirmabant nonnulli ex *cit. Auth.quod ſine*, negarunt reliqui, quia

cit.

Digitized by Google

cit.§.nos igitùr, claris verbis requirit, testamentum scriptum, subscriptumque testatoris manu, & quòd testator explicuerit coràm testibus suam volũtatem, *glos.ibidem verb.inter filios, Alexand.lib.3.cons.76. num.3. Ruin. lib.3. cons.71.num.12.Cuiac.in cit.auth.expositione*, qui notat, requiri testamentum holographum, & testibus palàm nuncupatum; subnectitq; idem *Seraph. num.6.* hæc verba: *Quæ cum non appareant hic obseruata, non sufficit recognitio per testes habentes notam manum, quę de stylo in Rota admittitur, sed requiritur recognitio per eosdem testes, qui se subscripserunt, vt sciamus, an omnia iuxta præscriptum d.Auth.obseruata fuerint? ob quam dubitationem supersederunt in causa*; tandèm iterùm proposita causa sub die 27 Ianuarij 1589. fuit decisum, minimè fuisse seruata requisita *cit.Auth.* testatur idem *Card.Seraphino decis.* 853. & mirabilitèr eadem Sacra Rota in vna Romana domorum anno 1614. coràm Patriarcha Mazanedo, inter collectas à *Farinac.decis.*576. de qua *cit. Lezana num.*19. Et re vera in hæreditatibus magis fauendum legitimis hæredibus, quàm pię causę, *Peregrin. lib.3. cons.*68. *num.*13. *Paul. de Castro cons.*450. *in fin.lib.*1. & licèt fa-
32 uor piæ istius causæ magnus sit, cum pro salute animæ, & iustitia naturali non sit disputandum de apicibus iuris; tamen piè occurrit *Emin. Card. Mantica de coniect.vltim.volunt. lib.6. tit.3. ex num.* 12. his verbis: *Fauorabilibus causis ita debet fauor exhiberi, vt cæteris, qui sunt successuri ab intestato, iniustitia non fiat*.

Non valere proinde primum testamentum, cum sit deturpatum, deletum, ac diruptum; neque secundum, cum nullam habeat figuram testamenti, clamabant venientes ab intestato.

De mense Nouembris 1679. relata
33 causa in Senatu scissa fuerunt suffragia, illa præstantibus DD.Consiliarijs Marchione Latertiæ, Scipione de Martino, Carolo Vergara in eadem Aula mecũ residentibus: nàm duo validam, alij duo nullam dispositionem dijudicarunt, & datis à nostro D.Præside tribus alijs Consiliarijs sequentis Aulæ adiũctis ad paritatem derimendam, ex *pragm.*41. §.3. *de offic.S.C.* & 4. §.2. *de dilation.* aduenere deinde in Aula tres noui Consiliarij: nempè DD.Consiliar. Michael Muscettola, Dux Casæ Massimę, & Ioseph Canale, & vna ex partibus expetente, R.Collateralis Consilij diplomate, sub die 26. Decembris eiusdem anni 1679. directo D.Præsidi, penès Comum, *in par.*63. *fol.*12. fuit mandatum, præfatam paritatem secernendã per memoratos tres Senatores nouitèr in Aula residentes, & re iterùm ad libellam reuocata, fuit dirempta paritas, manauitquè scitum, relatore d. Ill. Duce Casæ Massimæ, in fauorem venientium ab intestato, die 23. Iulij 1682. *in Banca Licti*.

RITVS CCLXXVIII.

ITem seruat ipsa Curia, quòd nulla litera Reginalis: putà, litera delegationis, seù rescriptum in ea expeditur, nisi sit manus propria Regentis, vel eius Locumtenentis, vbi ipse scribit manu propria nomen suum tantùm, aliàs dicta litera nullatenùs habeatur pro admissa. Et not. quotiescumque quis præsentat aliquam literam, sufficit, quòd scribatur in ea, præsentata fuit &c. & non dicitur per quem, quæ dirigatur ipsi Curiæ cuiuscumque Officialis, vel domini sit, de remissione, vel alio modo.

SVMMARIVM.

1 Consil.Matthæus de Afflicto *insignis I. C. memoratur, eiusquè vltimum elogium adducitur.*

2 *Regenti M. C. an liceat creare suum Locumtenentem.*

3 *Hodiernis temporibus eligitur à Pro-*
Rege,

Digitized by Google

Rege, & passim antiquior ex duobus Consiliarijs, & vocatur Pro-Regens, ijsdemquè fruitur prærogatiuis, & titulis, quibus & Regens.

4 *Authoris rescribitur responsum, quo vendicata fuit M. C. de titulis illius Pro-Regenti, & Iudicibus debitis, immeritòque à R.C. ijsdem sublatis.*

5 *Quod impulit Autherem ad calamum in illa thesi arripiendum, & tuendum honorem Tribunalis, qui defendi debet, & alia.*

6 *Regia Camera Summaria quarè sic nominata? Est Maximum, Supremum, ac Sacrum Tribunal; In eo præsidet Locumtenens Magni Camerarij, & illius amplitudinem etiam Sella celsiori loco posita ostentat.*

7 *Supremum est etiam Tribunal M.C.V. & duarum personarum imaginem sustinet: Iustitiarij nempè, & Vicarij, ac exercet iurisdictionem in omnibus causis contra quoscunque.*

8 *M.C. paret Collaterali, & Sacro Consilio, duasquè habet Aulas.*

9 *Præfert Regens duodecim lictores, eiq; subiecti sunt Capitanei iustitiæ.*

10 *An rectè comparetur Regens Præfecto vigilum? examinatur.*

11 *Iactura M.C. maxima ex amissione titulorum. Quid sint tituli? & quid agẽdum pro illorum tuitione?*

12 *Regia Camera non habet authoritatem in M.C. & cum ea procedit literis hortatorialibus, qua non inducunt præceptum, sed preces.*

13 *Pro-Regens constituitur à Pro-Rege.*

14 *Pro-Regens quare resideat in Aula criminali.*

15 *Titulus* Circumspecti, *quo gaudet D. Præsidens S. C. datur D. Consiliario Decano Pro-Præsidenti.*

16 *M.C. conqueritur de eiusmodi iurgio.*

17 *Breuis paranesis Excell. Pro-Regi, quòd ad ipsum spectet tueri M.C. honorẽ, & manutentionem antiqua possessionis.*

18 *Fit mentio consultationis Regia Camera facta S.M. in thesi enarrata.*

19 *Regia Camera an possit mittere literas hortatoriales Sacro Consilio pro remissione causarum? & quibus verbis, ac titulis.*

20 *Verbum* placeat *quid denotet?*

21 *Sacrum Consilium est Regis Senatus, cæteris Tribunalibus præstantiùs, & antiquitùs eius Senatores utroque titulo, Consiliarij nempè, & Regentis decorabuntur, cum illud Collateralis fuerit institutum anno 1505.*

22 *Eadem lege S.R.C. in hortatorijs agere debet cum Regia Camera, Tribunali etiam Supremo.*

1 MAtthæus de Afflictis Regius Consiliarius, Patritius Neapolitanus de Sedili Nidi, I.C. eximius, cuius decisiones toto terrarum Orbe venerantur, illasquè anteponendas aliorum Senatuum, etiam Sacræ Romanæ Rotæ scitis, clamat Senator Pedamontanus *Thesaurus in præfat. ad suas decis. num. 6.* cuius authoritatem apùd doctos maximam, præconizat Lusitanus *Pinell. in l. 2. par. 1. cap. 4. num. 13. C. de rescind. vendit.* & mille instàr Doctorũ esse, fatetur Cathalanus *Io: Petr. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. gl. 2. par. 10. num. 13.* imò omnium II. CC. calculo probatissimam, testantur *Iacob. Spiegel.* Seleſtadiensis *in nomenclat. Iurisperit.* post *Lexicon Iur. Arnald. Ferron.* Burdigalensis *lib. 3. de reb. gest. Gallor. Nicol. Balbus* Ducis Sabaudiæ Senator, & Prẹses patrimonialis *cons. 55. nu. 13. inter consil. feudal. diuers. Topius* noster, omissis alijs, *de origin. Tribun. par. 1. lib. 4. cap. 13. à num. 23. & par. 2. lib. 4. cap. 1. n. 66.* & adeò fuit esse literis addictissimus, vt suo vltimo elogio Neapoli condito, manu Not. Francisci de Nubulis, sub die 27. Septembris anni 1523. filiorum suorum Io: Antonij, Eustachij, Hieronymi, & Benedicti extincta linea, vocauerit Sapiẽtiam his verbis, dignis, vt per vniuersum itidem Orbem innotescant. *Item voluit, quòd bona sua stabilia: videlicèt, Domus sua, sita in Regionẽ Sedilis Nidi, & Startia magna, sita in Villa Centoris Ciuitatis Auersæ, & alia Terra ibi sita, non possint alienari in totum, vel*

in

Digitized by Google

in partem, vllo vnquàm tempore; & si fieret alienatio, non transferatur dominium, sed semper sit penès suos descendentes Masculos; & si omnes descendentes sui Masculi defecerint, dicta bona deueniant in Priorem, qui pro tempore erit, Collegij Doctorum Iuris Canonici, & Ciuilis Neapolis, qui de dicta Domo faciat Sapientiam pro decem Studentibus, qui habeant studere per quinque annos, & pro victu consignentur ex fructibus dictarum Massariarum sexaginta tumuli de frumento, & quinque vegetes vini, & residuum sit Prioris, qui pro tempore fuerit, pro suis faticis, & hoc in perpetuum seruetur.

Qui quidem *Matthæus de Afflictis in*
2 *Constit.Regn.statuimus*, obseruat, Magnum Iustitiarium in Regno nequire facere Locumtenentem; sed Regens, qui suus est Locumtenens, ex *Carauita*
1 *in Rit.262.& Muscatell.in tract.de Doctor.dignit.decor.par.3.num.63.* eligitur à Pro-Rege, & proindè neque Regenti suum Locumtenentem creare licet, & quamuis *Carau.in hoc Ritu num.1.* insequutus *Afflict.* voluerit, id facere posse, & meminit in *Rit.13. in med.* intelligendum erit cum licentia Pro-Regis, sicuti idem *Afflict.in Const. duram, & diram, sub num.3.* concludit, qui in loco à *Carau.* adducto, quamuis annuat, quòd vnum ex Iudicibus Criminalibus, vel Ciuilibus, Regens suo loco cõstituere possit; hoc tamèn processit de licentia Regis, vt ipsemet *Afflict.* fatetur, potissimùm in Regimine Curiæ; & sic in illo actu, vt consuetum est seruari.

Cœterùm respectu aliorum concer-
3 nentium ipsius Regentis officium in distributione causarum, & similium, quia in eadẽ Magna Curia adsunt duo Consiliarij, teste *de Franch.decis.722. num.19.* passim vnus antiquior, loco ipsius, ob impedimẽtum Regentis, constituitur à Pro-Rege. Qui quidem Pro-Regens ijsdem fruitur prærogatiuis, honoribus, & titulis, quibus & Regens ipse: cumquè anno 1670. quo clauum Regni moderabatur Excellentiss. D. Petrus Antonius ab Aragonia (quẽ, nupèr dum typis hæc traduntur, de mense Septembris 1690. literis Matritæ certiores facti sumus, omnium mœrore, senio confectum, sed meritis magis onustum, ad Cęlestia conuolasse) autumassent Locumtenens, & R. Camera eximere Consiliario Decano M.C.V. Pro-Regenti, eiusquè Iudicibus, debitos, atquè consuetos titulos: nempè illi *Spectabilis*, & alijs *Magnifici*, in literis hortatorialibus. Ego ipse, Iudex tunc temporis eiusdem M.C.V. responsum pro tanto Tribunali, Vice-Regi tradidi, hic opportunè inserendum.

Sumerem nè in communi causa ca-
4 lamum? an potiùs conticescerem? anceps fui, Excellentiss. Domine: siquidem hinc proprij officij munia, hinc timor, nè cui grauis essem, in contraria animum deducebant; cum hæsitanti lux affulsit: veluti iactatæ Aquilonibus carinæ, Castoris, Pollucisque sydus; quæ animum, & commotum in pristinam restituit tranquillitatem, & pendentem ad aggrediendum opus incendit. Neque alia quidem hæc, quàm iustitia tua, quàm æquitas tua fuit: ad quem, dum me accessurum, recordor; nequeo non meminisse, omnia mihi in tuto futura. Nàm quid iustitiæ, quid æquitati magis gratum, ac proprium est, quàm iustitiæ ornamenta, æquitatisque vindices tueri? quarum cum tuo impulsos exemplo conspiciam omnes hac in Vrbe amantissimos, omnes etiam mihi vel ex his scriptis beneuolos præstolor, Te auspice: maximè quia cum in his, non tàm Magnæ Curiæ Vicariæ tituli, decusq; tot ab hinc annis Regia largitione impertitũ, quã ipsius Regiæ authoritatis, quam præferunt Tribunalia, res agatur; non est, cur cœteris omnibus non sint placitura. Nostri Magistratus honos impetitur, imò imminuitur. Honorem armis defendi posse, ait *Baldus in l. decernimus, C.de Sacros.Eccl.* honestum igitur magis, ac licitum erit, eum calamo, iuribus, & rationibus, quæ propria sunt Magistratuum arma, tueri. ita *Valdes de dignit.Reg.Hispaniar.in*

præ-

Digitized by Google

*proœm. num.*24. Imò sanè reus fuissem
5 habendus, si Iudex, aliqua scilicèt tanti Tribunalis pars, ad eiusdem Tribunalis discrimina siluissem, ac supplices eiusdem voces tuam implorãtes opem ante Te supplex nõ statuissem. *Qui non defendit* (inquit *Cicero lib.*1.*de offic.*) *nec obsistit iniuriæ, tàm in vitio est, quàm si parentes, aut patriam, aut socios deserat.* Et propius ad rem Magistratus accedens *Tholosanus lib.*4. *de Rep. cap.*10. *num.*11. ait: *Qui publicam dignitatem gerit, nullo modo, etiam prætextu suæ humilitatis, eam imminui, aùt contemni pati debet; sed in eo gradu, quo à Principe, vel populo ordinata est, eam conseruare tenetur: alioquin, & sui officij diceretur ignarus, & iniuriam ei, cuius refert potestatem, inferret,* cuius memini in *Ritu* 5. *sub num.*11. *tom.*1. Magnum profectò, atque, vt ita dixerim, indispensabile onus est cuique, sui Magistratus prærogatiuas defendendi, ità vt non solùm obstringatur, illæsum posteris seruare traditum sibi dignitatis decus; sicuti de Prætore inquit *Vlpian. in l.*1. *ff. de postul.* ibi: *Suaque dignitatis tuenda, & decoris causa*; & iterùm *in l. obseruare,* §. *ingressus, ff. de off. Proconf.* repetit: *Seruari tibi consuetudinem istam, & huiusmodi prærogatiuas*; verùm etiam augere pro viribus: ita *Callistratus in l. obseruandum,* 19. *ff. de offic. Præsid.* inquit: *Vt authoritatem dignitatis ingenio suo augeat.* Hoc præcipuum inter Magistratus onera recenset *Cicero lib.*1. *de offic.* dicens: *Et Magistratuum munus proprium sit, intelligere, se gerere personam Ciuitatis; debereque eius dignitatem, & decus sustinere. Surg. de Neap. illustr. lib.*1. *cap.*27. *n.*2. *Mastrill. de Magistrat. lib.*5. *cap.*4. *num.*2. *Reg. Capyc. Galeot. controu.*45. *n.*2. *lib.*2. *Reg. Capyc. Latro consult.*43. *tom.*1. *Io: de Solorzano in tract. de plazas honorarias, num.*125. *& in sua allegat. de la precedencia de el Conseio de Indias* §. 3. Mihi subdidere calcar cũctanti scribere, ratio, necessitas defendendi, & mos; sicuti *Cicero in orat. pro Milon.* dixerat: *Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, vt omnem semper vim quacumque ope possent, propulsarent.*

Duo sunt præsertim in hac Vrbe pre-
6 clara Tribunalia: Regia nimirùm Camera Summariæ, ac Magna Curia Vicariæ. Magnum profectò est illud Regiæ Cameræ Summariæ, sic nuncupatæ; vel quia est Summa Hera, hoc est, rerum Fiscalium Domina; vel quia agit summa æra, summas scilicèt pecuniarum, & Regales census curat, litesque dirimit inter Regem, & subditos, *Frecc. de subfeud. Rub. de offic. Mag. Camer. Surg. de Neap. illustr. lib.*1. *cap.*26. *n.*25. *Tasson. de antef. vers.*3. *obseru.*3. *à n.*137. *Ego in ritu* 1. *n.*19. eiusq; amplitudinem nomen ipsum ostendit, quippè quæ Regij fulgoris prænomine insignitur. Vndè meritò illud Magnum, Maximum, Eminentissimum, & Sacrũm, appellarunt *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de Regal. impos.* §.8. *ex num.*56. *Reg. Reuerter. decis.*7. *in princ. Io: Vincent. de Ann. in repet. cap.*1. *de Vassall. decrep. atat. num.*217. *Consil. Pratus* integra *obseru.*50. *Præsid. Ganauer. decis.*30. *num.*9. quin antiquitùs Sacra vocabatur Summaria, vt luculẽtèr obseruat *Topius de orig. Tribunal. par.*3. *pag. mihi*241. *num.*1.2.3. *& 4.* prolatæquè ab ipso sententiæ in reclamationibus ab ipsomet recognoscũtur, ex priuilegio à Sereniſſimo Rege Ferdinando attributo in *pragm.*37. *sub tit. de offic. Proc. Cæsar.*

In hoc Supremo Tribunali præest Magnus Camerarius, quartus ex septem Regni Proceribus, qui non assistit, sed illius Locumtenens est moderator, *Surg. ad d. tract. cap.*26. *nu.*24. *pag.*289. Cuius amplitudinem illud potissimùm ostentat, quòd suggesto sedet celsiori, ac reliqui Præsidentes. Imò & ad subsellij Cœsarum exemplum fixa sedes est, ligneis hinc, atque hinc columnis subnixa, affabrè cœlata scalpro, zophoris, alijsque id genus ornamentis conspicua; idquè vt muta quadam oratione eius præeminentiam, vel sella ipsa loquatur, prædicetquè, *Surg. memor. cap.*27. *num.*22.

Digitized by Google

Magnum est etiam illud M. C. Vic.
7 quod totius Italiæ Subsellium, præconizat *Io:Bapt.Baiard.adIul.Clar.§.final. quæst. 49. n. 36.* Ac si eius præcœteris celsitudinis metas liceat ab originis antiquitate metiri, vix sanè aliquod erit in hac Vrbe,quod ipsi non concedat primas: etenim Magnæ Curiæ fuit Fridericus huius nominis Secundus institutor, Vicariæ verò Carolus Primus, qua de re *Frecc.de subfeud.lib.1. verbo secundum officium, pag.31.*

Duarum personarum imaginem sustinet: Alteram Iustitiarij, cuius erat, eorum omnium cognitionem, quæ ad iustitiæ cultum seruandum, iusque suum cuique tribuendum pertinent, munus sibi tanquàm præcipuum vendicare. Quamobrem inditum fuit ei *Magistri* prænomen; vel vt nomenclatura ipsa indicaret, totam eius viribus iuris dicundi molem esse commissam, exemplo eius, quod *Vlpianus in l.1. §.1.ff.de exerc.action.* de ratis antistite sermonem habens, inquit: *Magistrum nauis accipere debemus eum; cui totius nauis anchora mandata est.* Vndè sacræ literæ promiscuè Iudices, ac Magistros acceperunt in *Deuter.cap.16. Iudices, & Magistros constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto iudicio:* Vel vt eius sollicitudinem, solertiamquè, qua vti deberet, in tribuendo vnicuique,quod suum est,prę. monstraret, vt sensit *Paul. in l.de quibus 57. ff.de verbor. signific.* inquiens: *Quibus præcipua iura rerum incumbit; & qui magis, quàm cæteri diligentiam, & sollicitudinem rebus,quibus præsunt, debent;hi Magistri appellantur.* Vel tandèm vt tanti Magistratus maiestatē indicaret prænominis, nominisq; excellentia:cum Magistratus àMagistris vocabulum mutuatos esse, doceat idem *Paul. in d.l.quibus,57.*his verbis:*Quin etiam ipsi Magistratus per deriuationem à Magistris cognominantur.* Vnde inoleuit illa Magnæ Curiæ anthonomasia; ipsa enim iustitiæ speculum, luminarequè maius, ac fons est, à quo cœteræ huius Regni Curię,tāquàm riuuli manarent; iurisquè rectè dicundi rationem haurirent:cum calcatum ei tramitem sequi obstringantur,vt ex *Constit.Præcipimus,*& *Const.Magnæ Curiæ, Reg.Tap.lib.2. Rub.de offic.Mag.Iustit. Reg.Sanfel.dec.290. Thor. in C.cas.45. num.6.* & perpendit *Cæsar Alderis.alleg.40.n.2.to.3. R.de Marin.Cons.Massirill. alleg.94.* rescripta *cit. tom.3. de Marin. num.5.& per tot.* & apùd *Reg. Sanfelic.d.decis.290.verb.Tribunal M. C. tom.3.* Alteram verò generalis Regni Vicarij, ex quo Magnæ huic Curiæ meritòVicariæ nomen accessit tempore Reginæ Ioannæ, *Capac. nel forastiero giorn.7.pag.623.*

Cominis hitce coruscans, vel honoribus, vel oneribus, qua viribus confisum Curiæ, qua Vicariæ vallatū prærogatiuis Tribunal hoc exercet imperium in omnibus causis, tàm ciuilibus, quàm capitalibus, etiam Baronum, & quouis titulo insignitorum, etiam de Regio sanguine, *Mastrill.de Magistrat.lib.5.cap.8. Carleual. de Iudic.lib.1.tit.2. quæst. 6. sect.9. Thor. in C.cas.20.nu.15. Ego in ritu 1.ex n.22.* potissimùm in liquidatione instrumentorum contra habentes septem Regni officia, contra omnes Officiales,etiam Capita Tribunalium, *Reg.de Ponte de potest. Proreg. tit.7. §.4. ex pagin.226. Reg.Rouit.cons.90.vol.2. Regen.Capyc. Latro decis.200.nu.3.& 42. Præs.Merlin.cap.64. num.2. lib.2. Cafar.Peregr. quæst.23.num.29. Cæs.Alderis. cit. alleg.40.* si quando adsit in quouis huius Regni Oppido, vel Ciuitate aliquis ex ipsius Iudicibus,ipse solus cognoscit de omnibus causis, quæ ad illius loci Ordinarium spectarent;& conticescit per Superioris præsentiam Ordinarij iurisdictio, ex *Const.Regni, honorem debitum, D. Reg.Moles in decis. §.27.de orig.Tribun.nu.24. Cons.Rocc. de offic. §.6. de ord. præced. in M.C. ex num.28.pag.57.*

Paret Magna hæc Curia dumtaxàt
8 Sacro Consilio in causis appellationum ab ipsa; in causis delegatis à Pro-Rege, Collaterali Consilio; quæ quidem sunt Tribunalia vnum corpus conflantia, illud cum Rege,hoc cum Pro-Rege:

Digitized by Google

ge: præterea verò nemini, ex *prag.9. de suspic.offic. & prag.1. de offic. S.C.* & ibi *Reg.Tapia*.

Duas Tribunal hoc habet Aulas; in quarum altera criminum Iudices ius dicunt; in altera, ciuilium in duabus diuisa. Præsidet vtrique Regens vnus, ab Rege Alphonso anno 1442. suffectus in Magistri, vt diximus, Iustitiarij locum: retinuit enim Rex iurisdictionem huius, quod est secundum de septem supremis officijs Regni, *Capecc. giornata 7. pag. 624.* & decoratur Regens titulo *Spectabilis*, ad instàr Proconsulis, *l. 1. C. de Comit. Consistor. lib. 12. Frecc. loco cit. pag. 31.*

Præfert Regens hic duodecim lictores more Romanorum Consulum, hastas securi præfixas, quas alabardas vocitant, pro fascibus anteferentes. Habebat enim antiquitùs Generalis Regni Vicarius, Ferdinando I. Rege, octo apparitores; quatuor Vrbis Neapolis Capitaneus. Deindè cum *in* vnũ M. Curia, ac Vicaria *coissent*, vtriusque lictores vni *huic* subsellio cessere. Sunt Regentis dicto immediatè audiẽres *Tribuni* quidam, quos Capitaneos *Iustitiæ* vulgus appellitat; qui stipati satellitio, noctuque, diuque circumcursitant Vrbem, vt ne quid criminis patretur: constitutis in qualibet Platea, in quam hominum multitudo ferè confluit, cohortibus, quæ Vrbis regiones tueantur. Vndè meritò placuit *Reg. de Pont. de potest. Proreg. dict. tit. de diuers. provis. sub tit. de Capitan. Iustit. §. Faciunt etiam banna*, ipsum M.C.V. Regentem Præfecto vigilum comparare, perpendendo *text. in l. 3 ff. de offic. Præfect. vigil.* insequitur *Cons. Rocc. de offic. d. §. 6. de ordin. praced. in M.C. n. 40. & 41.* ex *Vuessembec. in Paratr. dict. tit. de offic. Præfect. vigil.* quicquid impugnare effatum prędictum *Reg. de Ponte* conatus sit *Reg. Galeota resp. fiscal. 1. num. 69. pag. 12. à terg.* Nam cognoscit Regens M.C.V. de incendiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus &c. quę *Paulus in d.l. 3.* Præfecto vigilum attribuit.

Neque ex hoc, quòd vigilum Præfectus modicè tantùm poterat coercere, non capitali pœna; quo casu ad Vrbi Præfectum remittendus erat reus, *l. vn. C. de offic. Præfect. vigil.* & ait *Paul. in d.l. 3.* Regens verò M.C.V. omnium, tàm capitalium, quàm non capitalium cognitionem habet; ideò rectè intulit *Reg. Galeota*, errasse *Reg. de Ponte*, Præfecto vigilum Regentem M.C. comparando: nàm, non ex iurisdictionis latitudine, sed ex identitate officij, Magistratus similitudo, vel comparatio colligitur, Iurisdictionis latitudo, modò parua est, modò magna; quippe quæ dependeat à Principis placito. Identitas generis officij non, nisi à naturâ, proficiscitur. Potest, eodem officio permanente, contrahi, vel protrahi iurisdictio. Officium, vel ab efficiendo, vel ab officiendo deductum volunt, & est id, quod vnusquisque efficere debet, vt nulli officiat. Idem est amborum, tàm Regentis M.C. quàm Præfecti vigilum, officium, vigilare, atque excubare, vt perditis hominibus demandata sibi Prouincia purgata sit; vt vnusquisque, quod honestum est, quod iustum est, peragat; vt stet cuique suus honos, sua dignitas, sua res familiaris. Indè est, quòd Iuris Consulti non secùs rubricam Digestorum, *de iurisdictione omnium Iudicum*, sed inter rubricas *de officio Præfecti Prætorio, Præfecti Vrbis; Quæstoris, Proconsulis, Præfecti augustalis*, titulum *de officio Præfecti vigilum* posuere. Minus officit, quòd in sua origine vigilum Præfectura inter Magistratus minimè connumerabatur. Non enim tàm auspicato progressu repente gliscit Magistratuũ dignitas, iurisdictio, & honos. Aediles duo erant primitùs à plebe creati, vt præessent ædibus, *l. 2. §. ijsdem temporibus, ff. de orig. iur.* Constitui deindè ex Patrum numero cœperunt, qui sellis curulibus vecti ius dicebant; vndè ædilitia edicta profecta sunt, *Liu. lib. 7.* Demùm ædilibus iniunctum fuit, vt frumento præessent. Merumq; insuper Imperium habuere ędiles, ita vt flagris cœderent, *l. 12. ff. de Decur.* adeòque ædilitium munus Magistratus euasit.

Gaudet Regens hic præsertim titulo *Spectabilis*, quo Proconsules decorare consueuit, *text.in l.*1.*C.de Comit.Consist.lib.*12.sicuti Iudices titulo *Magnifici*. Hucusque ab hominum memoria etiam Pro-Regens, qui in Regentis locum sufficitur à Pro-Rege, & plerumque eligitur alter ex duobus Regijs Consiliarijs, qui debent Magnæ Curiæ interesse, hoc *Spectabilis* titulo gauisus est. Iàm verò Regia Camera Summariæ, & Pro-Regentem prænomine *Spectabilis*, & Iudices prænomine *Magnifici* exuere nouissimè conata est, scribens in hortatorijs: *Regio Consiliario Pro-Regenti, ac Magnæ Curiæ Vicariæ Iudicibus.*

Si ex iactura infortunium metimur: 11
non nisi maximum profectò, dicendũ esset, M.C.V. infortuniũ, cum maxima sit in hoc eius iactura. Nemò de hoc dubitauerit, qui benè nouerit, quid sint Tituli, quos demere intendit R.C. Tribunal? Nàm si hi nihil aliud sunt, quàm authoritatis testimonia, dignitatis indicia, atque (vt honores definit *Angelicus Doctor*, *quæst.*103.*art.*1. *ad* 2.2. quorũ magna pars Tituli sunt) excellentiæ testificationes; haùd parum amittere videbitur Magna Curia. Hinc mirari debet nemo, integrum Tribunal expergisci ad tantas ærumnas; quando præclaro genere orti, nec sudoribus, nec vigilijs, nec sumptibus, imo nè sanguini, aùt vitæ quidem pro alicuius Tituli adeptione parcant. Admiratio deberet cunctos incessere, si secus accideret, si non insurgeret, si proprijs conniuẽs malis, in otio torperet. Proprium enim præclarorũ virorum est, quoduis discrimen subire propter inæqualitatem honoris; sicuti gregarij, humilique loco nati id agunt ob imparem possessionis rationem: cum de honore, ac dignitate contendere apùd ingenuos, generosi animi sit indicium, *Ego in ritu* 5.*num.*18.*tom.*1.

Et quidem, si hoc Tribunal eius esset conditionis, vt non sine maxima inimicia lædi facilè posset: aùt certè, ius aliquod ille, à quo se læsum existimat, in ipsum haberet, mitescerent eius voces, querelæ fatiscerent. Sed cum neutrum accidat, quoquò se vertit, maioris, ac noui semper doloris causæ occurrunt.

Siquidem quod vnquàm ius, quam 12
vnquàm authoritatem Regia Camera in Magnam Curiam habuit? probet, si quam credit habere? proferat, si qua iactat Regia diplomata? Legimus apùd Iuris Monarcham *Marin. Frecc.* (hoc titulo illum condecorat *Reg.Ronitus in rub.de effic. Iudic. num.*10.) *de subfeud. lib.*1.*de offic.M.Iustit.* Magistrum Iustitiarium præcedere magnum Camerarium, & sic ipsam M.C. præferendam Tribunali R. Cameræ, ex adductis per *Larream alleg.fisc.*52.*in fin.vol.*1. Legimus in *prag.*13. *de offic. Procur.Cæsar.* Inuictissimum Carolum V. mandasse vt ipsa associaret, & suum brachium præstaret Regiæ Cameræ, qua de re *Reg.Merlin.lib.*2. *contr.forens.cap.*64. *& Reg.Galeota resp. fiscal.*1. Non adimat igitùr Magnæ Curiæ præstantiam illam, quam per seipsam elargiri non posset. Hortatoriæ quidem, siue requisitoriæ literæ, quibus Regia Camera cum Magna Curia vtitur, *Reg.de Ponte decis.*13.*nu.*1.*vers.his sic in facto*, *Cons. Gizzarell. dec.*73. *Reg.Sanfel.dec.*291. *num.*29.*tom.*2.*Cons.Prat.resp.crim.*47. *num.*50.*Ego in ritu*1.*sub num.*25.*lib.*1. aliud omninò demonstrant. Verbis: *inhibemus, mandamus, præcipimus*, agitur, vbi authoritas intercedit, *c.Romana*, §.*si verò*, *de appellat. Mandos.in tract. de appellat.& de inhib.quæst.*8. *Lancellot.de attent. quæst.*20. *Marsil.sing.*490. *Afflict.decis.*30.*num.*3. ex *Bald. in l.*1. *in fin.*C. *quomodò*, *& quando Iudex*: si hæc absit, non imperantibus, sed precantibus verbis, aùt ad summum hortantibus vtendum cuique est. Igitùr Regiam Cameram, quæ non est Tribunal superius Magna Curia, verbo *Hortamur*, vti cum ipsa, fas est, quod non inducit suaptè natura præceptum, *can. præcipitur*, 14. *quæst.* 1. sed preces, & exhortationem, *cap.recolentes*, *de stat. Monachor.* ibi: *Ideòque precibus exhortamur*, & ibi *Abb.circa fin.glos.in Clem. de testib. c.non Iudæi*, *vers. exhortatis*, *Ambros.*

Digitized by Google

Ambros. Calepin. super vers. hortor, Cic. ad Lentulum, ibi: *Hortari, & orare, vt magnam infamiam fugiant*. Vndè obseruat quàm optimè *Sese de inhibition. cap.* 8. §. 4. *num.* 37. nullum aliud modestiùs, atque vrbaniùs excogitari posse verbo *Hortamur*. Quarum literarum hortatoriarum antiquissimus est vsus apùd Imperatores, vt cum Imperatore Claudio ob nuptias Octauiæ eius filiæ, *Tacit. lib.* 12. ibi: *Sententiam orando exprimere, qua hortabatur Claudius Octauiam despondere*: ijsque Iudex parere obstringitur, modò illas dirigens, qua debet vtatur vrbanitate, non quidem præceptis.

Pro-Regens non est profectò quis à
13 Regente substitutus; quo casu omitto, an posset fortasse aliqua subesse dubitandi ansa? sed est creatus à Pro-Rege, non in defectum, vel absentiam Regentis; sed principalitèr, & in capite electus ab eo, qui Regis vices sustinet: cum nullus penitùs sit Regens à Rege, vel Pro-Rege renũtiatus. *Statuitur* regularitèr Regio nomine, Regiaque authoritate *Pro-Regẽs à Vice*-Rege, ideòque non est sanè Regentis Vicarius: cũ non entis nullæ sint qualitates. Idcircò fruitur omnibus omninò honorum prærogatiuis, quibus Regens; nè lictorum præeuntium cohorte quidem excepta, vti ab ipso Pro-Rege electus, ex exaratis apùd *Anton. Gabriel. inter communes opin. lib.* 6. *tit. de regul. iur. concl. s.* 2. *Nouar. de variation. & elect. for. sect.* 3. *quæst.* 14. *nu.* 17. *Thor. par.* 1. *compend. dec. verbò subrogatus, seù substitutus, de Marsil. sing.* 367. *& Olea in add. ad tract. de cess. iur. tit.* 3. *qu.* 6. *ex n.* 33.

Neque nitidam hanc veritatem ob-
14 turbat quicquam, quòd Pro-Regens in Aula M. C. criminali, in qua residet, *quia sic* moribus sit comparatum, non occupet Regentis sedem. Ea enim parata perpetuò est Regenti, quem vulgò appellant, *Spada*, e *Cappa*, qui nullum in causarum disceptatione fert suffragium; ideòque sedes illa muta est; neque ex ea vllum speratur, vel rogatur in causis votum. At verò cum Pro-Regens, vt plurimùm eligatur Regius Consiliarius antiquior ex duobus, qui vigore Constitutionum Regni residet in eo Tribunali, vt eius leniat rigorẽ; retineatquè quamuis renuntiatus Pro-Regens pristinam adhùc Consiliarij dignitatem, proprium suum habet locum. Atque ideò cum sit laturus suffragiũ, à propria non abscedit sede.

Deniquè vel quando hæc, quæ diximus, non essent tanti; fas certè sit, huius rei decisionem à simili decerpere. *Non possunt* (inquit *Iulianus in l. non possunt*, 11. *ff. de legib.*) *omnes articuli singulatim, aut legibus, aut Senatus Consultis comprehendi; sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est: is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere; atque ita ius dicere debet*; eiusquè vestigia prẽmens *Vlpian. in l. nam vt ait, ff. de legib.* propiùs ad rem nostram inquit: *Nam, vt ait Padius, quoties lege aliquid vnum, vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera, quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretationem, vel certa iurisdictionem, suppleri*.

Exploratissimum cuique est, quòd,
15 titulus *Circumspecti*, quo gaudet Sacri Consilij Præses (quoniam quæ circumstant videt, *Angelicus Doctor* 2. 2. *quæst.* 49. *art.* 7. sicuti de prudente, idest quasi procul videns) datur etiam Reg. Consiliario Decano Pro-Præsidẽti, qui ob illius infirmitatem, vel absentiam exercet, *Reg. Tapia lib.* 2. *iur. Regn. tit. de offic. S. C. super prag. d. Federici de Toleto, num.* 40. *pag.* 161. *Rocc. de off.* §. 9. *titulo de præced. Reg. Consil. ex num.* 26. licèt à sua nunquàm demigret sede: quinimò nec potest per alias S. C. Aulas circuire, prout potest Præses. Qua igitùr ratione titulus *Spectabilis*, qui datur Regenti, denegabitur Pro-Regenti? qui, quando ei lubet, potest etiam, posthabita statuta sibi sede in Vicaria criminali, præesse Aulæ Vicariæ ciuilis, non secus ac posset Regens.

Ità est profectò. Magna Vicariæ Curia, ille exercendarum litium locus, omnium totius Orbis celeberrimus, factus est hodie (quis credat?) vel Reus, vel Actor. Astreæ domicilium, à quo

animi

animi pendens populus exorabat finē
16 litibus; inchoare litem cogitur. Templum illud Iustitiæ, ex quo, tanquàm ex cortina Delphica, non modò vniuersi huius Regni municipes; sed socij etiam, fœderati, exteræque nationes fatidica iuris responsa efflagitabant; expoſcit ſuo iurgio reſponſum. Ara illa, quæ læſis opem, iniuriaque affectis ſolamen vberrima largiebatur manu; opem ſibi, ſolamenque rogatura procedit. Terminus ille, à quo regimen in iurium biuijs cūctę Regni, ac Vrbis Curiæ petebant, ſupplex petit ſibi ſuffragium, ſuæ dignitatis indiciū.

Age verò Excell. Domine. Tuum
17 eſt, tueri tanti Tribunalis iura: pupilla enim oculorum Pro-Regum dici conſueuit. Tuum eſt, ei honores, ac prę-eminentias ſeruare. Tuum, vt Magiſtratuum, atque Ordinum dignitas ſalua ſit cuique. Publici iuris, vocat *Vlpian. in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de inſt. & iur.* Magiſtratuum iura. Eius igitùr, cui publica incumbit cura, intereſt, ea ſarta tecta cuſtodire. Honor Magiſtratuum directè ad Regiam Maieſtatem pertinet, *Decianus conſ. 19. num. 4. & conſ. 21. nu. 69. lib. 3. Menoch. conſ. 902. num. 80. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 298. num. 9. Valenz. conſ. 201. num. 93. vol. 2.* qui Regis loco eſt, ſi diminutionis ſuſpicio ſubſit, conſulat. Spectant ad Magnam Curiam in hiſce caſibus remedia omnia à iuribus inducta pro tuitione poſſeſſionis, vel quaſi. Manutentio concedenda eſt, etiam ſi poſſeſſioni lex reſiſteret. Quid in noſtra facti ſerie, in qua proſunt, quam maximè iura, iuuantque? Et ſi in huiuſmodi caſibus vnus actus ſatis eſt ad obtinēdam manutentionem, *c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. l. mela, §. ſed ſi alimenta, ff. de alim. & cibar. leg. Poſt. de manut. obſerv. 18. nu. 4. Puteus deciſ. 276. ex n. 2. lib. 1. Conarr. pract. 99. cap. 17. Caſtill. de tertijs cap. 41. num. 64. Maſtrill. dec. 52. de Franch. deciſ. 548. num. 2. Ann. pater alleg. 131. num. 1. filius conſ. 40. num. 8. Reg. de Ponte deciſ. 18. nu. 7. Conſ. Marcian. conſ. 32. n. 7. Reg. Capyc. Latro deciſ. 77. num. 14. tom. 1.* quid, obſecro, in hac theſi, in qua tot ab hinc annis perpetuò honos hic Magnæ Curiæ ſeruatus eſt? A Te igitùr præſtolatur opē: in Te ſpes omnes collocat Magna Curia Tibi obſequentiſſima.

Regia Camera, nedùm Pro-Regem,
18 ſed & REGEM D.N. certiores fecit, quòd M.C. recipere noluit ſuas hortatoriales literas, imò quod eaſdē prorsùs reſpuit, enarrando ſupplici conſultatione die 18. Septembris 1670. S.M. extitiſſe morem huiuſmodi literas hortatoriales diuerſis fermè notis inſcribi: nempè aliquando in illis *Spectabilis* nomine inſignitos fuiſſe, tùm Regentem, tùm Pro-Regentem, & aliquando illas fuiſſe directas Tribunali, ſcilicèt *Gran Corte della Vicaria, ſaperete &c. l'eſortamo &c.* & alijs ſimilibus; atque hunc tàm varium ſtylum abſque vlla obiectione, aùt offendiculo receptum fuiſſe à Magna Curia. Maximoperè, & acerrimè conquerebatur Reg. Camera, quòd quamuis hortatoria non fuiſſet iuxtà ſolitum exarata, à Regente non erat recipienda, ſed reijcienda, ea moderati animi prudentia, atque vrbanitate, quæ tùm à Canonico, tùm à Ciuili Iure præſcribitur, & qua ferè ſemper Magna Curia in ſimilibus vſa fuit, vt teſtatur ſummæ praxis *Reg. Sanfel. deciſ. 291. in fin. lib. 2.* & nulla prorsùs ratione tanta inurbanitas à Pro-Regente adhibenda erat.

Rursùs in dubium reuocatum vidi,
19 an R.Cam. ea polleat authoritate, vt mittere literas hortatoriales valeat Sacro Conſilio pro cauſarum eius Officialium remiſſione? Regularitèr ipſi Officiales comparere debent, ac remiſſionem petere, ex *text. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus*, ibi: *Ex quacunque cauſa vocatus, ad Prætorem venire debet*, vt euenisſe teſtatur *Reg. Rouit. dec. 74. ſub num. 7.* in cauſa Domini Præſidentis Don Didaci Salinas; & in illa Rationalis Alphonſi Trotta, *Caſar. qq. peregr. quæſt. 22. & 23.* eo fortiùs, quòd Tribunal S. Conſilij eſt digniùs; tùm quia Cœſaris perſonam gerit, & quæ Principis ſunt, cœteris longè maiora, & præſtantiora videntur, idquè propriè denota-

notare verbum illud *Sacrum*, explicat *Amaya in l.46. num.2. C. de Decurion. lib.*10. tùm ex antiquitate originis, *Regens Ronit.conſ.*102. *num.2. lib.2. Reg. Galeot. controu.*11.*n.*7. *Caſar.quæſt.*12. §.2.& dixi in *rit.*1.ex *n.*12.*lib.*1.& infra in *ritu* 288. Attamen (quicquid ſit quò ad priuatos Officiales)cùm agitur inter Tribunalia, eaquè Suprema, inter quæ nulla intercedit ſuperioritas, Hortatorię locum habent,& ea inſcriptione *Placeat Sacro Regio Conſilio*, ſeruata in annis 1500. & 1587. *apùd arreſtum eiuſdem Reg.Cam.*458.*lib.*3.*Reg.*
20 *de Marinis*. Quod quidem verbum *Placeat*, prolatum ab eo, qui iubere non poteſt, precatiuum eſt, *Menoch. de arbitr.caſ.*461. *num.*19. *Andr. Knichen de veſt.pact.lib.*3.*cap.*2.*n.*98.*&*99. *Reg.Galeot. lib.*2. *contr.*18. *num.*17. & boni viri arbitrium denotat, *Menoch. cit.tract.quæſt.*8. *à num.*7. *Barboſ.de dictionib. dict.*220. *Capon. tom.*5. *diſcept.* 368. *num.*14. At cùm Sacrum Conſi-
21 lium ſit Regis Senatus, *cui* ipſe præſidet Rex, cùmque digniſſimum ſit, reliquiſquè *omnibus* præſtet; conſultiùs *autumo, ijſdem* veſtigijs; ac verbis inſiſtendum eſſe in hortatorijs, quę eadem Reg.Camera inſequuta fuit anno MCCCCXLV. ſub Alphonſo I. alijſquè tempeſtatibus: nempè *Magnifico viro* (cuius tituli *Magnifici* tunc præſtantiam indicaui in *ritu* 273.*n.*86. *tom.*3.) *Domino Valentino Clauerio, legum Doctori, Regio Conſiliario, ac Regenti Regiam Cancellariam, Amico noſtro cariſſimo &c. Regia authoritate, qua fungimur, requirimus, & hortamur, voſque nihilominùs rogantes acclentè &c.* vt ex diplomate tranſcripto *à Nicolao Topio de origin. Tribunal. part. 3. pag. mihi* 253.

Hinc obſeruandum, quòd, tempore *Alphonſi*, Ferdinandi, & Federici, *aderat hoc* duntaxàt Conſilium, eiuſque *Senatores* vtroque decorabantur titulo: *Conſiliarij* nempè, & Regentis; cùm illud Collateralis anno 1505. Rex Ferdinandus Catholicus inſtituerit, *Taſſon.de Antephat.verſ.*7.*obſeru.*3. *ſub num.*2. qui Ferdinandus fuit filius Ioannis Regis Nauarræ, vltimus ex tribus fratribus Alphonſi primi filij Infantis de Antequera, à Diuo Vincentio cum alijs Arbitris electi Regis in Hiſpania Tarraconenſi; primuſquè Regens extitit ſydus fulgentiſſimum Marcellus Gazella, cuius exemplarem vitam, ò imitandam! enarrat *Topius de origin. Tribunal.par.*1.*lib.*4.*cap.*15. & meminit *Afflict.in Conſtitut.poſt mortem, n.*5. *& deciſ.*234.*num.*2.

Verùm enimuerò eadem omninò
22 lege, eiſdemquè verbis à Sacro Conſilio agendum eſt in hortatorijs cum Reg.Camera; quod quamuis dignitate præcelleat; attamen adhuc ipſa Supremum Tribunal eſt, ei ſuppar, atque æquatum, cùm Præfecti Prætorio prærogatiua, inſtàr ipſius Sacri Conſilij, polleat, ex *pragm.*62. §.2.*de offic. Procur. Cæſar.* ad tradita per *Mandoſ.in tract. de priuil.ad inſtar. num.*3. *&* 4. *Georg. Acac. de priuil. Iur. Ciuil. lib.*2. *cap.*4. *nu.*142. atque hæc Sacri Conſilij præcellētia nullatenùs in alterius Senatus detrimentum cedere debet, maximè cùm ei non ſubeſt, vt de Trayano Imperatore dixit *Plinius in ſuo paneg.* ibi: *Tu omnibus quidem maior es, ſed ſine vllius diminutione maior.*

RITVS CCLXXIX.

ITem quòd nullus Officialis, audeat trahere, vel expedire aliquam literam abſque licentia Locumtenentis, & quòd primò ponat ſigillum Locumtenentis in ipſa litera, deinde ſigillum magnum, ſeù paruum dictæ Curiæ, ſicut exigentia facti requirit. Item quòd omnes, qui ſunt in gagia Curiæ, debent intereſſe lectionibus literarum.

SVMMARIVM.

1 *Sigilli vſus antiquiſſimus.*
2 *Quid diſponat præſens Ritus? & eius obſer-*

obseruantia indicatur.

3 *Agitur de Sigillo magno, & parvo, siuè maximo, magno, & parvo, & de illo Inuictissimi Regis nostri in hoc Regno, Summi Pontificis, Ducis Venetorum, & Magistri S.Ioannis Hierosolymitani.*

4 *Antiquitùs illa Principum rubro morice constabant.*

5 *Quæ solebant sculpi in anulis, seù sigillis.*

6 *Quid agendum, cum Regius sigillus amittitur?*

7 *Quale sit? & quomodo probetur sigillum esse authenticum, & quando possit recognosci?*

8 *Quando incontumaciam habeantur pro recognitis?*

9 *In dubio pro sigillis præsumendum.*

10 *Scriptura sigillo munita quomodo verificetur, & probet? ac quid sine illo?*

11 *Sigilla falsitatibus obnoxia, & proinde illorum custodiâ grauissimi viri quàm maximè commendant.*

12 *Solent Principes illa committere Cancellario, vulgò, Secretario, qui Quæstor dicitur.*

13 *Inter Quæstorum genera vnum erat eorum qui epistolis Principum legendis vacabant, in quorum locum Cancellarij succedere.*

14 *Sigilli commissio valida est, & Secretarius poterit illo obsignare scripturas de his, quæ pertinent ad Dominum committentem, etam si is non videat scripturas.*

15 *Carta alba missa à Ciuitate Principi cũ Notario, & sigillo Communitatis, quid operetur?*

16 *Subscribens in folio albo, an sibi præiudicet? quid existente sigillo? & si in ea scribatur laudum, an possit dici de illius nullitate?*

17 *Ratificatio minimè operatur, nisi scriptura lecta, cognita, & recepta sit, & de subscribente Instrumento, quod non legit.*

18 *Notarius subscribens literam vacuam cum subscriptione citationis tantùm, falsitatem non committit.*

19 *Quæ censentur commissa Cancellario, seù Secretario, cui committitur sigillum, & quas clausulas apponere possit?*

20 *Subscriptio Secretarij in memoriali probat prouisionem fuisse de voluntate Principis.*

21 *Isthac subscriptio quid operetur in priuilegio Regis? & quos effectus producat?*

22 *Cancellaria parem habet cum Rege potestatem, qui non potest tollere quæ insit Cancellaria.*

23 *Merces præsumuntur eorum, quorum signis sunt subsignatæ, maxime inter mercatores & quid agendum si eodem signo sint signatæ duobus contendentibus.*

24 *Res, & animaliâ præsumuntur esse, cuius sunt insignia, & arma.*

25 *Potestati expendenti pro opere Regio, vel publico sumptu, an & quando liceat apponere eius arma? latè dispungitur* decisio de Franch.decis.443. *inquiritur, atq; notatur* Berard. Bombin. cons.6.

26 *Construens Cappellam, an valeat eius insignia imponere? & de pœna delentis aliena insignia, & alia ad rem.*

27 *Proditor quomodò depingendus?*

28 *In lapide scripta in Principis dedecus delenda sunt, & memoratur inscriptio in marmore aduersùs Reginam Ioannam I.*

29 *Baroni an liceat in feudo per ipsum infeudato sua stemmata depingere?*

30 *Successor qui opus à prædecessore inchoatum perfecit, an illius valeat arma delere?*

31 *Memorantur perspicua noua Aedes incœptæ, Ossunensium Ducis iussu, extra ianuam S.Mariæ Constantinopolitanæ pro alendis Regum equis, quæ deinde ad Archigymnasij cõmodum fuerunt perfectæ, Comitis de Lemos ordine.*

Rescribuntur duæ inscriptiones mirabiles, quæ adsunt in prospectu Archigymnasij.

32 *Notatur* Petrus Lasena, *qui* P.Io:Bapt. Vrsi, *auctorem prædictarum inscriptionum dicentem: Vlyssem in Neapolitano Gymnasio audientem fuisse, carpit, &* P.Vrsi *eruditio commendatur, & nonnulla de peregrinatione Vlyssis, & de Penelopis eius Vxoris constantia*

ob

Digitized by Google

ob Viri absentiam, Vlyssis aduenta ad hanc Vrbem, & de Verbo, Auditore.

33 *Epitaphia an probent?*

34 *Academia Neapolitana antiquissima, in ea docuit Pythagoras, & Viri clarissimi floruere, potissimùm Seneca, Virgilius, & alij Professores magni nominis.*

35 *Studium Neapolitanum disposuit in meliorem formam Fridericus Imperator, ampliarunt Caroli Reges Andegauenses, deinde Robertus, postea Ferdinandus, & Alphonsus Aragonei.*

36 *Hodie florentissimè doctissimis Professoribus floret, quibus Regis nostri Inuictissimi munificentia ampla stipēdia persoluuntur ad Reipublicæ salutem.*



1 Sigillorum morem antiquissimum, eorumdem authoritatem, ac necessitatem in Principum, ac Reipublicæ præsertim diplomatibus, priuilegijs, ac assensibus, superiori in *Ritu* 277. ostendimus, attentis quoque Patrijs iuribus, de quibus testantur itidem *Cons. de Georg. alleg. 3. num. 10. in fin. Consil. Ioseph de Rosa consult. 49. num. 12. Calà de modo articul. §. 2. glosa vnic. num. 846. & num. 1559.* annuens ex *pragm. 9. de feud.* abolitam antinomiam *DD.* si assensus probetur nedùm per scripturas, sed per testes? de qua *Affl. in Const. fratribus, n. 18. & dec. 253.* quem refert *Præs. de Franch. dec. 663. in princ.* nec non *Catal. de indult. cap. 8. nu. 51. Vrsill. ad Afflict. loco cit.* memor adductæ *prag. 9. Reg. de Ponte de potest. Proregis, tit. de assens. Regÿs, §. vlt. & cons. 131. ex nu. 19. tom. 2.* tradens intellectum *prag. primæ, de fid. memor. & cons. 135. in princ.* de qua *prag.* memor est *Horat. Montan. controu. forens. 26. sub nu. 5. Illiusquè Ritus* occasione arrepta, nonnulla delibauimus. Præsens verò

2 *Ritus* vetat, expediri in M. C. literas absque licentia, & sigillo paruo M.C. Regentis, ac etiam alio sigillo magno, vel paruo ipsius Magnæ Curiæ, etsi Iure Communi attento Iudex inscitatorijs literis debitè subscriptis sigillum proprium apponi, dicat *Specul. in tit. de citat. §. 5. num. 13.* sicque olim statutum erat in M. C. ex *prag. 4. §. 2. & 3. de offic. Mag. Iustit.* de qua subscriptione per sigillum meminit *Affl. in const. literas, sub nu. 2.* censens, hodiè manibus proprijs subscribi sufficere, deleto sigillo, vt communitèr seruatur, quamuis prouisiones à Regente, seù Iudicibus subscriptæ muniantur sigillo M.C. tantùm, vt aduertit quoque *Carau. in cit. ritu 277. num. 14.* & sic non proprio; prout & in Regijs Audientijs, cæterisque Tribunalibus, *Ioseph Ludou. decis. Peruf. 104.* adnotat stylum Vmbriæ, & Marchiæ Anconitanæ concordantem cum *prag.* nostrę 4. §. 2. sanctione, quò ad subscriptionem Auditorum in Regijs Audientijs. An verò nomen dignitatis paritèr subscribendum sit in scripturarum subscriptione? an priùs nomen dignitatis? an proprium? inquirit *Vant. in tract. de nullit. ex defect. proces. sine ord. iudic. num. 86. Paris. de Syndic. verbo Iudex, sub num 35.*

Illud autem, quod in hoc *Ritu* di-

3 citur de duplici sigillo: magno nempè, & paruo, ex quo colligit *Prosper Carau.* licere cuiquam plura habere sigilla, idquè diuersis respectibus, iure etiam probatur, ob authoritatem Doctorum, quos memorat, & addo *Dec. in cap. significauit, num. 2. de appell.* Alij verò dicunt, maximum, magnum, & paruum, *Marc. decis. 992. num. 8. par. 1. Thesaur. quæst. forens. 100. num. 6. lib. 2. Iacob. Bornit. de Instrum. par. 1. cap. 20. Kirchner. lib. 4. de offic. Cancell. cap. 2. n. 20.* Maximum illud vocant, quo plerumque vtuntur Principes, vel Ciuitates, quotiescunque res maximi momenti obsignandæ veniant, *Rulant. de de commiss. par. 2. lib. 5. cap. 30. num. 9.* quod *Rebuff. in Cōst. Franc. art. 1. glos. 6. num. 1. de liter. oblig.* magnum appellat ex *text. in Clem. vnica, in fin. de iure iur.* & paruum idem *Rebuff. num. 8.* dicit, esse annulum imaginem insculptam habētem, quod literis priuatis signandis proprio accōmodatur, latèq; *Theodor. Hoeping. in tract. de sigillor. prisc.*

& nouo iure, cap.4. §.6.ex num.124. de Rubeis certam.6.n.76. Foller. in Const. Regn.literas, sub tit.de Mag.Iustit.n.14. & 15. memor sigilli Inuictissimi Regis nostri, quo in hoc Regno vtitur, distinguens inter magnum, & paruum, subnectit, in eo esse Regis imaginem positam in equo sedẽtem cum corona, ac sceptro; eius tamèn impressionem alitèr describit *R.Tapia lib.3.iur.Regn. tit.de sigill.in cap.incip.in forma sigilli.*

4 Antiquitùs illa Principum rubro morice constabant, *l.9.C.de extraord.crim. l.2. C.ex quib. muner. l.6. C. de diuers. rescrip. Petr. Gregorius lib.1.de rescrip. cap.2.n.10.* & imprimebantur in auro, literæque talitèr signatæ dicebantur Bullæ aureæ, vt in *can.12. Concilij primi Constantinopolitani, Gonzal. in decretal.lib.2. c.6.de fid.instrum.* Et quòd literæ Summi Pontificis Bullæ dicantur, quia plumbo signantur, monet *Rebuff.in prax. benefic. par.1. cap.40.* quo etiam vtuntur Magister S.Ioannis Hierosolymitani, & Dux Venetorum, ex *Bald.in l.de quibus, coll.11.ff.de legib. Limnæus de iur. publ. Imp.Rom. cap.11. ex n.37.in marg. Renat.Choppin. lib.2. de doman. Franc.tit.2.num.8. Hoeping. de iur.sigill.cap.3.ex num.30. & de iure insign.cap.2. num.947. & cap.10. §.10.*

5 notans, quòd quis aliquando sculpit insignia maiorum, vel sua, siue amicorum imaginem, aùt capti hostis effigiem, bruta, animalia, vel conuenientia sibi, siue ob euentũ quempiam, vel artem, quam factitat, vel munus, quod gerit, & *Hieronym. Henninges Lunæburgensis in theatr.Genealogico familiar.omn.ætat.tom.1.pag.303.& 304.* memorat, Vlyssem Principem ingenio acri, sed inuido, Delphinum in annulo, & scuto gessisse, eo quòd Telemachus puer in mare decidens fingitur seruatus.

Insuper *Rebuff.in cit.glos.6.n.13.* ad-

6 dit, quid agendum cum Regium sigillũ amittitur, scilicèt, vt aliud extruatur aliquo superaddito adminiculo, & publicetur; quin & illa diligentia vtendum esse monet, cùm clauis deperditur, vt aliquid saltèm nouæ addatur, nè priori vti possit; quod salubre consilium reperisse gauisus sum, quamuis & ipse eo non indigerem: obseruabam nàmque semper, & domesticos admonebam, illud ipsum agere debere.

Sed sigillũ authenticum quale *sit?* &

7 probetur authenticũ esse? subdit præcitatus *Rebuff.eod.add.artic.glos.7.* Eius recognitio, seù alterius cuiuscumque signi existentis in scriptura ante conclusionem producta, recognosci post cõclusionem ipsam, non dubitatur, aitque *Flam. Chartar. decis. Genuen. 16. num.23.*

Nùm verò sigilla in contumaciam

8 pro recognitis acceptentur? negatiuè, nisi sint Cœsaris, vel Principum, alicuiusquè Communitatis, quorum notoria sint, ex *decis. Rotæ Sperensis 225. par.3. Gasparis Gulielmi* notat *Marta in summa decis. tom.1. verbo sigillum cap.3.*

In dubio verò pro sigillis præsumen-

9 dum, *Rota* coràm *Puteo decis.349. n.2.* quamobrem ei, qui notum sigillum negat, onus incumbit probandi, *Franc. Marc.dec.Delph. n.989.par.1.* & dominorum voluntate impressa præsumi, notant *Vuesenbec. cons.27.nu.12.lib.1. Cornel.à Lapide in commen.in Aggæum Prophet.c.2.vers.24.pag.624. Ioã Sanne decis.Frisic.14.lib.3.tit.de pignor. & hypothec.* & post alios doctus *Dom.Nicolaus Vinc.Scoppa ad Gratian.dec.243.*

10 *num.19.* Verificatur autem scriptura sigillo munita, si sua voluntate appositum probetur, nec suum esse probari necesse erit, *Couarr. cap.22. pract.qq. n.9. Reg.Sanfel.in prax.sect.53.nu.10.* vel si Notarius authenticauerit, illud esse sigillantis, distinguit *Anna allegat.125. ex num.3.* & ad rem indicaui in *rit.277.* Instrumentum tamèn tali sigillo, aùt signo carens, minoris propterea fidei non videtur, cùm de illius substantia non esse, dicat *Chis.dec.73.* & altera *536.* apùd *Farinac.*

At, ò stultitiam hominum deploran-

11 dam! Omnis humanę fidei vadem, imò potiùs scripturarum omnium panaceã, quæ ad commune Vrbium, ac familiarum commodum adinuenta erat, qua

men-

Digitized by Google

mentiendo, qua adulterando irritam fecerunt, nullius penè roboris, at falsitatibus passim obnoxiam: illorũ proinde custodiam quàm maximè commendant, & grauissimis Viris demandandam, diximus in *ritu* 277 *sub nu.* 9. necnon *Reg. Tapia de præstantia Regia Cancell. tit. de antiqu. nu.* 5. *&* 8. & monuit *Cicero* Quintum fratrem, inquiẽs: *Sit annulus tuus non ut vas aliquid, sed tanquàm ipse tu: non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ*, & seruarunt quoque veteres morientes, vel de vita desperantes, *Q. Curtius lib.* 10. de Alexandro Magno, qui sexta à decubitu die exemptũ digito annulum potestatem iubendi, & mandandi summam, Regniquè hæreditatem Perdiceæ dedit, eoquè glisscentem amicorum sedauit seditionem. Augusti Imperatoris annulus Mecænati, & Agrippę duobus suis intimis Consiliarijs concessus fuit, teste *Dion. lib.* 54. & de Tiberio *Suet. in Tiberio cap.* 73. *Io: Bapt. Casalius de Vrbis, ac Romani olim Imperij splendore, cap.* 10. multa de annulis eruditè exarans.

Propterea Imperator, Principes, &
12 Prælati solent illa committere Cancellario, quem vulgò *Secretarium* appellamus, qui Quæstor dicitur, *glos. in l. vniuersi, verbo Quæstor*, C. *de diuers. rescript.* quam singularem præconizat *Boer. de author. Magn. Consil. num.* 8. cui concordantem addit *Anton. Padilla in memor. l. vniuersi, num.* 6. *in* §. *quia verò, de exhib. reis, Andr.* qui relatam *glos.* non citat, in *cap.* 1. *num.* 13. *de controu. feud.* apùd *Par. termin. in cap. quoniam inter Dominum, in addit. in princ. post num.* 3. *de prohib. feud. alien. per Lothar.*

Plura erant Quæstorum genera, quæ
13 distinguit, & explicat *Io: Oroscius in tit. ff. de offic. Quæstor.* Inter quæ vnum erat eorum, qui epistolis Principum legendis vacabant, *l.* 1. *ff. de offic. Quæstor.* in horum locum Cancellarios successisse, indubitatum affirmat *Padilla in add. l. vniuersi, eod. num.* 6. eosquè lingua vernacula Secretarios nuncupari.

14 His sigilli commissio valida est, eiusquè authoritate poterit Secretarius sigillo obsignare scripturas de his, quæ pertinent ad Dominum committẽtem, etiam si is non videat scripturas, *Innoc. in cap. scripta, de fide instrum.* & ibi, *Butr.* idq; notatu dignum censet *Bald. ibid. num.* 7. *Felin. n.* 37. *Dec. cons.* 174. Inde infert *Bald. num.* 18. ad id, quod testatur quotidie fieri, cum Ciuitas ali-
15 qua submittit se alicui Principi, eiquè exhibet cartam albam cũ sigillo Communitatis, & mittit Notarium cum illo sigillo: nàm poterit Notarius scribere in carta alba, quidquid est de natura negotij, & voluntate Domini; quod est maximè notandum: nam regu-
16 laritèr subscribens in folio albo sibi non præiudicat quò ad ea, quæ in eo scriberentur, *Felin. in cap. quoniam contra, num.* 45. *vers. limita quinto, de probat. post Bald. in l. vlt. in princ. C. plus val. quod agit. & in cap.* 2. *vers. quæro maritus, & num.* 18. *Mascard. de probat. concl.* 341. *nu.* 17. amplians, etiamsi esset appositum sigillum, *Bald. in l.* 2. ex *illo textu in princ. C. de reb. alien. non alien. Purpurat. in l. admonendi, n.* 177. *de iur. iur. Menoch. de arbitr. Indic. cas.* 113. *num.* 4. *Cons. Rocc. resp.* 29. *num.* 4. *lib.* 1. *Hieronym. de Rosis select. iur. obseruat. cap.* 100. *num.* 14. *idem Mascard. conclus.* 1302. *num.* 49. *Gabriel. de præscript. concl.* 2. *num.* 27. *Rebuff. de chirogr. & sched. recogn. tom.* 1. *pag.* 197. *Besold. par.* 2. *delibat. fol.* 60. *Carpz. iurispr. par.* 11. *const.* 17. *def.* 42. *Finc Kelth. obseru.* 8. *Berlich lib.* 1. *concl.* 14. *num.* 39. *Barbagal. sing.* 34. *Ann. alleg.* 125. *nu.* 8. loquens de solito tradere simile foliũ famulis, nec non *sing.* 27. de Ciuitate Cauæ, quæ habuit subscriptionem in folio albo à Sereniſſimo Ferdinando I. anno 1460. testibus quoq; *Cons. Iosepho de Rosa consult.* 2. *sub num.* 15. *artic.* 2. *to.* 2. *&* *Cons. Franc. Maria Prato obseru.* 21. qui subdit, laudum insertum in folio albo subscripto à compromittentibus, ac postea in stipulationem deductum à Notario cũ clausulis prægnantibus, non obstringere compromittentes ad obseruantiam, quin valeant de nullitate ipsius dicere, vel petere reductionem ad arbitrium boni viri, ex

Digitized by Google

*Gratian.discept.forens.cap.*162. *ex n.*1. & dixerat *Rota apùd Merlin.post tract. de pignor.*

Sicuti etiam dicimus in ratificatione, quæ minimè operatur, nisi scriptura lecta, cognita, & recepta sit, *Oldrad.cons.*329.*col.vlt.Crauett.cons.*197. *num.*14. *Olea in addit.ad tract. de cess. iur.tit.*1.*quæst.*6.*ex nu.*30. doctissimus, & meritissimus Senator *D.Bonauent.de Tristany in decis. Sacri Supremi Senat. Cathalon. decis.*57.*num.*29.*tom.*2. quæ de re *Pegas.resol.forens.* integro *cap.*1. præcipuè ex *nu.*74. propterea subscribens se instrumento, seù chyrographo, quod non legit, putans continere id, quod mandauit, aut dixit, vel quod sibi persuasum extitit, cum aliud contineat, sibi minimè præiudicat, *Felin. in cap.quoniam contra, num.*48. *de probat. Gabriel tit.de præsumpt.col.*3.*n.*28. *Menoch. lib.*3.*præsumpt.*66.*num.*1. *Pegas cit.resol. forens.*1. *num.*89.indicans *num.*90. cui incumbat onus probandi subscribentem ignorasse, vel sciuisse
18 in scriptura contenta. Notarium verò subscribentē literam vacuam cum subscriptione citationis tantùm, falsitatem minimè committere, respondi pro actuarijs, qui expediunt mandata iustificata *in bianco*, ex *Boer.decis.*274.*n.*4. *& Auo meo ad Gramm.decis.*50.*ex n.*8. principalem regulam coarctat idem *Dom. D.Bonauent.de Tristany in decis. Senat.Cathal.*63.*num.*9.*tom.*2. quando probaretur, subscribentē notitiam habuisse eorum, quæ subscribēda erant in folio albo; vel alitèr ex circumstantijs, & præsumptionibus posset id deprehendi, ex *Rota* apùd *Buratt.decis.*409. *num.*14. *& Seraph. decis.*372. & decisionem Senatus subnectit, & dixerant *Merlin. de pignor. lib.*1.*tit.*3. *quæst.*33. *num.*6. *Const. de clauf. conuent. par.*2. *clauf.*68.

Rursùs notat *Bald.in cit.cap.scripta,*
19 *n.*19. omnia, quæ consueuerunt committi Cancellario, seù Secretario, videri, ac præsumi commissa ei, cui Princeps committit sigillum, de quo confidit vti persona propria. Censeri autem Dominum ea committere, quæ ipse facere consueuit, *arg. l.Titianus, ff.quod, cum eo*, & apponere clausulas, quæ sunt necessariæ ad actus perfectionem, *Melch.Palaez de maiorat.p.*1. *quæst.*67.*num.*7.

Ex quibus deducitur, Secretarij sub-
20 scriptionem in memorialibus probare, prouisionem fuisse de voluntate Principis, cùm decretationes sunt de negotijs, quæ solent Secretario committi. Hinc tuetur praxis quotidiana, qua videmus memorialia, non Regis, vel Pro-Regis, sed Secretarij manu signari.

Hæc ipsa Secretarij subscriptio in
21 priuilegijs Regis, illaq; subscribentis non nihil operatur: nàm si in eis Rex, vel Princeps aliquid affirmet in sui vtilitatem: veluti, feudum in terra aliena existens, quod concedit, ad suam collationem spectare; vel aliquem esse rebellem, & consequentèr feudum, quod tenebat, ad se deuolutum; idquè sine Consilio, & absq; Secretarij subscriptione, ei nō creditur, *Andr.in cap. vlt.quo tempor. mil.in cit.cap.*1. *nu.*13. *de controu. feud.apùd Par.termin.* Cum Consilio tamen credendum, idem *Andr.in cap.*1. *qui succes. feud. dar.teneant. cap.* 1. §. *sed nec est alia, quæ sit prima cauf.benefic.amitt. Capyc.in l.Imperialem, col.*5.*vers.est tamen differentia, de prohib.feud.alienat.idem dec.*166. *nu.*7. alijque laudati *ab Add.ad Andr. in add.cap.*1. *de controu. feud. lit.T.* At sine Consilio, sed cum subscriptione Secretarij subscribentis priuilegiū Regis, qui de certa scientia, non enunciatiuè aliquid enunciat ad sui vtilitatem; assertio Regis cum subscriptione Secretarij valeret, & probaret, tanquàm dictum duorum testium, vt obseruat *Andr.* licèt per verbum *forsitàn eod. num.*13. *in fin.* Monet propterea *Capyc. in cit. l.Imperialem, eod.in loco*, cautos debere esse Secretarios, & Officiales, qui se subscribunt priuilegijs Regum, vt videant, si veritate nitatur in eis narratum: nam subscribendo se, præiudicium agunt parti, & videndus *de Medices cons.*40.*ex num.*11.

De dignitate Cancellarij, post Ca-

gnol.

Digitized by Google

gnol.& Cassan. idem *Padill.* agit *sub eod. num.6. Reg. Tapia in tract. de præstant. Reg. Cancell.* & de à Secretis officij eminentia, *Carol. Sigon. de Republ. Hebr. Gaspar Barthius lib.5. aduers. cap. 1. Petr. Gregor. par.3. lib.47. cap.41.* & alij apùd *Reg. de Philippo fiscal. dissert.25. ex n.42.*

22 Cancellaria autem parem potestatem habet cum Rege, ideòque Rex non potest de plenitudine potestatis tollere, quæ iussit Cancellaria, *Auendan.* ex aliorum voto *in Dictionario in verbo Cancellaria, vers. hic nota.* Ex hoc iure sustinentur literæ Regis, quibus iubet Pro-Regibus, vt omnia agant cum consilio DD. Regentium Regiam Cancellariam, qua de re *Luc. de Penn. in l. omnes, col.6. C. de Decur. Afflict. in Const. Reg. Castra, num.2. Mastrill. de Magistrat. to.2. cap.6. lib.5. num.38. Regens Tapia de iur. Regn. lib.4. tit. de transact. cap.4. pag.39. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de delegat. ex num.12.*

Merces insupèr, seù sarcinolas eo-

23 rum esse præsumi, quorum signis sunt subsignatæ, multorum authoritate, scribit *Bart. Capoll. de seruit. vrban. prædior. cap.40. num.16.* nec non *Stracc. de mercatur. par.2. num.71.* & dixi in *ritu 277. sub num.2. hoc lib.4.* maximè cum inter mercatores prohibitum sit, nè quis alterius signo vtatur, ex adductis à *Hieronym. de Laurent. decis. Auen.30. num.2. Gonzal. ad regul.8. Cancellar. glos.6. n.63. August. Barbos. in axiom. iur. frequ. axiom.207. Cur. Philipp. to.2. lib.1. cap.7. ex num.13.* aduertente, orta inter duos contentione super rebus, eò quòd eodem signo ambo vtuntur, adiudicari possidenti debeant; quæ existentes penès tertium, diuidantur inter contendentes, sequitur *Paul. Rub. de validit. legal. contron. forens. cap.70. num.49.* qui ad rem aliqua notauit in *decis.69. num.8. par.5. & par.7. dec.134. num.11.* signum namque ostendit signatum, *l. stigmata, de fabric.* ibique *Bar.* notat, vsu fuisse introductum, vt equi, & nonnulla alia animantia quibusdam signentur signis, vt Domini eorum dignoscantur.

Sicuti per affixionem, vel picturam

24 armorum, seù insignium, res videtur esse illius, cuius sunt insignia, ex *l. qui liberalitatem, §. fin. & l. final. ff. de oper. publ.* quæ iura laudat *Capyc. decis. 27. sub num.40. Capoll. add. num.16. Mascard. de probat. concl.551. Fusar. de subst. q.618. n.43. Ricc. collect.1608. & 4129. Christin. decis. Belg.195. & 111. ex numer.1.* & proinde Potestati expendenti

25 pro aliquo opere Regio, vel publico sumptu, haùd licet apponere eius arma, vel scribi nomen absque Principis permissu, *l. opus nouum, ff. de oper. publ. l. qui Iudices, C. eod.* de quibus iuribus meminit *Capoll. cit. tract. cap.71. ex num.8.* quod benigna Principum munificentia concedere debet; potissimùm de Italiæ consuetudine, Officiales, qui benè laudabilitèr se gesserunt in officio, in publicis ædibus sua stemmata ad perennem ipsorũ laudem exarare, tradit *Paris. de Put. de sindic. it. rub. expensæ, cap.2.* iustissimi enim Officiales sunt præmijs, ac laudibus extollendi, *l. iustissimos, de offic. Rector. Prouinc.* & ea iura *tit. de oper. publ.* inoleuisse, ait *Bart. Capoll. in cap.71. num.8.* & *Pres. de Franch. in decis.443.* nulla facta mentione de *Par.* ac de *Capoll.* ad hoc adduxit *Alber. in cit. l. qui liberalitatem, in fin. Cassan. in catal. glor. Mund. in 1. par.15. consid. fol.9.* & quamuis in memorata *decis.* videatur ipse *Dom. de Franc.* concludere, non licuisse, neque de iure, neque de consuetudine, sua insignia imponere Officiali Præfecto pro vijs reparandis, ampliandisquè in hac Ciuitate, quia consuetudo illa, de qua præfati DD. testantur, fuit interrupta; vnde dicit, hanc hæsitationem cessare inter Vrbem hanc, eiusquè Officiales, cum quibus fuit id sæpiùs decisum, vt refert, ex Collaterali Consilio; attamèn respectu aliorum Officialium, cum quibus non est iudicatum, vigere debet theorica *Parid. de Put.* & consuetudo, & vsus, de quibus testantur memorati *II. CC.* & sic passim seruant quidam, qui nè inanis, futiliſque iactantiæ nota inuri possint, subdunt sua stemmata pudentèr post Regis imposita, seù Ciuitatis insignia; ideòque

Capoll.

Digitized by Google

*Cepoll.in cit.loc.num.*8. vbi adduxit iura id vetantia Officiali, nectit, oppositum esse de more; & indicatam *dec. de Franc.*declarat*Reg.Fuluius Constantius in alleg.*13. apùd *Reg. de Marinis to.*3. & de ea valdè anceps est *Reg.de Ponte de potest.Proreg. sit. de diuers.prouis. de insign.& arm.num.*7. subdens nonnulla exempla in hac Ciuitate, tradens à *num.*6. quòd iura in *tit.de operibus public.* vim obtinent, quando Officiales eorum insignia dumtaxàt absque illis Principis, vel Ciuitatis depingerent, & *Reg.de Ponte* memores sunt *Reg.Sanfelic.decis.*282. *&* 283. *Prat. pract.observ.*49. *Gizz. ad Reg. Capye.Latro decis.*181. *num.* 55. *lib.* 1. & pertractant *Ricc.decis.Cur.Neapol.*154.*par.*3.*& collect.* 1062. *Maynard. decis.* 60. *tom.* 2. *Tholosan. in syntagm. iur. par.*1. *lib.*3. *cap.*21.*num.*7. *Pac.Iordan.lucubrat.volum.*2.*lib.*10.*Mastrill.de Magistr.lib.*3. *cap.*4. *num.*146. *de Magistris in prax. seù sylua canon.lib.*1.*cap.*5.*num.*36.*Castald.de Imper. qu.*110.*cas.*100. quamque consuetudinem probauit *Rota Romana amotionis lapidis* permittendo Gubernatoribus Confraternitatis Carpentariorum nomina inscripta retinere in Ecclesia constructa pecunijs Confraternitatis, etiam renuentis, vt in *decis.*401. *par.*14.*recentior.* recedendo à contraria decisione in hac eadē thesi emanata, quæ est eadem parte *dec.*337. de qua *decis.* meminit *Marc. Ant. Sabell.in summ.diuers.tract. tom.*1. §.*Arma, seù insignia*, 39. *ex num.* 2. Sed *Bernard.Bombin. in cons.*6. cuius consilia insita habeo post repetitionem *Cepoll. de edilit. edict.* posito casu de quodam Monacho, qui stemmata, nomenque suum in clypeo marmoreo supra ianuam Monasterij Sanctæ Crucis Ferrariæ, quod ipse, iussu Superioris, construendum curauerat, insculpsit; quærit, qua pœna hic Monachus plecti deberet? & vltimo supplicio afficiendum dicit. Verùm posteà in fine *consilij* palynodiam canendo, ad mitissimam reuertitur sententiam, & nonnisi leuissima pœna dignum putat, dicens, contraria fuisse ab ipso adducta, vt sui ingenij aciem acutissimam ostentaret, & vt cuidam Abbati obsequeretur. Hinc nobis dignoscere licet, quę, quantaquè fides sit habenda Doctoribus in eorum consilijs, in quibus ad mensurā pretij pecuniæ lenocinio suadent, vel affectionis illecebra alloquuntur, vt obseruat *Mar.Corat.tit.qui DD. faciant comm.opin. num.*47. Hoc *Bomb.* consilium refert *Gab.Saray. ad Roman. sing.*480. vbi *Roman.* tradit, construen-
26 tes Cappellam posse ibi sua insignia imponere; nec licere Clericis, vel Monachis illa delere, & delentes Iudicis arbitrio plectendos, vt *cit.l.qui liberalitatem, in fin.& l.qui opus*, &*Io:Vinc.de Ann. in sing.*382. incipit *pœna*, & ibid: *Fab.de Ann.* ait, fuisse vinculis constrictum, exilioquè demùm mulctatum Comitem Calatię, qui insignia Domus Carrafæ ab Ecclesia Baroniæ Formiculæ deleuerat, *Auend. de exequend. mand.*1.*par.cap.*1. *num.*4. notans competere actionem iniuriarum, ex *l.si statua, ff. de iniur.* & in memorata *l. qui liberalitate*, aduertit *Bart.* contra Monachos, qui Cappellas alicuius defuncti alijs concedunt. An autem Cappellæ, sepulcra, & monumenta vendi possint? videndus est *Io:Carrafa in tractat.de simon.* inter *tract.num.*140. adducens *Bart.in l.*11. *de oper.publ.* contra Religiosos Cappellas vendentes, vel aliena insignia affigentes; quod & generale est contra omnes alicuius stēmata abradentes, alienaquè imponentes, quod notat etiam *Capoll.de seruit. Vrb.prad.cap.*72. ibiquè de eo, qui abradit imaginem proditoris in loco publico positam, de quo in *l.si familia*, vbi *Angel.de iurisd.omn.Iud.& Lud. in add.sing.*480. ait, proditorum insignia, qui propter proditionem à Patria sunt electi, abolenda esse, *l.eorum qui, ff.de pœn.* quod pro singulari etiam repetit in *sing.* 673. vbi *add.* laudat *Afflict. in cap.*1.§.*& bona committentium*, 10. *special. quæ sint Regal.* vnà cum alijs, & *Hier.Gig. de crim. lęs: Maiest. lib.*3. *in rubr. de proditor. quæst.*8. *& in rubr. de rebell.quæst.*23. exemplum ponens Marini Feletri Ducis Venetiarum, post eos

Fari-

Digitized by Google

Farinac. de crim. læs. Maiest. quæst. 116. §. 1. *num.* 6. subdens *nu.* 7. Proditorem absentem depingendum esse in tabella,
27 seù alia materia, suspensum per pedes, capite ad terram verso, & furcis suspendẽdos etiam nobiles, ad restrictionem *Const. Regn. Terminum vitæ hominis, de homicid.* notat *Arnon. problem.* 71. ex *Hippolyt. de Marsil. sing.* 16. videndo, & eiusdem *Hippolyti* verba sunt apùd *Luc. de Penn. in l. omnes, in princ. pr. coll. C. de delat. lib.* 10. & ad rem *Cassan. in consuet. Burgund. rub. des iustices, nu.* 52. imò in altioribus furcis, ex *Clar. qu.* 60. *Anus meus ad Gramm. decis.* 32. *num.* 1. multaquè *Farinac. ibidem* tradit de pœnis delentis imaginem proditoris, dicens, non debere puniri crimine læsæ Maiestatis: quia id in Principis iniuriam non agit, sed vt suæ familiæ dedecus à Populi cospectu retrahat; & quid si hanc imaginẽ in Principis despectum, iniuriamquò, volens sic ipsius Rebellis factum tueri, abraserit, vel deleuerit? vide *Decian. in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 49. *num.* 22. *& cap.* 39. *num.* 28.
28 E contrà autem Picturæ, & alia in lapide scripta, quæ in Principis vergerent dedecus, delenda sunt: cum maledictum in Principem sit læsæ Maiestatis crimini proximum, vt ex multis congestis *Decian. ibidem cap.* 50. *n.* 1. authoritate *Io: Andr. in cap.* 1. *de feud.* cumq; carpens, & acuens in Principem dicatur proditor, vt ibi *Decian. sub numer.* 37. propterea minùs satis probatur illud marmoreum inscriptum in Sacra Aede Archiepiscopali Neapolitana, de nece Andreę Viri Reginę Ioannæ huius nominis Primæ, quo tàm impudentèr dedecus Reginæ omnium oculis perlegendum panditur ibi:

Andreæ Caroli Vberti Pannoniæ Regis F.
Neapolitanorum Regi.

Ioannæ vxoris dolo, & laqueo necato,
Vrsi Minutuli pietate hic recondito,
Ne Regis corpus insepultum, sepultumuè facinus
Posteris remaneret.

Franciscus Berardi F. Capycius
Sepulchrum, titulum, nomenq;
P
Mortuo Anno XIX. M. CCC. XLV. Kal. 14. Octobris.

Reginam enim Ioannam in Andreæ interitum nequaquam conspirasse, iudicium Summi Pontificis palàm fecit, & vltio tàm cruenta, ipsamet Regina iubente, aduersùs culpatos, Reginam insontem de huiusmodi nece demõstrat, si *Io: Ant. Summont.* vera fatur *2. part. Hist. Neapol. lib.* 3. *pag.* 43. & quatenùs non esset sine dubio, & ipsam cædis consciam fuisse, vt alij testantur Historici; in dubio tamèn dedecet eam amplecti opinionem, quæ ream criminis Reginam ostendat, reamquè omnibus ad perennem memoriam in marmore perlegendam proponat.

An autem Baroni in Feudo per ip-
29 sum subinfeudato, sua stemmata dipingere liceat? & quomodò subinfeudatus illa depingat? & quid in duobus Dominis, quorum alter iurisdictionem Criminalem, Ciuilem alter habeat in Oppido, cuius stemmata forent appingenda? & an Domino, qui rem in emphyteusim concessit, liceat eius insignia apponere in signum superioritatis? & an vendito feudo possit nouus feudatarius primæua stemmata delere, suaquè recentia superimponere? relego lectorem ad *Frecc.* de his, ac alijs, quę licitè fieri possunt à Domino subinfeu-

Digitized by Google

feudante in feudo subinfeudato, optimè tradentē in *lib.2.auctor.47.fol.236. Fab. de Ann. in addit. ad cit. singul. sui Patris* 382. Nonnulla alia ad rem addit *Thar. ad Reg. de Ponte cit. tract. de potest. Proreg. sub num.7. pag.mihi* 192. inquirens, an successor, qui opus à prę-
30 decessore inchoatum perfecit, valeat illius insignia delere? & negat, adducens, inter alia exempla, & illud de nouis ædibus Equilis maioris, in quo Equi Regis obsequijs inseruituri alerentur, quas neglectis erectis priùs ab Aragoniæ Regibus ad Sebethi ostia, vbi vel nunc Equi aluntur, ad vitan-
31 das assiduorum austrorum iniurias, obquè vicinas paludes, atq; adeò aeris inclementiam; tùm nè longè à Palatio Hippodromus distaret, ad locum extra ianuam S. Mariæ de Constantinopoli salubrioris auræ gratia construendas curauit Dux Ossunentium anno 1586. & deinde Comes de Lemos musarum amantissimus ad Gymnasij Neapolitani commodum perficiendas censuit, traduxitquè, prout ad præsens, habito angustiori ad hoc claustro Sancti Dominici; ibi ad publicorum omnium vtilitatem, celeberrimæ, & vndequaque florentissimę visuntur Scholæ, & legitur inscriptio supra fores primitùs à Duce Ossuni inceptas, quæ vtrumque opus annuendo, miro artificio vtrumque complectitur:

PHILIPPO III. REGE.
D.Petro Fernandez de Castro Lemens. Com. Prorege.
Descripta olim alendis equis area,
Grandiore Musarum fato,
Erudiendis destinatur ingenijs:
Vera iàm fabula,
Equina effossum vngula sapientiæ fontem.

Libuit hæc verba hic inserere, quippè ingeniosissima, digna profectò, quæ per vniuersum Orbem omnibus Musarum amatoribus innotescant. Hinc nos verè dicere possumus, quòd ex illo Pegaseo fonte à Graijs sic celebrato, ijdem Græci Neapolim transtulerint Gymnasiij sapientiam; vt meritò ipsemet Vlysses Græcorum facilè sapientissimus, Ithacæ, & Cæphaleniæ Dynasta, filius Laertæ, siue Sisyphico, & Autholico sanguine cretus, nostrarum Scholarum auditorem se se præstiterit, sicuti in principali eiusdem Archigymnasij prospectu meridiem versùs ex vtroque latere columnarum, quæ præcipuas fores exornant, & duo marmora inhærent, in leuo hæc habetur inscriptio:

PHILIPPO III. REGE CATHOLICO.
Don Petrus Fernandez de Castro Lemens. Comes Prorex,
Gymnasium cum Vrbe natum, Vlysse auditore, inclytum,
A Tito restitutum, à Frider.II. legibus munitum, auctum honorarijs;
A Carolo II. Andegau. intra mœnia positum,
Ferdinandi Catholici tumultibus penè obrutum;
Ex humili, angustoq; loco in ampliss imum, augustissimumq;
Iuxtà Vrbem, vetere sapientum instituto,
Regio sumptu excitatum transtulit.
Ann. sal. hum. CIↃIↃCXVI.

Quarum quidem inscriptionum author fuit *P.Io:Baptista Vrsi* è præclarissima Societate Iesu; quæ ipsemet exarauit in *libro inscript.2.& 3.pag.mihi* 3.& 4:

&

Digitized by Google

& *Franc. de Petris histor. Neapol. lib.* 1. eadem inscriptione fretus nectit, nedùm Vlyssem, verùm Ausonium etiam eius filium adfuisse.

In hos autem inuehit acerrimè Pe-
32 *trus Lasena* in suo opere *dell' Antico Ginnasio Napoletano, pag. mihi* 7. dicens: nullo, neque Historicorum, neque veterum marmorum, documento posse probari, Vlyssem in Gymnasio Neapolitano audiētem fuisse, quamobrem ait, esse id meram fabulam nuperrimè à P. *Vrsi* excogitatam, neque esse nouum in hac Ciuitate marmora mentiri: cum in dies conspiciatur, in locis publicis apponi Epitaphia similibus, quādoque autem maioribus ineptijs referta. Quot (subdit ipse) cognominum mutationes, quot falsæ consanguinitates, quot nouæ in alienis penitùs familijs familiarum insitiones, quot fasces, dignitatesquè, vsurpatæ leguntur in marmoribus simùl, & illuduntur, quæ vt viuentibus vberem ridendi ansam præstant, faxit Deus, nè posteris ærumnosam errorum, ac litium segetem suppeditent. Hæc ille.

At miror quidem profectò, vt vera fatear, quòd ipse vnus *Lasena* carpat inscriptiones P. *Vrsi*, quem cunctus eruditorum cœtus summis laudibus cohonestauit; cui nemo hominum, vel mendacij, vel ignauiæ notam innuſſit vnquàm; qui ab vniuerso sapientium Choro certa eruditionis lima perpolitus habetur. In nullius authoris, ait, volumine reperiri, auditorem fuisse Vlyssem in Gymnasio Parthenopæo, quod P. *Vrsi* in sua inscriptione temerè affirmat. At quis tàm actuosus est, vt singula omnium Authorum volumina, singulas pagellas, singula verba, syllabas singulas, à vertice, ad extremum vsque calcem euoluat? Nonnè potuit *P. Vrsi* fortè in abditiori alicuius, vel externi idiomatis, pagella reperire, quod neque Ego, neque *Lasena* inueniendo sumus? Quid quòd id ipsum affirmare ausus est *Franciscus de Petris* vnus omnium nostri sæculi religiosissimus antiquitatū indagator, omnigenæ eruditionis, & doctrinę Vir, & celebris Academiæ otiosorum Princeps.

Citrà enim dubium est, Vlyssem Mundum peragrasse, adeo quòd cum consanguinei, & affines omnes, etiam parens Penelopæ Icarius, dolentes tandiù ipsam viduam esse ob diuturnam Vlyssis Viri absentiam, multis Procis eam ambientibus, valdè vrgerent, vt secundas nuptias cōtraheret cum Eurimacho paratas, magna constantia in amore Vlyssis perseuerauit ipsius reditum expectando, & ità Penelopen loquentem inducit *Ouid. epist.* 1.

Me pater Icarius viduo discedere lecto
Cogit, & immensas increpat vsque moras.

cuius constantiam ibidem testatur:

Increpet vsque licèt: tua sim, tua dicar oportet:
Penelope coniunx semper Vlyssis ero.

cuius Penelopæ pacientiam in tàm diu expectando reditum Viri, luculentissimum firmi, & constantis coniugalis amoris, & pudicitiæ exemplum, nec simile vnquàm extitisse, aùt imposternm euēturum, clamat *Io: Spondanus in Comment. Homeri lib.* 13. *Odyss. pag.* 307. & *Cæs. Ripa in sua Iconologia.* Demùm rediturus cum Comitibus suis Baio, ac Miseno, *Strabo lib.* 3. *fac.* 24. Draconeq; Laco, & Polite, *lib. fac.* 282. ad diuersa loca tempestatibus eijcitur. Etenim Germaniam, Siciliam, Italiam, & Hispaniam adijsse creditur, *Hieron. Henninges Lunaburgensis in theatr. Genealogico famil. omn. ætat. pag. mihi* 303. & 304. & condidisse Vlixbonam, quam *Strabo lib.* 3. Vlyssean, *Plin. lib.* 3. *cap.* 11. Salatiam, *Ptolom.* Olisiponem, nominant, fatetur idem *Hieron. Henning. cit. tract.* 4. *tom. part. postrema, pag.* 7.

Et ad nostram Parthenopem illum peruenisse, quo, & tempore ætiā Aeneę, Ciuitatem magnam, & conspicuam mœnijs munitam fuisse, Historię fatentur, & idem *Sulmonensis lib.* 15. *metam.*

Has vbi præterijt, & Parthenopæa dextra
Mœnia deseruit.

& idem 13. *lib.* 19.

Digitized by Google

Herculeamquè Vrbem, stabiasquè, & in otia natam
Parthenopem, & ab hac Cumea Templa Sibilla.

quæ Gallia locutione *Petr. de Reir Parisiensis pag.* 496. rescripsit, & notat *Franc. de Petris cit. hist. Neap. pag.* 3. addens, Ausonium propè Neapolim ædificasse Vrbem, suo nomine, nuncupatam Ausoniam, ex *Leand. Alber. Strab. Diod. Sic. Euseb. Cæsar. Cel. Rodig.*

Imò idem *Petr. Lasena* Vlyssis iter asserit, & non inficians vetustissimum aliud Gymnasium hac Ciuitate Neapoli, subdidit emendatiùs, *spectatorem* dicendum Vlyssem, eo quòd ætate illa nulla scientiarum vox in Partenopæa Palestra resonauerit.

At ego sciscitarer ab hoc literarum cultore, qua certa innixus scientia edixerit, tempore aduentus Vlyssis ad has Regiones, in Neapolitano Gymnasio literas non edoceri, vt in lyceo mos erat, & in Academia Aristotelis, ac Platonis ætate? An ea tempestate scientiarum merces nondùm ab Aegypto Athenas migrauerant, atque Athenis Neapolim Græcas inter Vrbes conmeratam? *Strab. rer. geograph. lib.* 5: quem refert *Blas. de Vigenere in prafat. Comment. Philaser. Summon. in histor. Neap. lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 56. Id sanè haud vlla ratione dici poterit, dum tũc temporis maximè bonarum artium nitor elucebat: cum Orpheus, Linus, Homerus, & alij innumeri, omnibus scientijs imbuti, vetusto illo æuo florerent. Quare tandèm Spectatorem ducere Vlyssem, & non Auditorem? cum nemo ignoret, ipsum vel Palladis Sapientiæ Deę Auditorem potiùs, quàm Spectatorem extitisse, & talis celebratur ab *Euripide, Sophocle, Suida, Dicte, Darete, Hygino, Virgilio, Ouidio, Statio, Seruio, & alijs*, & *Ausonius* Epitaphium ei scripsit:

Conditur hoc tumulo Laerta natus Vlysses
Perlege Odysseas, omnia nosse volens.

Verùm, aùt in Gymnasio Neapolitano literæ excolebantur; aùt si nullæ, ætate illa scientiarum artes florebant, sed tantùm ludi Gymnici ab Athletis exercebantur, Palestræ exercitium, atque his similia, de quibus *Alexan. ab Alexand. lib.* 3. *genial. dier. cap.* 21. *& lib.* 5. *cap.* 8. *Paris. de Puteo de re militar. siue de singul. certam. cap.* 4. *lib.* 1. *& cap.* 8. *lib.* 6. omni modo colligendum est, Gymnasium ab Vlyssis præsentia condecoratum fuisse; ac verbum illud, *Auditore*, non ea mente intelligendum est, quòd is addiscendi gratia Gymnasium adiuisset, prout verbum illud vsurpauit I. C. *in l.* 2. *§. pen. de orig. iur. & in l. cum scriptum, de dote præleg.* sed in subiecta materia, prout Veteres accipiebant, pro eo, qui auretenus adesset, *Lexicon iuridicũ* verbo *Auditorem*: nempè, petentem Vlyssem Vrbem hanc, accessisse ad Gymnasium, ibiquè oculos, aurescquè, atque etiam animum appulisse ad colligendum aliquid noui, siuè literarum, siuè Gymnicorum ludorum modum, quibus candidati erudiebantur. Neq; vlli pugnat rationi, Heroem, non quidem vt discipulum, publicam, ac celeberrimam scholam (scholam vocat hoc Gymnasium *Seneca epist.* 76. aduertente *Capac. pag.* 275.) petere, non vlla indigentia, at animi curiositate ductum, addendiquè causa loco illi nitorem, ac decus, & simul non nihil noui etiam delibasse, semperque graphicè sedet Auditoris nomen: cũ Gymnasium, vel Schola nuncupetur omnis locus, in quo vel literarius, vel gladiatorius, vel quicunque ludus alius his similis exercetur.

Igitùr commendare debemus potiùs summam P. *Io: Baptistæ Vrsi* priscarum rerum eruditionis supellectilem: secus enim homo tàm cordatus non insculpisset in marmore ad perenne æuum mansuro, si quid in sui ingenij latebris, vel vigil somniasset, vel somnians immeritò effinxisset. Quis enim audeat pro rostris proponere, quod probare difficillimum sit, nè dicam, quod palàm sit falsum? Quis viuẽs viuentibus legenda Epitaphia sculpta in marmore falsos fasces, Magistratusquè, vel dignitates, ac titulos continentia, quæ si essent falsa, suo dedecori sculperet?

Dica-

Digitized by Google

Dicamus, oportet, neminem penitùs hæc fingere, quæ ficta familias denigrent potiùs, quàm illustrent. Et proindè lapidi literis inciso fidem adhi-
33 bendam, clamant *II.CC. ex can. de quibus 20. distinct. l. 2. §. eodem tempore, ff. de orig. iur. l. 1. ff. de offic. Prætor. glos. in cap. sanè profertur, 24. quæst. 2. vers. post mortem, circa princ. de sponsal. & in cap. cùm causam, verb. Per libros antiquos, extr. de probat.* & de Chronicis loquitur *Aloys. de Alber. sing. 152.* qua de re altera *glos. in cap. quanto, de iure iur. Afflict. in pral. Constit. quæst. 19. in fin. Ripa observat. 68. Bart. Soccin. cons. 257. P. Marques Govern. Christ. lib. 2. cap. 38. §. 2. pag. 208. Guid. Pap. quæst. 581. Reg. Sanfelic. in prax. sect. 52. num. 13.* & alij, quos refert eruditissimus omni quo fùmis laudibus extollendus *D. Consiliar. D. Petrus Antonius de Chauarri, & Egaia in Didascalia veter. med. & noualuris prud. cap. 17. digress. 3. nu. 8. pag. 392.* Sed de his satis: cum legale iter non ea præbeat otia, vt amplius vacare sit locus *Petro Lasena*, qui etsi apprimè refertus eruditione, quam ipsius opera typis tradita testantur, nec non (præ cæteris) *Iacob. Nicius nella Pinacoteca fol. 106. num. 58.* doctus *Dom. Laurentius Crasso in elog. par. 1. pag. 231. Hieron. Genuin. lib. 3. anagramm. fol. 63. Nicol. Top. in bibliot. Napol. verbo Pietro Lasena, ò Leseyna, pag. 248.* tamen minus cautè hac in re (fortassè quia opus posthumum) nostræ Syrenis priscam armoniam, sapientiamquè euertere conatur: suam orbitatem accusat, qui vel Solem inficiari omninò, vel luce nudatum esse, velit asserere.

Præterire autem non possum, quem-
34 libet in historiarum, vel modicè versatum affirmare, Accademiam Neapolitanam antiquissimam, in qua Pythagoras etiam philosophiam edocuit, primæq; authoritatis Philosophos instituit: Empedoclem, Epicharmum, Archytam, Tarentinum, Eudoxum, Alchamæonem, & alios, qui sectam Pythagoreorum sustinuerunt, ex *Strabon. lib. 5. 6. & 14. Paterculo hist. Rom. lib. 1. Midderdorp. lib. 4. Academ. celeberr. univers. terrar. orbis, pag. mihi 38. Borrel. de præstan. Reg. Cathol. cap. 40. & 80.* & videndus *Paris. de Puteo in tract. de syndic. in præfat.* cuius verba rescribit *Reg. Tapia lib. 7. iur. Regni, tit. 25. de priuil. stud. Neapol. concess. cap. 269. Hor. Luc. de priuil. schol. & sub tit. de is, qui gaud. priuil. scholar. num. 23.* In hoc Gymnasio *Virgilium* literis operam nauasse, *Donatus Seruius, & Macrobius* testantur, & ipsemet Latinorum Poetarum Princeps, Neapoli scripsisse Georgicorum libros, cecinit *cap. 4. Georg.*

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis oti,

Seneca quoq; de se ipso testatur *ep. 76.* & adfuisse hoc Studium lõge ante aduentum D.N. Iesu Christi, ex nostratibus etiam *Consil. Matth. de Afflict. in Const. Regn. Vtilitati, num. 1.* scripsit, quod deducere quoq; licet ex *Diuo August.* qui *tom. 1. lib. 3. contr. Academic. pag. mihi 153.* inquit: *Persuadebis nimirùm tamquàm in Cumano Gymnasio, atq; adeò Neapolitano, nihil eum peccasse, imo etiam nec errasse quidem.* Illud in me-
35 liorem formam Fridericus disposuit, *Frecc. de subfeud. lib. 1. de offic. Magni Cancell. ex num. 16. Collenut. lib. 4. Pellegrin. in Campan. fælic. disp. 4.* Ampliarunt duo Andegauenses Caroli Reges, *Tasson. de antef. obseru. 3. num. 254. Summont. in hist. Neap. lib. 3. tom. 2. Recc. in glos. priuil. Regin. Ioann. in præfat. n. 10.* Robertus post centum annos restauratuit, *Mazell. de vit. Reg. Neap. in vita Robert.* & post alios ferè centum nonnihil collapsum restituere Alphonsus, & Ferdinandus Aragoniæ Reges Serenissimi, *Marchio Cusani de Barionoue in suo panegyr. pag. 149. C. And. Mendo* è Societate Iesu *de iur. Acad. lib. 1. q. 2. num. 22.* & hodiernis temporibus nedum ædificiorum structura conspicuũ, verùm perquàm doctissimis Professoribus viget, de quibus memores *Top. in indic. gener. bibliot. Neapol. verbo Lettori ne publici studij, & Rota in add. ad Reg. Rouit. cons. 84. ex num. 1. lib. 1.* (deletis exaratis à *Cons. Staiban. in obser. ad re-*

*fol.*73. *à nu.*56. *ad* 61. *cent.*1.& iterùm *resol.*110. *ex n.*52. *cent.*2.) antiquorum vestigia insequentibus. In hoc enim studio (præter alios) *Bald.* legit, ipso teste *in l.*1. *num.*16. *C. de secund. nupt. in* 1. *lect. Reg. Ronit. conf.*47. *num.*19. *lib.*3. Dynus de Muscellis Bononia cum annuo salario vnciarum centum auri, Iacobus de Beluisio vnciarum auri quinquaginta, & Accorsinus de Cremona, ordine Caroli II. ad illud lecturi accesserunt, vt in *regest. l. G.*1296. *fol.*295. & *anni* 1300. *fol.*251. & 1301. *fol.*273. & 330. *Summont. in hist. Neap. to.*2. *lib.*3. *cap.*2. *pag.*362. & 363. illiquè lumen, ac splendorem addidit noster Angelicus Doctor S. *Thomas de Aquino.* Et si Vespasianus, attestante *Sueton. cap.*18. primus è fisco Latinis, Græcisque Rhetoribus annua centena, & Alexander Seuerus, referente *Lampridio*, ijsdem salaria constituit, ac adiutoria decreuit, & Imperatores, varias prærogatiuas concesserunt, *l. vnica*, C. *de professor. qui in Vrb. Constant. lib.*12. *l.*1. *in fin. l.*6. & 11. C. *de professor. & medic. lib.*10. multo impensiùs Augustissimus noster Rex, Austriacæ sobolis proles, vt omniũ ex æquo Ciuium liberi erudirentur, nec pauperrimi, qui didactra per egestatem soluere non possent, institutione liberali magno cum Reipublicæ incommodo carere cogerentur: liberalitate eximia, qua pollet, ad aureos sex mille singulis annis pro honorarijs stipendijs ex proprio ærario erogat.

O admirandam nostri Regis clementiam, & vigilantiam ad subditorum seruandam pacem! agnoscit nàmque Academias esse Radios Diuinæ Sapiẽtiæ ad gloriam Beatissimæ Triadis, *Middendorp loco cit. cap.*4. *Mendo add. lib.*1. *cap.*1. *num.*10. *Non ignoro*, inquit *Innoc.*III. *in cap. nisi cum pridem, de renunc.* ex ore S. *Bernardi serm.*36. *in cantic. quantum Ecclesiæ profuerint literati sui*, & scripsit *Aegid. de regim. Princip. par.*2. *lib.*3. *cap.*3. quem refert *Borrell. cit. cap.*40. *num.*6. *ad Belluc. in spec. Princip. verbo merita*, ac Regis esse, vt in Regno suo studia literarum vigeant, & ibi sint multi sapientes, & industrij, nè subditi ignorantiæ tenebris sint inuoluti.

RITVS CCLXXX.

ITem quòd Curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum, etiam inter Longobardos, repulsationem, & reprobationem sacramentalium non admittant.

SVMMARIVM.

1 *Præsentis Ritus verba repetuntur in Ritu* 293.
2 *Testes sacramentales: ideſt compurgatores, tales quales esse debent, quid iurent.*
3 *Quando detur sacramentale iuramentum Domino contra Vassallos, quid seruandum?*
4 *Cui deferatur priùs Actori, an Reo?*
5 *Cum huiusmodi res periurijs sit exposita, paulatim recessit, & vsu forensi non semper probatur.*
6 *Repulsa quid sit?*

1 CVM super *Ritu* 293. (in quo præsentis *Ritus* verba repetũtur) explicauerimus, sacramentales testes: ideſt cõpurgatores, eosquè sciamus, debere esse fide catholicos, & vita probatos, *cap. inter sollicitudinem, de purgat. canon.* non mirum, si etiam attento Iure Longobardorum (quod ab aula recessit, teste *Marant. in spec. par.*3. *n.*97. & nos etiam dicemus in *Rit.*292.) repulsa non conceditur aduersùs eiusmodi testes compurgatores, à Iure Longobardo sacramentales appellitatos; ob idquè si plena probatio aduersùs eos vrgeret, aùt suspicio aliqua, etiam illo Iure attento reprobari possunt, vt notat *Imbrian. in tract. de repuls. consid.*2. *nu.*65. Huiusmodi sacramen-

Digitized by Google

mentales testes iurant de credulitate, & de conscientia sua, & non de veritate, *Afflict. in cap. vnico, num. 49. de contron. int. mascul. & fœm.* & quando
3 datur sacramentale iuramentum Domino cõtra Vasallos, iurare debet coràm duodecim sacramentalibus, idem *Afflict. in cap. Sacramentum, §. si à Iudice, num. 1. de consuet. recti feud.*

Quando autem, & cui ex litigantibus, actori nè, an reo iuramentum hoc
4 à Iudice deferendum sit? obscurę sunt *textuum* feudalium dispositiones, quorum contrarietatem ostendit *Hottoman. in disputat. feudal. cap. 43. pag. mihi 195.* eamquè mira methodo explanat *Vult. in tract. de feud. lib. 2. cap. 3. num. 20.* necnon *Guilielmus Hannetonius in tract. de iure feudor. lib. 4. cap. 4. pagina mihi 422. Berchold. in tract. feudal. cap. 7. num. 53.* Cum autem huiusmodi res, periurijs multiplicibus sit
5 exposita, quæ nè committantur, Magistratus diligentèr consulere debet. Ab illa consuetudine ascisendorum Sacramentalium paulatim recessum fuit, atq; vsu forensi, secundùm dispositionem *cap. primi, de consuet. recti feudi*, ità receptum est, vt, nisi magna aliqua subsit causa, quæ Iudicem moueat, alterutri iusiurandum non deferatur: qua ratione regularitèr ad Ius Commune reditum est, vt actore nihil probante, reus absoluatur, *l. 4. C. de edend. l. 9. C. de obligat. & action. l. 2. C. de probat. l. 9. C. de except.* vt rectè post *Vultei adducto loco, cap. 3. num. 20.* monet *Speckhan centur. 3. qq. & decis. iur. qu. 6. §. 5. num. 2. pagina mihi 1173.* & de his sacramentalibus breuitèr memores sumus in *Ritu 288.*

Nota insuper verba *Ritus*, ibi: *Repulsationem*, cum sequẽtibus adiunctis:
6 illa nàmque, *& reprobationem sacramentalium*, ex quibus apertè patet, repulsam non aliud esse, quàm reprobationem, atque ideò quod dicimus, repulsare testes, idem esse, quòd reprobare, reijcere, & refutare; id autem quia non cadit in scripturis: nimirùm dicimus in *Ritu* sequenti, testes repulsari, scripturas autem impugnari.

RITVS CCLXXXI.

ITem seruat ipsa Curia, non concedere repulsam alicui contra aliquas scripturas: videlicèt instrumenta, vel alias scripturas, facta publicatione in causa, post terminum datum ad probandum; sed pars potest denunciare de falso, vel accusare vtentes.

SVMMARIVM.

1 Antonius Capycius Regius Consiliarius *commendatur.*

2 *Aduersùs scripturas non datur repulsa; impartitur tamèn terminus ad impugnandum.*

3 *Etiam post publicatum, & conclusum in causa, attenta praxi Tribunalium, etsi Ius Commune contradicat.*

4 *Non obstante, quòd fuerit concessus terminus ad repulsam.*

5 *Eodem modo competit parti terminus ad illas impugnandum, in quibus terminis non valent testes deponere extra scripturas.*

6 *Terminus ad impugnandum an denegetur, si contentum in scriptura fuerit in libello enunciatum?*

7 *Si duo dentur termini, vel vnicus tantùm ad impugnandum vni, ad concomitandum alteri, quid concludendum sit? & in his terminis est locus nominationi testium, nisi columniosè petatur.*

8 *Hos terminos ad concomitandum, & impugnandum impartiri etiam in causis summarijs, citra calumniam, ostenditur.*

9 *Concedatur nè, quò ad scripturas publicas, an etiam priuatas.*

10 *De scriptura trino teste signata. De copia authoritate Notarij exemplata, & quid si aliqua egeat recognitione? Et de obseruantia Sacri Consilij, quod est pater aequitatis.*

11 Ter-

Digitized by Google

11 *Terminus fuit denegatus ad concomitandum reuelationes in Curia Ecclesiastica factas, etsi huiusmodi testium depositiones etiam non repetitæ aliquãdo moueant Iudicum animos.*

12 *Non concedendus ad concomitandum instrumentum à Notario vasallo confectum in beneficium Baronis, etiam contra illum, siue ciuilem, siue criminalem, vel Baronissam, & alia.*

13 *In Iudicio ordinario potest conuenirì tali instrumento obstrictus, probato contractu, qui est validus, instrumento nullo.*

14 *Vtens falsa scriptura potest falsi crimine accusari, etiam si illam non exarauit, sed voce dictauit, quidue in literis Pontificis, aùt alterius Principis.*

15 Pragm. 1. Testem falsum, de falsis, *an aliquid addat dispositioni Iuris Communis circa causæ amissionis pœnam.*

16 *Huiusmodi amissionis causæ pœna contra falsa vtentem scriptura, an aliqua lex communis non solùm in Fisco, sed in priuato scripta reperiatur.*

17 *Discrimen an sit inter falsificare Acta, & Instrumenta? & quid, si facta fuisset falsitas circa acta, vel extra?*

18 Pragm. *non debet sancire iterum, quod prius per alia Iura erat dispositum.*

19 *Pœna aris, & personæ comminata, idem est, ac si sub pœna mortis, & bonorum publicatione.*

20 Pragm. 1. de falsis, *qua de re promulgata fuerit, & ad quam antinomiam de Iure Communi sedandam? & memoratur* Pragm. 1. de feudis.

21 *Testem falsum in causa ciuili producens, an ex eisdem actis condemnari possit? & praxis indicatur, & an possit ex illa contumacia condemnari?*

22 *Effectus contumax ex causa falsitatis, an condemnari possit, non expectato anni circulo.*

23 *Falsitatis delictum multa specialia habet.*

24 Pragm. 1. de falsis, *an amplectatur causas feudales? & an falsificantem falsam scripturam?*

25 *Reus an, sicut Actor, qui regulariter nõ debent ad imparia iudicari, falsos producens testes, vel scripturas, mulctetur amissione causæ.*

26 *Statutum verbis vtens, quæ secundùm eorum proprietatem non nisi in vna persona verificantur, tunc illi, & non alijs eius adaptatur dispositio.*

27 *Legis verba sunt lex, Ratio autem legis est Doctorum opinio.*

28 *Producens falsos testes, atque scripturas, illisque vtens, & non renuncians, iuxta* Pragm. *sanctionem, an pœna falsi, & amissionis causæ illicè mulctari possit, vel quid aliud desideretur?*

29 *Declaratio circa vsum debet fieri instante parte, & non Iudicis officio, & praxis indicatur, & quomodo instantia sit concipienda? & an facienda per Principalem, vel Procuratorem, & quod mandatum exquiratur?*

30 *Praxis petẽdi declarationẽ circa vsum, & illius effectus, vnde desumpta.*

31 *Quænam sit pœna falsificantis, & producentis simùl, & an illa euitetur, si fuerit declaratum, nolle vti, & in quibus casibus?*

32 *Falsi ex fabricatione, an debeat punirì quis, licèt non sequatur damnum?*

33 *Declaratio circa vsum testium, & scripturarum quomodo sit concipienda.*

34 Volo *verbum, an sit voluntatis suspensiuum?*

35 *Agens liber, & non impeditus, & patiens benè dispositus, si vult agere, immediatè agit.*

36 *Volo eligere, vel volo esse hæres, an sit futuri temporis, vel præsentis demonstratiuum?*

37 *Declaratione circa vsum testium facta an detur pœnitentia? quidue in illa, qua testes habentur pro repetitis, vel lato decreto, quòd apoca habeatur pro recognita? & scitum affertur.*

38 *An socij criminis possint torqueri postquàm examinati absque tortura, vt probent contra socios? Decisio affertur.*

39 *Quod nullum est post ius tertio quæsitum, nec à Principe validari potest.*

40 *Præsentans scripturas, si, & in quantum, facta declaratione circa vsum, pœnam non euitat.*

Anto-

Digitized by Google

ANtonius Capycius Regius Consiliarius, Patritius Neapolitanus de Sedili Nidi, Vir doctissimus vocatus à *Sigismund. Loffred. in cap. Imperialem, vers. per prædictũ, de prohib. feud. alien. per Feder. Camer. in eod. cap. pag. 23. à ter. lit. Q.* Petro *Grauina in epist. fol. 123. Hieronym. Carbon. in elegia ad Augustinum Niphum Suessanum par. 1. opusculorum eiusdem Niphi*, relata à P. *Carolo Borrello in Vind. Neapol. Nobil. pag. 54. Top. de orig. Tribun. par. 2. lib. 4. cap. 1. num.* 87. *Capycius* inquàm in *decis. 68. num. 3.* ex Ritu M.C. quem hunc esse declarat *Auus meus ibidem, lit. B.* obseruat, post publicationem in causa minimè concedi repulsam contra scripturas, illas scilicèt, quæ ante litem contestatam productæ fuerunt. Contradicit verò *num. 5.* & de ipso meminit *Cons. de Bottis sup. eod. Ritu pag. 403.* Attamen existimamus nos, verum nostri *Ritus* intellectum esse, non dari repulsam aduersùs scripturas, eo quia impartitur terminus ad impugnandum; & quamuis adiungat, id contingere facta publicatione, quasi innuet, dari ante publicationem, & consecutiuè cessare distinctionem à nobis relatam; attamen illa omninò subsistit, & oppositio prædicta reijcitur, quia non propterea præportat dari repulsam aduersùs scripturas; sed quia in termino repulsæ potuit petere illarum impugnationem, & sibi concessum fuisse ex eiusdem *Capicij* verbis in illius *decisionis* calce.

1

Vtcumque sit, certum est, dari posse
3 terminum ad impugnãdum etiam post publicationem, vt constat ex adducta *decis. Capyc.* & altera *Afflict. 115.* & illic *Auus meus num. 3.* taxat *Cæs. Vrsill.* non benè aduertisse in memorata *decisione Capycij*, nec non, constat ex postremis verbis nostri *Ritus*, illis nempè: *sed pars potest denunciare de falso*, hoc enim præsefert impugnatio scripturarum, redarguere illas de falso; imo & post conclusum in causa: etenim facta conclusione, quamuis attento Iure Communi in *cap. cum dilectus, de fide Instrum.* & Iure Regni in *Ritibus 238. 239. & 240.* non recipiantur instrumenta; Praxis tamèn nostrorum Tribunalium, potissimùm S.C. inualuit, post conclusum recipi scripturas, tàm publicas, quàm priuatas, siue per Actorem, siue per Reum exhibitas, etiam tempore expeditionis causæ in ipsa Aula, vt notauimus in *Ritu cit. 238. num. 6.* quem locum laudant *D. Cons. Altimar. ad Rouit. cons. 4. num. 2. tom. 3. D. Scoppa ad decis. Gratian. obseru. 198. num. 9. & ad Sarn. in prax. ciuil. par. 1. §. 19. num. 4. & de Luca ad Franch. decis. 631.* & addo *Reg. de Marin. ad Reg. Reuert. decis. 210. Præs. Ganauer. decis. R.C. 29.* & consecutiuè illas præsentanti licet petere terminum ad concomitandũ, *Mele ad Gizzarel. dec. 41. Gallup. & additio in prax. par. 2. cap. 29. Golin. de procurat. par. 4. cap. 4. num. 31. Roland. cons. 88. in fin. vol. 3. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. de testib. defin. 5. Balb. decis. 124.* concomitantia enim instrumentorum tollit metum subornationis testium, *cap. fraternitatis, & cap. series, de testib.* haud obstante, quòd
4 impartitus fuerit terminus ad repulsam, cum diuersus sit vnus ab altero, *Vrsill. ad Afflict. d. decis. 115. nu. 2. Scaglion. in rit. 276. num. 4.* Præsul *Campanil. in add. ad Oliu. in rit. Cur. Archiep. 33. num. 10.* quos laudat *Borrell. par. 2. summ. decis. tit. 25. num. 31.* qui à *Thoro* illos mutuauit *par. 1. compend. dec. verbo Repulsa termino*, & propterea petita repulsa, non videatur renunciatum præsentationi scripturarum, & termino ad eas concomitandum, & impugnandum: quia aliud est repulsare testes, aliud impugnare scripturas, meminit decisum idem *Capyc. add. dec. 68. nu. 14. Ricc. collect. 847. Reg. Sanfelic. in prax. sect. 57. num. 24.* huius *Ritus* memor, & dixi in *Rit.* antecedenti.

Ac quippè eodem modo competit
5 parti ex aduerso terminus ad illas impugnandum, in quibus terminis haud valent testes deponere extra scripturas, sed dumtaxàt pro, vel contra scripturas, *Add. ad Gizzarell. decis. 41.*

Reg.

Digitized by Google

Reg.de Marin.ad Reuert.decis.340.n.1.

6 Terminum verò ad impugnandum denegari, si contentum in scriptura fuit in libello enunciatum, dixit *Anna sing. 502.& 503.*quem post alios insequuntur *Visconti in conclus.iur.verbo terminus ad concomitandum*, *Ricc.collect.807. Reg.Tap.lib.3. inr.Regn.prag.11. nu.5. de ordin.iudic.sub rub.de præsent.script. Reg.de Marinis ad Reuert.decis.165.* in quo *Anna* effato anceps extiti in *Rit. cit.238.nu.17.* meæq; hæsitationi inhærēt *Cons.Altimar.ad cit.cons.4.Reg.Rouit.num.14.tom.3.D.Scoppa ad Gratian. cit.obseruat.198. num.19. & de Luc. ad Franch.cit.decis.631.num.6.*

Sed si duo propterea dentur termi-
7 ni, vel vnicus tantùm, ad impugnandum vni, ad concomitandum alteri, quid concludendum sit? discutit *Muscatell.in prax. ciuil. par.7. vers.præsentatas, num.21.* quin si in dictis terminis possit fieri testium nominatio? adiungit affirmatiuè *num.23.* ex *l.Iudices, C. de fid.instrum.* nisi calumniosè peteretur, monet *Thor.par.3.compend.decis.sect.2. verbo nominatio testium*. Huiusmodi terminos ad concomitandum, & impugnandum impartiri in causis ordinarijs, non in summarijs, post Præsulem *Ricc.mem.collect.847.* obseruat *D. Carol.Rota ad Rouit. cons.4. nu.5.lib.3.* & ante ipsos *Io:Angel. Pisanel. ad Afflict.decis.151. Reg.Tap.in Const.minorum iura, nu.26.* quod simpliciter non
8 admittimus, reseruando prudenti Iudicis arbitrio attentis facti, & casuum circumstantijs; repulsam enim in causis summarijs denegauit S.C.apùd *Afflict. decis.351.* & in causa possessorij apùd *Capyc.dec.35.* quem laudat *R.Tap. dec. S.C.24. num.8.* si verò constiterit necessariam esse pro causæ tuitione, calumnia cessante, impartiuit illam penès *Reg.Sanfelic.in prax.sect.57.n.12. & 13.* & ante ipsum aduertit *Vrsill.ad mem.Afflict.decis.* & *Menoch.de arbitr. lib.1. quæst.32.* memor nostri S.C. arresti, & notauimus in *Ritu 73. num.8, lib.1.*

Vtrùm verò concedantur dumtaxàt
9 ad impugnandum, & comprobandum publicas, vel etiam priuatas scripturas? scribunt *Cōmentatores super prag. cursu dilationum*, quæ est *11. sub Rub. de ordin. Iudic. Muscatell. mem. loco num.8.* citatusquè *Vrsill.* post *Afflict. decis.271. & 272. Carauit. in rit.238. num.4.* & idem *Afflict.* innuere videtur *in cap.1. sub num.111. si de inuest. inter Dom.& vasall.lis oriatur*, admitti quoque priuatas, neque improbat *Vrsill.* eadem *dec.272. sub num.1.* iterumquè *sub num.4.* & *Carau. adducto loco*, maximè quia Iura fauent plurimùm, nè probationū facultas angustetur, *l.quoniam, C.de hæretic.* dummodò priuatæ scripturæ aliquam fidem faciant, aliàs concomitari non posse, veriori Doctorum calculo comprobatur apùd *Franc. Marc.decis.478.num.5.par.1.* citatosq; *DD.* quibus addo *Peregr.dec.14.Reg. de Marin. ad Reuert. decis. 210. Cons. Altimar. ad Rouit.cit. cons.4.n.6. Præs. Filiù in sua Margarita, verbo terminus ad concomitandum*.

Hinc optimo iurę fuit impartitus
10 terminus ad concomitandum scripturam trino teste, non verò absque testibus, penès *DD.* à me conglomeratos in cit. *rit.238. Ricc.ad Franch.dec.261. de Marin.cit.loco sub num.2.* & confirmat *D.Rota ad Rouit.cons.4.sub num.4. lib. 3.* & de copia authoritate Notarij exemplata scripsi *cit.loc.* & notat *Thor. in supplem. compend. verbo terminus ad impugnandum, & par.3. sect.3. verbo terminus ad concomitandum*, sermonem habens de copia Bullæ, *Consiliar.Prat. obseru.42. & ad Muscatel.cit. glos.præsentatas*, & multa congerit *Gait.de credit.lib.1.cap.3. ex num.870.* inquirens *num.1133.* an dici possit publica scriptura, quæ aliqua eget recognitione. Obseruantiam verò in S.C. quod pater dicitur æquitatis, *Staiban.res.foren. 55.num.51. Prat.discept.lib.2. cap.27. n.44. & lib.3.cap.4. nu.3.* indicaui in *Ritu 40. sub num.6. lib.1.* & aliqua in *Ritu 238. num.9.lib.2.*

Vnde meritò per M. C. huiusmodi terminus denegatus ad concomitandū
11 testium reuelationes factas in Curia Archiepiscopali, die 11. Maij 1673. in causa

causa D.Aureliæ Francone cum Antonio de Scaracio, suffragia præstantibus DD. Iudicibus, Io: Baptista Astuto, D.Horatio Apicella (qui & Commissarius) D.Ioanne Lanzina, & Marco Antonio de Risis, posteà Regente, penès Actuarium de Viuo, ex *de Franch. decis. 366.* tota enim fides consisteret in testibus, qui admitterentur post dicta testificata. Verùm huiusmodi testes in monitorijs, quamuis cum iuramento minimè repetiti, mouent aliquando Iudicis animum, *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 26. num. 6. Auns meus ad Gramm. decis. 103. nu. 54. Reg. de Ponte conf. 63. num. 17. Calà de modo articul. glos. 3. §. 1. auth. 51. Vrsill. ad Afflict. decis. 31. num. 5. Capyc. decis. 117. Galter. in prax. instr. tit. an facta liquidatione, num. 47. Thor. par. 3. compend. verb. Instrumentum, Danz. de pugna DD. tom. 1. tit. de testib.*

Orta fuit quæstio in M.C. nùm Ba-
12 roni exhibenti instrumentum in ipsius beneficium à Notario vasallo confectum, conclusione in causa facta, concedi debeat petitus terminus ad concomitandum? & negatiuè decreuimus ex *Præsid. de Franch. decis. 631. in fin.* ex quo illud nullam prorsùs fidem facit, iuxtà *cap. Regn. Ladislaus*, vel *cap. non sine prudentis*, & *Const. lege præsenti*, & alteram *In locis demanij*, siue pro, siue contra Baronem contractus initus sit, tàm ciuilem, quàm criminalem, *Merend. controu. iur. lib. 24. c. 12.* quod non placet *Carol. Ant. de Luca ad mem. Præsid. decis. 631. sub num. 17. vers. an autem*, quamque municipalem sanctionem protrahimus ad Dominam, seù Baronissam, maiori vrgente ratione; quidquid voluerit *Cardin. de Luca de feud. discur. 14.* & ad Notarium vasallum ratione incolatus, ex pleniùs à me exaratis in *ritu 166. ex num. 21. tom. 2. & Marcian. disp. 24. n. 32.* An in rebus, & Curijs Ecclesiasticis? inquirit *Præsul. Marant. tom. 3. resp. 90.*

Verùm in eadèmet hypothesi in M.C.
13 agitata, instructo pleniùs processu alio iudicio, satisquè testium in instrumento adhibitorum depositione compro-

bato, pecuniam verè fuisse mutuo datam à Barone tempore celebrati contractus, iuxtà monitum *Merend. ad d. loco*, condemnauimus conuentum ad illius solutionem cũ interesse, ex *Salyc. in l. 1. C. de is, qui sibi ascripser.* quem extollit *August. in add. ad Angel. de malefic. verbo, falsario, Chacher. decis. 39. num. 31. Suar. in l. post rem iudicatam, in 6. limit. princ. nu. 3. Thesaur. decis. 36. num. 4. Reg. Rouit. conf. 90. num. 11.* iuxtà cautelam indicatam per *Afflict. in Const. in locis demanij, num. 11.* & memores sunt *Reg. Reuert. decis. 8. & Reg. Marcian. disp. cit. 24. sub num. 32. lib. 1.* Statutum nàmque irritans instrumentum, non protenditur ad contractum; & instrumento nullo ratione solemnitatis, contractus ratione voluntatis validus censetur; discrimen enim cõstituitur inter instrumentum, & contractum; primum est ipsa scriptura Notarij de conuentione partium facta; alter est ipsa conuentio in instrumento contenta, *cap. 2. & cap. inter dilectos, de fide instr. l. si seruum, §. eum qui*, & ibi *DD. ff. de leg. 1. Gait. de cred. cap. 3. tit. 1. ex num. 280. Monac. decis. Luc. 19. num. 2. Gam. decis. 357. Capibl. de Baron. prag. 1. num. 348. Crass. de excep. in prælud. ex num. 237. Molfes. ad consuet. Neap. to. 2. par. 10. tit. de Instrum. confect. quæst. 7. à num. 23. Marant. conf. 3. Reg. de Ponte conf. 2. num. 207. Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 3. num. 28. & lib. 3. cap. 15. à num. 5. Noguerol. alleg. 16. num. 113. & alleg. 27. num. 28. Salgad. in labyr. Credit. par. 2. cap. 17. num. 77. Olea de cess. iur. tit. 8. quæst. 3. Nouar. qq. forens. q. 15. nu. 6. Reg. de Marin. ad Reuert. dec. 386. num. 3. Barry de succesion. tit. 1. num. 7. Marcian. cit. loc. sub n. 32.* conferuntquè à me tradita in *ritu 128. ex nu. 9. lib. 1.* ex *Bald.* doctrina in *l. ab eo*, §. 1. *vers. quod si quis, ff. de pact.* quòd renuncians instrumento, non censetur remittere creditum, sed dumtaxàt ius exequutiuum, *Mascard. de probat. conclus. 927. ex num. 15.*

Ritus verò disponens, vtentes fal-
14 sa scriptura posse falsi crimine accusari, Iuri Communi concinit in *l. fin. C.*

Digitized by Google

de fid.instrum. l.damus, C.de falsf. Clar. lib.5.sent. §.falsum ; num.19. Menoch. de arbitr.Iudic. lib.2.cas.276.n.26. Vezin.inter cõmun.opin.lib.9.tit.ad l.Cornel.de sicar.nu.10. Ficard. int.commun. opin.lib.4. tit.de Tabell. & fid. instrum. num.264.Bosf.in tit.de indic. ex nu.57. & in tit.de falsf.num.124.de Marsil.consil.70.num.19. Sed quid si falsam quis non exarauit, sed tantùm voce dictauit, aut ab alio scribi falsum fecit ? & idem esse, ideòque falsi pœna plectendum, ait *Bart.in l.si quis obrepserit, ex num.2.ff.ad l.Cornel.de falsf.* & ibi *Alex. lit.C.& D.* idem *Bart.consil.199.incipit, Tudertinus* : nàm scriptura læsæ veritatis rea arguitur, mendacij, falsiquè pœnis proinde obnoxia ; sicuti de eo diximus,qui falsa vtitur scriptura,eam in actis exhibendo: quamuis enim minimè eam exarauerit, pœna tamen mulctatur falsi,sed leuiori,quàm si eam ipse effinxisset, etiam in literis Summi Pontificis, *glos. in cap.ad falsariorum, verbo, sub nomine nostro, extr. de crim falsf. Afflict. decis.404.num.18. vers.& vlteriùs, Auus meus ad Capyc. decis.30.& ad Gramm. decis.27.nu.19.* quamuis qui Pontificis literis falsis vtitur, grauiora subeat iure quidem merito supplicia,quàm qui alijs scripturis falsis identidem vtitur, *DD. in l.maiorem,* ex illo *text.C.ad l.Cornel.de falsf. Afflict.decis.21.num.3.* vbi asseritur de falsum Principis rescriptum adhibente, & ibi declaratur, quæ vtenti pœna irroganda sit, quæ fabricanti, & cœtera huius generis plurima.

In Regno nostro extat *Pragm. 1. de falsf.* in qua decernitur, falsum testem, 15 vel aliam scripturam producentes, vel eo, eaquè vtentes, illicò causæ iacturam facere, nisi infra octo dies post processus publicationem specificè, ac luculentèr renunciauerit;nec satis: præter causę iacturam supplicio falsarijs ab lege indicto afficiendos esse, cum declaratione vt infra, etiam si vnum produxerit testem, scripsit *Clar.§.falsum, num.7.* De hac *pragm.* meminit *Afflict. in Const. litigator autem*, & in *Constit. qui falsitatem,sub num.5.in fin.* nec non *Marant. in specul.par.6. act.12.num.3. Muscatel.lib.1. par.6. glos.termino, sub num.4.& in prax.crim.tit.de falsf.n.39. Ricc.collect.1380.*qui ad ornatum plura adducit *collect.298. 1380. & 4163. par.9. Catal.de indult.cap.39.Fortun.in tract.de verit.& error.par.2.in 1.memb. num.14. Gallup. in prax. par.2.cap.27. n.2.* simile Statutum vigere in Regno Siciliæ, notat *Testay alleg.11. nu.120.* & Mantuæ *Sard.decis.282.* Neque censendum est, hanc *pragm.* eo quòd causæ iacturam statuit, aliquid superaddidisse Iuri Communi,quasi verò priùs is, qui testem falsum, aliamuè scripturam producebat,illisquè vsus fuisset, remota causæ amissione, pœnas dumtaxàt à Iure in crimine falsi decretas subijsset, iuxtà opinionem *Reg. Rouiti in eadem pragm. 1. in princ.* dicentis, quòd etsi de Iure Communi acta causę falsificans, amissione causæ etiam puniri debeat, ex *Bald. in cap. cùm olim Magister, num.1.vers.item nota, extr. de offic. deleg.* & alijs penes *Farinac. quæst.150.n.25.* Tamen vi huius *prag.* extenditur etiam ad eos, qui falsa instrumenta, vel falsos testes in causa produxerint, quos per priùs causæ iactura plectendos minimè decretum fuisse, censet, idquè *Farinac.* comprobare nectit *sub num.37.& 41.* Ego tamen, Iure Communi quoque causæ amissionem decerni opinor:hanc siquidem nulla vsquàm lex statuit,nisi *text. in l.in fraudem, §.quoties, ff.de iure fisc.* quæ lex priuatas causas minimè complectitur, sed tantummodò causas ad fiscum spectantes, neque alitèr intelligenda puto : cum lex intelligi debeat secundùm titulum,sub quo situata est, ex *text.in l.Imperator,de in diem addict.* & sic apertè sentit *glos.in l.1.C.de form.* & strenuè *Abb.in cap.cum venerabilis, extr.de except.* dicens, in causis priua- 16 tis huiusmodi pœnam non esse aliqua lege reperibilem, & conuenit *Imol. in l.Diuus, ff.de re iudic.* & ex illo deducitur *textu* : nam ij, contra quos falsi producuntur testes, per restitutionem in integrum ad sententiam in eos latam remedium habent ; cùm verò posteà

DD.

Digitized by Google

DD. asserunt, fabricantes priuatorum acta, causæ iactura plecti, ex *cit. l. in fraudem*, §. *cogi*, id dicunt extendendo de causis fiscalibus ad cœteras omnes.

Quòd si admittamus, in causis fis-
17 calibus non extitisse actorum falsificationem, sed instrumentorum, & testiũ, anceps videtur, an producens causæ iacturam faciat, sicuti acta falsificans? nec nisi affirmatiuè respondendum videtur: nullum quippè discrimen intercedit inter fraudem in actorum, inquè testium, aùt instrumentorum fide admissam, cum omnia ad iacturam, & perditionem rerum fiscalium tendant: cum igitùr eadem omninò appareat ratio, nihil est cur idem non statuatur, & non dicitur extensio, seù ampliatio, vt apertè habet *glos. in cap.* 1. *verbo, Italiæ, de temp. ordin.* quam ad hoc laudat *Tiraquell. cess. caus. num.* 142. quapropter sicuti eam legem in causis etiã priuatis pollere, *II.CC.* fert opinio, sic etiã in producente, siue falsis scripturis, & testibus vtente; hanc verò propiùs opinionem accedere, eandemque communiùs receptam notat *Farinac. ibid. sub num.* 42. quam etiam sustinuit *quæstion.* 67. *num.* 282. *de test.* licèt ipse *in mem. quæst.* 150. *sub num.* 37. distinctionem adhibeat, quòd aùt acta sunt falsificata, & causam amittat; aùt aliquid aliud extra acta, & illam non perdat, quam distinctionem ante ipsum notauit *Capyc. decis.* 67. *in princ.* de qua *dec. cis.* non meminit *Farinac.* nec *Reg. Rosit.* dum dicit, hanc *pragm.* nedùm respectu actorum, in quorum falsitate notat de Iure Communi causæ iacturam fuisse; sed etiam quòad aliam extra acta causæ amissionem polliceri; equidem distinctionem hanc volens, lubensque reijcio: nàm *text. in cit. l. in fraudem*, §. *quoties, de iure fisci*, quamuis casum in falsificante acta afferat; tamèn ad fraudem circa testes, & instrumenta falsa extenditur: cum nulla alioqui dispar ratio elucear, vt suprà dixi, & sic idem omninò ius statuendum; & ipsemet *Farinac. sub num.* 39. complures optimæ notæ Viros pro hac sententia stare ostendit, qui etiam de communi testantur, etsi fateantur, communiorem esse primam sententiam. Sed *DD.* in scriptis arrisisse duco, non autem in praxi, vbi si casus contigerit, tunc illa producens, euentu teste, agnoscet, quænàm opinio esset à Iudice sectanda? ex adductis per *Angel. de malefic. in verbo fals. sub num.* 48. vbi docet, quòd si statutum plectit falsificantem instrumenta pœna manus, eadem omninò pœna irroganda erit falsificanti acta: cum in re pœnali instrumentorum nomine acta etiam contineantur, ex *Bart. in indic. l. in fraudem*, §. *neque*, addens, quòd sicut ille, qui falsitatem circa acta committit, causæ iacturam faciat, ita & ille, qui aliam falsitatem in causa extra facit, ex *eod. Bart. ibidem*, §. *quoties.* Sed an *Bart.* hoc dicat? videat curiosus lector, & apùd *Addent* ad *ipsum*, & ad *Angel. loco cit. Alex.* insuper *in apostill. ad eumdem Bart. in cit.* §. *quoties*, tuetur, ex falso instrumento producto causæ amissionem proficisci, ex *glos. in cap. cum venerabilis, de relig. domib. Bald. in l. testamenta*, C. *de testam.* quam *Alex.* doctrinam laudat *Afflict. in const. qui falsitatem, num.* 5. post recitatam illius *glos. & Bart.* opinionem alitèr sentientium, & sic videtur ad hanc vltimam sententiam deflectere, cum meminerit præfatæ Ferdinandi *pragm.* & eumdem *Afflict.* hanc aleam sustinentem laudat *Farinac. de falsit. quæst.* 150. *nu.* 39. licèt postea *sub n.* 41. eumdem pro aduersa sententia imploret; nec mihi perspectum satis est, quo pacto ex vno, eodemquè dicto pugnantia inferantur, & videatur *Claud. Bertaz. cons.* 218. *lit. A. vers. sed quæstio est*: nàm ibi ex *Bart. & Ruin.* sustinet, quòd si quis falsũ produxerit articulũ, & super eo falsos quoq; testes, causam amittat.

Nec planè admirationem parit,
18 quòd idem, quod prius erat sancitum, iterùm hæc *pragm.* decernat: nàm hoc plerumque euenit. Consule *Cons. Thomam Grammaticum*, qui *decis.* 72. inquendam Regentem animaduertit, qui Pro-Regi consilium dedit, vt pragmaticam statueret sub vltimi supplicij pœna contra monetarũ falsarios, etiam si eius-

Digitized by Google

si eiusmodi supplicium statutum antea fuisset per *Cap.iam sæpè, sub rubr. de Demolient.Liliat.Carol.* vbi decernitur, eiusmodi reum personæ, ac bonorum pœna puniri,illa quippe verba:mortẽ, & bonorum publicationem, ac facul-
19 tatum importare,duxit *glos.in Auth.de arm.ad infid.*pronuncians,Iudicem sub pœna æris, & personæ comminantem, idem ac si sub mortis, & bonorum publicationis pœna dixisset, quam *glos.*extollit *Angel.cons.*217.

Hanc verò *prag.*editã esse ad euitan-
20 dum *DD.*antinomiam,quod haud rarò contingit,& præter cœteras,est *prag.*1. vulgò dicta *la filingeria*,sub *tit.de feudis*,emanata ad contentionem celeberrimam dirimendam, an dotata à fratris successione excludatur? an verò in eo tantùm casu, quando de eius bonis dotata fuerit? quam *pragm.* exornant *Afflict.decis.*178.*num.*4. *de Franch.decis.*171.307. *num.*4. *& decis.*328. *Reg. Rouit. cons.* 68. *num.*2. *lib.*1. *Carol. de Rosa in glossograph. & scription.ad consuet.Neapol.tit.de successionib.ab intest.in* §. *sed si morienti, vers. ita quod si inter ipsos nepotes, ex num.*601. Quod verò ad id maximè:nempè,ad hanc controuersiam sedandam edita fuerit *prag.*1. *de falsi.* videtur sentire *Afflict. cit. loco sub num.*5. Ad quod pleraque Statuta habita fuisse autumo, vt nimirùm falsos adhibens testes, aùt instrumenta causam amittat: vt de simillimo huic sanctioni,Statuto Romæ meminit *Farinac.cit.quæst.*67.*num.*282. & Mantuæ *Surd.decis.*282.

Id tamen vnum, præter Commune
21 Ius, in hac nostra *pragm.* continetur, ait siquidem,quòd testis in causa ciuili productus, & de falso inquisitus, vt eadem acta ciuilia palàm faciunt,possit absque alio nouo processu citari ad dicendum causam, quarè de falso testimonio per eum præstito in tali causa, cum insertione tuæ depositionis, plecti minimè debeat, etsi domi, vel personaliter fuerit citatus,habeatur pro vero contumace, & illa contumacia ad eum de falso condemnandum sufficiat; & hìc duo potissimùm animaduerto, Primùm, vt hac in re domi citatus re vera contumax sit.Secundum,satis esse solam contumaciam,vt damnari queat, cum de Iure Communi absens non nisi in criminibus læsæ Maiestatis, & in quibus pœna corporalis irrogatur,cõdemnari fas sit, *l.absentem,* §.*aduersùs, contumacem,* vbi *DD. ff.de pœn.l.absentem, de accusat.Farinac.* regulam constituens *de inquisit.quæst.*11.*nu.*1. quam de re *Calà de mod.articul.*§.2.*glos.vnic. num.*1063.

Sed in dubium reuocatum est, nùm
22 (ex quo per *pragm.* 4. *eod. tit. de falsi.* falsis testibus sit in criminalibus pœna mortis, in ciuilibus dexteræ manus obtruncatio, ac perpetuum ab Regno exilium irrogatur, & si reiteratò falsum deposuerint, etiam in ciuilibus sit eo casu mortis pœna)nùm inquàm,isti contumaciæ vi ex *pragm.*1. indictæ,ad hanc pœnam condemnari queant non expectato anni circulo iuxtà Regni *Const.de Bannit. & foriudic.* de quo dixi in *rit.*270.*ex nu.*4.*lib.*3. Et seruatis *pragm.*verbis anceps minimè est,quòd statim contumacia contracta pœnam subeat non expectato anni circulo:hoc nempè speciale in eiusmodi crimine contingit; aliàs contumax, qui in amissione totius causę mulctari non potest, *l.properandum,* §.*cum autem,* C. *de Iudic.* nec in eo, quod valet causa, *l.* 1. §.*fin.* vbi *glos. verb. Quod interest, ff.si quis ius dic.non obtemper.* multo minus in pœnam extremi supplicij condemnari nequibit, *Bos. in tit. quomod.proced.per præceptum.* Hoc siquidem cri-
23 men specialissimum est: cui accedit ipsius frequentia, quæ Regnum omne impulit, vt pœnæ augumentum exposceret:prout in Gallia ob eiusdem criminis frequentiam extremum supplicium irrogatum fuisse refert *Præs.Nicol.Boer.decis. Burdegal.*82.*n.*9. qui de Regno nostro Neapolitano meminit, *Card. Tuschus tom.*3.*pract. conclus.*41. *lit. F.* laudatus à *Gulielmo BoeKel vision.sine disquisit. public.de Iudicijs, disquisit.*8. *ex nu.*1. nequissimum quoque crimen est, & propterea plura alia peculiaria, & specialia habet, de quibus

Caran.

Digitized by Google

Caran. in pragm. 3. de fals. ex num. 137. Muscatel. de delict. in gen. rub. de fals. n. 25. Capyc. dec. 153. Clar. §. falsum, n. 22. de Marsil. singul. 318. Roman. sing. 385. Arnold. de Reyg. Thesaur. inr. lit. P. de pœn. Renat. Koppin. de doman. Franc. ex pag. 42. Vt verò adducta *prag. 1. de falsis*
24 locum sibi vendicet in causa feudali? ex Io: *Angel. Pisanell.* respondet *Reg. de Marin. lib. 2. quot. cap. 78. ex n. 6.* & alia ad rem idem *Reg. cod. lib. 2. cap. 107. sub num. 4.* aduertit. Nùm autem complectatur causam criminalem? negatiuè *Anna alleg. 2.* in causa syndicatus Franciſci Osſorij. An verò causam dotis in in Iudicio existente Viro? scribit *de Luca ad Gratian. cap. 833. lib. 5.* distinctione vtens. Et an demùm falsificantem priuatam scripturam? affirmatiuè, ex *Caran. in hoc ritu*, & *Vrsill. ad Asst. dec. vlt.* tradit *Anus meus ad Capyc. decis. 67. num. 2.*

Porrò an sicuti Actor causæ iactura
25 plectitur, sic etiam Reus *testes*, vel scripturas falsas producens? *Reg. Rosit.* in eadem *pragm. 1. num. 2.* adducit *Bald. in Rub. C. de fide instrumen. col. 2. vers. incidentèr etiam quæro*, dicentem Actorem, non autem Reum, & ad concomitantiam addit *Sebast. Medices in opusc. 7. num. 25.* alioſque laudat *Farinac. cit. quæst. 130. num. 35. vers. sed an vterque.* Sed ipse *Farinac. in addit.* positis post *par. 2. de fragm. in eadem quæst. 150.* dicit ad quintam deductam conclusionem, vt falsum committens causam perdat, esse addendam post *num. 42.* limitationem quartam, in qua statuit ex actorum falsificatione tum Actori, tum etiam Reo causæ amissionem imminere, & huiusmodi causæ amissio intelligatur, idest quòd Reus amittat ius, & potestatem se, suaque tuendi, prout dixit in *quæst. 111. n. 125.* de corrumpente Iudicem, & Notarium actorum, declarans in eademet *addit.* quòd non propterea amissa ab Reo defensionis potestate, cessendum sit, Actorem ex hoc suam probasse intentionem, & sic causæ victoriam lucrari: alio nimirùm ex capite probanda eius intentio est, ex *Rain. cons. 15. num. 4. Alex. ad Bar. in mem. l. in fraudem, §. quoties, vers. non tamen intelligas, de iur. fisc. Boer. decis. 291. in fin.* & notat *glos. in constit. qui falsitatem*, prout pluries tàm Iudex in M. C. quàm in Regijs Audientijs vtriusque Samnij, quibus simul Præses præfui anno 1679. dicebam, quòd etiam Reo contumace, nisi Actor suam probauerit intentionem, haùd obtinebit. Et respectu falsitatis extra acta, in qua *Farinac. in cit. quæst. 150. n. 35. vers. sed an vterque*, inter alios asserentes, ab reo causæ iacturam non fieri, recenset *Baiard. ad Clar. in §. falsum, num. 284. vers. Item adde si Actor*, dicentem, hoc esse mirabile dictum ex *Iason. in §. bonæ fidei, n. 81. Inst. de action.* & alios etiam notat *Thor. par. 2. compend. decis. verb. Beneficia, in fin.* sufficit enim reum hoc casu falsi mulctari pœna, *Bald. & Baiard. cit. in loc.* nàmque hic æqualis vtriusq; disposition esse non debet, contra regulam, vt in iudicijs Actor, ac Reus ad imparia deduci minime debeant, *l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* Etenim ad Actorem, qui iudicium temerè postulauit, & falsa adhibuit, dum eum causæ iactura plecti dixit, cum causam amittere ille dicatur, qui aliquid assequi poterat, priuatio enim supponit habitum, *l. decem, de verb. oblig. l. amissionis, de iust. & iur.* ideòque eum amissionis verbum in Reum cadere nequeat, qui ad causam, idest id quod in causa deducitur ab aliquo non prætendit, prædicta adaptari non potest dispositio, *l. 4. §. toties, de damn. infect. l. si seruum, §. non dici. ff. de acquir. hæredit.* & proinde cessat illud mirabile apùd *Baiard. cit. loco.* Neque id ex Statuti mente proficiscitur, quod in Actorem, non in Reum cadit, vt censet *Thor. mem. verb. Beneficia*: Sed di-
26 cas, id ex claris ipsius Statuti verbis nasci, quæ Actori, & non Reo adaptantur, & cum Statutum verbis vtitur, quæ iuxtà nomenclaturam, & proprietatem vnum dumtaxàt amplectitur, tunc vni potissimùm, & non alijs tribuenda est dispositio, *cit. l. 4. §. toties, de damn. infect. Surd. decis. 9. num. 3.* dum contendit, illud statutum fœminas id-

circò

circò attingere, quod verbis ipsas cõprehendentibus vtebatur, & ex hoc verborum in Sanctionibus iure, ac sensu, ne digito quidem discedere inte-
27 grum est: etenim verba legis sunt lex, ratio autem est *Doctor.* opinio, *Bald. in cap. licet vitandum, col. 2. de elect. Tiraquell. in l. si vnquàm, vers. libertis, num. 2. C. de reuocan. donat.* & ad rem faciunt à nobis exarata in *rit. 10. n. 22. lib. 1.* & tradenda infra in *rit. 296.* cum de beneficijs eloqueremur; non minus verò Actor, quàm Reus falsam scripturam exhibens in Iudicio, eodem tenetur crimine falsi, atq; mutua falsi compensatione non eximitur, *Baiard. in §. falsum, num. 118.* Imo cadit potiùs à causa Actor, quàm Reus, *Decian. tract. crim. cap. 33. à num. 119. tom. 1.* quia in pari turpitudine potior est conditio possidentis.

Præterea, quòad terminos memo-
28 ratæ *pragm. 1. de falsis*, fuit in dubio reuocatum, nùm ascititios, seù falsos, ac mendaces adhibens testes, & falsa instrumenta, illisque vtens, nec post causæ publicationem renuncians post octo dies, iuxta Sanctionem præfatam, possit falsi crimini pœnis inflictis puniri, & causam omninò amittere? & quilibet iuxtà *pragm.* sensum, ac verba, affirmatiuam sententiam tueretur: nàm cum ibi legis Author producentem, vtentemquè, nequaquam infra octo dies ab renunciatione, abstinentem extra supplicij aleam positum vèlit, sequitur, quòd neglecto eiusmodi renunciationis iure in pœnam incidat. Dictio enim, *nisi*, in *pragm.* adiecta exceptionem ponit. ad supradictum, *Alex. cons. 64. lib. 4.* ex *text. in l. actione,* & ibi *DD. C. de transact.* & est aduersatiua, ac negatiua ad præcedentia, adeò vt, præhabita affirmatiua dispositione, sequatur dictio, *nisi*, in eiusmodi euentu denegetur, *Dyn. in regula peccatum, de reg. Iur. in 6. Ang. cons. 82. Iacob. Nouellus de Iure potest. in verb. quod si fortè, num. 61.* penès quem plura ad dictionem, *nisi*, spectantia, pleraquè apùd *Mandosium de Monitorijs, quæst. 31. num. 9.* congeruntur, & alia tradit *Garau. in pragm. ad S. C. Macedonian. §. 10. num. 1.* Imò si voluerit post octo dies renunciare, à pœna immunis minimè censetur: siquidem dictio, infrà octo dies, includit tantùm sua extrema, cætera autem excludit, *l. ade sacra, §. 1. de contrah. empt. Bald. in rub. C. eod. tit. col. vltima, in princ. quæst. 22. num. 23. & in l. 1. §. inditio, ff. de offic. Præfect. Vrb.*

Mos tamen in nostris Tribunalibus
29 fert, quòd producens, & vtens, inflictam à *pragm.* pœnam subeat, dummodò partis aduersæ instantia præcedat, si intendit vti testibus, scripturis, & actis (Iudex enim ad hanc renunciationem, ac declarationem, neminem vltrò, aùt impellere, aùt cogere potest, licèt parte petente valeat, *Riminald. iun. cons. 569. lib. 3.* & *Farinac. qu. 159. num. 79.*) Parte inquàm instante, si declaratio sequatur, tunc enim verò dictam pœnam producens, & vtens incúrrit, vt aduertit *Fusc. sing. 37. lit. I. Reg. Rouit. in eadem prag. 1. n. 4.* nectens id ex more contingere, desumpto ex *l. 3. C. de fide instrum.* & *l. pen.* vbi *Bart. ff. de falsis, Afflict. decis. 189. nu. 2. & 4.* & *de Rouito* memores sunt *Gallup. in praxi par. 2. cap. 27. Reg. de Marinis cit. cap. 78. num. 4. Auus meus ad Gramm. decis. 43. num. 6. Cons. Staiban. in obsern. ad resol. 86. tom. 1.* & dixerat *Foller.* (de quo non fuit memor *Regens Rouit.*) *in praxi crim. verb. Item quòd commisit falsitatem, num. 44.* qui quidem *Foller.* postquàm *prag.* in dubium reuocauit, dixit, posse attentari, vt partis instantia opus non sit; sed quòd illicò ob neglectam intra statutum tempus renunciationem, pœnæ sit obnoxius; ratione tamèn victus, partis instantiam requiri concludit, & dixerat *Cauens. in cad. pragm. sub num. 16.* Insuper *Regen. Rouit.* aduertit *num. 16.* quòd quando eiusmodi declaratio petitur, subiungenda sit causa: nempè, quia vult testes, scripturas, & acta, redarguere de falso, alitèr Iudex ad declarandum cogere nequit partem, ex *Caualcan. decis. Fiuiz. 39. num. 34. par. 5.* & *Farinac. quæst. 159. n. 77.* qui notat, non satis esse,

Digitized by Google

esse, causam adiungere in genere, quia vult criminari de falso; sed opus est dicere, quòd vult redarguere testes in tali parte suspectos, quoties petitur declaratio circa vsum testium; quod si quis velit scripturarum tantummodo declarationem, tunc satis esse exprimere, quòd vult eas de falso redarguere, ex dictis per *Baiard. ad Clarum in §. falsum, num. 131.* Sed *Farinacci* effatum in praxi locum non obtinet, pro vt aliud eius dictum *n. 86.* huiusmodi interrogationem esse faciendam per Principalem, non per Procuratorem: semper enim per Procuratorem fieri agnoui, qui Dominus litis est, *gloss. & DD. in cap. 1. de proc. num. 6.* Quin etiam vidi, petita declaratione circa vsum, Procuratorem aduersæ partis replicare, id minimè ipsi licere, sed tantummodò Principali, & sic à Principale fit; nec cogi Procuratorem, vt posse affirmat ibidem *Farinac. num. 22.* ex *Baiard. ad Clar. §. falsum, num. 128.* subdens sub *num. 24.* cautiùs esse declarationem per Principalem, quàm per Procuratorem haberi; nec iure suo id Procuratori licere, sed requiri specialem constitutionem, imò specialissimum mandatum, *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 315. nu. 24. & 25.* quem laudat *Muscatell. par. 6. glos. termino, num. 10.* vbi inquit, *Menoch.* minimè constitisse ritum ratificationis, qua defendi posset declaratio habita per Procuratorem, *D. Scoppa in add. ad Nicol. prax. ciuil. pag. 62. num. 20. & ad Sarn. par. 1. prax. ciuil. §. 12. n. 12. Præsul D. Franc. Verde ad Gallupp. in prax. S. C. par. 2. cap. 27. sub num. 59. de Rosis select. iur. obseruat. cap. 63. nu. 33.* Verùm an Procuratoris iactura principali causæ amissionem inferat? Consule negatiuè *Farinac. in quæst. 5. num. 36.* & ante ipsum luculentiùs *Capyc. decis. 67.* ibiquè agnoscis, quòd vt Procuratoris iactura Principali perniciem inferat, requiratur mandatum in individuo ad sic respondendum, & non sufficere illud cum libera, nec speciale, nec specialissimum.

Quem sanè morem petendi declarationem circa vsum non temerè, sed necessitatis adigente telo, statutum censeo: etenim, cum decreuisset *Prag.* eum, qui in causa scientèr testes falsos protulerit, aùt vsus fuerit, nequaquam falsitatis crimine mulctari posse, nisi probata producentis scientia, vel vtentis, iure quoq; communi attento ignorantia excusat à pœna falsi, ex regula, quam ipse *Farinac. quæst. 159. num. 48.* nectit compluribus, de more, munita *DD.* cum ampliationibus, & restrictionibus, vbi satis, superquè exploratum est, an ignorantia, vel scientia præsumatur? Affirmatiuam enim alij, Negatiuam nonnulli tuentur sententiam; quamobrem anceps adeò res efficitur, eoq; potissimùm nomine ad ignorantiæ huius clypeum propulsandũ, hanc quòad vsum declarationem fuisse parte petente introductam, fatetur *Farinac.* nec non *Muscatell. cit. glos. termino, & Marant. par. 6. act. 12. num. 3.* & proindè statim, quòd principalis velle vti declarat, contra ipsum insurgit probatio, nec ignorantiam, aùt errorem adducere valet, *Bart. in l. Diuus, la seconda, C. ad l. Cornel. de falsi. Angel. de malef. verbo falsario, colum. 7. in prin-*
31 *cip.* Sed quid si simul produxerit, & falsificauerit; & quænam sit pœna? latè prosequitur *Farinac. cit. quæst. 159. Boer. dec. 82. num. 10.* & in specie nota, quòd author falsitatis, illiusquè fabricator pœnam minimè effugit, etsi declaret, se vti nolle, ex *Farinac. cit. loco num. 32.* & ita etiam in falsificatione articulorum, & examine super illis falsorum testium, *Reg. Rouit. in adducta pragm. 1. num. 7.* ex *Bart. in l. si falsos, C. de falsi.* Sed quòd *Bart. in d. l. si falsos,* contrarium dixerat, notat *Fulgos. ibid. versic. per hanc legem, & versic. vltimò dixit Bart.* & quòd ità idem *Bart.* senserit, adducitur *Theorica in d. l. Diuus, num. 2. versic. quod dixi, ff. ad l. Corn. de falsis,* cuius verba ipsa integra quidem profert *Farinac. num. 36.* dicens, opportunè *Fulgos.* pro se laudasse *Bart.* & alios eiusdem opinionis adducit, inter quos nostrum *Capyc. cit. dec. 67. num. 7.* ex *theorica Aret. in cap. præsent. 5. collat.*

Digitized by Google

lat.de test. qua liquidò decernitur, facta renunciatione, post partis postulationem, nullam omninò infligi pœnam; secùs verò si vltrò renunciauerit. Vndè *Farinac.* ipse ad reijciendam *Bart.* antinomiam, distinctione vtitur sub *num.* 37. vt in hoc casu minimè pœnam à se remoueat, etiam declarato abstinendum ab vsu, quia præter vsum, & productionem, extat falsitatis constitutio, & in terminis nostræ *pragm.* eò tutiùs hæc sententia procedit: cum ibi de producente, & vtente sermo sit, vt per renunciationem excusetur; quinimò ob eiusdem *pragm.* verba sequentia, & ipsi testes falsi crimine plecti possunt, non obstante, quòd producens eos vsui renunciasset, *Muscat.par.6.glos.termino, num.9.versic.numquid testes*, aduertens, quòd quamuis scribentes super memorata *pragm.* oppositum sentiant eius, quod dixit *Bald.in l.fin.num.13.C.si ex fals.instrum.* ex *text. in l.2. eod.tit.* attamen, quia *pragm.* sensus non multum ab opinione *Baldi* se protrahit, suam insectatur aleam, hoc adhibito moderamine, vt non pœna ordinaria *legis Cornelia de falsis*, sed extraordinaria arbitrio Iudicis, ex *Afflict.decis.* 404.*num.*13. *Apicell.alleg.*17.*num.*13. memor *Garau.in hoc Ritu*, nec requiri-
32 tur, quòd in hoc crimine sequatur effectus, quòad falsum fabricantem, quia sufficit affectus, & quamuis *Troiſ.in ead. pragm.* scripserit *num.* 13. testem falsum minimè puniendum, dum eius depositio ad effectum nocēdi non peruenerit; tamen si non eadem pœna, saltèm alia minori, vt *Afflict.* perpendit *cit.decis.*404.*num.*9.*& num.*13. laudat *Bart. in dicta l. si falsos*. Poterat *Troiſ. Gauens.* theoricam *Bald.* eneruare ex vitio contrarietatis: nam in *l.fin.ff.quod falsitas*, *Bald.* expressè dicit, quòd testis depositio nemini nociua à Iudice puniri non possit, notabile nectens per illam legem. Attamen ipse puto, *Baldum in cit. l.final.* intellexisse de pœna extraordinaria, & in *dicta l. fin. quòd falsus Tutor*, de ordinaria; quidquid dixerit *Cotta*, quem *Troiſ.* laudat, *in memorab. verb.mendax*, *Thor. vot.* 12. *ex num.*21. *par.*2. *Garzia in dicto* 3. & decisum tradit *Peguer.decis.Catal.*80.*num.*16. Cuius opinio omninò seruanda, imò excrescente delinquendi frequētia, pœna excrescere debet, & videndus *Boer. decis.* 309.*num.*6. illius Senatus arresto non fuisse immunē à pœna corrumpentem testem ad falsum, quamuis illo se vti nolle dixisset; nec non *Reg. Capyc.Latro decis.*172.*lib.*2. & ad rem *Reg.Rouit. decis.*2. *Muta dec.*38. *Bertazol.cons.*25. *& addit. lit.A.*

Altercatum quandoque obseruaui,
33 & obiectum, non esse formitèr factam declarationem circa vsum, vti non claram, vel conditionatam, quæ debet esse libera, & præcisa, nulla conditione adiecta, quam conditionem exemplificat *Farinac.cit.quæst.*159.*sub n.*67. scilicèt, quatenùs scriptura, seù testes sint veri, aliàs non; & quamuis *Farinac.* præter suum morem nihil adducat, sed sese remittit *Centol. in addit. ad primam eius decis.post sua consilia*, adest optima *decis. Matthæi de Afflict.* 189. nec non *de Franch.decis.*163. *Vinius dec.*189. *Menoch.de arbitr.cas.*310. *Reg.de Marin.lib.*2.*cit.cap.*78. *ex nu.*3. & formulam tradit *Muscatell. cit.glos. Termino, sub num.*7. & in nostris Tribunalibus, quamuis Procuratores his vocibus clamitent, regularitèr Iudices pertranseunt; Attamen in R. Audientia Theatina anno 1679. quo præeram Præses, dicebat Doctor quidam non
34 fuisse formitèr illam factam, *Titius declarat, quòd vult vti*: cū huiusmodi verba sint suspensiua, ex *glos. in l. Seruia electione, de leg.*1. vbi pro optione facienda opus est, *dico, eligo*, non autem *volo eligere, l.si quis stipulatus, in princip.de verb.oblig.* & dictio, *volo reuocare*, non inducit reuocationem, sed est preparatoria ad illum actum, *Cons.Theodor.alleg.96.num.*20. & volo talem esse meum hæredem, minime dispositionem importat, *Sforz. Odd. consil.* 64. *n.*52. quidnè fauore piæ causæ? *Paul. de Castro cons.*457. *lib.*1. *& cons.*137. *& 456.lib.*2. *Tiraquell.de priuileg. pia causa, priuil.* 86. *Gratian. disceptat. forens.*

Digitized by Google

*renſ.*550.*num.*14. *&* 56. *Barbagall.in ſua pract. ſingul.* 74. Confert ad rem *text.in l.Pamphilo*37.§.*propoſitum de legat.*3. & de verbo, *volam*, adeundus eſt *textus in l. ſi quis ſtipulatus* 112. *de verb.obligat.* Hinc opus fuit diſſerere, an ex illis verbis, *vult vti*, erat ſi, vel nè, parti ſatisfactum? & deciſum fuit,eſſe validam; *Bartolus* enim in *cit. l.Seruia electione, num.*3. vt illius *gloſa* euitaret ſcopulum, voluit à quamplurimis in Theologia Magiſtris, atque Baccalaureis ſe erudire, & ab eis con-
35 tra *gloſ.* fuit adductum illud Axioma, ſi agens eſt liberum,& non impeditum, & patiens eſt diſpoſitum, ſi vult agere, immediatè agit, & hoc in Philoſophia eſſe notum, aduertit ibi *Bart.* & deducitur ex *text.in l. per procuratorem, ff.de acquirenda hæredit.& l.iam dubitari, in fin.de hared.inſtituend.* quibus cauetur,quòd ſtatim, ac quis vult eſſe hæres, iam eum dicit, *volo eligere*, ſtatim ſequitur electio, quia voluntas eſt libera, nullumque adeſt impedimẽtum. Et quamuis *Bart.* ibi alia vtatur diſtinctione, & *num.* 4. nonnulla adducat pro huiuſmodi verbi, *volo*, declaratione; tamèn ibi duos nectit ad rem noſtram caſus: Primus quando Titio terminus ad deliberandum impartitus fuerit, quid eligere voluerit? & Titius reſponderet, hanc rem eli-
36 gere volo: tunc ſtatim electio inducitur, per *text.* in ſimili *in l. ſed ſi alio* 2. *reſponſione, & l.omnes qui, ad Trebell.* Secundus,ſi ad alterius, cuius intereſt, interrogationem, reſponderet, *volo eligere*, tunc ſtatim facta eſt ſimilitèr electio: quia cum alteri reſpondet, intelligendum eſt certè, non dubitatiuè reſpondiſſe, vt ille certus remaneat, ex *l.in vendentis*, C. *de contrahen. empt.* & *gloſa* effatum *in cit. l. Seruiana elect.* vendicat locum,non dato termino ad deliberandum; vel non parte interrogante, ſimplicitèr diceret, *volo eligere*; & de *gloſ.*atque *Bart.* opinione, quòad huiuſmodi verbum, *volo eligere*, *volo eſſe hæres*, an ſit futuri temporis? vel præſentis voluntatis demonſtratiuum? & alia ſatis ad hoc concinna ſcribit *Aretin. in l.gerit*, 87. *num.*3.*ff.de acquir.hared.*

An verò facta declaratione à Prin-
37 cipali in ciuilibus,ſe nolle vti teſtibus ad euitandam pœnam in *cit. pragm.*1. contentam, valeat deindè eum pœnitere, & vti poſſit? & pluries decreuimus, quòd ſi illa fuerit facta, parte non inſtante, vtique eum retrocedere poſſe;ſecus ſi inſtante parte,cui eſt ius quæſitum,ex *Reg.Rouit.in mem.prag.*1. *num.*5. neque in gradu appellationis, idem *Rouit.num.*7. aduertit; ſicuti declaratio facta formitèr pro repetitione teſtium,ſi copia minimè ſit conceſſa,re integra reuocari eã poſſe, monet *Auus meus ad Gramm. deciſ.*28.*nu.*14. ex *Gabriel. conſ.*178. *vol.*1. inquirens *nu.*17. ſi cedens bonis, beneficio non impetrato valeat reuocare opus? de quo nos infrà in *rit.* 287. Hinc recognita apoca in contumaciam, præuijs binis Iudicis decretis ad recognoſcendum perſonalitèr notificatis, neceſſatijs,vt pro recognita habeatur,ex *gloſ. in §.ſi quis autem,verſ.admonitus,auth. de hared. & falc. Capyc. deciſ.*139. vbi *Maſull.& deciſ.*205.*Cauenſ.in rit.*120. *verſ.ex quibus, Addit.ad Rouit.in pragmat.* 2. *de ord. indic. Ricc. in prax. cap.* 428. *num.*6. Me referente determinauit M.C. non licere Debitori moram purgare, & eiuſmodi agere declaratione,ex ſingulari *Apicell.*effato *in tutam. pauper. tit.* 1. *de quinquen. dil.t. nu.*17. Conueniunt *Bart. in l.ſi is cui, ff.de legat.*2. *Corſet. in tract.de verbor. geminat. num.*22. *Dec. conſ.*140.*col.*3. *Cacher.* integra *deciſ. Pedem.*5. *Canalc. deciſ.*27. *num.*60. ex *l.ſi inſulam, ff.de verbor.obligat. Gizzarell. deciſ.*49. loquens poſt ſententiam. Hoc ſectatum fuit S. C. in cauſa Patrimonij Creditorum Antonelli Mazzellæ,& Andreę Pappagallo, cum Franciſco Antonio Blanco; conuentus enim iſte ob ſolutionem ducatorum octingentum debitorum præfato Patrimonio, oppoſuit ſoluiſſe Antonello, dùm in viuis agebat, exhibendo apocam originalem penès ſe exiſtentem, ſibi reſtitutam à Creditore, & emanato decreto, quòd

Digitized by Google

declararet, si re vera solutionem prædictam fecerit Antonello viuenti, vel eius hæredibus, decocto patrimonio, notificatoquè decreto personalitèr, fuit aliud iniunctum, quòd habeatur pro facta declaratio, & non curante decretis parere, scitum S. C. die vlt. Octobris 1650. decreuit, quòd solueret, confirmatum in gradu nullitatum cum interuentu Spectabilis Pro-Præsidentis S.C. deinde Præsidentis, Reg. D.Bernardi Zusia, in Banca Licti. Nil obstante præsumptione solutionis ob apocam penès debitorem, ad *text. in l.2.§.1.ff.de pact.in l.Creditricem, C.de remiss.pignor.in l.3.ff.de liber.leg.Præs. de Franch. decis.361.* hanc enim legalem præsumptionem obtinere non potuisse in memorata thesi, clamabãt creditores, concurrentibus principalis debitoris, tunc Electi popularis morte, saccomanno in ipsius Domo, & alijs apocis originalibus pèr eius hæredes clàm debitoribus restitutis in damnũ creditorum, quæ personarum qualitates fuerunt accuratè perpensæ, prout diuturnitas temporis, opulentia debitoris, & creditoris paupertas, apùd *de Franch. cit. decis.361.* & videndi *Ripa sing.obseru.131. & Viuius decis.45.*

Prætereà accusato Principe N. N.
38 læsę Maiestatis crimine in Regia Iuncta Status, & in carceribus Castri Noui detento, institit D.Regens Ignatius Prouenzalis in ea tunc Aduocatus Fisci, torquendum esse ex processu informatiuo. Contra Ego insurgebam vti ipsius Aduocatus (generalis quidèm designatus à D.Marchione delos Velez, rescripto ex Bellico scriptorio sub die 9.Iulij 1681.in cũctis Reorum causis in prædicta Iuncta) non adesse probationes, eò quòd testes in medium producti extabant socij criminis, qui nè in læsæ quidem Maiestatis crimine recipiuntur, quando præsertim plures habent defectus; nec quia in eiusmodi læsæ Maiestatis crimine recipiuntur famosi, admittuntur pluribus defectibus notati, ex *l.7.ff.ad l. Iul.Maiest.* famosi enim dicuntur infamia vnica notati, *l.2.§.vlt.ff.de is, qui not.infam.l.13.ff.de accus.* quales verò sint? inquit *Caluin.in lexic.iurid. verb. Famosi*: nimirùm qui artem ludicram, lenocinium q; faciunt, vel propter præmiũ in scenam descendunt, aùt calumniæ causa publico iudicio sunt damnati, *l.4.ff.de accusat.* sic famosa mulier *l.2.§.si mulier, ff. ad Tertyllian.* adest *text. & glos.in l.Mulierem, 13.ff.de accusat.* ibi: *In text.famosi glos.lit.Q.* idest *infames*, meliùs eadem *glos.in l.qui accusare 8.eodem tit.* ibi: *Infamis non accusat*, idem dicit *glos. in l.3.* referens *lit. H.* ad exemplum adductum in *seq. l.4.ff.de offic.Præfecti Vigilum.* Eo maximè quòd infamię notam nequaquàm abraserant tortura, in qua quò enormius est scelus, eò magis vera cõquassatio membrorum exquiritur; nec satis est quòd ducatur ad cordam, ac dicatur in depositione tortus; omniſque obseruantia in contrariũ adducta nullius ponderis est contra Iura legalia, ac Doctorum opinionem, & mentem, vt dixi in *rita 274. ex num.107. Boss. de tortur.n.15. Catalan.quæst.19. Gramm. vot.6. Afflict.in const. si damna clandestina*, & eruitur ex *l.hoc carmen, 21.ff. de testib.* ibi: *Sine tormentis testimonio eius credendum non est*, & *glos.* notat in crimine Maiestatis, *Auth. testium*, §. *si verò ignoti, de testibus*, ibi: *Posse etiam verberibus*, vbi *glos. lit.K.* idest *tormentis, & lit.M.* idest *tormentis subijciant*, ibi: *& per eos inferat eis verberum esperimentum*, & plures torturæ gradus enarrat *Clar.§.fin.q.64.n.30.*

Hæc agnoscens Fiscalis Aduocatus
39 expostulauit, testes in faciem Principis iuratos iterùm ad examen reuocandos esse, præmissa valida tortura ad actum consolidandum. Obiectum fuit, id non permitti post ius Reo quæsitum, nec Principis rescripto, ex peculiari doctrina *Aui mei ad Gram. dec.28.* & magis specificè *decis.77.num.1.* post *Pinell. de resc. vend. 1.par. num.13.* & conferunt adducta per *Alciat. de præsumpt.reg.2. præsumpt.29. num.7. DD.* apùd *Cauall. quæst. 88. Cuazz. defens. reor.19. cap.2.n.15.* & Fiscus sibi præiudicauit consentiendo actui facto, cui

pote-

Digitized by Google

poterat obstare, *Franch. decis.* 384. *n.* 6. *Cons. Campan. resol.* 5. *vers. tertium*, et si in gradu appellationis Fisco non licet repetere testes in prima instantia non repetitos, *Capyc. decis.* 35. *in fin. Gram. decis.* 28. *nu.* 6. *Honded. cons.* 101. *nu.* 24. *vol.* 1. *Baiard. ad Clar. quæst.* 45. *nu.* 21. *Foller. in pract. crim. par.* 3. *num.* 46. *& verbo demum repetantur testes, num.* 12. *Reg. Rouit. in pragm.* 2. *de citat. num.* 22. *& in pragm.* 1. *num.* 25. *de persequ. malefact. Guazz. defens.* 25. *cap.* 1. *num.* 17. improbans *Muscatell.* distinctionem *in tract. de prob. delict. rub. de iniur. nu.* 36. haud refragante *decis. Reg. Sanfel.* 22. *n.* 14. *lib.* 1. ibi enim versutia Rei perpensa fuit, deficiente valido mandato, in dando testes pro repetitis, & apùd *Auum meum ad cit. decis.* 28. *Gramm. num.* 5. eadem malitia fuit in Aduocato, qui deluserat Curiam habendo testes Fisci legitimè citatos pro legitimè repetitis, & Fiscus in hac re vtitur iure priuati, cui didicitis testificatis non licet repetere, *Giurb. decis.* 73. *n.* 5. cum expressè Fiscus non reperiatur in hoc priuilegio munitus, *l. idē. ff. de compens. l. cum vitiosè. ff. de pignor. Guid. Pap. decis.* 536. *Peregr. de iure Fisc. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 1. *Paschal. de patr. potest. par.* 1. *c.* 6. *num.* 66. fortiùs extra aleæ dubium in illa thesi legitimato iam processu per confrontationem, vt Patrio vtar verbo, estquè vnus ex tribus modis, quibus ille legitimatur, *Ambros. in process. informat. de legitim. process. cap.* 1. *Præs. Merlin. lib.* 1. *controu. forens. cap.* 42. & non agitur de simplici repetitione, atq; adeo hæc depositio socij est zelotypa, vt *Maur. Burg. de modo proced. ex abrupt. quæst.* 100. *num.* 81. scripserit: *Si autem quempiam in eius socium criminis nominauerit, tenetur dictam nominationem statim cum iuramento ratam habere in loco torturæ, non autem in die sequenti iuridico ad bancum Curiæ, quia tunc per torturam est purgata eius infamia.* Regia Iuncta decreuit ad fauorem Principis, cuius deinde perspecta innocentia, is prodijt absolutus, penès Iulium Valente.

Cœterùm est notandum, *Baiardi ad*

40 *Clar. §. falsum, num.* 119. effatum, eximi à pœna præsentārem scripturam si, & in quantum, ex *Foller. in pract. crim. vers. item quod commisit falsum*, veritate niti, nisi fuerit instatum pro declaratione vsus, ex quo intendit redarguere de falso, vt ipsemet *Baiard.* explicat ex eodem *Foller. cons.* 140. *tom.* 1. maximè quòd exhibens scripturam videtur fateri contenta in ea, *Afflict. & Vrsill. dec.* 14. *num.* 4. *& dec.* 25. *n.* 5. *Lapus alleg.* 119. *Visconti in concl. iur. verbo instrumenta, pag.* 124. etsi fuisset facta productio cum protestatione si, & in quantum, *Gramm. consil.* 89. *Aym. cons.* 201. *Vrsill. ad cit. decis. Afflict.* 25. *num.* 12.

RITVS CCLXXXII.

ITem seruat ipsa Curia, quòd in exceptionibus, & articulis primis nulla exceptio, vel articulus recipitur, vbi reprobetur aliquis testis partis aduersæ: cum tempore repulsæ quilibet possit reprobari, iuxtà cap. præsentium, extrà de testib. in dictis tamen primis exceptionibus, & articulis quando reprobatur testis, quia inimicus, tunc ante repulsam, recipitur talis exceptio, iuxtà authent. si testis productus, C. de testib. quandoquè etiam vidi ipsam Curiam non recipere talem exceptionem inimicitiæ, antequàm detur repulsa.

SVMMARIVM.

1 *In termino probatorio causæ ciuilis, & criminalis non repulsantur testes.*

2 *Quidnè si opponatur exceptio inimicitiæ, tàm attenta Iuris communis, quàm Ritus dispositione.*

3 *Ritus inimicitiæ causam exprimens in-*

Digitized by Google

telligitur de capitali, & expenditur decisio Gramm.86.

4 *Incontinenti debet probari capitalis inimicitiæ exceptio.*

5 *In notorijs capitalis reijcitur inimicus, & an illa opposita, supersedendum sit in tortura?*

6 *In materia hæreticali, delicto læsa Maiestatis, & blasphemia.*

7 *Inimicitia capitalis quæ dicatur? & nonnulla ad rem annectuntur, & de teste examinato in causa criminali, vel ciuili graui.*

8 *Quid seruandum, quando objicitur in causis notoria exceptio contra testes examinandos in promptu, vel in continenti probanda.*

9 *Multoties in termino dato ad probandum solent examinari testes super repulsa, si renuncietur futuræ repulsæ, dummodo constet de huiusmodi renuneiatione.*

1 IN primo termino probatorio causæ ciuilis, & capitalis, non repulsari testes, sed opposita contra ipsos in termino ad repulsam reseruari, statuit *Ritus*, cui concinit sententia communis Doctorum, quam reiecta contradicente, probat *Farinacc. quæst.62. à num.350.* & nos diximus in *Ritu 236.*

2 in eius calce. Itidem si esset exceptio inimicitiæ non capitalis, vt ille subdit *num.354.* si verò capitalis, statim reijcieretur, ex §. *si verè quis dicat odiosum, Auth. de testib.* & ibi *Bart. sub num. 3. iuncto num.10. Cyn. sub num.2. Odofred. in initio, & post num.2.* atque alij, *C. de Testibus, & Rot. Bonon. concluſ.7.* idemque *Farinacc. num.357. & qu.53. num.17. Ludou. decis. Perusin.73. Menoch. de arbitrar. cas.239. num.8. Campagn. in cap. Regni 272. num.47. Apicell. alleg.20. num.42. Baiard. ad Clar. quæstion. 24. num.25. vers. item adde, quòd quando Index, Thor. par. 1. compend. verbo ex cap. 10.* & obseruandum in visitatione Officialium, clamat *Mastrill. de Magistrat. cap.11. lib.6. nu.13. vers. non potest recipere.*

Ritus autem noster, nulla de capitali 3 inimicitia mentione facta, simplicitèr loquens inimicitiæ causam excipit; tamen de capitali intelligendum esse arbitramur, non tantùm vt à Iure communi nõ videatur discedere, nisi quando expresserit; sed insupèr doctrina *Imbriani* ita intelligentis huius *Ritus* verba *in tract. de repul. par.3. consid.4. num.23. & consid.1. num.99.* Accedat *Gram. decisio* 86. quæ licèt nostri *Ritus* non meminerit, attamen cum decisio sit Sacri Consilij, nisi ità omnium consensus Regnicolarum interpretatus esset huius *Ritus* verba, non capitali inimicitia innixus esset *Gramm.* & Ioannes de Fundis, qui testes Alphonsi inimicos sibi esse dixerat, non capitalem per hunc *Ritum* requiri, sed inimicitiam 4 tantùm exclamasset. Alterum etiam requiri adiunctum insinuat præcitatus *Grammatic.* vt in continenti probetur eiusmodi capitalis inimicitiæ exceptio, approbatque *Viuius, opinion. com. litt. T. verbo Contra testes, vers. imò plus dico,* & *Gramm.* insequitur *Reg. Sanfelic.* decisum subnectens *decis.174. lib.2.* quorum opinio, considerato Iure Communi, quamuis non omnibus videatur tuta, imò potiùs reijciatur, teste *Farinac. sub eodem adducto num.357.* nihilominùs eam omninò veram existimamus horum *Rituum* iure, quo si in exceptione excommunicationis, istud necessariò requiri sancitur in *Ritu 236.* longè magis, & in alijs exceptionibus affirmandum est; quin, & in notorijs 5 capitalis quoque reijcitur inimicus, *Cras. excep.24. Reg. Valenz. conf.161. num.57. tom.2. Giazz. discept.34. n.14.* & an opposita huiusmodi exceptione sit supersedendum in tortura? inquirit *Danza de pugn. DD. tom.1. de potest. ad modum belli, cap.6.*

Quinimò in materia hæreticali, nec 6 reseruatur ad merita, neque cum opponitur, admittitur exceptio vlla, nisi aùt falsitas, aùt capitalis objiciatur inimicitia, *Albert. Locatus*, aliorum fretus auctoritatibus, in sua *prax. iudiciaria Inquisitor. verb. exceptio*, §.14. prout

in

in crimine blasphemiæ, & læsæ Maiestatis humanæ, *Conciol. verb. testis quòad personas*, *Reg. Valenz. cons.* 161. *num.* 57. *Cons. Prat. resp. crim.* 6. *num.* 44. *Vermigl. cons.* 159. *ex num.* 7. *Nouar. quæst. forens.* 62. *num.* 1. *lib.* 2. *Arnon. singul.* 55. & post alios *D. Maiorana in opopraxi crim. cap.* 6. *num.* 13. *&* 18. me citans *in rit.* 73. *lib.* 1.

Aduertimus propterea capitalem
7 inimicum dici, qui causam criminis mouit, aut cui mota est; illeuè, qui alteri minatus est mortem, ex *text. in l. licèt, ff. de arbitr. cap. repellantur, & cap. cum oporteat, de accus. Triuis. decis. Venet.* 49. *num.* 26. *lib.* 2. *Maynard. decis.* 83. *num.* 5. *lib.* 4. *Gramm. decis.* 33. *num.* 4. *Thesaur. decis.* 61. *n.* 4. & *Lanfranch. de Oriano in sua praxi capit.* 8. *nu.* 47. vbi *Celsus* quoque addit, quòd litem haberet maioris partis bonorum similitèr, & capitalis esset inimicus, teste eodem *Gramm. nu.* 9. *&* 11. *Bald. cons.* 296. *Alex. cons.* 118. *Oter. Roman. lucubrat. disp.* 18. *num.* 8. idemque *Albert. Locatus in verb. Inimicitia, Osasc. decis.* 88. *num.* 20. *Borrel. in summ. decis. tit.* 15. *nu.* 308. *par.* 2. *Mari ad Gramm. dec. mem.* 86. memor *Gramm.* in hoc *Rit. D. Rodoer. ad Reg. de Marin. c.* 118. *n.* 21.

Oritur etiam inimicitia inter testem, & eum, contra quem deposuit in causa criminali, vel ciuili maioris partis bonorum: nempè ex parte eius, contra quem facta fuit depositio, non verò ex parte testis, qui non præsumitur inimicus, nisi sponte ad se examinandum obtulerit, *Farinac. quæst.* 49. *num.* 76. *Baron. de effect. inim. in prælud. num.* 123. *& effect.* 113. *nu.* 65. *Mastrill. decis.* 282. *num.* 26. *Castill. decis.* 168. *num.* 21. *lib.* 1. *Valenz. cons.* 92. *nu.* 126. *Menoch. de arbitr. casu* 110. *Gramm. consil.* 57. *nu.* 9. *Oter. add. loco num.* 8. *Auus meus ad Gramm. tit. decis.* 33. *num.* 2. *in fin.* Verùm si coactè deposuit, quamuis in alia causa ad testificandum minimè repellatur, attamèn haud dici potest omni exceptione maior, *Caroc. singul.* 289. *Castill. cit. loco nu.* 24. ad quod vide *Auum meum ad Gramm. decis.* 33. *num.* 2. quem laudat *Baron. mem. effect.* 113. *nu.* 67. nec non *Giazz. discep.* 177. *num.* 2. *Reg. de Marin. quot. resol. cap.* 211. *num.* 5. *& Danz. ad Gramm. cit. decis.* 33. quod totum Iudicis arbitrio relinquitur, *Franc. Marc. decis.* 894. *n.* 9. *volum.* 1. generatim verò quis dicatur amicus, siue inimicus? explicant *Carolus de Grassis in tractatulo de effectibus amicitiæ, post suum tract. de effect. clericat. Baron. in cit. tract. de effect. inimicit.* & plures casus coaceruat *Affl. in tract. de feudis, tit. quo temp. miles,* §. *sancimus nemo miles, num.* 19. *vers. primo quæro,* & tangit in *tit. quib. mod. feud. amitt.* §. *item si quis feudum, ex nu.* 23. omnesque vnanimitèr eiusdem Iudicis arbitrio, quando illa capitalis, vel non reputetur, *Farinac. quæst.* 49. *num.* 86. *& quæst.* 53. *num.* 57. *Menoch. de arbitr. casu* 100. *num.* 3. *Viu. decis.* 450. *num.* 8. *Ciarlin. controu.* 178. *num.* 16. iuxtà facti circumstantias, personarumq; qualitates regulato, *Mari ad Gramm. citat. decis.* 86. *num.* 2. *in fin. Oter. cit. disp.* 18. *ex num.* 7. *Fontanel. decis.* 14. *nu.* 8. *Rosental. de feud. cap.* 6. *concluf.* 53. *num.* 2.

Verùm hac in re constituunt *glos. & DD. in cap. ex parte* 7. *& cap. præsentium,* 31. *extra de testib. in auth. si testis productus,* C. *de testib.* regulam Iudicis arbitrio moderandam, vt si excipiens in termino productionis obijciat testi contrà se producto, publica, & notoria crimina, & vitia, quæ nulla tergiuersatione celari possunt, & quidem talia, quæ, nec tacito, nec expresso partium consensu remitti possunt: vt sunt hæresis, excommunicatio, periurium, adulterium, homicidium, furor, impubertas, inimicitiæ capitales, & similia: vel si notoria non sint, ad eorum tamen probationem incontinenti faciendam se offerat obijciens: tunc Iudex ea ad probandum ante examen admittere teneatur, adeo vt etiam in ipso examinis aditu, talem testem Iudex ex officio repellere possit, tùm, nè & ipse superfluo examine, ac producens litigator superuacaneis sumptibus, & pars aduersa non necessaria exceptione oneretur: tùm, quod caput est, nè testis iusiurandum, quod præstare

stare alioqui debet, superfluum, superuacaneum, & non necessarium imponatur, cum superuacaneè ad sacramentum, & testimonium adigatur, cuius dictum nullam facturum esse fidem, in ipso statim examinationis exorsu palàm fit: insequuntur *Specul.tit.de testib. §.1.ex num.41. Lancellot. Conrad.de offic.Prat.in caus.ciuil.tit.de testib.verbo, personas testium aggrediendo, num.9. Grauet.ad Vestr. in pract.Roman.lib.6. cap.2.num.6. Conrad.Manser.in process. iur.pag.182. Vuesenbec.in parat.ff.de testib.* & dissentiri non videntur *Reg.Rouit.in pragm.2.num.16. de ordin.iudic. Nouar. de grauam. Vasall. tom.2. grauam.111.*

Tandèm pro coronide aduerto,
9 quòd aliquando in primo termino impartitò ad probandum fit repulsa, præuia tamen renunciatione futuræ, vt ex *Carauit. in ritu 73. & in hoc ritu sub num.3. ac Scaglion.in eod.ritu 73. & ritu 74. ex num.6.* obseruatum testatur *Camill.Borrell.par.2.summ. dec.tit.25. num.26.* nec non *Muscatell. in prax. par.6. glos. momentum, num.7.* omnes memores huius *ritus*; qua renunciatione attenta amplius de ea tractari nequit; nectit tamen idem *Scaglion.n.7.* decisum referens, quòd si minimè constiterit, expressè fuisse futuræ repulsæ renunciatum, ex errore, vel actitantis incuria, iterùm possit illa fieri, cum his, quæ ad tutelam spectant, non ita facilè renunciatũ intelligatur, *Imbrian. cit.tract.consid.1.num.115. & Scaglion.* memores sunt *Borrell.cit.cap.25.n.29. Reg.Sanfelic.in prax.sect.57.num.7. & Maioran.ad d.cap.6.num.3.*

RITVS CCLXXXIII.

ITem seruat dicta Curia, quòd dum petitur repulsa, terminus ad repellendum testes datur isto modo, ad ponendum hodie, vel cras, ad probandum per totum talem diem, & seruatur ista practica.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad positiones ponendas, deinde ad articulandum non datur, sed vnicus.*

2 *Vnde prodijt mos Procuratorum in articulis dicentium,* Pone, & vuol prouare.

3 *Terminus ad repulsam est medietas termini probatorij, & quid hodie seruetur?*

4 *Ponens contenta in positionibus quando fateri videatur?*

IIusmodi terminum ad
1 ponendum, de quo *Ritus*, in hac ipsa speciæ repulsæ, exoleuisse, præter Commentatorem *Carau. in hoc ritu*, dicit *Imbrian. in tract. de repulsa, consider.1.num.26.* & quidem si in causa ipsa principali vnicum dari terminum ad vtrumq; agendum ostendunt verba *Ritus 69.* cum in primis dari terminum ad ponendum, & probandum mandant, apertiùsque *prag.& de ordin.Iud.* ex quibus prodijt mos ille Procuratorum in articulis dicentiũ:
2 *Item pone, e vuol prouare*, vt notauit *Episc. Campanil. in Ritu Curiæ Archiepiscop. Neap.29. sub num.17.* nec non *Regens.Sanfelic.in prax. iudic. sect.48. num.3.*

Id quod multo magis, & in causa
3 repulsæ, cuius terminus solet esse strictior altero prædicto in causa principali; quin, & illius medietas, ex *Pragmat.11. de ordin. iudic. Marant. in specul.par.6.num.13. actu in 1. Muscatell. in prax.S.C.lib.1.par.7.glos.momentum*, quam *pragm.* non obseruari, sed dari terminum Iudicis arbitrio, secundùm locorum distantiam, indicat *Reg.Sanfelic.in prax.sect.57. num.8.* & hoc iure vtimur, vt notaui in *Rit.73. num.14.* quem locum, alios addens, sequitur *D.Scoppa ad Nicolin. in prax. ciuil.pag. 61.nu.130.* De ipsa verò repulsa non licet hic fari, cum eius propria sedes sit in *Ritu 73. tom.1.* & nonnulla delibamus infra in *Ritu 285.* & differentiam

Digitized by Google

tiam inter articulos, positiones, & capitula, exponit *Marant. cit. tractat. act. 4.*

Illud tamèn notabile aduertas, quòd
4 licèt ponens contenta in positionibus fateri videatur, *Rota coràm Ludouis. decis. 385. n. 3. & decis. 408. n. 1.* & dixi in *ritu 79. num. 3. lib. 1.* quem locum laudat *D. Scoppa ad decis. Gratian. obseruat. 147. num. 12.* tamen qui excipiendo, & sic negando ex aduerso deducta ponit, contenta in positionibus minimè fatetur, *Anton. de Possentibus, centur. 1. singul. ciuil. 84. pag. mihi 97.* qui idem repetit *singul. 100.* ex *Marant. cit. par. 6. tit. de position. seù artic. num. 9.*

RITVS CCLXXXIV.

ITem seruatur in petitionibus beneficij restitutionis, in illo videlicèt beneficio, in quo non datur terminus ad probandum, sicut petitio restitutionis dierum præteritorum feriatorum infra scrias, non in honorem Dei, sed de alijs ferijs, quæ concurrent alicui in aliqua causa, cui aliquis terminus datus erat, ita quòd infra illum terminum sibi datũ: putà ad probandum, fuerunt dies feriati: putà 20. propter ferias messium: nam restituuntur illi data petitione, in qua nullus terminus datur, quia notorium est Iudici, vt Iudici, (ferias indixisse, & terminum illi dedisse) per acta Curiæ: dies enim feriarum in honorem Dei non restituuntur per ipsam Curiam, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Feria si totam, vel magna ex parte, saltèm medietatem, absorbeant termini quid agendum? & an restitutio competat?*
2 *Dilatio regulariter est continua.*
3 *Cursus termini debet recipere interpretationem à iure, & æquitas semper præoculis habenda.*
4 *Memoratur* decisio *Cathalunia apùd* Fontanell. 17. lib. 1.
5 *Examinatur quæstio in subsellijs exagitata, nùm recipi debeant nullitates propositæ aduersùs decreta post sex dies, si vltimus fuerit feriatus? Adducuntur decisiones ad inuicem oppugnantes.*
6 *Affirmatiua sustinetur opinio, & examinatur Arrestum Parlamenti Parisiensis apùd* Annęum Robertum lib. 4. cap. 15.
7 *Tempore, quo Regni clauum tenebat Excell. D. Petrus ab Aragonia fuit promulgata* pragm. *nullitates esse expediendas spatio duorum mensium, qua nimis dura in praxi videtur.*
8 *Nullitates discuti non possunt feriarum tempore, quo non currit terminus* pragm.
9 *In appellationum temporibus, quæ sunt continua, non currit tempus, si Iudex adiri non possit, etiam si essent à Statuto præfixa.*
10 *Iudex debet iudicare secundùm allegata, & probata, & qua constare, dicantur Iudici, vt Iudici?*
11 *Principi an liceat secundùm propriam conscientiam iudicare? & memoratur celebre factum tempore* Cons. Grammat.
12 *Senatores Supremi an id possint, si acta priuata scientia aduersentur? inquiritur.*
13 *Senatus S.C. cuius decisiones totus Terrarum Orbis veneratur, iudicium profert secundùm allegata, & probata; id tamen declaratur.*
14 *Nullum Tribunal, quamuis Supremum iudicat secundùm propriam conscientiam.*
15 *Oculi hominum sæpè sæpiùs allucinantur, & nemo potest esse testis, & Iudex.*
16 *Quomodò intelligatur axioma illud, quòd Tribunal Supremum iudicat tanquàm*

Digitized by Google

quàm Deus, sola facti veritate inspecta, & secundùm æquitatem, & alia ad rem.

17 *Arbitratori licet iudicare iuxtà veritatem? Quid in Arbitro, & in Arbitratore simùl?*

18 *Quid agere debeat Iudex, si aliquid constat sibi ex priuata scientia, cuius oppositum intuetur probatum? & nonnulla in laudem veritatis adducuntur.*

19 *Recensetur casus tempore, quo Clauum Regni sustinebat Excell. Dux Ossunæ.*

20 *Ad libellam reuocatur quæstio illa, num possit Iudex non examinare testes non facientes pro Fisco, ab ipso auditos antequàm iurauerint? & negatiua sustinetur opinio, exploso* Card. Tusc. *effato.*

Restringitur in teste suspecto.

21 *Cum de notorio in hoc* Ritu *sermo sit, inquiritur, num veritate nitatur axioma, suspiciones notorias posse semper proponi, & expediri?*

22 *Auctor, illud à se adductum in alijs* Ritibus, *simpliciter intellectum, damnum attulisse aduertit.*

23 *Declarat, quomodò illud procedat? in quo notorio? & quid sit notorium?*

24 *Notoria nullitas vt non excludatur à Statuto, quomodò intelligatur?*

25 *Quæ suspiciones notoriæ non comprehendantur in dispositionibus* pragm. *declaratur.*

26 *Suspicionis materia plurimum dependet à Iudicis arbitrio, qui perpendat, quod, pro ratione temporis, expediat.*

27 *Iurisprudentia, modò magis significanti, appellanda foret Prudentia Iuris, quasi Prudentia in Iure.*

28 *De necessitate Prudentiæ in Reip. Capitibus, & alia de Prudentia.*

29 *Suspiciones affectatæ reijciendæ, & enũciatur scitum, proposita suspicione illa mane, qua decidenda erat causa.*

30 *Reijcitur suspicio deducta, postquàm Commissarij accesserunt ad locum accessus.*

31 *Extollitur* pragm. *restringens, & resecans suspicionum materiam in abusum deductam, nouissimè edita.*

32 *Princeps, etsi non valeat tollere recusationes Iudicum, potest tamen eas moderari, & interpetrari.*

33 *Abolitio* pragm. 20. de suspecion. *Reipublica proficua.*

34 *Memorata* pragm. *obseruantia è Cœlio precatur, & Iudicibus, qui duos habent Angelos, illi enitendum esse concluditur.*

1 EX *Ritus* verbis: ibi: *Fuerunt dies feriati, putà viginti*, colligitur, quod si feriæ totam, vel magna ex parte, saltèm medietatem absorbeant termini, vtiquè restitutione in integrum petita ex illa clausula generali, si qua mihi iusta causa, restituuntur, etsi regularitèr dilatio intelligatur continua, dieſquè feriati quoq; computentur, *Franc. Marc. decis. 35.* & feriæ non impediant cursum termini: cum actus prædicti talibus diebus fieri possint, nec requiratur, vt Iudex sedeat pro Tribunali, *Christin. decis. Belgic. 17. num. 6. tom. 1.* Ità quippè affirmat *Additio super Ritu 92.* edito post *Constit. Regni*, adde *Hostiens. in cap. licèt causam, de probat. Bald. in l. si quando, quæst. 4. num. 6. C. de testib. Lanfranch. in cap. quoniam contra, verb. Dilationes, de probat.* quos sequitur *Grauat. ad Vestr. lib. 5. cap. 4. n. 7. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 16. num. 2. Afflict. in const. lite legitimè contestata, num. 14.* qui fatetur, id verum, si protestatio præcesserit; quod si iam dictæ feriæ minimè absorberent maiorem partem, restitutioni locus non fieret, eoquè casu feriati dies comprehenderentur, ex *l. siue pars, in fin. C. de dilat.* At *Parlador. in lib. 2. rer. quotid. par. 5. cap. fin. §. 10. num. 12.* alitèr, & fortasse non perperàm, sentit; cùm primo casu ferias non computari in dilatione, inquit, cuius sententiam, post alios, probant *Host. cit. loco num. 5.* memoratus *Lanfranch. cap. 2. vers. illud etiam, sub n. 9. Marant. in prax. par. 6. act. 3. sub num. 18. Auus meus* illis verbis, *nec currat terminus*, positis in sua *annot. ad Capyc. decis. 82.* At quæuis earum

Digitized by Google

rum vera sit? opus erit petitione, & instare pro reintegratione, aùt termini prorogatione; quodquè Iudex interloquatur, & assentiat; alioqui post terminum producere testes non liceret.

3 Termini enim cursus, sicuti datio, debent recipere interpretationem à Iure: si scilicèt feriæ non obstent, quæ illius maiorem partem absorbeant: etsi infrà illud tempus præfixum actus expediri possit, *l.2.C.de noxal.action. l.vt gradatim, ff.de de muner.& honor. Nouar. decis.182. num.6.* Aequitas enim, cum semper præoculis habenda sit, Prætor non considerat, nisi dies efficaces, *Bald. in l.2. C. de adil. act. num.13.* Vnde si datur dilatio quindecim dierũ in Sabbato Palmarum, huiusmodi dilatio incipit post octauum diem Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, cum illi dies sint feriati, *Bald.in l.si eum 4. C.de test. Afflict.in Const. Regni exceptionem, de except.dilat.num.18. Cumia ad Rit.M.C.Sicil. cap.41.num.13. Fontanell.decis.170. num.18. & decis.420. num.5.* & obseruatum pluriès ostendit *Nouar.mem.decis.182.nu.4.* aliàs enim datio termini redderetur frustratoria, & proindè tempus instantiæ non curriret, quando quis haberet testes in longinquis partibus, quæ absorberent totam instantiam, *Asin.in prax.iudic.§.2. cap.11.n.25. Io:de Amicis cons.6.n.10. Guttier.de iuram.confirmat.cap.5.n.16. par.3. Nouar.cit.loco num.5. Hieronym. de Rosis select.iur.obseruat.cap.64.n.59.* ex *Galluppo in prax.par.2.cap.18.n.15.* me adducens in *Ritu* 119.

Hinc *Fontanell.dec. Cathal.17.n.15.*
4 *& 16.tom.1.* decisum narrat, quòd data dilatione decem dierum, si sex dies fuerint feriati, debeant demi; in causis enim, in quibus proceditur ciuili modo, si maior pars dilationis sit feriata, illi dies deducuntur, *Ferrer.in 2.par.obser.Reg.Audient.& in cap.297. par.3.Bellacos.tom.1.commun.opin.lib.2. tit.8.num.6.vers.quam communem, Præs. ful Barbos.in collect.ad Cod.tom.1.lib.3. ad l.3.C.de dilat.num.12.& 13. Anton. Perez ad C.lib.3.tit.11.de dilat. num.9.* Dati idcircò propter ferias repentinas restitutionem, si illę fuerunt longæ, scripsit *Bald.in l.2.nu.4.C.de temp. appell.* & dormire agunt compromissum, in quo præfixi sunt dies quadraginta, existente Statuto, quòd feriæ sint tàm in iudicijs ordinarijs, quàm extraordinarijs: quia illud tempus non est vtile, notant *Bald. cons.6.lib 1. Castrens.cons.259.lib.2.circa primũ, Tusc. lit.P. concl.98. num.5.* & in simili Statuto Vrbis *lib.1. cap.100.* sermonem habet, post *Scacc.de iudic.lib.2.cap.3.de dilat.ad proban.n.157.vers.extẽde istam limitationem, Antonell.cit. cap.16.nu.4.*

His concinit solemne S. C. iunctis
5 classibus, scitum in causa Illustris Ducis Acheruntiæ, cum Illustri Principe Petræ elcinæ, in qua fuerunt receptæ nullitates propositæ elapsis quindecim diebus, qui omnes fuerant feriati, prẽter primum diem: quia decretum pridie vigiliam Natiuitatis D. N. notificatum fuerat, ac propterea omnes posteà subsequentes dies propter Dominicæ Natiuitatis solemnia fuerant feriati, de quo testatur *D.Cons.Hodiern. controu. 48. num. 19.* & in illo Senatu Cathaluniæ decisum recensẽt *Fontanell.ad d.decis.17.num.15.& 16.tom.1.* & *D.Cons.Hodiern.* (de quo memini in *Rit.6.sub num.7.vers.sed an dies*, quem locum referunt *D. Altimar. tom. 1. de nullit.lib.1. rubr.8. quæst.8.num.26. de Rosis selectar.obseru. cap.93. num.60.*) adducit determinationem Collateralis Consilij in causa Illustris Principis Casalis Maioris, cum RR. PP. Sanctorum Apostolorum, idquè confirmat *D.Cons.Roccus in resp.2.tom.2.* nec non *Motill.in prax. tit.de in integ.rest. & nullit. num. 21. in fin.* ac aliud scitum enarrat *D. Manfrella ad Reg. Capyc.Latro decis.36.num.20.*

Et quamuis alitèr in alijs thesibus
6 decisum fuerit: nempè in causa, in qua calamum arripuit memoratus *Consil. Roccus*, fueruntquè reiectæ nullitates in Aula D.Consil.Iouino, ex quo fuerant propositæ die septima, non obstante quòd vltimus dies termini fuisset feriatus. In altera Io:Baptistę Cammardella à me adducta in *cit. Ritu 6.*

Digitized by Google

sub num.7. quem locum laudat *Gizz. ad Capyc.Latro decis.165.num.10.lib.2.* In illa Ill. Ducis Adriæ cum Ill. Duce Laurentianæ. In causa Iuliæ Pinelli cum Ill. Duce Tocci: nam, sciſſis ſuffragijs, datiſquè adiunctis DD. Conſiliarijs Antonio Capiblanco, poſtea Regente, Horrentio Pepi Præſidente R. C. & Antonio Florillo, inde Regente, prævaluit maior pars, quòd non recipiantur nullitates propoſitæ poſt lapſum dierum ſex, ſtante die feriato in die ſexto, Commiſſario D. Conſil. Franciſco Rocco, in Banca de Licto, & in alia D. Blaſij de Amato cum Ill. D. Antonio de Amato Duce Seclì, etiam in gradu reclamationis, die 14. Martij 1665. relatore D. Conſiliario D.Ioanne Vargas cum interuentu Spectabilis Præſidis S.C. Marchionis Matonti, penès Figliolam Actorum Magiſtrum, & confirmat *D.Altimar.ad Rouit.deciſ.16.num.3.verſ.obſerua tertio*, ex eo quòd *pragm. 4. de dilat. cap.18.* vtitur verbis illis: *infra ſex dies*, quæ facit terminum momentaneum, *Angel. conſ.404. Bald. conſ.246. lib.5. Tuſcus concl.291.lit.D.nu.40. Gratian.diſcept. forenſ.cap.725.num.13.tom.4.* & altera *cap.27.* eiuſdem *pragm.4. Che li termini preſiſſi s'intendano preciſi*, quæ omnem excludit contradictionem; & importat, quòd inuiolabilitèr diſpoſitum obſeruetur, *Grat. de dictionib.cap.178.* & verbis negatiuis: nempè, *che non ſi poſſa dir di nullità ſe non frà ſei giorni, doppo intimato, & elaſſo detto termine non ſe ne tenga conto alcuno*, quorum vis eſt, vt à diſpoſitione negatiua nullus excipiatur caſus, *gloſ. in l. alienatam, §.donationis, ff.de verbor. ſignific. Berous conſ.117.num.5.vol.2.* & includatur inſolitus quoque, ac extraordinarius, *Surd.deciſ.243.num.7. & 8.* & pro hac opinione pugnat *Gratus lib.2. reſponſ. cap.137.* ſingularitèr ſermocinans in ſimili Statuto, concludit, tempus currere de momento ad momentum, etſi primus, vel poſtremus dies eſſet feriatus.

Tamèn ſi rationum momenta perpendantur attentè, dicendum eſt, prædictas Sacri, ac Collateralis Conſilij deciſiones (quicquid poſteà alitèr fuerit iudicatum) rectiſſimè proceſſiſſe. Siquidem cum facultas dicendi de nullitate de Iure Communi non præſcriberetur, niſi ſpatio triginta annorum, cum poſteà per *pragm.cit.4.§.18.de dilat.* facultas, quæ erat perpetua, fuit reſtricta ad terminum ſex dierum, nulla ratio ſuadet, vt terminus ille adeò breuis, ſi incidat in diem feriatam, nouam pati debeat reſtrictionem, vt qui per Ius Commune habebat triginta annos, per Regiam Pragmaticam habuit ſex dies, debeat ratione diei feriati habere quinque, vel quatuor dies ad nullitates proponendum. Idque contrà diſpoſitionem eiuſdem *pragm.* quæ cum terminos in ea contentos iuſſit eſſe præciſos, quemadmodum eos vetuit porrigi, ita eoſdem prohibuit coarctari, quando non minus dicendus eſſet Iudex contrà Regiam Pragmaticam ire, qui terminum illum ſex dierum reducere vellet ad quinq; quàm qui illum vellet producere ad ſeptem. Vndè cum is, qui vult nullitates proponere debeat habere integrum ſpatium ſex dierum ad illas proponēdum, conſequens eſt, vt ſi vltimus dies termini ſit feriatus, admitti debeat ad eas allegandum die immediatè ſequenti, quandò ex Iuris diſpoſitione, ſi dies peremptorij cadat in diem feriatum, actus, qui eo die fieri debuiſſet, poteſt fieri die ſequenti, vt inquit *Innocentius in cap.conquæſtus, extr.de feriis*, & poſt eum *Andreas de Iſernia in cap. 1. de centrou.inter vaſall. & alium, n.11.* cum inquit: *Siue ergo ſtetit per Iudicem, quia non ſedit ſua negotia faciendo; ſiue propter impedimentum Iuris, quia die feriata, procedetur die ſequenti, tanquàm inſit, quod ita citò poſt fit.* atque ità ſentire omnes *DD.* teſtatur *ibi Afflict. num.4.* & ſtatuitur ex *Rit. M.C.80. & 219.* & ibi *Carau.*

De qua re in propria materia Statuti præfigentis breuem aliquem terminum ad aliquid faciendum, ita vt eo elapſo ampliùs fieri non poſſit, peculiaris adeſt *deciſio* Supremi Parlamen-

Digitized by Google

menti Parisiensis apùd *Annaum Robertum lib.4.rerum indicatar.cap.*15. Nàm cum lege municipali apùd *Parisienses* cautum esset, vt qui sententiam obtinuisset in causa retractus gentilitij, teneretur intrà viginti quatuor horas pretium emptori soluere, aùt solemnitèr obsignare, aliàs sententiæ exequutionem ampliùs petere non posset, cum tempus viginti quatuor horarum expirasset hora meridiana sequentis diei, qui vsque ad eam horam fuerat feriatus, *fuit* decisum, depositum potuisse fieri hora immediatè post meridiem, quamuis tempus 24. horarum fuisset elapsum. Idquè ea ratione, inquit Annæus, *quia constat ex lege municipali executioni retractus, & solutioni pretij dari, & concedi viginti quatuor horarum spatium, quæ si non integræ, ac libera præstentur, concessa ex consuetudinis beneficio facultas minui, & violari videretur; libera enim dici nequeũt, quando non licuit plenis, & integris viginti quatuor horis retractum exequi.* Ideòque addit, quòd cum consuetudo expressis verbis præstitisset tempus viginti quatuor horarum solutioni faciendæ, consequens erat, vt si earum pars fuisset feriata, post meridianum tempus expectari debuisset: cum in Iure constet, diem impedimenti non computari in termino, *l. quibus diebus, ff de cond. & demonstr.* atq; ideò computari non debuisse illas matutini temporis horas, quibus nulla exequendi retractus facultas esse potuisset.

Nec erit ambigendum, quin termini illius decisionis pares sint ijs, de quibus agimus in præsenti hypothesi. Quemadmodum enim, terminus sex dierum, in nostra *pragmatica* statuitur, vt sit præcisus, ita quòd nõ possit porrigi à Iudice, neq; ex causa restitutionis in integrum; ita terminus ille viginti quatuor horarũ strictissimè apùd *Parisienses* seruabatur, ita vt nullus esset locus purgationi moræ. *Illud quidem ex lege municipali constat*, inquit ibi Annæus in princip. *in executione retractus gentilitij ius istud pratisa seueritate obseruari, vt propinquus retrahens causa cadat, si non intrà 24. horas à tempore sententiæ soluat, aut pecuniam solemnitèr consignet, adeò vt nullus sit moræ purgationi locus.* Et quemadmodum in ea specie obsignatio pecuniæ non potuisset fieri vltimis horis matutinis sequentis diei, quibus tempus viginti quatuor horarũ expirabat, quod Notarij omnes domo abessent, vt publicæ supplicationi interessent; ita in hac specie depositum pro pœna nullitatum, quod insimul cum nullitatibus erat præsentandum, vt *pragm.79. cap.17. de offic. S.R.C.* iubet, haùd potuisset fieri vltimis diebus termini, qui erant feriati, cum obstet communis obseruantia, nec liceat Officialibus Bãci scribere fidem crediti hijs diebus, quibus consuetudo est à Banci exercitio vacare. Vndè constat in hoc tantùm speciem illius decisionis differre ab hac re, quòd ibi agebatur de termino præfixo per Statutum illi rei agendæ, quæ non erat licita, nisi per ipsum Statutum. At in ista de termino restricto per *pragmaticam* ad sex tantùm dies, qui si *pragmat.* non esset, extenderetur ad triginta annos. Ideòque quemadmodum Statutum illud odiosum censeri debebat, quatenùs concedebat terminum ad exercendum retractum. *Nihil enim*, inquit ibi Annæus, *odiosius haberi debet, quàm quicquid contrahendi, & de re sua disponendi libertatem, aùt vetat, aùt aliquo impedimento remoratur.* Ità è conuerso isthæc *pragmatica* pro odiosa habenda erit, non quatenùs concedit, sed quatenùs restringit terminum ad proponendum nullitates: cum tollat id, quod Iure Communi licebat, & spatium litigatoribus rei defendendæ coarctet.

Prætereà cũ expertus esset Excell. 7 D.D. Petrus de Aragonia, in hoc Regno clauum tenens, in nullitatum expeditione impudentissimas dilationes multum ipsi arridere; neque ijs posse Iudices aliquo pacto occurrere; cum partes, qua Iudicem de nullitatum pondere docendi causa, qua eas etiam discutiendi, victi eò confugiunt,

Digitized by Google

vt sinant oscitantèr tempus abire; ità vt collitigans victor cum diù, multumquè elaborasset, vt sententiam obtineret, deberet iterùm defatigari, vt ea resecatis tandèm aliquàndo nullitatibus executioni demandetur; *pragmat.* sanctione sub die 25. Maij 1666. in *cap.* 3. cauit, vt propositæ nullitates aduersùs sententiam, decidérentur infrà duos menses, quibus elapsis censerentur reiectæ; & ità procederetur ad sententiæ executionem, quasi illæ nunquàm fuissent propositæ, etiam si liquidò paterent. Qui duo quidem menses currere intelligerentur à die, quo fuerint propositę inter sex primos dies à *pragm.* ad eas proponendas statutos; abdicata ludicibus omni prorsùs facultate secùs arbitrandi, vel dispensandi ex quauis causa, vel rerum circumstantia super termino prædicto, vt ex *pragm.* 8. *de dilation.* cuius meminit doctissimus noster Collega *Blas. Altimar. tom.* 1. *de nullitatib. rub.* 8. *q.* 9. *n.* 4. illamq; de verbo ad verbum transcribit *Sarn. in prax. ciuil. pagina* 50. & aliqua ipsius obscura capita explicat altera *pragm.* 10. *eodem tit.* sub die 20. Martij 1669. Deindè alia *pragm.* sub die 12. Octobris eiusdem anni, & est *prag.* 9. *eod. tit. de dilat.* declarauit, quòd tempus feriarum æstiuarum non computaretur in termino duorum mensium prefixo in dicta *prag.* ad nullitates discutiendas: monitis omnium Tribunalium Præfectis, vt vigili conatu incumberent expediendis huiusce modi nullitatum iudicijs intrà tempus bimestre, posthabita qualibet alia causa.

Secùs nullitates proponens nō fruere-
8 retur integro termino; vel enim spem poneret in ijs diebus, quibus vna Aula ad S.C. accedit: & non nisi bis toto feriarum æstiuarum decursus pergit ad Subsellia; vel in ijs, quibus vniuersus S. C. cœtus congregatur, etiam pro audiendis M.C.V. relationibus: & non nisi decies congregari, perspicuum est. Addatur insuper, quòd nequeunt discuti feriarum tempore nullitates, prout decisum refert *Reg. de Marin. tom.* 1. *resolut. iur. cap.* 118. *Nouar. in collect. ad pragm. rubr. de feriis, num.* 10. Igitùr, cum *cit. prag.* præfixerit bimestre tempus ad nullitates discutiendas, ibi: *S'habbino quelle da decidere frà il termine di due mesi*, cessat eius dispositio æstiuo feriarū tempore, quibus discuti non possunt cōtractis ad decem dies; meritò nequit dici elapsum tempus duorum mensium; siquidèm menses non ab inutili temporis defluxu, inaniquè spatio metiri debemus; sed à diebus, quibus Sacer Consilij Senatus habet iudiciorum comitia; iuxtà *text. in l. anniculus*, 134. *ff. de verb. signif.*

Neque de hoc impedimento feriarum ob æstum nimium tollendo, quando vel ius ipsum interdicit iudicia vbiquè ferè gentium, intelligere potuit *pragm.* quæ tota versatur, vt ea amputaret impedimenta, quæ obueniunt ex vnius litigantium culpa, ibi: *Perche la dilatione nelle speditioni delle nullità, si è per esperienza visto, che si sia molto auanzata senza poterla rimediare li Giudici; mentre le Parti s'allargano assai, così nell'informare, come nella discussione di quelle.* Quapropter cessante ratione legis, cessat & eius dispositio, *l. cessat lex, l. adigere*, § *quamuis, ff. de iur. patr.* sic etiam cessante ratione Statuti, cessat, & Statutum, *Tiraq. in tract. cessante causa, num.* 143. nec licet à ratione expressa in Statuti verbis discedere, vt ex *l.* 1. §. *non autem omne, ff. de flumin. l. ita autem, in princ. ff. de admin. tutor. l. fin. ff. de diuort. l. in eo iure*, §. *deindè, ff. de rit. nupt.* probat *Tiraquell. loco cit. num.* 169. Neque id absque ratione; dies enim, in quibus Prætor ius non reddit, nusquàm computari, neminem latet, per *text. in l.* 1. *ff. de diuers. & tempore præscript.* ibi: *Illud vtiquè neminem fugit, experiundi potestatem non habere eum, qui Prætoris copiā non habuit; proindè ij dies cedunt, quibus ius Prætor reddit*, & ex *text. in l.* 1. §. *dies, ff. quand. appell. sit, & intr. &c.* ibi: *Dies autem istos, quibus appellandum est, ad aliquid vtiles esse, oratio D. Marci voluit: si fortè eius, à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur; ait enim: Is dies seruabitur, quo*

pri-

Digitized by Google

primò adeundi facultas erit; per *text.in l.quinquennium, ff.ad l.Iul.de adult.* ibi: *Aequum est, computationi quinquennij eximi id tempus, quod per stipulationem præcedentem consumptum sit*, & per *text. in l.intra vtile, ff. de minorib.* ibi: *An cætera negotia implere possint, cum per eos non steterit, quò minùs res finem accipiat? Respondi secundùm ea, quæ proponerentur, perindè cognosci, atque si nunc intra ætatem essent*. In nostra thesi S. C. non nisi semel in hebdomada ius reddit; quis ergò dixerit, tempus esse elapsum; quando nec lapsum dici potest, etiam si S.C. adeatur diebus non feriatis, si culpa litigantium absit? vt clamat *text.in §.ad hæc sancimus, Auth.de appell.* ibi: *Quid enim vitium est litigantium, si culmen Imperatorium occupetur?* & in *§.hoc quoque sancimus, Auth.vt sponsal.largit.*

Imò in appellationum temporibus, quæ sunt continua, non currit tempus, si Iudex adiri non possit, *Ruginell. de appell.§.10.gl.2.num.60.cum seq. Asin. in prax.§.1.cap.1.num.7.Consil.Hodier. contr.48. num.24. Mastrill. decis. 275. num.14.* etiam si appellationum tempora essent præscripta à Statuto; non enim appellatio censebitur deserta, quando per collitigantem non steterit, *Angel.cons.140. Alex. cons.168. vol.2.* quia Statutum interpretari debet, vt minus lædat Ius Commune, à quo capit declarationem, *cap.cum dilectus, de consuetud.l.2.C.de noxal.action. Bart.in l.omnes populi, ff.de iustit. & iur.* cum breuius tempus, quod à Statuto decernitur, censeatur subrogatum tempori longiori præscripto à Iure Communi, eiusquè per omnia naturam imitetur, *l.si eum, §. qui iniuriarum, ff.si quis caut. cap.Ecclesia, il 1. vt lit. pend. Alex.in l.ne quis, col.2. ff.de fer.* atque adeò neque currit tempus à Statuto præscriptum in omnibus ijs casibus, in quibus præscriptum à Iure Communi non currebat, *Tiraquell de retract.lignag.§.1.gl.10. num.42. Alex.cons.42. vol.3. Euerard.in topic.in loco à vi subrogationis, num.9.* quod practicatum scripsi in *Rit. 265. num.68. tom.2.* in instantia suspicionis, quæ currit de momento ad momentum, nullum admittendo impedimentum, siue ægritudinis, siue alterius cuiuslibet, etiã prouenientis à Iudice, vt tempus nihilominùs prorogetur. Nec refragantur verba *pragmaticæ*, quæ videntur omnem excludere termini prorogationem, ibi: *Prohibendo espressamente alli Giodici il poter arbitrare, ò dispensare al termine predetto per nessuna causa, ò circostanza, che vi fusse*; etenim excludunt sanè omnem prorogationem, seù dispensationem; at eam dumtaxàt, quæ profluere ex mero Iudicum arbitrio; non autem eam, quam impedimenta in Iure Communi conscripta indulgent. 9

Atq; equidèm re vera videtur, ægrè posse dictæ *pragm.* sanctionem practicari, vt secreto murmore indignationem ostendebat tempore publicationis integerrimus Vir *Regens D.Franciscus Ortiz*, teste *Io: Francisco Pasqualino sup. pragm.13. de appellat. sub num.31. pag.89.* cum ferè impossibile sit, quòd nullitatum causæ infrà bimestre spatium expediantur, idquè ob causarum cumulum, ac redundantiam in nostro Sacro Senatu vertentium, in quo cuilibet Consiliariorum labor imminet maximus, & fermè intolerabilis; imò, vt Consiliarius suo fungatur munere cuilibet litigatori faciendi satis, peculiari eget Diuina ope; licèt non rarò fiat, quòd partes, quibus cessit sententia, protrahant consultò nullitatum expeditionem, conscij se se malam fouere causam, vt in prima instantia succumbentem defatigent.

Indè est, quòd Collaterale Consilium perpendens sæpènumero pleraque inconuenientia, quæ possent exoriri, tùm circumstantias, & facta causarum, quæ proponuntur à partibus; consueuit libentèr præcipere Tribunalibus, vt habita ratione expositorum de iustitia prouideant. Ex quo arrepta occasione discutiuntur nullitates, etiam elapso termino statuto; & passim hodie examinantur in nostro Senatu absque alio Principis rescripto.

Insupèr ex verbis *Ritus*, *Notorium*

est

10 *est Iudici, vt Iudici*, confirmatur regula, vno omnium ore decantata: nimirùm, quòd debet Iudex stare probationibus, ijsque tantùm adduci ad decidendas causas, *l.illicitas,§.veritas, ff de offic.Præsid.* & ibi *glos.& Bart. cap. quoniam contra falsam, de probat. cap. iudicet 3.quæst.7.cap.nullum,30.quæst.5.* Dicitur autem constare Iudici, vti Iudici, quod acta Curiæ demonstrant, quæ notorium inducunt, *Tiraquell.de retract.tit.1.§.36.glos.2.num.44. Gaill. pract. obseru. lib.1. obseru.31. num.10. obseru.113.num.3.& obseru.134. n.16. ac lib.2.de pac publ.cap.6. num.15.* cum alijs, quos sequitur *D. Scoppa ad Gratian.obseru,150.num.5.& ad Nicolin.in prax.crimin.pag.122.num.80.* Colligitur etiam ex verbis nostri *Ritus*, ibi: *Per acta Curiæ*, scilicèt per confessionem partium, iuxtà *pragm.8.de ord.Iudic.* vel per testes, iuxtà *pragm.9. eod. add.tit.* aùt tandèm per instrumenta, aliasquè scripturas, iuxtà *pragm. 11. eiusdem tit.* in eius calce, quibus exceptis modis probationum in actis apparentibus, omne, & quot quot Iudici constat, tanquàm priuato constare dicendum. Quot verò modis dicatur constare Iudici de veritate? ostendit *Florian.in conf.15.ex num.20.*

Hinc quando certo certiùs liquet Iudici ex priuata scientia flagitium ab aliquo patratum: putà quia ipse viderit, probationes autem, atque acta contradicunt, & illum, verè Reum, innocentem ostentant, partes Iudicis inferioris esse iudicare secundùm allegata, & probata, indicant *Præsul Couarr.variar.resol.lib.1.cap.1.in princ.* alter *Præsul Campanilis in diuersorio Iur.Can. rub.11.cap.23.versic.sed dubium*, *Henricus Rebeltra decis.Senten.forens. lib.1. dec.3.* nec non *Coppen.lib.2.obseru.117. Christin.tom.2.dec.148. Hebel Kra lib.1. decis.3. Viu decis.178. Omphal de vsurpat.legum lib.6.cap.14. Merenda lib.1. controuers.cap.48. Ayrer.in proces.histor. iur.par.1.cap.8.obser.1. Franz.lib.2.variar.res quæst.22. Hottom.qq.illustr.27. Morla in empor.iur. par.1.tit.2.quæst.1. Pileus quæst. 108. Muscard. de probat. vol.2.conclus.949. Risc.collect.717. Cassan.in catal.glor.Mundi.par.7.consid.9. vers.octauum, Velascus Iudex perfectus, rub.14. annot.6. Reg. D. Franc. Reuerter.decis.R.C.365.num.2. Reg.Rouit. in pragm.15.de ord.indic. Reg Capyc.Latr. consul.84.num.11.lib.2.* Etiam si Iudex esset delegatus, cum clausula, vt secundùm conscientiam procedat: intelligi enim debet de conscientia iuridica, atque adeò de ea, quam habebit, vti publica persona, vt monet *Alex. conf.218.vol.2. & Cacher.decis.Pedem. 79.num.46.*

Quamobrèm, si Iudex oculis vide-
11 rit, aliquem flagitium patrantem, at desint probationes iuridicæ, nequibit eum ex sola priuata scientia, quæstionibus subijcere. Principi verò licere, nectit idem *Couarr. & præcit. Christin. decis.Belcic.quæst.4. num.3.tom.1. Balb. decis.99.* cum legibus solutus sit, imò, & eius sententia habeatur pro lege, *l.fin. C. de legibus*, & ibi *Bart.* in quo casu consulit *Caiet.* apùd *Couarruu.* vt Princeps testetur palàm, & pandat suam priuatam scientiam, qua populo satisfaciat. Verùm cautè est agendum: non sat enim est Principis attestatio, *Iser.& add.de Bottis in Const.prosequẽtes,lib.2.tit.de pugn.sublat.vers.est exequuta conditio, & Princeps non potest, pag.* 185. cui modestè respondendum, pro vt semel, atque iterùm fecit insignis Vir Consiliarius Thomas Grammaticus, Cardinali Columnæ, tunc Pro-Regi, qui cum ipsi Consiliario iussa edixisset, vt torturę Equitem quemdam committeret, dùm hunc homicidij facinus patrasse pro comperto habebat, cumquè Grammaticus subdidisset magnis rationum molibus, nullo id planè iure aggredi posse; Pro Rex ijs auditis animo resedit; imò, & amorem ergà Consiliarium auxit, & Equitem diù vinculis detentum, tùm è carcere dimitti, tùm per totam hanc Vrbem magno, atque inarrabili honore à Salerni Principe, & à Marchione Vallis Sicilianę domum vsq; duci per summam beneuolentiam iussit, ipso *Gram.* teste in *cit.Const.Prosequentes,num.19.*

&

Digitized by Google

& in consil. crim. 42. ex nu. 32. & vot. 33. Viu. meminit *lib. 2. opin. 638. num. 8.* & priùs Regi Federico Aragoneo Consil. Matthæus de Afflictis, vt ipse fatetur *in Const. Diram*, & de Herrico II. loquitur *D. Ant. Guilielm. Ertl. in palestra aulico-iuridica exercit. 31.* & in dubio, si Princeps motu proprio mandet aliquê inquiri, intelligi debet de Iure, si constet de delicto, & non aliàs, *Farinac. in praxi crim. quæst. 2. Rol. à Valle cons. 12. lib. 3. Vermigliol. cons. crim. 132. nu. 16.*

Anceps verò quæstio est, an Sena-
12 toribus in Supremis Subsellijs ius dicentibus, licitum sit secundùm propriam conscientiam iudicare? affirmatiuam aleam multi sustinent, cum sublatis iudiciorum regulis sola facti veritas attendatur, etiam si acta priuatæ scientiæ manifestissimè aduersentur, *Guid. Pap. quæst. 29. Thom. Gram. dec. 19. ex num. 12. Roland. à Valle vol. 1. consil. 70. num. 23. & cons. 68. nu. 18. & 19. vol. 3. Francisc. Beccius vol. 1. cons. 68. num. 18. & 19. & ad interpetrationem l. 10. tit. 17. lib. 4. recopil. Hermos. qu. 7. ad l. 56. tit. 5. par. 5. ex nu. 33.* post alios *Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. n. 40.* Negat ex *Gaet.* & alijs *Couarr. memor. cap. 1. num. 7.* improbans *Guid. Pap.* & aliorum effatum, aiens, illud nullo modo Iure posse defendi: si quidem, cum omnia Iura statuerint, oportere ad Reipubl. commodum, quòd Iudices à publicis documentis allegatis, & probatis in processu instruantur *in* ferenda sententia, neque huiusmodi Iudices in Regijs, ijsquè Supremis Prætorijs assistentes, habeant id peculiaritèr à Principe, vt legibus possent derogare, consequens est, vt adigantur secundùm allegata, & probata tantùm pronunciare, non ex priuata eorum scientia, sequitur post *Diuum Antonin. Sot. Sayr. lib. 12. cap. 8. num. 22. Facund. lib. 5. cap. 15. num. 5.* quia sententia est publicus actus iustitiæ, proindè debet descendere à publica scientia, non priuata, secùs haberetur effectus à non sua propria causa. Idquè inuisse videtur *lex Hyspan. 10.* ibi: *Siendo hallada, y probada la verdad del hecho por el processo*, & sic intelligendum ait *Azeued. in ea, num. 117. Gonar.* aduertit.

Hinc sequitur dicendum, quòd no-
13 ster Supremus S.C. Senatus, cuius inconcussas decisiones totus Terrarum Orbis veneratur; cuius vestigia in iudicando cuncta cuiuscumq; Regni Prætoria sibi proponunt imitanda, atque imitata esse gloriantur; cuius scita vniuersos ius dicturos ad talitèr sentiendum attrahunt, vrgent, impellunt; quamuis, vt Supremum Tribunal, iudicet, vt Deus, *Surd. cons. 166. num. 7.* cum personam Regis representet, *Secc. cons. 47. num. 11. & cons. 52. nu. 89. Roland. à Valle cons. 54. nu. 16. & cons. 70. num. 19. lib. 1. Grauett. cons. 198. num. 7. Natta cons. 341. num. 7. Afflict. dec. 120. num. 6.* debeat nihilominùs secundùm allegata, & probata iudicium proferre; & quamuis non negauerim documenta extraiudicialia multùm iuuare, ex *Innoc. in cap. tua, circa finem, de cohabit. cleric. & mulier. Afflict. dec. 28. n. 6.* obseruat mirificè *Franc. de Petris consil. 62. ex num. 13.* & videntur sentire *Larrea lib. 1. alleg. fiscal. 48. num. 7. & 8.* & *Hector de Guido in tract. de virib. iudicial. & extraiudicial. confess. par. 3. c. 3. ex num. 25.* ea tamen debent intra suos fines seruare. Vnde *Bald. consil. 265. num. 3. lib. 1.* dicebat, licere Iudici iudicare secundùm conscientiam, quando nil est apparentèr probatum, *Tusch. concl. 398. tom. 4.* extendens quando probatum est hinc indè æqualitèr, & posse in causarum decisione haberi fidem libris historiarum, subiungit, & notauerat *concl. 139.* ex *Bart.* & alijs *in l. 1. ff. si certum petatur, Felin. in cap. ex parte, num. 25. de rescript.* & ex confessione coràm ipso Iudice viua voce facta, ex *Baldo, & Marsil.* notat *Anus meus ad cit. Gramm. decis. 19.*

Nullum Tribunal, quantumuis Re-
14 gium, Supremumquè, Præfectiquè Prætorij fungens munere, pudeat, aut sibi probro vertat, secundùm acta, & probata, dijudicare, ac definire, quando vel Deus ipse omnium Opifex, quique cuncta, nutu simplicissimo, vt creauit, moderatur, ac regit dominio dispo-

tico,

Digitized by Google

tico, noluit, vt habetur *Genes.*8. flãmarum iudicio comburendas committere,ex sua priuata, licèt infallibili,tamen scientia, quinque Vrbes illas, nisi postquàm clamor earum, scelera testificans, ad eius aures accessit ; celeberrimumquè est exemplum illud *Danielis*,qui licèt afflatus spiritu prophætico probè norat, tùm Susannæ innocentiam, tùm illorum senum inueteratã, perditissimamquè insaniam ; renuit tamen, vel eam absoluere,vel istos damnare, nisi priùs impudentissimos testes, mendacijs nitidissimum Susannæ candorem denigrantes,de mendacio coarguisset.

Nemo igitùr innitatur propria con-
15 scientia, *cap.ne innitaris, de const.cap. Deus omnipotens, cap. multi*, §. *noluit secunda quæst.*1.*Menoch.de arbitr.q.*24. *num.*3. Non est nunc primò,quòd hominum oculi allucinantur, *Melch.Lotter.de re benefic.lib.*3.*cap.*18.*nu.*8. sœpè sœpiùs videre, credimus, quod re vera non est,sœpè sœpiùs,quod reuera est, non videmus. Ea est humanorum sensuum imbecillitas ; ea est humani intellectus infirmitas. Viderit tamen perfectissimè Iudex flagitium; nequit testis simul,ac Iudicis partes egisse, *glos.in l.ob.carmen*,§.*Magistratus*,*ff. de testibus*, *Auus meus ad Grammat. cit. decis.* 19. *sub num.* 8. imò iudicans ex priuata scientia, neque boni testis dicetur, neque boni Iudicis partes ex-
16 plesse. Iudicet,vt vulgò fertur,Supremum quodque Tribunal, tanquàm Deus, secundùm conscientiam. En Deus, vt visum est,iudicat quidem secundùm conscientiam; at à clamore, ideoque à probationibus manantem. Iudicet licèt vt Deus,intelligitur,quia iudicat in iustitia,quia diligit iustitiam iudicans terram; vel summariè simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij ; at neque ex hoc eximetur, vt teneatur iudicare secundùm acta,ex *text.in Clem.sæpè*,§.*verùm quia*, *&* § *sententia*, vbi *Card. vers.*19. *not. de verb.signif.Alex.cõs.*85.*col.fin.vol.*5. Vel sola facti veritate inspecta; at neque ex hac clausula poterit sine probationibus iudicare : cum ex vi illius possit tantùm fidem adhibere probationibus leuioribus, & non omninò concludentibus,*Menoch.cons.*361.*num.*17. *& de arbitr.lib.*1.*quæst.*24.*num.*4.*Nat. cons.*142.*nu.*16. *Roland à Valle cons.*7. *n.*3.*lib.*3. & aliquando ex coniecturis, & præsumptionibus, *Boss.in tit.de Princip.num.*77. *Bertaz. lib.*1.*cons.crim.*41. *num.*28.*&* 249.*num.*18. *Bec. consil.*52. *num.*84. *Ludouic. comm. conclus.*45. ac verisimilitudine, *de Franch. decis.*153. *nu.*5. *Cassan.in catal.glor.Mundi par.*5. *consid.*4. Vel demùm, secundùm æquitatem, quam semper præoculis habebit Iudex, *l.placuit*, *C.de iudic.l.quod si Ephesi*, §.*fin. ff.de eo, quod cert.loco*. Si velit iudicare vt Deus,qui iudicat populos in æquitate, *Psal.*66. cuius est Minister in terris,25.*quæst.*1.*cap.nec is*, *cap.non solùm* 23.*quæst.*5. debet tamen iudicare secundùm æquitatem regulis Iuris conformem, *cap. ex parte, de off. deleg. Gayl.obseru.*42. *num.*2. *lib.*1. ea enim æquitas, quæ Iuri difformatur, iniquitas est dicenda, *Panorm.in add. cap.ex parte*, *num.*3.

Arbitratori tamen licere iudicare iuxtà veritatem sibi quomodolibet notam voluit, *Bald. cons.*240. *lib.* 1. ampliatque *Lap.alleg.*178. *num.*9. *vers.*5. *& vlt.*in arbitro, & arbitratore simul, insequitur *Tusc.cit.concl.*398. *num.*22.

Iudex propterea sibi consulat,iurisq;
17 ordinem obseruet,cum aliquid constat sibi ex priuata sciẽtia,cuius oppositum intuetur probatum, poterit ex his,quę sibi constant,supplere pro parte, etiam in hijs, quæ sunt facti, *Bart.in l.vnica*, *C.vt quæ desunt Aduoc.*vbi *Bald.*plures enumerat casus, & in *l.filius*, §.*veterani*, *ff.de procur.Paul.de Castr.& Aret. in l. age*, *C. de transact. Felyn. in cap. cum ordinem*, *num.*18. *de rescript. Innoc.in cap.cum speciali,col.*2.*de appellat. Alex. cons.*186. *num.*15. *Card Tusc. in concluf. iur. verb. Iudex*, *concluf.*397. Vel procrastinare expeditionem causę, *Nouar.de grauam. vasall. grauam.* 127. *lib.*2.*num.*6. *Castill.decis.*94.*Giurb.decis.*99. *Mastrill.decis.*151.*par.*2. *Cicala Inst.de action.*§.28.*ex num.*33. Veritas enim,

Digitized by Google

enim, cuius magna est vis, quæ contrà hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraquè fictas hominum insidias, facilè se per se ipsam tuetur, vt inquit *Cicero in orat. pro Cellio*, & ex *Isidoro de summo bono*, recenset noster *Afflict. decis. 253. n. 7.* & rescribit *Constant. Papa ad Carau. in rit. 288. nu. 14. lit. A. & rit. 289. lit. B.* cuius tanta est potentia, vt nullius machinis, aùt cuiuscumque hominis ingenio, ac arte subuerti possit; & licèt in causis nullum patronum, aùt defensorem obtineat; ex se tamèn defenditur, eodem *Cicer.* clamante, quæque omnia vincit, *Flor. cons. 15. num. 10.* emittet tandèm suos radios, triumphabit labente tempore de mendacijs, imò quò agitatur, ac conturbatur magis, eò mox nitidior splendescet, *Specul. tit. de Aduoc. §. 3. vers. porrò, Franc. Curt. iun. cons. 116. in princ.* ficut enim in ea pullis mendaciorum coloribus conuelanda, plurimus est labor; ita in ea eruenda, pristinoque candori reddenda, minimus insumitur, *Feder. de Sen. cons. 254. in princ.* Vel demùm Principem consulat, qui cum habeat facultatem, & condendi, & antiquandi leges, rescribet, quid Iudici studiosissimo, tùm iuris obseruandi, tùm veritatis amplectendæ erit faciendum in ciuilibus; in criminalibus autem magis, magisquè deprecabitur Principem, vt gratiam talitèr ei indulgeat, *Rebuff. in Constit. Franc. tom. 3. tract. de Sentent. art. 3. glos. vn. num. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 48. Auus meus ad Grammat. decis. 19. ex num. 9.*

Contigit id annis longè elapsis sub
19 regimine Exc. Ducis Ossunæ obseruari: Cum enim esset proclamatus ordo, nè quis miles, sub pœna capitis auderet stringere ensem per Ciuitatem ob frequentiam militum in ea degentium, tres iuuenes incauti, ioco potiùs, quàm seriò strinxerunt enses, quocirca capti, & condemnati fuerunt per Iudicem delegatum D. Reg. Marcum Antonium de Ponte, qui comperta eorum innocentia, certiorem de ea Principem fecit, à quo gratiam exorauit; dùm ergò ducerentur ad patibulum, publicata gratia in medio itineris, pœnam mortis euaserunt, penès Barresium Act. Mag. vt testatur *Thor. par. 3. compend. sect. 1. verb. Iudex in causa criminali, pag. 606.*

Quapropter non multis ab hinc die-
20 bus in congressu Virorum, integritate, conscientiaquè enitentium, literisquè, aiebam, Iudices non modò peccare, teneri de falso, ac plecti posse, non sinentes scribi per extensum, quicquid deponant ad fauorem Rei testes à Fisco adducti: cum falsitas committatur, tàm in dicendo id, quod est falsum, quàm in tacenda veritate, *glos. & Bart. in l. Presbyteri, C. de Episc. & Cleric. Alex. cons. 2. num. 6. & 7. vers. alia ratione, lib. 7. Bertazzol. cons. 218. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 310. de Franch. decis. 222. num. 7. Capyc. dec. 39. num. 2.* & adsunt in Regno *pragm. 6. de actuar. §. 4. 21. §. 8. & 29. §. 50. de offic. mag. Iust.* meminit *Viu. lib. 3. commun. opin. 907. nu. 5. Nouar. de grauam. Vasall. tom. 2. grauam. 60.* sed etiam nolentes examinari testes, qui antequàm iurent, fatentur, se nihil habere dicendum pro Fisco, sed pro Reo. Quæ mea sententia excepit sanè omnium illorum circumstãtium plausum, quicquid dixerit *Card. Dominic. Tuschus in concl. 412. num. 4. verb. Iudicum errores, tom. 4.* ibi: *Est verum, quia possunt non examinare testes non facientes pro Fisco, antequàm iurauerint; sed postquàm iurarunt, & cœperunt deponere, non possunt omittere describere totum dictum*: & cum *Tuscho*, ipso non laudato, *Scaccia de iudic. cap. 86. num. 9.* quorum effatum meritò improbant *Guazzin. ad defens. Reor. defens. 14. cap. 2. nu. 5.* omniumquè optimè *Farinac. de testibus, quæst. 74. num. 16.* & insectatur *Giurb. cons. crim. 23. num. 5.*

Id tamèn coarctat *Farinac.* quando scilicèt Iudex habet testem pro suspecto, & subornato: tunc enim inquit, *benè crederem, Iudicem posse illum licentiare, nec suam depositionem in scriptis redigere*, & dixerat *Clar. §. fin. q. 23. in princ.* Atq; hanc restrictionem pro-

Digitized by Google

bari à *Guazzin. citat. num.* 5. credidit *Giurb.* Verùm *Guazzin.ibidem*, potiùs illam sibi non placere indicat *in fine versic.& dum quærunt*, ibi : *Prout nec minus placet*.

Sed quidquid sit, indubitati esse debet, in neutro foro licere id, quod *Tuschus*, & *Scaccia* nulla ratione, aùt authoritate solida ducti, scripsere. Illi tamen excusandi fortè, vel quia non sermocinantur in terminis Statuti Romani, relati à *Farinac.* vel ante nouam reformationem Pauli V. Pontificis Maximi, de quibus fatur *Guazzin.* quoq; *mem.cap.2.num.3.*

Sed re vera nulla excusatione digni censentur Auctores illi, & quiqui sint ex ignorantia Statuti, ac reformationis indicatæ : illis enim præcisis, Ius Commune naturale postulat, vt Iudex omni studio veritatem inquirat, quæ coarctanda minimè est, *l.2.ff.de interrogat.act.Becc.conf.*145.*num.*21.*Franc. Marc. decis.*382. *num.*1. *par.*2. *Diana tract.*8. *resp.*41. *Dicastill. de iust.lib.*2. *tract.*1. *disp.*5. *dub.*9. *Foller. in prax. crim.in præfat. num.*30. Iudexquè debet esse medius inter Fiscum, Actorem, & Reum, & non ipsius Fisci patronus. Et proindè, sicuti iure, ac meritò displiceret Fisco, si Iudex audita extraiudiciali depositione pro Fisco faciente, vt Reo faueret, nollet testem examinare; ità oppositum Deum timenti displicere debet, vt in simili, imò (ni fallor) in puncto obseruat *Guazzin. cit. num.*5.*versic.ac etiam si talis diligentia.* Præterea fortiùs id vsurpari non debet contra Reum, cuius causa fauorabilior est, quàm Fisci, vt ex alijs *Guazzin. eod. versic.* aduertit, siue Iudex procedat ad accusationem, siue inquirendo, quasi procedens inquisitionis via sit veluti accusator, (vt censet *Bart.in l.*2. §.*si de publico, nu.*16.*ff.ad l.Iul.de adulter.* ibi : *In inquisitione Iudex assumit partes accusatoris*, accusator autem non tenetur inquirere veritatem, sicuti Iudex qui, vt talis, esse debet indifferens ad absoluendum, & ad condemnandum iuxtà merita causæ) semper enim, & qualitercumque in foro animæ veritatem attendere, obstringitur etiam ex officio, vt ipsemet *Bart.* monuit *in l. si non defendatur*, *ff. de pæn. Petr.de Anchar.in cap.cum clamor*, *n.*4. *de testib. & attest.* & dicebat *Cic. de offic.* 1. *Bono enim Iudici propria est veri exquisitio, atque inuestigatio.*

Iàm verò liceat mihi, cum sermo sit
21 de notorio, opportunè hic, latiorique calamo agere de axiomate, de quo bis in his Commentarijs in *Ritu* scilicèt 265. *nu.*64. *lib.*2. & in eodem *Rit. num.*39. *lib.*3. egi : nempè, notorias suspiciones posse semper proponi, & expedìri, neq; subesse limitationi temporis contentæ in *pragm.*8. *&* 15.§.69. *&* 22. *ac pragm.*18. §.2.*de suspic. Official.*

At quia huiusmodi axioma nostris
22 hisce temporibus perperàm fuit intellectum, pleniorem dedit ansam litigantibus struendi, instaurandiquè dilationes, vt quod ad commune bonum inductum fuerat, proprijs fortunis inhiantes, ad corruptelam, non sine maximo iustitiæ detrimento, atque innocentiũ sumptibus perduxerint. Quandoquidem idem si fortè Ministrum, quem integritate, doctrinaquè præditum animaduerterint laturum contra ipsos suffragium, quia malam sentiunt fouere causam, cum dies tandèm faciundi iudicij, causæquè decidendę aduenerit, post varios casus, maximorumquè laborum discrimina, eum Iudicem suspectum commentis, emendicatisquè suspicionibus allegant, ac freti hoc dicterio, notorias suspiciones non circumduci vllo statuto tempore, eas procacitèr proponunt, & sœpè numero admittuntur simplicitèr absque eo, quòd dijudicetur, quodnàm notorij genus sit? Quamobrem cauillosi litigatores, probos Iudices, iustitiamque parùm curant. At scelus hoc tàm enorme, quod tanta rerum iactura partes, remquè publicam totam afficit, Diuina bonitas non relinquit impunitum; siquidem præter supplicia, quæ leguntur apùd Historicos cœlitùs demissa huiusmodi calumniatoribus, & aduertit *Consil. Statban. ad obseru.* 118.

*num.*1.

Digitized by Google

num. 1. *centur.* 2. docuit experientia, recusantem victorem futurum fuisse in causa, nisi recusasset Ministrum illum, qui pro eo, qui recusauit, laturus fortasse fuisset suffragium.

Porrò *DD.* nostrates, & Nos, cum 33 de notorijs suspicionibus verba fecimus, intelleximus de suspicionibus simul notorijs iuris, & de iure, indubitatisquè iuris, & facti, quæ nulla tegerentur simulatione, nulloquè prorsùs adminiculo probationum egerent, & de his sermonem habet *Reg. de Marin. lib. 2. resol. cap.* 114. *num.* 16. de quo *cit. in loc.* memini, & dilucidiùs *Bald. in l. eos, num.* 4. *C. de appellat.* ibi: *Ista enim est suspicio iuris, & de iure, quæ non indiget recusatione, adeò quòd etiam si procederetur sponte coràm eo, processus est irritus ipso iure, quod tene menti,* & non dissentit *Iason. in l. qui iurisdictionem nu.* 7. *ff. de iurisdict. omn. Indic.* ibi: *Nota, quòd sententia lata per Iudicem suspectum suspicione iuris est ipso iure nulla, etsi per partem non fuerit recusatus,* insequuntur *Albert. Brun. cons.* 30. *lib.* 1. *Cancer. var. resol. cap.* 13. *de iurib. Castror. num.* 197. & alij apùd *D. Cons. Blas. Altimare tom.* 1. *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 20. *num.* 56. & in suo casu de simili notorio, quod adeò manifestum est, vt nulla tergiuersatione celari possit, scripsit *Nauarr. in manual. cap.* 21. *num.* 56. *& cap.* 25. *num.* 73. *& Vermigl. cons.* 140. *num.* 3.

Nunquàm ipse dixi *citatis in locis*, notorium factum, aut notoriam causam suspicionis, aut instantiæ, quæ fit pro suspicione, posse quandocunq; proponi, & discuti, etiam post terminos à *pragmaticis* præscriptos; sed vsus fui verbis valdè appositis, & non ad eludendas *pragmaticas*, sed ad promouendam iustitiæ æquitatem: nempè dixi, *Notorias, & in propatulo habitas suspiciones posse quandocumque proponi,* quæ verba sunt digna peculiari consideratione: nàm aliquando hoc nomen *Notorij* sumitur in lata quadam significatione, quatenùs comprehendit in se aliquam rem notoriam, quæ tamèn non facit totum complexum esse notorium: vel quia factum est quidem notorium; sed notoriè non applicatur casui, de quo est sermo, vel quia causa, vnde prætenditur probari suspicio, est quidem notoria, sed non producit effectum notorium, de quibus varijs *Notorij* acceptionibus loquuntur *dd. Marsil. in repet. rub. C. de probat. in* 41. *col. cum tribus seq. in l.* 1. *§. si quis dicatur in* 5. *col. & in l. pen. in princip. ff. de quæst.* videlicèt, notoria est inimicitia, sed notorium non est, imò valdè anceps, vtrùm sit capitalis, nec ne? Notoria est inimicitia, sed notorium non est, vtrùm duret post lapsum longissimi temporis? vtrùm fuerit reconciliata eo pacto, vt potiùs transierit in arctissimam amicitiam? vtrùm applicetur alteri, quàm principali inimico, scilicèt principalis inimici Consanguineis, vel Affinibus? in his, & similibus sexcentum casibus amoris, vel odij notorium est aliquod factum, sed non est notoria suspicio ex illo facto proueniens; quapropter indiget longa discussione, & lite, vt suspicio notoria probetur, quod si indiget iurgio, indiget paritèr, vt in ea promouenda adhibeantur ordines procedendi, qui in huiusmodi controuersijs præscribuntur à *pragmaticis* sine exceptione loquentibus. Notorium enim, vt à *Panorm.* definitur, est plena rei notitia inducens indubitatam, & finitam probationem discussione non egẽtem. Collimatque, quod definiuit *Alex. III. in cap. consuluit, de appell. & recusat. supplic.* ibi: *Sed cum multa dicantur notoria, quæ non sunt, prouidere debes, nè quod dubium est, pro notorio videatis habere.* Adamussim id perpendit *Menoch. cit. casu* 235. dum post alios dixit, quòd vbi notorium aliquam excusationem habere potest, ordo iuris obseruandus est, ea quippè ratione, quia quotiescunque huiusmodi excusatio est talis, vt pariat litem, nulla est causa, cur debeamus ab ordine iudiciario, iuxtà legum præscripta, recedere, qui quidem *Menoch. casu* 542. *lib.* 2. *cent.* 6. sermonem habens de notorio permanenti, dicit, non esse attendendum ordi-

ordinem iudiciarium,ex *cap.quanto, de translat.Episc.cap. quæ Lotherius, qu.1. Aretin.cons.163.n.3. Gramm.decis.36. n.44.* attamen vbi notorium aliquam excusationem habere potest, sit ordo iuris seruandus,ex eodem *Aretin.n.6. Curt.sen. cons.21. Clar. lib.5.sentent. §.fin.quæst.9.vers.quaro numquid.* Qua ratione in puncto suspicionũ ductus *Io: Maria Nouar. in cit. prag.15.* sic scripsit: *Pragmaticam non cogere recusantem ad faciendum depositum, quoties notoria est suspicio, quia tunc non exigitur causæ cognitio, sed sufficit allegare, quod notissimum est*, ex *Mastrill. decis. 151. à num.97. Franc.Marc.decis.498.nu.3.*

A contrario itàque sensu licet arguere, depositum esse faciendum, quando exigitur causæ cognitio,& adoriuntur lites, quas amputare quantum potuit nixa fuit *Pragmatica*;idemque dici potest de coarctatione termini, quę respicit ordinem procedendi in litibus:cum longè efficaciùs sit remedium ad dilationes amputandas, quàm sit pœna pecuniaria à pluribus neglecta. Cautè propterea exemi à statuto *Pragmat.* termino notorias, & in propatulo habitas suspiciones: etenim suspiciones, quæ his sunt affectæ qualitatibus, eximuntur à legibus *Pragm.* quandoquidem non comprehenduntur in *Pragmaticis*, neque dici possunt, contineri quidem in verbis dubijs, quæ exigunt interpretationem secundùm æquum,& bonum; sed potiùs dicendæ sunt omninò non comprehensæ; clarè enim *Pragm.* loquitur de causis, videlicèt, de lite suspicionum, quæ non habetur, quando suspicio est notoria,& in propatulo habita: idest in notorio pressè, & propriè explicato, non in larga significatione,de quo loquutus fuit Rex Robertus in *cap. 217. incip. Prolixitatem*, ibi: *Exceptionem suspecti Iudicis Delegati, vel Ordinarij post contestationem litis oppositam; quæ dicitur postmodum emersisse, omninò cessare, & à Iudice non admitti; nisi dicta emergens suspicio sic lucidè liqueat, quòd euidenter, atque notoriè notabilitèr se ostendat*, & obseruat *Reg.Tap.super eod.cap.n.2. lib.3.iur.Regn.tit.de suspic.Official.* Huiusmodi enim notorium, iuxtà omnes Interpretes, releuat ab onere probandi, ac excludit litem, tanquàm manifestum, & omnibus patens, ex *text.* euidenti in *cap.euidentia,de accusat.*& tunc notorium non probari, sed potiùs allegari, clamant *II. CC. in rub.de probat.* quos memorant *Fermosin.in tit.de probat.num.7. Fagnan. in cap.vestra,de cohabit.Cler. & mul. num.94. in cit.cap. manifesta, & in cap.de manifesta,tit.eod. Vin.tom.2.cõmun.opin.548.incip. notoriũ,816.ex n.12.incip.Statuta,*& *Franc. Marc.decis.119.num.9.par.2. Vermigl. cons.111. num.8.* de quo notorio licebit quoque Iudici extraiudicialitèr se informare,*Capr.tract.de notor.memb.6. princ.nu.6.ad fin. Surd.cons.371. n.46. Gratian. discept.442. num.8. Vermigl. cit.cons.111.num.9.*

Propterea Statuto prohibente dici
24 de nullitate rei iudicatæ, non excludi notoriam nullitatem, scripsere *Bald.in l.1.C.ne lic.ter.pronoc.Felin.in cap.inter cætera, num.4.de sent.& re iudic. Barba.cons.38. Mascard. de probat. concl.8. num.17.vol.1.* etiam si Statutum non reijceret simplicitèr nullitatẽ; sed proponeret tempus, intrà quod de nullitate opponi possit, vt elapso termino recipi debeat notoria nullitas,quę probatione non indiget, & in qua non potest præsumi calumnia, post plures notat *Cancer.lib.2. var.resol.cap.15.de liter.requisit.ex num.44.* explosis *Natta cons.120.nu.15.Borgni.dec.19. num.6. par.3.* cœterisquè contrarium sentientibus, *de Marsil. sing.473.* & nos fusius in *rit.6.sub num.8. vers.nullitates verò,lib.1.* quin obseruat mirificè *Cel. Hugo cons.48.num.8.& cons.87.num.3.* quòd etiã vi Statuti, parte excluſa,posset Iudex ex officio huiusmodi nullitatem deducere,& sic non exequi;confirmãt *Mandos.ad Roman.cons.51.lit.B. vers. excusationem, Reg. Capyc. Latro decis.69.num.26. Cons.Prat.in respons. crim.34.ex num.22.*

Nusquàm quidem fuit simplitèr de
25 mente *II.*CC.in hoc Regno excludere à terminis *Pragmat.* notorias suspicio-

Digitized by Google

ciones, quæ egent iurgio, & probatione; sed tantùm illas Iuris euidētes, ac claras in sensu rigoroso, quæ sunt in propatulo, nulla prorsùs indigentes probatione, quas Ius ipsum remouet, illisquè resistit; de eiusmodi enim notorietate, & euidentia est casus omissus, & non per interpretationem deductus, tanquàm ex argumento; sed ex ipsa proprietate verborum veniens; vbi autem adest, & est opus controuersia, militat regula generalis per verba generalia, & clara omninò, & illimitatè expressa, quod effluxo termino, tempora non largiantur, & in hoc sensu in *ritu* 265. *num.* 39. *tom.* 3. taxaui *Cafar. in specul. qu.* 48. tuendo responsum *Cons. Onufry de Palma* apùd *Thor. in suppl. compend. verb. Suspicio quando*, & *D. Cons. Staiban. in obser. ad ref.* 118. loquentem de manifestissima suspicione orta ex affinitate, quam *D. Staibanus* fatetur fuisse veram, & apertam, & in ea contendebat (etsi oppositum decisum) militare adhuc *Pragm.* Sanctiones. His enim in casibus: nempè consanguinitatis, vel affinitatis in gradu, prout aduocationis, sat esse, quòd etiã in actu expeditionis causæ, pars collitigans hoc vti notorium opponat, testis est *Regens de Marinis ad Reuert. decis.* 517. *num.* 5. cuius verba rescribit *de Luca ad Franch. decis.* 431. *sub num.* 4. adducens me in *ritu* 265. *lib.* 2. ac decisum notat, etsi inuitus, *Prat. lib.* 2. *discept. forens. c.* 16. *in fin.* & videtur non dissentire *Gipt. ad Capyc. Latro dec.* 164. *ex num.* 10. *lib.* 2. & obseruat Rota Romana, ipsa Rota teste, *decis.* 544. *n.* 39. *par.* 18. *recentior. tom.* 2. *Ridolphin. in prax. Cur. Roman. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 134.

Tandèmque quod alibi dixi, potis-
26 simùm in *rit.* 265. *num.* 188. *tom.* 3. hæc suspicionis materia plurimum dependet à Iudicis arbitrio, qui qualitates Ministri (sic aduertente *Reg. de Ponte decis.* 30. *num.* 13.) tempora, litigatorumque mores, & casus perpendet. Huc tendit Lacedæmoniorum Regis responsum percuntanti, quam ob causam non vterentur legibus scriptis? quoniam, inquit, eruditi, qui sunt, benèque educati, probant quid pro ratione temporis expediat, *Plut. in Lacon.* & notaui in *ritu* 184. *lib.* 2. Etenim Ius tributum quandoque, dictumue à Iudice, vt iacet, vt scriptum est, iniuria vocatur, politicumque regimen euertit, pessundatque.

Facultas hæc nostra denominatur
27 passim Iurisprudentia. Pars ea, quæ regit casum obliquum Iuris, est illud Prudentia; Pars verò recta est illud Iuris. Vnde melius fortasse, & modo magis significãti appellanda foret *Prudentia Iuris*: hoc est *Prudentia in Iure*, quasi Ius regendum sit à Prudentia, quæ si adsit, iàm continuò vnà cum ea omnes Virtutes aderunt, *Arist. lib.* 6. *Ethic. cap.* 13. *& lib.* 2. *Mag. mor. cap.* 3.
28 De cuius necessitate in Reipublicę Capitibus perorant *Gaill. de pac. public. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *Aegid. Roman. de regim. Princip.* 2. *par. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 11. *Velasc. de Iudic. perfect. rub.* 14. *ann.* 4. *num.* 8. *Xamar. de offic. Iudic. & Aduoc. par.* 1. *quæst.* 1. *num.* 65. *Fragos. de regim. Reipubl. lib.* 1. *par.* 1. *disp.* 1. §. 1. *& lib.* 4. *disp.* 9. *num.* 15. *Mirand. in direct. Prælator. tom.* 2. *quæst.* 5. *art.* 5. *col.* 2. *ad fin. Pegas. ad ord. Reg. Portug. lib.* 1. *tit.* 1. *glosa* 8. *tom.* 1. eamque cæterarum virtutum aurigam præconizat *Homerus* relatus ab *Homobono de statu homin. pag.* 103. ac eius originem è Cœlo deducit *Senec. in libro de spirit. & anim.*

Aduertendum præsertim, an illæ
29 suspiciones sint affectatæ? quas omnia Iura, & ipsæmet *Pragmaticæ* respuunt. Hanc affectationem respexit S. C. apùd *Reg. Rouit. decis.* 78. *Reg. Capyc. Latro decis.* 164. *tom.* 2. & me referente, in suspicione proposita à Marchione Latianæ in causa cum Maria Spinula creditrice patrimonij Andreæ Imperialis sui viri, & prouidit, quòd interueniat, & vti affectatam reiecit, cum illa mane, qua fuit suspicio proposita, decidenda erat causa, prout decisum in suis Senatibus testantur *Mastrill. decis.* 151. *num.* 28. *Castill. decis.* 6. *num.* 2. *Fab. in C. lib.* 3. *tit.* 4. *ne quis in sua causa, defin.* 7. *Fontanell. decis.* 19. *num.* 12. *lib.* 1. haùd enim concedenda, quæ malitiosè petun-

Digitized by Google

petuntur, *Couarr. pract.qq.cap.*14. *sub num.*3. *Afflict.decis.*235. *Gizzarel. decis.*40. & conferunt exarata apùd *Ludouis. decis. Rot.Roman.*414. *& Coccin. decis.*1811. *à num.*10. *&* 2128. *num.*27. in damnum boni communis, *Menoch. cons.*11. *ex num.*9. *Aym. cons.*118. *nu.*7. *Rota Romana decis.*117. *par.*1. *diuersor.* & coràm *Duran. par.*1. *decis.*18.

Aduertit propterea *Rebuff. ad Const.*
30 *Gall. tract. de recusat. & art.*9. *gl.unic.* Commissarios esse recusandos antequàm accedant ad locum accessus, aliàs reijci, ratione ab ipso *Rebuff.* perpensa *loc.cit. art.*1. *glos.*1.

Hæc vt meo muneri facerem satis, omnisquè auferatur hæsitatio in eo, quod scripserim, monere volui. Cœterùm iudicent in causis occurrentibus in terra integerrimi Senatores, vt Deus retributor bonorum operum in Cœlis.

Animaduertentes Excell. Regni Pro.
31 Rex, & DD. Collateralis Regentes, Viri, qua doctrina, qua probitate eximij, tot abusus, ac detrimenta ab innumeris suspicionibus, quæ calumnijs etiam obijciebantur (de quibus suis temporibus conquerebatur *Reg. Tap. lib.*3. *iur. Reg. tit. de suspic. offic. sup. ritu* 265. *num.*2. *lib.*3. *pagina* 177. & nostris *Cons. Staib. in obser. ad resol.*118. *ex n.*1. *cent.*2. vt lites, quæ per summam Reipublicæ iniuriam in æuum viuunt, iàm immortalitati traderentur) his damnis occurrere decreuere *Pragm.* euulgata die 2. Septembris 1689. (post hęc scripta) qua summa, qua pollent solertia, multa resecauerunt, in clariorem lucem protulerunt alia, tùm amorem complectentia, tùm odium, qui duo sunt poli, circà quos tota suspicionum machina voluitur, vt obseruaui in *ritu* 265. *num.*4. *tom.*2. quem locum laudat *D. Consil. Blas. Altimar. de nullit. add. quæst.*20. *num.*48. *rub.*9. atque inter cœ-
32 tera *Pragmat.* declarauit, suspiciones omnes notorias complecti terminis à *Pragmaticis* statutis, siue ad illas proponendum, siue ad prosequendum quamuis autem Princeps nequeat tollere recusationes vti manantes iure naturæ, vt ex pluribus notaui in *rit.* 265. *num.*7. *tom.*2. *& eod. ritu* 265. *num.*5, *tom.*3. attamen potest eas moderari, interpretari, & hæc moderatio, vel interpretatio iuris naturæ pars erit, vt monet *Picer. Peck in cap.*2. *de reg. iur.* his verbis: *Ius naturæ interpretationem assumere, & ratione moderatrice, quæ & illius iuris naturæ portio est*, Angelicus Doctor *S. Thom.*2.2. *quæst.*57. *artic.*2. *Molin. de iust. & iur. tom.*1. *tr.*1. *disp.*4. *Sot. de iust. & iur. lib.*1. *quæst.*5. *art.*5. *Anastas. Germon. in tract. de sacror. immunit. lib.*3. *cap.*15. *num.*72. *Anguis. cons.*28. *num.*10. *Lucian. de ampl. Summ. Pontific. potest. ex num.*19.

Abolitio verò in eadem *Prag.* à Su-
33 premo Areopago facta *Prag.*20. *de suspic. Official.* quæ statuebat, Iudicem suspicionis in vna causa inustum, in reliquis omnibus recusantis non posse interuenire, adeo quòd in illa contentum remaneat sub dispositione Iuris Communis, vt erat ante ipsius promulgationem, maximum Reipublicę bonũ continet; quod ego iam diù præstolabar, ipsumque Senatum eą de re enixè efflagitaui in *Ritu* 265. *num.*8. *tom.*3. Faxit Deus, vt pia hæc nouissimæ
34 *Pragmaticæ* dispositio diù victura sit in posterum, suoque robore permansura, à qua nè discedatur, sed omninò, vt iacet, nulla explanatione, nullaque interpretatione admissa seruetur, Iudicibus, quorum interest, enitendum est, quibus duo adsunt Tutelares Angeli, alter vt priuatis Viris, alter vt Reipublicæ Administris, *S. Thom.*2. *dist.*1. *par. quæst.*1. *art.*2. *ad* 4. *Præsul Alphons. Tostado de madrigal. in cap.* 18. *Mathæi quæst.*57. *D. Ioan. de Solorzan. emblem.*24. quos laudat *D. Cons. D. Petrus Antonius de Chauarri, & Eguia* Eques Ordinis Calatrauæ, & Collega meus, in eleganti *didascalia multipl. veter. med. & nouæ Iurisprud. tom.*1. *cap.*4. *de iur. iur. num.*35. *pag. mihi* 91.

RITVS

RITVS CCLXXXV.

ITem seruat dicta Curia, quòd cum actor, vel reus petit repulsam, tunc Curia interrogat aliam partem, si vult etiam repulsam, & vbi voluerit, datur ambabus partibus; vbi non vult, sed abindè ad quindecim dies petat, vel circa, iste alius, tunc Curia præsumit, quòd ille qui tunc non voluit, fecerit causa protelandi, quia tunc noluit, cum potuerit petere, & esset facta publicatio pro vtraque parte, & ideò quando postea petit, Curia cum maiori deliberatione concedit dictam repulsam ei, qui tunc petijt, idest magis differt Curia, antequàm concedat, multoties ante concedit ex causa prædicta, vel alia arbitrio dictæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Terminus repulsæ non nisi volenti conceditur.*
2 *Repulsa an sit deneganda, si fraudulenter petatur? quidnè fuerit à* Pragm. *sancitum ad calumniam resecandum.*
3 *De stylo S.C. illa quandocunque conceditur, dummodò petita in actu conclusionis.*
4 *Termino elapso minori, alteriquè priuilegiato non conceditur, neque restitutionis remedio, quod quamuis in multis casibus impartiatur, non tamen in causa repulsæ.*
5 *Defenditur sententia esse restitutionem concedendam, & fit mentio decreti S.C. & occurritur obiectis exaduerso.*
6 *Quid in praxi seruandum, maximè in nostro Senatu, & in causis pauperum. Perpenditur* Rit. M.C. 73.
7 *Testes in termino citati possunt in causa repulsæ recipi elapso termino. In causa principali neque recipiuntur ad instantiam cuius fuit facta publicatio.*
8 *Petens repulsam, an instante parte teneatur declarare speciem repulsæ.*
9 *Actione iniuriarum teneatur nè obijciens crimina testibus, non probando?*
10 *Repulsa sit nè concedenda contra testem omni exceptione maiorem. Refellitur effatum* Antoni, *& aliorum testes nobiles, & legalissimos posse examinari post conclusum in causa, & absque iuramento, vel citatione ad illud præstari videndum.*
11 *Depositio principalis, an, & quando sit concedenda in causa repulsæ.*

1 EX *Ritus* verbis colligitur, non nisi volenti concedi terminum ad repulsam, atq; elargitum non opitulari vtriq; parti, at illi tantùm, qui posuit, tametsi contrarium subsistere in termino probatorio notauerim super *Ritu* 90.

2 Cùm pars interrogata repulsam velle recusat, si deinde post quindecim dies, vel circà, instèterit concedi, maturiori consilio vtendum esse, antequàm concedatur, monet insuper *Ritus* ob suspicionem fraudis, quòd causa protelandi expeditionem distulerit. Supponit itàq; denegandam si vel constaret de fraude, vel grauis illius extaret præsumptio, eamquè præsertim vigere, si diù post quindecim dies petierit. Ad hanc malitiam, calumniamque resecandum sanctio *Pragm.* 11. *incip. cursu dilationum, de ordin. iudic.* certum statuit terminum ad repulsam petendum, quo elapso, præcludatur via; cui nostrę municipali Sanctioni concinit Constitutio Pedemontana, quam extricat *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3.
3 *cas.* 239. Verùm antiquus mos inoleuit in S.C. illam concedi quandocumque, dummodò petitam in actu conclusionis, vt notaui in *Ritu* 73. *num.* 11. *lib.* 1. & tangit *Regens Sanfelic. in prax. sect.* 57. *num.* 6. *Nouar. in cit. pragm.* 11. *collect.* 11, *num.* 7. ac decisum fuit per S.C. die 13. Maij 1680. referente D. Consil. D. Antonio de Ponte, in causa viduæ Camillæ Carissimo cum Barone Iosepho Rotundo, & Anna de Gratia coniu-

Digitized by Google

coniugibus, in Banca Figliolæ.

Termino autē elapso, minor, ac quiquis priuilegio munitus, neq; sanctissimo in integrum restitutionis remedio admittitur: quamuis enim aduersùs temporis lapsum illud impertiatur, vt in petenda inuestitura infra annum, in *cap. Imperialem, §. præterea si quis infeudatus, de prohibit. feud. alienat. per Federic.* & *glos. Bald. num. 1. Iacob. de Belued.* & alij ibi, *Andr. de Isern. in cap. 1. §. si minori si de feud. fuer. controuer. n. 1. in fin.* & *cap. Imperialem, num. 2.* Aduersùs præscriptionem triginta annorum, in *l. sicùt, in princ. C. de prescription. 30. vel 40. annor. glos. ibi verb. Militia, Hodiern. ad Surd. decis. 4. num. 46:* In sorore non dotata à fratre ante decimum sextum annum, *Afflict. dec. 370. Capyc decis. 96. nu. 14. Franch. dec. 473. Giurb. decis. 18. num. 7.* siuè Actor, siuè Reus sit, *Sfort. Odd. de restitut. in integ. quæst. 36. Didac. Perez ad l. 8. tit. 4. lib. 2. ordination. col. 394. in fin.* ex *l. 2. Hyspan. tit. 20. lib. 4. nouæ recollect. Reg. Tapia lib. 3. iuris Regni tit. de integ. restitution. minor. num. 14. fol. mihi 192.* Aduersùs peremptionem instantiæ, *Thor. par. 2. compend. verb. Instantia.* Ac omissam allegationem exceptionis dilatoriæ, *de Franch. dec. 290.* & *439.* Aduersùs annum ad retrahendum à consuetudine datum, *Napodan. ad consuet. Neap. tit. 17. de iure congrui, num. 50. Tepat. lib. 2. variar. tit. de retract. col. 1. Giurb. decis. 78.* alijsque in casibus apùd *Maurit. Bolan. de restitut. in integr. cap. 286. Tusch. concl. 643. nu. 8. Ann. sing. 305.* ex *text. in l. 3. §. si hares, ff. de minor.* ex quibus deducitur regula in integrum restitui aduersùs lapsum temporis, *Baldus in l. pupillorum, C. de repud. hæred. Alex. cons. 119. Sfort. Odd. cit. quæst. 86. n. 38.* & *43. R. Galeota controu. fiscal. 30. num. 43.* Tamen in causa repulsæ, cuius terminus, tanquàm odiosæ, currit de momento ad momentum, vti cōtinens reprobationes testium, & obiectus criminum; non dari voluere *Oldrad. cons. 3.* post *glos. in Clem. non potest, verb. Electi, extrà de procur. Carau. in rit. 71. num. 5.* ex *text. in l. auxilium, ff. de minor. Cappell. Tholos. decis. 53. Lopez de donat. inter vir. & vxor. in cap. per vestras, §. 26. in fin.* quem laudat *Auus meus ad Capyc. decis. 62. num. 2. Isern. in Const. obscuritatem,* ibique *Afflict. quæst. 3. num. 8. Reg. Rouit. in cit. prag. 11. de ord. iudic. num. 20.* & hanc aleam insectatus fuit noster Senatus in causa Vniuersitatis meæ Terræ Caccaboni de Prouincia Comitatus Molisij, cum hæredibus Baronis Franciscì Antonij Marchesciano sub die 8. Iulij 1645. referente D. Consil. Scipione Theodoro, in Banca Figliolæ, prodijtque scitum, *quòd procedatur ad expeditionem causæ principalis oppositis non obstantibus,* illam proinde excludendo à repulsa contra testes examinatos ad instantiam Actorum in termino secundi beneficij, ipsis vti minoribus impartiti.

4

At pace, & venia tanti Senatus, quem non nisi validis rationibus adductum crediderim, maxima insurgit difficultas: cum indubitati sit, Vniuersitati restitutionem competere ad instàr minoris, ex *text. in l. Rempublicam, C. de iur. Reipubl. lib. 11.* quem laudat noster *Carau. in ritu 233. Gram. consil. ciuil. 77. n. 7. Vrsill. ad Afflict. decis. 257. num. 179. Gizzarell. decis. 21.* quamuis minimæ, *Afflict. in pralud. Const. quæst. 5. num. 14. Gallup. in prax. par. 2. cap. 31. num. 8.* & ante eos *Bald. in cit. l. Rempublicam, Auus meus ad Capyc. decis. 109. num. 1.* Minori autem illud spectare, concurrente lesione, omnes aduertunt, *l. nàm posteà, §. si minor, ff. de iur. iur. l. verum, §. item non restituitur, ff. de minor.* nec opus est, læsionem probari, quando se læsum dicit ex lapsu temporis, & sat esse illud esse elapsum, *cap. auditis, & cap. coràm, de in integr. restit. Rebuff. de restitut. artic. 1. glos. 3. num. 10. Cacheran. decis. 157. nu. 3.* & *4.* maximè cum sit fauorabile remedium, & in dubio concedendum, *Dec. consil. 556. Afflict. decis. 330. num. 2. Tiraq. de retract. §. 35. glos. 2. num. 2. Crauett. cons. 102. num. 37. Consil. Marcian. consil. 45. num. 17.* & in qualibet dispositione etiam generali non inclusum,

5

glos.

glos. in l. postquàm liti, C. de pact. l. sicut, C. de præscript. 30. annor. in l. 2. §. legatis, verb. Conueniuntur, ff. de indic. de Franch. decis. 431. ex num. 2. Guttier. pract. qq. ciuil. lib. 3. cap. 32. n. 15. Raud. de analog. cap. 33. nu. 141. ex l. illud, §. fin. ff. de minor. Tusc. verb. Restitutio, concl. 296. & hanc aleam statuentē, eiusmodi beneficium in causa repulsæ impartiendum, amplexus fuit Senatus Burdegalensis apùd *Nicolaum Boerium dec. 245. num. 7.* insequuntur *Cald. Pereyra in tract. de restit. in integr. super l. si curatorem habens, ff. de in integr. restitut. minor. verb. Læsis, num. 5.* & ex nostratibus, *Foller. in prax. crim. claus. concedatur repulsa, num. 23.* ac indiscriminatim *Imbrian. de repuls. par. 1. consid. 1. num. 133.* illamque insequi videtur *de Franch. decis. 421. ex nu. 9.* & *Reg. Sanfelic. in prax. indic. sect. 57. num. 10.* licèt anceps existant *Capyc. decis. 162.* & *Muscatel. in prax. par. 6. glos. aduersa, in add. lit. B. vers. tertius casus.*

Effatum verò, quòd ad crimina, seù obiectus criminum minimè restitutio concedatur, non adeò facili calle procedit: Nàm *DD.* pro explicanda memorata regula, varios fingunt casus, qui ad duos reducuntur: siquidem, aùt minor est læsus, seù læderetur ex delicto alterius, & tractatur de consequendo lucrum ex alieno delicto, licèt secundariò veniat commodum minoris, & tunc reddendus *in integrum* non est; vel id, ad quod restitutio petitur, est principalitèr commodum, & emolumētum minoris, quamquàm secundariò veniat aduersarij iniuria, & tunc benè competit restitutio: qua distinctione vtitur *Sforza Odd. cit. tract. par. 1. quæst. 4. art. 9. fol. 39.* comprobat *de Franch. add. decis. 421. num. 9. add. ad Muscatell. in prax. par. 6. glos. aduersa, lit. B. Capyc. decis. 62. in fin.* atq; concinunt exarata *à Reg. Reuert. decis. 33.* confertque *decisio Afflict. 390.*

Quin alij affirmant, siue sit, vel non commodum pecuniarium, semper minor restituatur aduersùs exceptiones criminosas non oppositas, vt apùd *Io: Maurit. Bolan. in tract. de restitution. in integr. cap. 262. quint. volum. tract. fol. 179.*

Etiam poterit occurri, quòd regula prædicta procedit in odiosa personarum reprobatione, non in ea, quæ aduersùs dicta concipienda esset, prout benè distinguit *Imbrian. loco adduc. num. 135. Capyc. indic. decis. 62.* collimat: nàm licèt ego non possim repulsare testem partis, quem pro me examinaui, vt in *cap. constitutus, de testibus*, possum attamen illum testem reprobare quòad dicta, *Capyc. decis. cit. 62. n. 6.* ex *Salycet. in l. si quis testib. C. de testibus, decis. Auenion. 53. num. 14. Regens Rouit. pragm. 2. de ordine iudicior. n. 24. Auus meus ad Capyc. decis. 39. num. 2.* & dixi in *cit. Rit. 73. num. 10. & 11. lib. 1.*

Ex quibus nec *II. CC.* ex aduerso in contrarium laudati aliquid probant. Nàm *Cappella Tholos. cit. decis. 53.* sermocinatur in odiosa personarum reprobatione, vt benè *Imbrian. 5.* vel quando principalitèr petitur ad opponendum crimina. Neque *Caranit. in cit. ritu 71. num. 4. Isern. & Afflict.* ac *Reg. Rouit.* in quibus aduersarij videntur canere triumphum. Nam *Caranit. Isern. & Afflict.* loquuntur, cùm minor petit repulsam in causa criminali, quando scilicèt veniret læsus ex delicto alterius; non quando restitutio petita tendit ad principale commodum minoris, vt liquet ex *text.* quem adducunt in *l. auxilium, ff. de minoribus*, qui vendicat locum, quando minor principalitèr ex delicto, vel ad vindictam peteret repulsam, vt benè perpendit *de Franch. decis. 421.* & *Reg. Reuert. decis. 33.* Ac *Reg. Rouit.* sermo est in diuerso casu, quando esset petita repulsa, illaque concessa, latoque termino dato ad repulsandum testes, minor peteret restitutionem in integrum ad pinguiùs probandum, & tunc, inquit, restitutionem concedendam non esse. Quod longè distat ab hac thesi, in qua non fuit nec petitus, nec concessus terminus ad repulsandum testes: primo nàmque casu culpa sua minor non probauit; altero verò casu incuria non fuit petita, & sic læsus. Imò

Digitized by Google

*Reg.Rouit.*nititur *Afflict.in Const.obscuritatem*, & *de Franch. cit.dec.*421. qui sermonem habet in diuerso casu, de quo *Rouit.* vt notat *Muscatell. d.par.6. glos.terminus*, *in addit.lit.B.*

Postremò, quem animum non flecteret miserrima minorum, seù Vniuersitatum paupertas in similibus casibus? qua paupertate, alijsque circumstantijs, concurrentibus insimùl cum læsione imminenti, prudentis Iudicis arbitrio remittimus, sit ne illa concedenda, nec ne? 6

Atque idemmet *Ritus* 73. præfiniens tempus octo dierum ad repulsam petendum, subnectit, *nisi iusta causa*. Quæ maior iusta causa, quàm ipsa læsio, *Io:Bapt. Costa de remed.subsidiar.cap.*46.*num.*7.*& cap.*47.*num.*10. quàm ipsa paupertas, quæ sola excusat à desertione appellationis, & pauper in integrum restituitur, *Cremens. singular.* 121. *Fontanell. decis. Cathal.* 106. & à multis alijs, de quibus *Cornelius Bonincas. & Gabriel. Aluarez. de Velasco* peculiares tractatus fecerunt, *Gulielm.Rouill.de iustit.& iniustit. c.*8. *tom.*1. *Cardan.Tallada tract.de la visida de Carcel.cap.*16. *&* 17. *Thom. Adr. de infirmit. par.* 1. *cap.*13. *&* 25. *Auus meus ad Gramm. decis.* 85. *num.*11. & alij à me adducti in *ritu* 260. *num.*42. *lib.* 2. maximè in nostro Senatu æquitatis Typo, *Reg.de Ponte cons.*83. *n.*4. *vol.*2. Patre iustè litigantium, præsertim Vniuersitatum, & pauperum, qui in iudicijs malè auribus excipiuntur: cum eis præstò non sint, quo manus possit impleri, §. *nec latent*, *Auth. vt omnes obed. Iudic.* eòque maximè, si pars aduersa opibus fulcta sit, & contrà diuites non sunt lites instituendæ, *Palm. in diuers.Iur.Comm. & Regni in præfat.num.*19.

Testes verò in termino citatos recipiendos esse in causa repulsæ, illo elapso, pro vt seruatur in causa principali contra *Carau.* aleam in *rit.*69.4.*notab.* quem insequuntur *Nouar. de grauam. vasal.tom.*3.*grau.*45.*nu.*3. alijq; & decisum indicaui in *ritu* 73. *sub num.* 7. quod insequuta fuit M. Curia die 2. Maij 1667. relatore D.Consil. & Præside R.C.D.Michaele Muscettola, tunc Iudice, penès acta præambuli Vincentij Commentile, in Banca Garrupæ; est enim illa species defensionis, *Imbrian. de repuls.consid.*1.*nu.*32. *Giurb.dec.*26. *num.*1. *Mastrill. decis.*272.*num.*45. & proinde citrà calumniam sunt recipiendi, *Muscatell.par.*6. *glos.terminus*, *num.*6. Aduertas notabile, quòd praxis nostrorum Tribunalium, testes in termino citatos posse semper recipi, vim habet quòad partem, quæ non petijt publicationem, nàm expetès renunciare dicitur, ex *cap. series*, *col.* 3. *in fin.de testib.Pisanell.ad Pragm.Regn. rub. de publ. process. vers.publicatione aliqua*, *pag.*455. 7

Petens verò repulsam an declarare obstringatur speciem repulsæ, instante parte? affirmatiuè decreuit S. C. in mea Aula, referente D.Consiliario D. Petro Antonio de Chauarri, & Eguia, in causa hæredum D.Ferdinandi della Fragola cum Illust. Duce Mirandæ D. Francisco Caracciolo, sub die 18.Nouembris 1690. quòd scilicèt *Ill. Dux Mirandæ declaret speciem repulsæ*, in Banca Lombardi: sicuti priùs etiam decisum refert *Gallupp. in prax. S. C. par.*2.*cap.*28.*num.*15. ex doctrina *Bald. in l.ab Anastasio*, *in fin.C.mandati*, confertquè *cap.præsentium*, *de testib.in* 6.& ibi *Franc.in* §.*testes*, *num.*7. & iterùm agitato hoc articulo in S.C. expetente altera ex partibus declarationem speciei repulsæ quòad personas, & dicta testium, die 11.Decembris 1690. prodijt decretum, quòd *Cassandra Ricciardo declaret speciem repulsæ quòad personas tantùm*, referente integerrimo, & doctissimo Viro meo Collega, D.Nicolao Planelli, Actorum Magistro Licto, in causa Annæ Raguccio, cum Cassandra Ricciardo. Proindè ad hoc vt repulsa concedatur, fieri debet contra testes protestatio, prout *Troyss. in comment.sup.cit.pragm.*11. *de ordin. iudic.* aduertit, quæ non debet esse generalis, sed specifica, & exprimere qualitatem futuræ obiectionis: videlicèt de falsitate, & similibus, aliàs non susti-

Digitized by Google

sustinetur, *idem Bald.* post *glos. in cap. Pastoralis, de except.* clamans esse notabile, & satis errare Aduocatos; Quod si facta huiusmodi protestatione, testis posteà aliquid deponat in protestantis beneficium, nihil probat, ex *cit. cap. præsentium, in fin.* & ibi *Felin.* Verùm ad hoc vitandum cautelam indicaui in *rit. 73. num. 13. lib. 1.* Terminus enim repulsæ communis est vtrique parti, & in eo possunt testes approbari, & confirmari, *cap. ex tenore, de testib. Abb. & Felin. in cap. testimonium, eod. tit.* & ni species repulsæ declaretur, terminus minimè communis esset, quia non possent comprobari, specie repulsæ non declarata. Sic allegans satisfactionem, obstringitur illius modum palàm facere, ex *Prag. 44. §. 2. de offic. Magist. Iust.* & testamentum impugnans declarare tenetur nullitatis speciem, vt Reus se tueri valeat, *Consil. Hodiern. controu. 17. num. 72.*

Deficiens autem in obiectorum criminum probatione, actione iniuriarum à teste rectè conueniri possit, nec ne? & negatiuæ sententiæ patrocinium suscipiunt *Gulielm. de Cun. Bald. Angel.* & alij in *l. fin. ff. quod quisque iur. Boer. cons. 4. num. 22. Schrader cons. 40. n. 37. Vuesenbec. in paratit. ff. de iniur. num. 9. Fachin.* cœteris omissis, *lib. 9. controu. iur. cap. 13.* quæ citra calumniam, & præuia protestatione in Regno vim habet, *de Petris cons. 16.* etsi contradicant, & non releuare protestationem asserant *Oldrad. de Ponte cons. 53. nu. 6. Vuesenbec.* sibi contrarius *par. 1. consil. 22. num. 30. Boss. in pract. crim. tit. de iniur. num. 22. Clar. in pract. crim. quæst. 53. num. 4. Gaill. lib. 2. obseru. 101. n. 7. Coler. de proc. execut. par. 1. cap. 8. nu. 79. Tholosan. syntag. iur. lib. 38. cap. 5. nu. 6. Harprechtus Instit. de iniur. 1. ex n. 107. Schrader. cons. 40. num. 36. Spec Khan. centur. 399. iur. class. 3. intergr. quæst. 18. pag. 987.*

An repulsa deneganda sit in teste 10 omni exceptione maiore? & negatiuam aleam insequitur *Afflict. in Const. si quis in posterum, n. 29.* nectens *num. seq.* nunquam denegari probationem per ocularem inspectionem, comprobat *Reg. Sanfelic. in prax. iudic. sect. 56.* confirmat *de Bott. ad Pragm. & Const. Ragni, rubr. de refrenat. test. vers. in Iudex, pag. 455.* Vndè non probatur assertum *Arnon. sollilog. 34.* quem refert *D. Carol. Rota ad Rouit. cons. 79. num. 7. vol. 3.* simplicitèr intellectum, pragmaticâ Regis Ferdinandi I. de anno 1477. quæ est 3. *de testib.* testes non recipiendos post conclusum in causa, non vendicare locum in testibus Nobilibus, & legalissimis, prout non assentior aliquibus, inter quos *Gaill. lib. 1. obseru. 100. ex num. 21. & obseru. 101. à n. 13.* firmantibus, depositionem Nobilium, & Illustrium manu sua scriptam, vel subscriptam, & sigillo suo munitam, & obsignatam absque iuramento probare, nec *Marsil. sing. 369.* quem refert *Auus meus ad Gram. decis. 60. num. 24.* citationem minimè requiri in examine horum testium, refragantibus expressis iuribus in *l. iuris iurandi, 9. C. de iure iur. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. in cap. tuis quæstionibus, 39. & in cap. nuper nobis, si extr. eodem, Clem. sæpè de verb. signif.* quòd nullius testimonio quantumcunque religiosus existat, & præclaro honore præfulgeat, nisi iuratus deposuerit in alterius iudicium sit credendum præuia partium citatione, nisi fortè ab ipsis partibus litigantibus id expressè remissum fuerit, qui *text.* & laudata *pragm. 3.* cum generalitèr, & indiscriminatim loquantur, generalitèr, & sine discrimine sunt intelligendi, & sub illis omnes comprehenduntur, cum excepti, vel alitèr priuilegiati nusquàm reperiantur, *Ioachimus à Beust.* Iuris interpres, & practicus, *ad Rubr. ff. de iure iur. num. 220. & 221. pag. 47.*

Alia quoque fuit ad libellam reuo- 11 cata quæstio in huiusmodi materia, an in causa repulsæ sit impartienda depositio principalis? & quamuis M. C. minimè concedendam, simplicitèr decreuerit, in causa Margaritæ Banderio cum Nicolao Angelo Egyptio; tamen facto verbo appellationis remedio in S. C. in mea Aula, referente D. Iudice

Digitized by Google

Petro Aemilio Guascho die 30. Iunij 1689. manauit scitum: *Remissa est causa M. C. qua prouideat, quòd recipiatur depositio principialis super articulis non continentibus infamiam, neque delicta*, penès à secretis S. C. Actuario M.C. Iordano, ex singulari Capycij doctrina *in repet. cap. Imperialem, §. præterea, vers. quarta conclusio, in fin.* & tradit *de Angelis ad Gizzarell. decis. 63. sub n. 4.* Hinc in causa repulsæ minimè concedi monitoria, dùm agitur de irroganda infamia, notant *Præsules Genuens. in prax. Archiep. Neapol. cap. 1. sub num. 6. Ricc. in prax par. 1. tit. de monitor. resolut. 233. & 242. Petr. Ant. Lazzarius in canonic. quæst. de monitor. sect. 4. ex quæstion. 5.*

RITVS CCLXXXVI.

ITem seruat ipsa Curia, quòd quando creditor præsentat instrumentum debiti contra debitorem suum, & instrumẽtum non liquidum de se, & velit creditor liquidare instrumentum per petitionem præambuli, & per testes examinandos in dicta petitione; vt putà, quia est hæres creditoris defuncti, primò, & ante omnia præsentare debet in ipsa Curia instrumentum, & exprimere pro quanta quantitate præsentat instrumentum, & se obligat ad pœnam vnius floreni, pro qualibet vncia debenda ei per debitorem, & prosequi causam infra duos menses, & deindè offerre petitionem præambuli, ad hoc vt si appareat, quod dictus hæres, seu alius creditor non deberet habere integram pecuniam, pro qua se obligauerat, teneatur soluere eidem Curiæ dictam obligationem ad rationem de floreno vno per vnciam, & si instrumentum ipsum non præsentabit in dicta Curia, & obligationem ipsam non facit, primò, & ante omnia (vt prædicitur) non admittatur per dictam Curiam ad oblationem petitionis præambuli pro eo, quòd Curia ipsa non intendit vexare partes, & iudicium esset elusorium.

SVMMARIVM.

1 *Creditori dumtaxàt licet præsentare instrumentum via* Ritus, *si fuerit confectum de facie ad faciem; id quod etiam hæredibus creditoris competit.*

2 *Cessionarius non potest illud liquidare, nisi cum interuentu cedentis, etiam si non fuerit hoc ius liquidandi reservatum in cessione, vt vberiori cautela fieri solet, & obstringitur cedens instante cessionario liquidare.*

3 *Effatum* Carauitæ, *& aliorum in gratiam cessionarij, procedit quò ad exercitium pacti exequutiui.*

4 *Cessionarius potest liquidare obligationes penès acta, idemque in apocis publicis.*

5 *Contrà hæredes debitoris non liquidatur instrumentum: cum iuramenti vinculum ipsos non obstringat.*

6 *Cedens an valeat sine interuentu cessionarij illud liquidare? & distinctio adducitur, casus atque enarrantur.*

7 *Cedens non potest post cessionem exigere, nec agere, etiam concurrentibus requisitis*, l. 3. C. de nouat. *si adsit clausula* ponens in locum suum cessionarium, *& de viribus huius clausulæ.*

8 *Creditoris hæres non tenetur, antequàm instrumentum liquidetur, præambulum debitori notificare; sed sat est, quòd de illo fiat mentio in citatione.*

9 *In rigoroso liquidationis iudicio non viget regula*, filius, ergò hæres, *quæ in omni causa, an procedat respectu matris?*

10 *Præambulum, quo quis declaratur hæres, non omnibus conceditur, & peculiaris adducitur casus.*

11 *Non*

Digitized by Google

11 *Non competit fideicommissario, non legatario, cum intelligatur statutum de hærede directo.*

12 *Voluntas, ac potestas attenditur, & quod veritas suadet, & non nomen.*

13 *Procurator nõ potest praiudicare Principali.*

14 *Quamuis, vbi quis non potest esse hæres, lex puniat mendacem, procedit solùm in gratiam interrogantis.*

15 *Institutio, seù legatum factum Sancto an debeatur Ecclesiæ, vel Sacello in alia Ecclesia ipsius Sancti?*

16 *Exequutor quando valeat testatoris voluntatem declarare? & alia ad rem.*

17 *Testator si hæredis institutionem concipiat*, instituo Petrum, & Ioannem filios ex prima Vxore, & Caium ex secunda, *quomodo succedatur?*

18 *Collegium Artis succedit, mortuo Artifice, absque successoribus, in bonis existentibus in loco mortis, idemque in* Collegio Consiliariorum *Principis, & de Pratorio edicto*, vndè Vir, & Vxor, *remissiuè.*

19 *Minor, an valeat hæredem instituere suum Curatorem? inquiritur, & hinc indè Doctores adducuntur, ac decisio S.C. memoratur.*

20 *Dispositio* cap. Regis Ladislaus, *an comprehendat testamentum Baronis manu Notarij vasalli, etiam Incolæ.*

21 *An corruat hæredis extranei institutio, legato facto Baroni in testamento condito per Notarium vasallum?*

22 *Confecto præambulo passim fit inuentarium, cuius beneficium prodest hæredi, nè teneatur creditoribus de proprio.*

23 *Non verò si dolus intercesserit in ipsius inuentarij confectione, adeoquòd hæres non valeat cedere bonis.*

Quid in Ecclesia, & è contra.

24 *Inuentarium vt prosit, debet intra triginta dies à die aditæ hæreditatis, cessante dolo, initiari, & alios sexaginta expleri, atento Iure Communi, ac vetusto Regni nostri more.*

25 *Malitia non præsumitur, sed probanda.*

26 *Si in confectione inuentarij intercesserint, quæ solent de consuetudine opponi, alijs requisitis non obseruatis, illud sustinetur.*

27 *Quomodò describenda mobilia.*

28 *Citatio interesse habentium requiritur.*

29 *An in illa necessaria sit certa diei, & horæ præscriptio.*

30 *Factum à ludice an liberet hæredem? & ab vno ex hæredibus iuuet alteri, ac à minore restitutione factum.*

31 *Filius amittat nè legitimam ob non confectionem inuentarij? discutitur infra* sub num. 32.

32 *Fideicommissum vniuersale nõ infert, vt prohibitio de non alienando rem particularem, restringatur ad terminos illius fideicommissi. Examinatur* consilium Decij 636.

33 *Legitima an detrahatur à fideicommisso particulari.*

34 *Refutatarius feudi, non dato alio hærede, an iure sit hæres.*

35 Auth. res, quæ, C. de legat. *militat in subsidium, & cui incumbat probare non adesse bona libera? quidue possidente muliere rem à fideicommisso anulsam?*

36 *Destriptio bonorum facta à Testatore excusat hæredem.*

37 *Antiquitùs tenuitas mobilium residebat in domibus, nostra ætate aurum, & argentum, luxus, faustusque.*

38 *Decisio iunctis S.C. classibus indicatur.*

CReditori dumtaxàt licere præsentare instrumẽtum via *Ritus*, disponit præsens *Ritus*, dùm tamen præsentialitèr illi se obstrinxerit debitor de facie ad faciem; alioquin nequeat. Præsentatio enim instrumenti vti pœnalis, & à Iure exorbitans non extenditur vltra creditores, in quorum personas stipulatio concepta est; adeò quòd si *Ritus* 181. & 185. non admitterent illorum hæredes, etiam isti excluderentur, ex *text. in l. sicut*, §. *penult. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* id quod etiam citra dubium est, cum regularitèr hæredes sint in contractibus nominati, & creditores pro eis stipulentur, *Reg. Sanfelic. decis. 213. num. 9. lib. 2. Cons. Prat. obseru.*

Digitized by Google

ser. 24. ex num. 1. inquirens, an hæres in vsufructu valeat liquidare? & grauatus post mortem restituere hæreditatem sit in totum hæres? expendit *Reg. Rouiti* authoritatem *in decis. 26.* adductisquè per ipsum iuribus, ac *DD.* placitis occurrit; sed *Pratum*, tuendo *R. Rouit.*, aleam, impugnat, ac declarat *Consil. Altimare in add. ex num. 2.* Id quod extenditur ad hæredem hæredis, & deinceps qui creditoris est quoque hæres, *l. qui liberis*, C. *de hæredib. instit. l. hæredis*, 65. *l. sciendum*, 70. *de verb. signif. l. in annalibus*, 22. C. *de legat. Bart. in l. fin. ver. idem dico, col. 4.* C. *de edict. Diui Adr. tollen. Cons. Marcian. cons. 9. num. 1. tom. 2. Reg. de Philippo dissertat. fiscal. 34. num. 2.*

Hinc cessionarium non posse illud
2 præsentare, seù liquidare, diximus in *ritu 166. num. 135. lib. 2.* & notant, præcœteris, *Afflict. in Const. eos qui scientèr, quæst. 10. tit. de periur. Bened. de Barzi in tract. guarentiq. in nona carta, Nouar. quæst. forens. 48. ex num. 10. par. 1. Reg. Rouit. in rubr. de instrum. liquid. num. 11. Acosta de priuil. credit. præl. 2. num. 9. Cons. Arias de Mesa var. cap. 19. num. 13. Fab. C. tit. de hæredit. vel act. vendit. defin. 2. Consil. Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. disput. 4. num. 3. Tartagl. in prax. ciuil. cap. 1. num. 34. Foller. in prax. censual. vers. tanquam res iudicata, n. 52. Galter. in prax. instrum. par. 1. 2. par. rub. 1. num. 31. Thor. in vot. 19. num. 6. vot. 48. num. 26. & voto 94. num. 191. D. Cons. Ioseph de Rosa lib. 1. consult. 3.* qui etsi anceps in doctrina *Vrsilli ad Afflict. decis. 64. num. 8.* antesignani huius opinionis, tamen *num. 4.* posse fieri præsentibus, & instantibus cedente, & cessionario, dat manum, confirmat *Reg. Sanfelic. decis. 299. n. 4. & dec. 415. num. 1.* ac *dec. 213.* aduertit, neque creditorem, cui nomen debitoris fuit adiudicatum, absque principali posse id agere, insequitur *Gizz. ad Capyc. Latro decis. 115. num. 5.* & ibidem *Manfrella num. 10.* me citans *in ritu 166. num. 142. tom. 2.* Id quod locum vendicare, etiam si cedens non reseruauerit sibi ius liquidandi, dixi eodem in *Ritu 166. numer. 135.* quem locum adducit *Luca ad Franch. decision. 353. n. 5. in fin.* quid quid voluerit *Rocc. respons. 79. num. 6.* Ad quod dubium vitandum solet cedens reseruare sibi ius liquidandi in beneficium cessionarij, iuxtà cautelam *Scaglion. in ritu 163. num. 21.* quam insequuntur *Mansion. de caus. exequut. lib. 1. ampl. 21. num. 21. Viu. comm. opin. 827. ex num. 11.* Assistit enim cedens vt vindex iuramenti, & cessionarius, vt exercens vtilem actionem: cum enim periurium sit delictum, non quidem publicum, sed priuatum, ex *text. in l. fin. de crimin. Stellion.* & alijs Iuribus probant *Andr. in cit. const. Regn. eos, qui scientèr, de periur. num. 2.* & ibi *Afflict. num. 5.* oritur inconcussa Iuris regula, quòd de periurio non agit, nisi is, cui peieratum est, eà namque est priuatorum delictorum natura, vt is, qui offensam recepit, tantummodò agat, *l. iniuriarum ff. de iniur. §. non autem, Inst. de perpet. & tempor. act. Andr. & Afflict. cit. loco*, & *Capyc. decis. 75.* Quod verò cedens instante cessionario debeat procedere ad liquidationem, monent *Vrsill. & Galter. loc. cit. Reg. Sanfel. decis. mem. 213.* quin etiam cogi posse scio, atque hodiernus quoque mos demonstrat, & nostrates testantur, potissimùm *Thor. in supplemen. compend. verb. Cedens, qui sibi.*

Effatum verò *DD.* quos congerit
3 *Gauens. in hoc ritu ex num. 5. Marant. in singul. verb. cessionarius, Cons. Staiban. lib. 1. resol. 21. num. 2.* intelligendum putamus quòad exercitium pacti exequutiui vigore guarentigię, & confessionis in instrumento existentium, quod quidem potest cedi vti res ciuilis, & non pœnalis, fitque executio, citra personam, seruata iuris forma in *l. à Diuo Pio, ff. de re iudic.* vt aduertit *Borrel. in summ. decis. par. 2. tit. 19. ex num. 135.* taxans *Carau. in hoc ritu* alitèr scribentem, vt ingenij fertilitatem contra *Troyssium* ostenderet, & explosso *Carau.* scripsit quoque *de Grass. de except. in prælud. à num. 117.* sed eumdem *Carau.* in hunc sensum explicat subti-

Digitized by Google

subtilis *Montan. cit.contron.43. nu.10.* & ante ipsum *Bonac. int.commun.opin. lib.8.qui bon.ced.poss. num.17. Alexan. cons.115.n.10.* idē noster *Caran. in rit. 178. num.9.* Cessionarius enim creditor dicitur, *Ioseph Ludouic. comm.opin. tit. de cessio. decla.10. Vin. opin.92. Romau.cons.142. num.1. Maranta in sing. verb.Cessionarius.*

Eodem modo cessionarius poterit
4 incusare obligationem penès acta Curiæ stipulatam in beneficium creditoris cedētis, relaxatis literis exequutorialibus realitèr, & personalitèr, quę vti cōtinens iudiciale pręceptum de soluendo, cum aduenerit dies expressa in ea, æquiparatur sententiæ, quæ habet exequutionem paratam, præceptum iudiciale in tali obligatione contentum, non concurrit in instrumento stipulato coràm cartulario Iudice, qui nullam habet iurisdictionem contentiosam, vt idem *Montan. cit. contron. 43.* notat, & ante ipsum *Galter. in prax. instrument.3.par.2.par.principal.rub.2. verb.Expediatur citatio, ex num.4. Consil.Marcian.cons.28.ex num.2.tom.1.* & mos patrius ostendit, propterea id licere quoque procuratori creditoris cum speciali mandato, ex *Caran.in hoc ritu num.6.* diximus *rit.128.n.4.lib.1.* quem locum, mihi (citrà meritum) laudes cumulando, allegat peritissimus, ac lepidissimus *D.Reg.Io:Hieronym.de Philippo dissert.fiscal.3.num.77.pag.70. Summa laudis (* dicebat *Symmac. lib.9. epist.119.) placere uni, si esset optimus, qui probaret.*

Idemq; obseruamus in apocis Bancalibus, quarum exequutio parata vigore *pragm.63.§.2.& 6. de offic.procur. Cesar.* extenditur ad cessionarios actiuè, & passiuè, ac ad cessionarium secundum, tertium, quartum, & deinceps, *Laganar.ad Reg. Rouit. super cit. Pragm.63. §.item uolemo, lit.A.* quod non placet *Thor.ad Reg.Salernit.decis. 46.num.13.& in compend. decis.tom.3. par.1.uers.apoca bancaria, pag.44. Consil.Rocc.respons.15.num.1.* etenim quilibet cedens, ac cessionarius respectiuè Banco dirigit mandatum suum, ibi: *E per me li pagarete (*ideſt *Banco) à Titio per altri tanti*, sicquè pluries iudicauimus in M. C. Quidùè in literis cambij? scribunt *Rota Genua decis.10.n.9. & Reg.Rouit.in pragm.1.num.26.de liter.camb.*

Propterea contra hæredes debito-
5 ris liquidari minimè instrumentum potest, cum iuramenta præstantis successores non obstringant, qui in periurium non incurrunt, etiam si contractus, in quo præstatur, ad hæredes, vel successores pertineat. Non enim patitur iuramenti religio, quæ animam obstringit, vt iurans egrediatur ipsius iuramenti vinculum, quemadmodum cœteri spirituales contractus, voti scilicèt, & similes. Vnde si quis iuratus aliquid agere, aut dare promiserit, eius hæres licèt teneatur vt hæres stare contractui, & promissum soluere, non tamen sub vinculo, & religione iuramenti, vt si non fecerit, periurus censeri debeat, *cap. unic. 30. quæst.2.* vbi *glos. verb. Nihil, vers.nec sunt periurij, Abb.* & cœteri *in cap.veritatis, de iur.iur. Io:Andr.in cap.ult.de sepult. Bald.in l.grege legato, ff.de leg.1. & in l.fin. col.4. C.de pact. Paul.de Castro in ead.l.grege legato, Bart.& Bald. in l.generaliter, C.de reb. cred. Angelicus Doctor in 2. quæst. 98. art. 2.* & ibi *Caiet.num.18. Alciat.in cap.cum contingat, num.120.* & *Imol. num.18. de iur. Præsul. Couarr. in cap. requisisti, de testam.col.2.& in cap.quamuis pactum, de pact.in 6.num.4.* amplians in hærede feudatarij, qui periurus non erit, si debita ministeria, quæ defunctus præstare iurauerat, minimè præstiterit, nisi renouet, ac repetat iuramentum, *arg. l.si cuius, ff.de usufruct.* & notat *Bald. in l.liberti, libertæquè, C.de oper. liber.*

Cedens verò solus, an valeat sine
6 interuentu cessionarij, illud liquidare? negant *Bologn.in repet.l.1. ff.si cert.pet. num.59. vers.sed nec creditor principalis, Cons.Rocc.respons.79.num.1.tom.2.* & solùm posse per retrocessionem nominis sibi factam, censet *Rocc. ibidem num.6.* post *Galter.in prax.rubr.aduertat ad debita, num.16.* & notamus in

cit.

Digitized by Google

sit.rit.166.num.2. Veritas tamen quæsiti dependet ex distinctione terminorum: nàm si creditor fecerit delegationem sui debitoris creditori ipsius creditoris, tunc quia creditor delegans est liberatus, & periculum remanet creditori, cui facta est delegatio, non poterit amplius creditor prædictus agere contra debitorem delegatum; si verò delegatio interposita non est, sed cessio facta fuerit solutionis causa, tunc remanserunt actiones creditori, & non impeditur agere, nisi ex parte cessionarij interuenerit vnum de tribus: scilicèt denunciatio, litis contestatio, vel exactio, ita vtrùmque expressè deciditur in *text. in l.3. C. de nouat.* vndè sumitur, quòd si cessio facta est ad commodum cessionarij, & ejus periculo, tunc dubitatur, an cedens agere possit contra debitorem, & tali casu posset debitor opponere, quòd conueniri non potest stante iure alteri cesso; si verò processerit ad commodum cedentis, & eius periculo, tunc rectè agere poterit, nisi interuenerit vnum de dictis tribus contentis in *cit. l. 3. Bart.* posuit *in l. facta*, §. *si hæres*, *num.3. ff. ad Trebell.* & *Castren. ibidem num. 4. vers. aduerte*, & adamussim, quòd si cessio facta est voluntariè solutionis gratia, & sic ad communem vtilitatem cedentis, & cessionarij cedentis, scilicèt quia liberatur ab obligatione facta cessione; & proindè ad vtilitatem cessionarij, quia sibi satisfit, tunc quia remanent cedenti actiones directę, quę sunt à sua persona inseparabiles, & efficaces, donec vnum de tribus interuenerit, & periculum pertinet ad cedentem, si nihil ageretur; sine dubio cedens agere poterit, & exigere à debitore cesso, quia cessio tunc non dicitur solutio, *glos.* magna in *l. legati, circa finem, ff. de liber. legat. Decius cons. 99. num. 4.* & indiuidualitèr *Osasc. decis. Pedem. 61. num. 90. & decis. 44.* tradit etiam hoc procedere, si debitor sciuerit cessionem, idem *Castr. in l. cum emptore, sub num. 4. col. 2. in fine, & col. 3. ff. de pact. Osasc. in decis. Pedem. 44. Guid. Pap. decis. 567. num. 2. vers. item Petr. Iacob. & in cons. 98.* melius declarat *Bart. num. 3. vol. 2.* & latè etiam *Alex. in d. l. si cum emptore, nu. 5. & Iaf. ibidem nu. 12. & Socc. in cons. 18. num. 16. vol. 1. Alba cons. 445. num. 1. vers. verùm*, si autem interueniisset vnum de tribus, illæ actiones remansæ penès cedentem essent inefficaces, vt *Osasc.* posuit *eadem decis. 61.* ac etiam si non solùm cesserit omnem actionem, sed etiam transtulerit exercitium actionis, ita quòd apùd cedentem nullæ remanserint actionis reliquiæ, tunc agere non posset cedens, etiam quòd vnũ de tribus non interueniisset, ità *Iaf. in l. si cum emptore, num. 11.* sequitur *Cepoll. in cautel. 242. Iacobin.* partèr confirmat exactionem fieri posse à cedente, si vnum de tribus non interuenerit, in *l. diuinæ, C. ne lic. potenti. n. 64. & in d. l. si cum emptore, Afflict. decis. 335. sub num. 23.* vbi noster *Carauit. in additionibus* reddit rationem, immò etiam si esset facta ad commodum cessionarij debitor opponere non posset de cessione, quod est fortius, *Bertrand. consil. 303. nu. 1. vol. 2.* & scientia non sufficit, vt dicit etiam *Afflict. d. decis. n. 44. vers. fuit vocatum*, nisi omninò validè cedens fuisset liberatus per cessionem, secundùm *Bald. in l. si pecunia*, vbi *Iaf. ff. de leg. 1.* idem *Iaf. in l. si fundus*, §. *qui Caium, ff. eod. tit. num. 9. & 10.* optimè *Angel. cons. 259. col. 3. vers. de quarto quid iuris.*

Et si prædicta rectè procedunt, vbi cessio simplicitèr solutionis causa facta est ad commodum cedentis, & cessionarij; fortiùs sine dubio locum obtinere, dicebam in proposita thesi, dum creditores cessionarij receperunt assignationem ad maiorem cautelam, & sine præiudicio primarum cautelarum, ita quòd nedùm periculum pertinet ad cedentem, & contra eum datur regressus ad instantiam cessionarij, si exigere non potuisset, qua ratione cedens agere poterit actione primæua, vt considerat *Osasc. decis. 61. post num. 9. vers. secus verò in simplice cessione*, sed cessionarius posset omissa exactione facienda à debitore, exigere à cedente

dire-

Digitized by Google

directè vigore primarum cautelarum. Ideòque hic non est casus controuersiæ, & succedit indubitata conclusio pro liquidatione in beneficium cedentis, cum non interceſſerit mandatum ad instantiam cessionariorum, nec litis contestatio, aùt exactio ab ipsis facta, *Cuiac. in cit. l. 3.* perbellè *Griuelli decis. Dolan. 111. Tondut. lib. 1. de præuent. iudic. par. 2. cap. 33. Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. ex num. 458. Olea de cesion. iur. tit. 8. quæst. 2. num. 12. D. Conſ. Marcell. Marcian. conſ. 54. lib. 1. Reg. Sanfelic. deciſ. 213. n. 13.* post *Ann. ſing. 486. Cancer. var. par. 3. cap. 1. num. 117. Preſ. Merlin. lib. 2. controu. cap. 31.*

Quod autem est in more, vt facta cessione tempore liquidationis, intervenire debeat persona vtriusque cedentis scilicèt, & cessionarij, intelligitur quando vellet liquidare cessionarius, vt diximus, cedens autem non habet opus persona cessionarij, quoniam ipsi cedenti facta est promissio de facie ad faciem, & stante suo interesse, cum cessionarius valeat, nedum habere regressum contra ipsum, sed vti primis cautelis, omissa cesione ex reseruatione supradicta, remanent actiones in suo robore efficaces, & proinde nullum obstaculum opponi potest ad impediendam liquidationem; & dum ex communi conclusione certum est, cedentem in casu prædicto agere posse, intelligendum est sine dubio ea actione, quæ competebat ante factam cesionem, virtute instrumenti, cuius vigore conuentum est, vt liquidari possit, & sic, vt possit agere eo modo, prout per instrumentum permittitur, & vti faciliori via pro confectione crediti, iuxta instrumentum, & sic via ritus, ex his, quæ exarauit *de Franch. deciſ. 353.*

Aduertas hac in re, quòd creditor
7 cedens alteri, & cessionarium ponens in locum suum, non potest post cessionem exigere, nec agere contra debitorem, quamuis cessionarius nihil fecerit de illis tribus contentis in *l. 3. C. de nouat.* Propterea Notarij in quolibet cessionum instrumento semper ponunt illa verba, *ponens eum in suum locum*, (de cuius clausulæ viribus loquitur *Bertazz. de clauſul. inſtrum. clauſul. 29. gloſ. 1. & 2.* & tangit *Reg. de Marin. lib. 2. iur. reſol. cap. 161. num. 9.*) & conferunt exarata ab *Olea cit. tract. de ceſs. bonor. tit. 1. quæſt. 2. ex num. 37. & quæſt. 5. num. 1.* per eadem ferè verba aduertit *Angel. in l. ſi cum emptore, n. 3. ff. de pact.* nectens ita consuetum esse, & obtinuisse, ac quotidianum esse. Verùm *Additio lit. A.* notat, eum esse sibi contrarium, & *Baldum* sectari aduersam *Angeli* aleam, qua de re *Merlin. cit. cap. 31.*

Insuper adducti ex verbis *Ritus*, ibi:
8 *Non admittatur per dictam Curiam ad oblationem petitionis præambuli*, notamus, creditoris hæredem non obstringi, antequàm instrumentum liquidetur, notificari facère debitori, quòd ipse sit hæres, vt censuit de Iure Communi *Iaſ. in l. vinum, num. 10. ff. ſi cert. pet.* quem insectatur *Cancer. var. reſol. tom. 1. par. 2. cap. 3. num. 67.* sed sat est exhibere fidem præambuli, & notificare debitori citationem super tenore, in qua fiat mentio eius, ad cuius instantiam illa expeditur, hæredem esse principalis creditoris, & ita est de more in praxi, & dixit *Roder. Suar. in l. poſt rem iudicatam, in declar. leg. Regn. in extenſ. 1. num. 10. & 11. de re iudic. Galter. in prax. liquid. inſtrum. 1. par. 2. par. verb. Aduertat creditor ad perſonam ſuam, ex num. 26. Prat. cit. obſeru. 24. num. 11.* memor *Garau. in rit. 181.*

In hoc autem rigoroso liquidationis
9 iudicio non viget regula, filius, ergò hæres, in agendo, vt notauimus in *ritu 178. num. 1. & 2. tom. 2.* vt in alijs iudicijs; quæ quippè regula nunquàm valet respectu matris, vti non habentis liberos in potestate, *Conſ. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 1. num. 31. Cyriac. controu. forenſ. 244. nu. 25. lib. 2. Reg. Capyc. Latro deciſ. 119. nu. 4. lib. 1. Io: Bapt. Groſſo controu. forenſ. 35. nu. 9. Nouar. deciſ. 176. ſub num. 4. D. Reg. de Philippo diſſert. fiſcal. 9. num. 64. Conſil. Staiban. in obſerv. ad reſolut. 86. nu. 19. lib. 1.* distinctionem tradens.

Digitized by Google

Eiusmodi decretum præambuli illud ipsum esse, in quo quis declaratur alicuius defuncti ex testamento, siue ab intestato hæres, & pro legitimanda tantummodò persona ipsius hæredis interponitur, vt in *Ritu* 178. 181. & præsenti in *Rit.*286. de quibus memores sunt *Reg. de Philippo cit. dissert. fiscal.9.num.*28. *Moccia in sylu. cas. forens. cap.*1. *num.*10. *Scoppa ad Sarn. in prax. ciuil. par.*1.§.47. *num.*40. & sœpè sœpiùs sine partium citatione, contradictioneuè, *Consil. Marcian. cons.*1. *ex n.*51. *to.*2. *R.Capyc.Latro dec.*198. *n.*19. *Reg. de Philippo cit. loc. Luca ad Franch. decis.*204. *& D.D.Hieron. Calà de rest. in integ. min. deneg. qu.*26. *sub n.*68. me memorato in *Rit.* adducentes.

Atque ex *Ritus* verbis ostenditur, 10 non omnes admitti ad illud petendum, & impetrandum. Vndè cum euenisset in cuiusdam Ducissæ causa, & petijsset, se declarari hæredem, & præambulum obtinuisset in tertia parte sibi relicta burgensaticorum, eamquè declarasset habere iure hæreditario, & propterea oppositum fuerit, debere eamdem tertiam partem in contributum venire: contentio extitit maxima inter easdem partes, & replicatum, ac validis tùm in facto, tùm in iure suppositis innixus eiusdē Ducissæ Aduocatus defendit, non nisi prælegati nomine relictam fuisse portionem iamdictam, ac propterea cessare contributū; nequè obstare memoratam declarationem, vt impetraret decretum præambuli, quandoquidem decretum prædictum denegandum esse, nec com- 11 petere fideicommissario diximus in *Ritu* 181. nàm *Ritus* omnes, noster scilicèt, alterque 178. *ac* 187. loquuntur in hærede directè instituto, vt etiã notauit *de Franch. decis.*204. *nu.*1. nec non, & quia Statutum verba faciens de hærede restringitur ad hæredem directum, vt ipse *de Franch.* subdit *nu.*8. fauetquè *l.*1. §. *de illo*, vbi *Iaf. num.*8. *Ripa*, & alij, *ff. ad Trebell.* cumquè dissimiles sint vniuersalis, & particularis successor, non secus, ac album, & nigrum, ex *Iaf. in l.*1. *num.*77. *ff. de legat.*1. *Cras.* §. *hæreditas*, *quæst.*9. *Menoch. cons.*610. *ex nu.*3. *Surd. cons.*212. *num.*16. *lib.*2. *Sforz. Odd. cons.*45. *n.*24. & in terminis huius *Ritus*, *Præs. Merlin. lib.*2. *controu. cap.*2. *num.*2. *Marotta discept. forens. cap.*3. *num.*59. *Ricc. collect.*37. *Rota ad Rouit. cit. loc. num.*17. *D. Cons. de Rosa consult.*3. *ex num.*41. *Thor. in compend. par.*2. *verb. Præambulum*, *de Petris cons.*61. *num.*4. *Reg. Capyc. Latro consul.*78. *Staiban. resol.*39. Ac speciatim cum legatarius præambuli decretum obtinere nequeat, dato quòd esset ei legatum nomen, ob quod absq; nulla cessione in eum transeunt actiones vtiles, iuxtà *l. ex legato*, *C. de legat.* teste *Caran. in d. Ritu* 178. *nu.*8. Ex his illa profectò oritur sequela, quòd si decretum præambuli, hæredi tantùm directo, & vniuersali datur, denegatur enim etiam hęredi particulari, vt dixi in cit. *Ritu* 181. *num.* 5. citra dubium Ducissæ declaratio nihil profuisset aduersario, ob illam regulam, quòd vbi deficit potestas, frustrà attendimus voluntatem, *l. si quæramus*, *ff. de testam.* adeò quòd *Bald. in l. fin. ff. de condit. & demonstr.* testatus est, duo esse, quæ perficiunt actum: voluntà- 12 tem nempè, & potestatem; nec nomen attendendum, sed quòd veritas suadet, *l. si vno*, *ff. locat.* quin, non quod fit, sed illud tantùm, quod fieri debet, *l. sed licèt*, *ff. de offic. Præsid.* nostra siquidem assertione, vel negatione non vtique immutatur veritas, *l. assumptio*, *ff. ad munic.* Et quatenùs replicetur, ex actu nullo probari voluntatem, ac propterea ex ea ostendisse, Ducissam declarasse, habuisse, & recipisse dictam tertiam partem iure institutionis, ad *text. in l. fin. ff. de rebus eorum*, quam ad principalem facientem actum, restringunt *DD.* & sic ad ipsam Ducissam. Nihilominùs ipsius animus, & voluntas nequit efficere in hoc casu, vt re vera sit hæres, quæ non nisi legataria est, neque infringere legis dispositionem, vt illa in suis actibus ciuilibus locum non habeat, *l. nemo potest*, *ff. de legat.*1.

Insuper reijcitur ex peculiari facto, quòd

Digitized by Google

13 quòd, ipsa Ducissa ignorante, præambulum petijt eius Procurator, atquè illius vsus est verbis, nullo cum mandato ad acquirendam hæreditatem, ac propterea nequibat, iuxtà *l. per Procuratorem*, siue *l. Paulus ff. de acquir. hæredit.* & iudicatum fuisse memorat *Anna alleg. 61.* quod autem ratihabitione Ducissæ sit validandum præambuli decretum, vtiquè eisdem prosternitur replicationibus, quibus & primæuum assumptum reiectum apparet, quòd scilicèt facere haùd poterat, quodquè nec ipsa fecerit, sed hoc ipsũ à procuratore tantùm factum, sicut & illud, & consecutiuè eodem laboret morbo.

Accedit, quòd tum procuratoris petitio, tum decreti verba præportant petitum, & decretum seruata forma testamenti fuisse, quo casu relatum est in referente, adhuc in sententia, cum omnibus suis qualitatibus, *l. esse toto, ff. de hæred. inst. Alex. cons. 8. vol. 1.* & si ex testamento apparet, relictam fuisse tertiam partem iure legati, non institutionis; ergò decretum frustratorium, quia supponitur institutio, quæ cessat virtute testamenti, cui innititur, quam-
14 uis autem, vbi quis non potest hæres esse, lex puniat mendacem ratione mendacij, id in gratiam interrogantis dumtaxat, *l. fin. ff. de interrog. action.* qua de re *Mascard. de probat. concl. 383. Criuell. dec. 85. num. 5. Gratian. discept. forens. cap. 151. Amat. resol. 42. Consil. Staiban. resol. forens. 86. ex num. 14. lib. 1.*

Cœterùm nonnulla alia decretum præambuli, seù immissionis concernentia, ac exagitata indicabimus.

Ad libellam reuocata fuit quæstio
15 in M.C. in beneficium cuius præambulum, seù immissio concedenda erat, si Ecclesiæ, ac Collegio S. Francisci Xauerij Societatis Iesu huius Ciuitatis, an verò Sacello intus Venerabilem Domum Professorum eiusdem Societatis, vbi Sancta Imago Indiarum Apostoli cum magna Populi frequentia, ac pietate veneratur? his enim verbis erat concepta institutio à Carolo Naccarella: *Item lascio herede nelli ducati 700. che deuo hauere dal Signor Duca della Saracina, à Santo Francesco Xauerio mio particolare Auocato, & alli figli del Sig. Matteo Naccarella mio carissimo Zio; volendo, che il tutto si diuida per metà, cioè vna metà à S. Francesco Xauerio à dispositione del Padre N.N. mio Confessore, e l'altra metà alli detti figli del detto Signor Zio Matteo Naccarella, acciò che frà di loro si diuida detta metà.*

Et immissionem impertiendam Collegio, ac Ecclesiæ Sancti Francisci, penitùs excluso Professorum Domus Sacello, respondi ex *Card. Tusch. pract. conclus. verb. Legatum, concl. 46. nu. 14. vers. secundò amplia, & vers. incertitudo, concl. 65. num. 59. Purpurato Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. vers. vndè manifestè, Præsul. Ricc. in add. ad Tiraq. de priuil. piæ causæ, priu. 55. vers. colligitur, Angel. de Perus. in commen. in §. si quis autem in nomine Magni Dei, da Ecclesiast. tit. num. 2.* idque robur recipit ex Arresto apùd *Afflict. decis. 244.* in causa piæ dispositionis Ducissæ Calabriæ, quòd legata relicta Sanctis Patronis huius Ciuitatis spectent ad Ecclesias sub nomine dictorum Sanctorum, ex eo quòd legatum Deo, vel Sanctis factum, intelligitur factum Ecclesiæ, ex *Bart. in l. 1. §. ad municipium, ff. ad l. falcid.* confertquè *text. in l. 2. ff. de reb. dub.* vbi *Bart. Castr.* & alij: legatum nempè relictum Ciuitatis Administratoribus, Syndicis, alijsque de regimine, censeri Ciuitati relictum; *Glos.* propterea *ibid. vers. videtur*, nectit, relictum Sacerdoti Ecclesiam capere, adducit Iura in *l. annua, §. à Titio, ff. de ann. legat. l. filio, in princip. §. idem, ff. de cond. & demonstr. l. cum aliquis, C. de iur. deliber. l. si cognatos, §. 1. ff. eod. Episcop. Barbos. in collect. ad Ius Canon. cap. requisisti, 15. de testam.* Haùd refragante, Sacram Imaginem Sancti Franciscì venerari in Domo Professa, de cuius Congregatione Nobilium erat Testator, & in illa residebat N.N. eius à confessionibus, qui sic voluntatem testatoris declarauit, quæ est at-

Digitized by Google

tendenda, etenim id aduersariorum causam perdit, & veluti proprio iugulat ense.

Quamuis enim possit exequutor testatoris voluntatem declarare, eamquè interpetrari, *Bald. cons.259. Anchar. cons.329. num.3. Alciat. cons.62. lib.9.Card.Paris.cons.26.vol.4.ex n.29.* Haùd tamen potest modũ excedere,& tertio præiudicium inferre, *Riccius ad Tiraq. le priuil.piæ causæ, priu.65.* immò iuxtà à lure disposita agere debet, prout verba testamenti significant, *Iacobus à Canibus in tract. de exequut.vlt. volunt.2.tract. particula ex nu.15.* qui enim habet meram facti exequutionem, penès ipsum non manet aliquod ius ex dispositione testatoris, nec potest se ipsum,eiusquè Domum eligere, etiam si esset pauper, *Roman.cons.228. num.12. Tusch.conclus.530. num.2.* ex *textu in l.si sibi mandauero,* §.*si sibi centum, ff.mandat.* concessa quoquè potestate dandi cui vellet, *Bald.in add.*§.*si tibi centum, num.1.* notat, & ibi *Addentes,* ex *cap. cum in lure, de election.* Hinc perbellè notat *Franc.Bursat.consil.380.vol.4.* quòd si procurator, cui Episcopus mandatum dedit, vt beneficium resignaret in fauorem personæ nominandę per Primicerium sui Capituli, resignat eidem Primicerio seipsum nominanti, resignatio non est legitima, quia nominatio non consistit, & Episcopus spolio agere potest contra Primicerium, & conferunt à nobis exarata in *ritu 4.ex num.17.lib.1.* pro Collegio S. Iosephi PP. Clericorum Minorum, in cuius beneficium calamum quoque arripuit *D. Iul. Capor. contr.ou.8.artic.1.2.3.& 4.* Quin nemo sanè inficiabitur,non admittendam voluntatis quæstionem, vbi verba sunt clara, *l.ita hoc lure,* vbi *Bart.ff.de vulg. & pupill.substit. l.illę, aùt ille,* §. *cum verbis, ff. de legat.3. Bart. in l.si arrogator, num.27.ff. de adopt.& in auth.hoc locum, num.10. C. si secund. nupser. mul. l.Titius, la prima, ff.de hæred. instituend.*& quando verba prolata à testatore habent propriam significationem, non est necessaria interpetratio, etiam pro pia causa, *Mantica de coniect. lib.3.tit.4.nu.6.* quia sic voluisse defunctum constat, *Bart.in l.Centurio,nu.16. ff. de vulg. & pupill. substit.* & periculosum est à scripto recedere, *Curt.sen. cons.63.* nullumquè est maius mentis testimonium, quàm qualitas inspecta verborum, *Bart.in l.ad recognoscendos, de ingenu. & manumis.* Quòd verò testator se remiserit suo Patri spirituali, locum habet iuxtà verborum significationem, vt scilicèt de summa legata in beneficium Sancti, totum id erogaret, quod ei necessarium videbatur pro Ecclesiæ ornatu, & necessitatibus Collegij, præfataquè verba respiciunt exequutionem, non autem dispositionem, quæ de per se est clara,& terminata, ac Pater ille censetur nudus Minister, *l.si quis Titio, ff.de legatis 2. Angel.cons.129.Tuschus verb.Exequutor cons.144.num.36.Thomas Pellicion. illust.qq.tit.de reddenda ratione,cap.3.*

16

Testator si hæredis institutionem concipiat: *Instituo Petrum, & Ioannem filios meos ex prima vxore, & Caium ex secunda,* omnes venire in capite,& non in stirpes,& talitèr expediẽdum præambulum, respondi, quia mentio facta de Vxoribus, est gratia demonstrationis, ex *Bald. consil. 243. vol.2.Soccin.iun. cons.104. n.7. vol.1.* qui elegantem decisionem reputat.

17

Collegio Artis præambulum concedendum, Artifice defuncto absque alijs hęredibus,in consessu doctissimorum Virorum respondi, ex *Bart.in l.si quis filio exhæredato,* §.*eius, ff.de iniust. nupt.* argumento *text. in l.1. C. de hæred. Decurion.* Intellige tamèn quòad bona morientis in illo loco, non in alijs, *Bald.in l.1.*§.*vlt. ff.de constit.pecun. glos.in l.Diuus, ff.de iur.fisc.* Hanc singularem limitationem appellat *Iason l.1.num.10.vers.limitat, C.vnd. vir. & vxor.* Sic Collegium Consiliariorum Principis succedit Consiliario decedente sine successoribus, *Bart. in l.3. C.de hæred. Decur. Angel.in l.in tutoribus, C.commun. de succession. Bolognin. in Auth.habita, n.342. C.ne fil.pro patr. Garzia de Garath.tom.16. tractat.quæstion.505.*

18

Digitized by Google

stion. 505. *pag.* 211. *Afflict. de feud. tit. quæ sint regal. vers. Bona vacantia, n.* 3. magisquè in specie *Boer. in* §. 5. *tit. de testam. in fin.* quem refert *Degrassalius de regalijs Franciæ, lib.* 1. *versic. Parlamenta, fol. mihi* 176. *Martin. Garratus de Consiliar. Princip. quæst.* 5. atque ad rem *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 3. *de bon. vacant.* multos nectens casus successionis ad Fisci exclusionem, & *Paschal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 1. *à nu.* 64. octo enarrat, atque in quarto casu de Curialibus, quorum successio Cohortalibus Patriæ acquiritur, ex *l.* 4. *C. eod. tit. de hæred. Decur.* nec nō in sexto casu de Præfectiario, cuius hæreditas non fisco, sed arcæ sui Præfecti defertur, ex *l.* 3. §. *huic Sanctioni, C. de apparit. Præfect. Prator. lib.* 11. *Capon. discept. forens. num.* 24. *tom.* 4. 262. Sed an vxor excludat Collegium? idem *Bart.* inquirit in *l.* 1. *C. vnde vir, & vxor,* & an Prętorium, *vndè vir, & vxor,* in Regno aduersùs Fiscum locum habeat? lepidè inquirit *D. Reg. de Philippo dissert. fiscal.* 22. *&* 23. sed in praxi arctum est obtinere.

Iterùm excitata fuit controuersia, 19 an interponi debeat præambulum ex testamento in beneficium Tutoris, seù Curatoris à minore factum, & an iure hoc subsistat? scripsimus *ritu* 181. *ex num.* 19. *tom.* 2. & *DD.* laudauimus pro testamento, addimus *Galuan. cons.* 42. *Const. cons.* 26. *Andreol. controu.* 357. *par.* 5. & contra, alios *II. CC.* quibus nectimus *Cald. in l. si curatorem, vers. hunc contractum, num.* 27. *C. de rest. in integr. Conciol. lib.* 1. *alleg.* 42. 43. *&* 44. ac in thesi à nobis ibi indicata aduersùs dispositionem Prudentię Raynaldo scripsit *D. Anton. Barra controu.* 65. 66. 67. *&* 68. & discusso articulo in M. C. expetente Matthæo Palumbo, & præambulum ex testamento Iosephi Staibano minoris, cuius erat Matthæus curator, me Iudice relatore, manauit decretum, quòd *infra quatuor dies audiatur partes, & interim sequestrentur bona hereditaria,* & agitata causa in S. C. appellationis remedio, me referente, censuit Senatus die 24. Augusti 1671. *esse impartiendum terminum, & interim concedendam immissionem præfato Matthæo,* reuocando decretum M. C. in Aula Ill. Marchionis Latertiæ, cum ipso suffragia præstātibus DD. D. Thoma Carauita, Dominico Petrone, deinde Regente, & D. Sancio Losada Commissario in S. C. Viro omni eruditione refertissimo, atque eximiarum virtutum prærogatiua suscipiendo, Equite Ordinis S. Iacobi, ac in Supremo Italiæ Areopago cum voto Regio Aduocato emeritissimo, in Banca Caroli Ardiæ. Perpendit S. C. ætatem disponentis annorum sexdecim, vltimū elogium conditum in hac Ciuitate, in qua præsunt Pro-Rex, & Tribunalia, proindè abest timor metus, præsentiam P. Innocentij de Conceptione, patrui aduersarij, qui talem dispositionem extorqueri non permisisset, partemque ex aduerso non succedere ab intestato, sed dumtaxàt in bonis maternis, pro quibus non datur immissio, ad tradita per *Præs. Merlin. lib.* 2. *controu. for. cap.* 2. Addebat vnus ex Dominis, nullibi cautum in Iure reperiri, non licere minori in beneficium sui curatoris testari, alioqui eius libertas testandi impediretur: cum tantùm illi sit interdicta alienatio, & inter viuos dispositio, §. *quod si quis, Auth. vt ij, qui oblig. se haber. perhib. res minor. l. Aurelius,* §. *fin. ff. de liber. leg.* & meritò Iurisprudentia dispositionem in vita coarctauit, quia minor si velit, poterit postmodùm in beneficium sui curatoris bona transferre, si donatio ex sua voluntate liberè procedat, & ideò remanet tempus, quo possit illam eamdem voluntatem explere; at quia post mortem liberum ampliùs redire non potest arbitrium, impium sanè fuisset, minoribus suos curatores, & præsertim sanguine coniunctos, instituendi libertatem adimere, *l.* 1. *C. de Sacros. Eccles.* nec incerta illa præsumptio impressionis, ac metus reuerentialis minoris ergà curatorem sufficiens est ad reuocandam institutionem, quia alioqui dicere oporteret, quòd mulieris testamentum in bene-

Digitized by Google

beneficium viri validum non esset; cum maior sit reuerentia vxoris ergà virum, quàm minoris ergà curatorem; & quamuis in thesi apùd *Afflict. decis. 69.* & *de Franch.* 180. fuerit denegata immissio marito instituto ab vxore, alia multa præter metum reuerentialem præsumptum concurrerunt. Qua proindè iure merito *DD.* tradidere, non esse prohibitum curatori blando sermone prouocare adultum ad sibi relinquendum, vel instituendum, *glos.* singularis in *l. quiquid, verb. Non acquisierint*, C. *arbitr. tutelæ*, *l. pupillorum*, C. *de administr. tutor.* dummodò fraus, aùt dolus non interuenerint; quam distinctionem tuetur *Io: Andreas ad Specul. tit. de iudic. §. & generalia, vers. sed opponitur*, *Matteſil. sing. 94. nu. 15.* & *Petr. Rebuf.* contrariæ aleæ antesignanum, *ad Constit. Gall. tit. de donat. & alijs dispositut. & administr. factis*, sermocinari in locis, in quibus viget lex Regia huiusmodi testamẽta prohibens, quod cœteri Doctores non aduertentes, simplicitèr sequuti fuere, sic notante *Hodiern. in controuers. 14.* concludebat.

Dispositio *cap. Regis Ladislai* (de quo plenè scripsimus in *Rit. 166. ex nu. 26. to. 2. & hoc to. 4. in Rit. 281.*) an vendicet locum in vltimis tabulis à Barone confectis manu Notarij vasalli, siue origine, siue incolatu, & scripto hæredi præambulum, seù immissio concedenda? fuit acerrima antinomia in M. C. V. in causa D. Iuliæ Catalano, experentis decretum præambuli D. Aloysij Catalani Baronis Ciuitatis Insulæ, vigore testamenti in scriptis redacti, in quo articulo varia fuere Iudicũ M. C. suffragia; Alij enim nullum protinus clamabant, ex generalitate memorati *capituli*, ex finali causa timoris, qui de facili incuti potest, ne dum subditis origine, sed incolatu, imò maior causa perpenditur in incola, & commorante, quàm in vasallo ratione originis: cum is non minus subiaceat Magistratibus domicilij, quàm originis, & vtrobique muneribus fungi compellatur; tandemquè robur addebant, nè dum Doctorum auctoritatibus à nobis citato *Rit. 166.* laudatis, sed nostri Sacri Consilij decisione, per modum legis condendæ emanata, subiacere nempè sub memorato *capitulo* testamentum à Barone confectum, vel in ipsius beneficium, teste *Reg. de Marinis lib. 2. resol. cap. 230.* Alij verò Iudices contrariam tuebantur aleam, ex Doctoribus ibidem à nobis adductis, nec vllam habendam rationem aiebant de *Reg. de Marin. cit. loco*, teste de auditu à parte aduersa in illa causa Mutij delle Castelle cum D. Fabritio Carafa. Decisio enim per S.C. emanata per viam legis fieri non potest, nisi à toto S.C. iunctis quatuor classibus, & tunc illa dirigitur articulo dumtaxàt, non causæ peculiari: his enim, vel similibus verbis concipienda: *Sacrum Consilium declarat, Testamentum manu Notarij vasalli esse nullũm, tàm in casu, quo Baro fuerit in eo institutus, quàm si ipse testetur*, & tamen in memorato decreto thesis apùd *Reg. de Marin.* legitur tantùm, *benè prouisum*, maximè, quòd ibi non erat opus hoc differere, dum agebatur de testamento, in quo Baro erat institutus; vt diximus in adducto *Ritu*, & notant *Tasson. de antefat. vers. 9. obseru. 3. num. 28. Thor. par. 3. compend. verb. testamentum*; cessat enim prorsùs timor in dispositione testamẽtaria ipsius Baronis. Hinc potest Notarius cum legitimo numero testium, & in hoc Regno cum Iudice ad contractus, proprium testamentum conficere, & palàm ferre, cum nemini damnum afferat dispositio de bonis proprijs; *ex Bart. in l. Seruus 28. nu. 2. ff. de test. am. Pater Molfes. ad consuet. tom. 2. par. 10. quæst. 12. num. 5.* Hoc perpendit *Bart.* docendo, testamentum initum à Barone in suo Castro habente merum, & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem, subsistere, ac si esset à Superiore insinuatum, vt testatur *Bald. in l. Sancimus, 40. num. 5. vers. recordor*, C. *de donat. Card. Mantica de coniect. lib. 2. tit. 8. num. 1.*

Conueninus tamèn omnes Iudices in concedendo D. Iuliæ Catalano hæredi

redi scriptæ præambulum, reseruando iura partibus in petitorio, sub die 13. Martij 1675: referente tunc Iudice, deinde Reg. D. Marco Antonio Risi, quod ratum statuit S. R. C. sub die 18. Maij 1673. his verbis: *Visis supplicationibus fol. 59. 60. & 61. Per S.C. prouisum est, quòd causa remaneat in eodem S.C. coràm D. Consiliario Miroballo, verùm consignetur fides, seu copia præambuli Ill. D. Iuliæ Catalano, quæ non alienet interim stabilia, & non rehemat capitalia inconsulto S. C. & semouentia, & mobilia annotentur, & consignentur eidem Iuliæ cum obligatione de exhibendo ad omnem ordinem S. C. de Mercatis Secretarius.*

Potissima ratione ducti fuimus ex testamenti scriptura liquidò apparere illud fuisse confectum à Io: Simone Bonello Terræ Cutri, clarèq; constare esse ibi numeratum, in clausura testamẽti similitèr ipsum Notarium se subscribere de Cutro, & quamuis in apertura ipsius se asserat de Cutro incolam Ciuitatis Insulæ, hoc nihil prorsùs obesse stipulationi, seù clausuræ testamenti, quod cum sua ex parte non appareat vitiatum, abolitum, nec obliteratum, non est cur potuisset iure impediri immissio ex facto altioris indaginis; eò fortiùs, quòd aperturæ tempore attento in anno 1672. quo declarauit se incolam Ciuitatis Insulę, mortuo Barone, feudum sub sequestro deduxit Regius Fiscus, ob deuolutionem in beneficium ipsius, & proindè non pertinentes ad rem existimauimus terminos citati *capituli.*

Extranei verò hæredis institutio-
21 nem, Baroni legato relicto in testamento manu Notarij vasalli, validam censuit M.C. sub die 28. Aprilis 1673: relatore D. Consil. D. Francisco Nauarretta, tunc Iudice, interponendo decretum præambuli ad beneficium D. Portiæ de Rogerio hæredis scriptæ, haùd obstante nullitate vltimi elogij D. Honufrij Pescara oppositа per D. Antonium Pescara testatoris nepotem adesse in eo legatum in beneficium D. Michaelis Angeli Pescara Marchionis Terræ Castellucci, quod decreuit S.C. in gradu appellationis in Aula tunc Consil. D. Francisci Rocco, die 5. Septembris 1673. his verbis: *Remissa est causa eidem M.C. quæ prouideat, quòd infra quatuor dies audiantur partes, & interim consignet fidem præambuli, & respectu animalium legatorum Marchioni sequestrentur præuio appretio*, patrocinãte docto Viro D. Nicandro de Orlando pro eadem D. Portia, in Banca de Ardia, ex notabili *Pauli* responso in *l. filius*, 14. §. *sequens quæstio*, *ff. ad l. Corneliam de falsis*, vbi Notarius si sibi, & Titio extraneo adscribat legatum, quò ad Titium illud sustinetur, redditque ibidem *Bartolus* rationem cessante fraudis præsumptione respectu extranei, insequitur *Gallup. in prax. S.C. par. 2. cap. 22. num. 12. vers. sed si Notarius.*

Plerumque autem interponitur de-
22 cretum præambuli cum beneficio legis, & inuentarij, quod quippe beneficium proderit, ne vltrà vires teneatur hæreditarias, prout teneretur si illud omisisset, vel post tempus inferiùs adnotandum confecisset, *l. fin. §. si vero post quam*, & *§. etsi præfatam*, *C. de iure delib.* quo casu pro virili portione cogi hæres ipse actione reali, & personali nimirùm posset, iuxtà resolutionem *Parisij cons. 42. num. 39. lib. 1. & Lucani decis. 98. num. 16. Thor. par. 3. compend. sect. 1. verb. Exceptio inuẽtarij, pag. 370. Consil. Marcian. cons. 54. ex nu. 5. tom. Tartagl. in prax. ciuil. cap. 1. num. 52.* idque multis rationibus introductum esse scribit *Roland. cons. 8. nu. 25. lib. 2.* & *Cretus cons. 216. num. 5. vol. 2.* eaque præsertim, quòd contrahere videtur cũ creditoribus, sequè ad omnia obligare eisdem modo, & forma, quo iam erat defunctus, & quidem eiusdem hęredis proprio mediante facto contingit, nempè aditionis hęreditatis, *Grammat. cons. ciuili 200. num. 8. & cons. 125.*
23 *num. 12.* Imò, & vbi dolus interceſsisset, ac commissus appareret in inuentarij confectione; eadem realis, & personalis decerneretur exequutio contrà ipsum hæredem cum beneficio legis

inuen-

Digitized by Google

Inuentarij in proprijs illius bonis, atquè vltra vires hæreditarias, vt optimè adnotauit *Solurtius Tiberius in sua prax.iudiciar. cap.45.nu.16.lib.1.* subnectens, vsque adeo verùm vt si hæres debitor vinculis mancipatus fuerit, & vellet bonis cedere, non posit, per *text.in §.sancimus, Auth. de hæred. & falcid.* & *Soccin. reg.46.fallent.17. Hunn. disp.2.th.4.* id quod extricat *Diana in summ.par.7. verb.cessio bonorum, pag.16.*

Quodquè restringitur præsertim in Ecclesia, quæ illud conficere non obstringitur, *Bart.in l.1. C.de Sacros.Eccles.Tiraquel.de priuil.pia caus.priu.88. Reg. Capyc.Latro decis.15.* & ibi *Gizz. num.3. Consil. Staib. resol.23. num.18.* & an è contrà sit immunis hæres laicus à confectione inuentarij respectu Ecclesiæ creditricis? agunt *Genuens. pract.Eccles. quæst.256. Staib. cit. loco, Reg.Rouit.in pragm.1.num.12.de legat. pijs, Thor. in summ. priuil. pia causæ, priu.203. Consil. Prat. lib.2. discept.forens.cap.11.nu.13. D.Manfrell.ad Reg. Capyc.Latro citat.decis.15. ex num.12.* loquens de cessionario loci pij, *num.7. Hieron.de Rosis select. iur.obser.cap.27. num.72. Alderis.in tract. de hæreditat. tit.10.à num.210. Andreol. controu.forens.398.ex num.2.par.6.*

Vt autem iam dictum inuentarium
24 prosit hæredi, intrà triginta dies initiari, & alios sexaginta expleri, & perfici debet, alioquin, eo effluxo tempore, frustra fieret, *l. fin. iam citata, §.fin autem dubius,* iuncto *§.si verò postquam;* quin & coràm tribus testibus legatarijs, aut creditoribus, testatur in *verb. cæterum*, adducti *§.fin autem.* Verumtamen horum trium requisitorum nullum hodiè esse necessarium, sed tantùm quòd intrà tres menses expleatur, & fiat coràm Notario, & duobus testibus, asseuerat *Guid. Papa dec. 571.* & *Roland. cons.73. num.20. lib.2.* alios complures sectatores sententiam communiorem esse existimat *Velascus consult.52.num.8.tom.1.* insequiturquè *Francisc. Hieronym. Leo in decis.Aragon.107.n.24.* qui sub *nu.22.* affirmauerat, id consuetudine obtentum esse in Regno illo: prout fieri, & admitti hoc in Regno Neapolitano, certum est; quin, & tres iam dicti menses currere incipiant à die aditæ hæreditatis, & sic præambuli in more esse Neapoli, & Regno scimus. Hicquè vetustus Regni mos non disentit à dispositione legis, cuius vigore à die aditæ hæreditatis numerari iam dictos tres menses, dixit *glos.in eod.§.fin autem dubius, vers.delatam*, & simpliciter loquendo amplexatur *Bart.in §.fin autem hoc aliquis.sub n.3.* eiusdem *l.fin. Guid. Papa.eod.decis.571.num.5. Cuman.consil.73.num.3. Francisc.Porcell.tract. de inuent. cap.3. num.11. Decij cons.633.* insequuntur *Gratian. lib.3. discept. forens. cap.562. ex num.28. Reg. Capyc. Latro decis.129.num.4. & 15. & decis. 137.num.26. de Rosis select.iur.obseru. cap.26.à num.45. Consil.Prat.lib.1. discept.forens.cap.36.* inquirens, an currat tempus pendente quæstione super hæreditate? atq; vbi verior esset eiusdem *Bart.* distinctio *in §.cum igitur, n.2. dicta l. fin.* vt à die aditæ hæreditatis exordiatur trimestre tempus, quando malitia omnis abest, non autem si dolosè hæres protelatus sit aditionem, & amplectantur alij complures, potissimùm *Roman.cons.84.vers.quamobrem.*

25 Nihilominus dolus, & malitia non præsumeretur, sed omninò probanda esset, vt ex eiusdem *Romani* postremis verbis apertè desumitur, & consecutiuè non constito de malitia, adhuc attenta dispositione Iuris, staretur Regulæ à die additionis, & sic præambuli currere statutum tempus trium mensium. Fulcitur itaque nostri Regni vsus authoritate multorum Doctorum, id iure quoquè subsistere opinantium, vt multo magis validus censeatur, cum validissimus quoquè existimandus esset quiuis introductus mos in confectione inuentarij, qui aduersaretur sanctioni *dictæ l. fin.* etenim apertè Iuris esse docet *Bald. ibid.* vt requisitis per eamdem *l.* in confectione inuentarij minime obseruatis, dùm tamen intercesserint, quæ solent de consuetudine apponi

Digitized by Google

26 poni sustineatur citrà dubium inuentariũ, idem *Bald. cons.* 147. *lib.* 4. *Guid. Papa cons.* 42. *num.* 3. *& in tract. de inuent. num.* 9. *Roland. à Valle eod. tract. quæst.* 128. *Carpzou. Iurisp. for. par.* 3. *const.* 33. *defin.* 13. *Aug. Bero. q. fam.* 62. vbi *Myl. Fachin. lib.* 4. *controu.* 35. *Criuell. dec.* 143. *lib.* 6. *tit.* 11. *defin.* 9. *Dom. Scoppa ad Nicolin. in prax. ciu. pag.* 104. *lit.* N. & post *Gratian. cap.* 767. *nu.* 7. *& cap.* 977. *n.* 27. *Capon. discep. forens.* 192. *tom.* 3. *D. Aloys. Mansius lib.* 4. *consult.* 330. *ex n.* 18. *Consil. Rocc. resp.* 78. *nu.* 1. *lib.* 1.

Hinc de more esse in hac Ciuitate
27 in inuentario describi mobilia cum ponderibus, numeris, & mensuris, qualitatibus, ac quantitatibus, ad tollendam doli præsumptionem propter incertitudinem rerũ, dicebant in S.C. hæredes D. Francisci Salernitano iunioris in causa cum D. Carolo, & Fratribus de Salernitano, in Banca Figliolæ, productæq; fuere in processu fol. 153. & 154. Actuariorum M.C.Vic. & Notariorum attestationes de hac praxi, nixa dispositione *text. in l. si quis intra, C. de bon. proscript.* quem *text.* vendicare locum in inuentario hæredis, post *Bald.* annuunt *Natt. cons.* 574. & 575. *lib.* 3. *Roland. à Valle cons.* 73. *n.* 43. *lib.* 2. *& de inuent. p.* 4. *sect. incip. omittendum, Phanunc. eod. tract. p.* 3. *to.* 3. *Rimin. iun. cons.* 417. *n.* 45. *lib.* 4. *Honded. cons.* 53. *tom.* 1. *Faber. C. lib.* 6. *tit.* 11. *def.* 25. *Gionagn. resp.* 21. *nu.* 6. *lib.* 2. *Caren. resol.* 37. *n.* 3. *Cyriac. controu.* 161. *n.* 98. *ac controu.* 294. *n.* 10. & 11. imò & valorem describendum, post repetentes notant *Escobar. de ratiocin. c.* 9. *n.* 29. *Laderc. cons.* 25. *Spin. de testam. glos. fin. ex n.* 35. *& glos.* 29. *num.* 36. *Cancer.* hanc aleam veriorem præconizans *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 73. quamuis alij, non requiri superstitiosam descriptionem bonorum cum suis qualitatibus, distinctisq; pretijs, voluerint ex *text. in l. fin. §. sin autem dubius, C. de inr. delib.* in illis verbis: *Subscriptionem tamen supponere heredem necesse est, significantem, & quantitatem rerum, & quod nulla malignitate &c.* Quod verbum *Et quantitatem*

communitèr à II.CC. exponitur pro numero, teste *Didac. Spin. de inuent. q.* 273. *n.* 37. *&* 38. solùmque pupillorũ, aut Fisci fauore tentari posset, quòd in inuentario, descriptione, vel adnotatione de bonis illorum facienda, exigatur distincta rerum enumeratio, ex *text. in l. tutores,* 24. *ff. de administr. tut. & l.* 3. *C. de bon. vacant. lib.* 10. aliqua apud *Roland. cons.* 73. *n.* 50. *lib.* 2. *Fab. in C. lib.* 6. *tit.* 11. *def.* 26. *Honded. cons.* 53. *lib.* 1. Meritòque addunt, *Præs. de Franch. in decis.* 536. *n.* 5. docuisse, sat esse assertionem, tot bona remansisse in hæreditate, alitèrque dicẽti incumbere onus probandi, cõfirmant *Staib. lib.* 1. *resol. for.* 95. occurrẽs memorato *text. in l. si quis intra, Rosa ad Consuet. Neap. ex. pag.* 140. *Hodiern. controu.* 5. Ad quod Iudicis sũmoperè operabitur religio, arbitriumq; perpensis facti circumstantijs, hæredum qualitate, ac mobilium quantitate, & æstimatione, *Gratian. cap.* 822. *n.* 17. *lib.* 5. *Fontanell. claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 2. *ex n.* 53. *tom.* 2.

Citationem insupèr esse de forma
in illius confectione, nemo in dubium
28 reuocauit, potissimùm in Regno, *Roland. cit. tract. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 13. *Fab. in C. lib.* 6. *tit.* 11. *de iur. deliberandi, def.* 26. *nu.* 1. adeò quòd certis creditoribus specialis, incertis generalis per Edictum exquiratur, *Marta in summ. dec. lib.* 1. *ff. tit. Inuẽtarium, c.* 1. *&* 2. *Crauett. cons.* 364. *Cons. Marcian. cons.* 13. *nu.* 4. *lib.* 2. *Reg. Cap. Latr. dec.* 96. *n.* 11. *Gallupp. in praxi S.C. p.* 3. *cap.* 3. *n.* 4. *Thor. in supplem. decis. verbo Inuentarium, Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. cap.* 111. *ex n.* 1. *Cons. Prat. lib.* 2. *discept. forens. cap.* 11. *n.* 3. *&* 4. *Cons. Staib. resol. forens.* 95. *n.* 10. nectens, prodesse aliquibus citatis, quòad non citatos, ex *Franch. dec.* 229. *n.* 5. *Gratian. cap.* 797. *n.* 5. *lib.* 4. cõfirmat *Reg. de Marin. cit. loc. n.* 7. *Capon. discept. forens.* 192. *to.* 3. qua de re *Fab. in C. lib.* 6. *tit.* 11. *def.* 17. *Paitell. in annot. ad decis. caus. ciuil. exped. cit.* 72. *num.* 79. Tamen haud leginus in quatuor tantùm Iuribus de solemnibus inuentarij loquentibus: nempè adducta *l. fin. in §. sancimus, auth. sed cum testator, C.*

ad l.falcid.auth.si omnes, C.si min. se ab hared.abstin. certam diem, & horam esse assignandam ; proindèque vera redditur propositio ex præfatis Iuribus decerpta, satis superque esse conuocare simplicitèr creditores ad illud, prout de Iure conficiendum absque certæ diei, vel horæ destinatione, cuius proscriptio tantæ leuitatis habita fuit, vt apùd plures Regiones, nullam requiri citationem, statutum fuerit, sicuti Lusitaniæ *Valasc.consult.52.n.22.in fin.& consult.87. n.1.* Galliæ *Rebuff.1. tit.ad l.Gall.fol.281.n.4.* Hispaniæ *Parlador.rer.quotid.lib.2.p.4. cap.fin.§.1.n.* 8.Cathalunię *Cancer.variar.resol.to.3. cap.2. n.66. Fontan.de pact.nupt.tom.2. claus.7.glos.3.p.2. nu.45. Petrus Diez à Ribadeneira Noguerol. allegat.iur. to.1. allegat.19.n.102.*

Validum propterea dijudicauimus
29 citationis diploma, his conceptum verbis: *Compareant Die ... & Hora .. instãtis mensis, cum continuatione,* in fine verò: *Datum die* 20.*Maij* 1666. vti cõtinens certam diem, nempè totum mensem. Verba enim sunt referenda ad sensum hominis benè sensati, *cap. ex litteris,* vbi *Abbas in 3.not.de sponsal.* & aliquid operari debent, ne superflua dijudicentur, *l.si quando, ff.de leg.1. Crauet.cons.232.vol.2.* & adamussim notat *Abbas Panorm. cons.562.n.3. p.2.* tempusq; indefinitè prolatum de præsenti intelligi, sese offert *text.in l. si ita legatum,* vbi *Bart.ff.de aur.& arg. legat.* quod in contractibus extendit *Felin.in cap.fin.de constitut.in fin.* ex *l. in omnibus.ff.de reg. iur. Leum qui Kalendas,§.quoties ff.de verb.oblig.§.omnis, Instit.eod.tit.*

Inuentarium autem factum ex offi-
30 cio per Curiam eximere hæredem ab illius confectione, aduertunt *Damander.in tract.de tutelis,pag.19.n.19. Velasq. consul.81. n.1. Escob. de ratiocin. cap.9.n.22. Salgad. in laberynt.concurs. credit.p.2. cap.1. ex n.37. Rocc.cit.resp. 78.n.8. Scoppa ad Nicolin.pag.104.n.30. Capon.discept.forens.38.n.21.tom.1. & discep.14. tom.3. Mansius add. consult. 330.n.24.* & nonnulla nectit *Thor. in compend.decis.p.3.sect.1.verbo hares an se tueri,pag.511. & verbo, inuentarium pag.600. Quesada dissert.13.num.3.* Sic confectum ab vno ex hæredibus iuuare alteri, monent DD. à nobis adducti *in ritu* 207. *n.4.* addimus *Noguerol.alleg.19.n.103. Ripoll. variar. cap. 10. n.256. Vivian.Cirocch.inn. discept. 61. Cons.Staib.resol.168. n.30.* sermonem habẽtem de illo à Tenutario cõfecto, quod hæredi prosit, *Fab.in Cod. lib.6. tit.11. defin.24.* Etiamsi restitutionis in integrum remedio à minore confectum fuerit, vt *ibidem* indicauimus, qua de re *Olea de cess.iur.tit.6. q.3.n.11. Vilaplan.de brach.milit.cap.4. à n.25.* & nouissimè doctus *D.Francisc.Romaguera in add.ad Conciol. super Statut. Ciuit. Eugub.lib.2. rub.34.n.41. & de Rosis select. iur. obser. cap.28. ex n.29.*

An filius non conficiens inuentarium detrahat legitimã, & obstringa-
31 tur integra legata soluere? Articulus fuit ad trutinam reuocatus in causa inter DD. D.Franciscum, ac alios de Afflicto, & possessores ruris siti in Ciuitate Auersæ, nuncupati *à Centone*: Etenim anno 1597. Io:Antonius iunior, nec non alij Fratres filij Matthæi de Afflicto nepotis ex Io:Antonio filio Reg.Consil.Matthęi, instetere in S.C. condẽnari possessores præfati ruris ad illud relaxandum cum fructibus, vti obnoxium fideicommisso facto anno 1523. à præfato Consiliario Matthæo in eorum beneficium (de quo fideicõmisso memini in *ritu* 278. hoc *tom.4.*) haud obstante illius venditione facta anno 1578. à memorato Matthæo iuniore, eiusq; pretium fuisse conuersũ in emptionem Terræ Roccæ Glorioſæ, adhuc ab ipsis de Afflicto possessæ; instructoq; pluriès processu.

Dicebant conuenti possessores, pluribus ex causis absoluendos ab huiusmodi annosa tãdiù agitata controuersia, potissimùm, quia erat fideicõmissũ extinctum, eoquòd Consiliarius Matthæus hæredes vniuersales in sua hæ-
32 reditate cõstituit quatuor suos filios, ac vita functis singulis quibusq; dictorum

Digitized by Google

rum filiorum siue liberis substituit reliquos natos superstites: ex quo insurgentes clamabant, prohibitionem alienandi factam post dictam substitutionem super duo stabilia: nempè domum, ac prædium in Ciuitate Auersæ regi iuxta prohibitionem prædictam; ita vt cùm inter mortuos ascriptus esset Ioannes Antonius Matthei primogenitus cum liberis, ab ipso enim Matthæus iunior progenitus fuerat, sicuti extincta omninò est substitutio dicta, ita sanè expirata iàm, & emortua ducatur prohibitio alienandi super duo prædicta stabilia; cùm dicta prohibitio sit accessoria ipsius substitutionis, & extincta substitutione videtur extincta prohibitio, ex *Decio conf.636.num.7.* quòd approbauit *Rota Romana* apùd *Seraph.dec.883.*

Verùm hæc nullius momenti, ac vitream prorsùs obiectionem facto ipse dissolui, ac frangi, atq; authoritate etiam ipsorum allatorum Doctorum replicabant Actores: nàm Consiliarius Matthæus facta in testamento substitutione in hæreditate suis filijs eo euentu, quo singuli eorum è vita decederent sine liberis; deinde per caput distinctum confecit particulare fideicommissum super prædicta duo stabilia; & quamuis in substitutione facta filijs in hæreditate instituebat filium superstitem, casu quo reliqui è viuis decederent sine liberis; respectu nihilominùs duorum præfatorum stabilium fideicommisso subiectorum, hęredem instituit Collegium Doctorum ipsoq; deficiente Sedilem Nidi; ibi: *Item voluit, quòd bona sua stabilia: videlicèt domus sua sita in regione Sedilis Nidi, & Startia Magna sita in Villa Centonis &c. non possint alienari in totum, vel in partem, vllo vnquam tempore; & si fieret alienatio, non transferatur dominium, sed semper sint penès suos descendentes masculos, & si omnes sui descendentes masculi defecerint, dicta bona deueniant in Priorem, qui pro tempore erit Collegij Doctorum Iuris Ciuilis, & Canonici Neapolis &c. & hoc in perpetuum seruetur.*

Nulla itaque ratione asseri posse, prohibitionem alienandi duo dicta stabilia accessoriam esse substitutioni factæ in hæreditate dictis filijs. Primò, quia substitutio facta filijs sine liberis expressa fuit in tota hæreditate; at prohibitio nō ita; sed tātùm in duobus particularibus corporibus. Secundò, quia substitutio ita exprimitur, vt eo casu, quo aliquis filiorū emoriatur sine liberis, alter substituatur; at in prohibitione omnes descendētes mares vocātur sempèr, & in perpetuum; adeòq; parti aduersari ipsas authoritates, *Dec. & Seraph.* Nam hi Auctores supponunt, quòd sicuti substitutio in hæreditate fit solummodò filijs; ità ijsdem dumtaxàt filijs facta sit alienandi prohibitio; tunc enim dicta prohibitio censetur facta accessoria dictæ substitutioni; ita ut eo tantùm casu censeatur disponere, quo disposuit institutio, & extincta substitutione censetur extincta prohibitio, quæ est accessoria, vt idem *Dec.* notat *cit. conf.636. nu.7. & 8.* Verùm quando alienandi prohibitio accessoria non est substitutioni, sed diuersimodè exprimitur: nimirùm substitutio in tota hæreditate, & prohibitio in duobus tantùm corporibus, substitutio filijs dumtaxàt primi gradus, & prohibitio æquè omnibus descendentibus maribus, & Collegio Doctorum, expressè vocatis in dictis duobus corporibus particularibus, tunc extincta substitutione facta in hæreditate, minimè extinguitur fideicommissum particulare, & prohibitio alienandi facta non in hæreditate, sed in certo corpore, & sic in re diuersa, ac facta non solùm filijs, sed omnibus descendentibus, cùm sit prohibitio alienationis diuersa à dicta substitutione tàm respectu rei, quàm personarum, & sic non est ipsius accessoria, sed stat de per se, vti facta ad alium finem, sicuti idem *Seraph.* aduertit *in dic.decis.883. n.fin.* itidem his verbis: *Imò opportunè confirmant hanc sententiam, cùm considerentur ibi casus prohibitionis dependentis, & prohibitionis per se separatim posita.* Quin *Decij* motiuis plenè occurrit

Digitized by Google

rit *Rimin.iun.conſ.*20.*ex num.*30. & ex eodem *Rimin.* reaſſumit motiua *Peregr.conſ.*43.*ex n.*22.

Obijciebant gradatim Conuenti,iure rus fuiſſe à fideicõmiſſo auulſum, & à Matthæo iuniore diſtractum ob legitimas ad ipſum ſpectantes ex perſonis ſuorum Patris, & Patruorum filiorum Conſiliarij Matthæi fideicommittentis,illaſq; haùd amitti ob omiſſum inuentarium, iuxtà communem Doctorum conſenſum, *Gloſ.in l.fin.*§. *ſin autem hoc, verb.Sacramento, Cod.de iur.deliberand.* eadem *Gloſ.in* §.*ſi verò non fecerit,verb.lucrari, Auth.de hæred. & falcid.* §. *ſi quis autem non implent, verb.auferri eod.tit.in Auth.hoc amplius verb.naturale, C. de fideicommiſſ. & in Auth.ſed cum teſtator, C.ad l.falc. verb. excedant,Imola in l.*1. §. *hæc ſtipulatio, ff.ſi cui plus quam per l.falcid.* annuens in praxi nõ eſſe tutum reſilere à *Gloſ.* effato, quando legata conſiſtunt in corporibus hæreditarijs,*Angel.in l.fin.* §.*ſi quis temerariò,C.de iur. deliberand. Guttier.de tutel.p.*2.*c.*1.*n.*43. *Fabian.de Giocch ſuper Auth.nouiſſima, C.de inoffic.teſtam.n.*159. *Ruin.conſ.*57. *Craſſ.de ſucceſſ.* §.*legitima,q.*45. *Ayor. de partit. p.*1.*cap.*2.*nu.*23. *Gaualcan. de vſufruct. n.*95. *Fachin.controu.lib.*4. *cap.*34. *Fab. ſuper C.lit.*6.*tit.de iur.deliberand. definit.*23. *Mareſcott. var.reſolut.lib.*1.*cap.* 23.*ex n.*5. *Bernard. Greuei pract. concl. lib.*2.*concl.*138.*conſid.*1. *Petra de fideicommiſſ q.*15.*n.*111.*&* 128. *Concennat. lib.*3.*qq.cap.*11. *Cacheran. dec.*148.*n.*6. *Guid.Papa dec.*53.*n.*1. *Egid.ad l.*1. *p.*5. §.1.*n.*29. *C.de Sacroſ.Eccleſ. Caſtill.controu.lib.*3.*cap.*5. *Merlin.de legitim.lib.*3. *tit.*2.*q.*2. *ex n.*7. *Gaill.pract.lib.*2.*obſer.* 138.*n.*14. *Paſchal.de patr.poteſt.p.*2.*cap.* 4 *n.*159. *Minad.conſ.*4.*n.*7. *Ann.conſ.* 25.*n.*17. *Rocc.reſponſ.*78.*n.*15.*tom.*1. *Hodier.ad Surd.dec.*316.*n.*9. ſiquidē legitimã ipſo iure filio deberi,indubitati iuris eſt, *l.ſcimus* 65.§.*repletionem,C. de inoffic.teſtam.* atque ab ea omne remoueri grauamen, *l.omnimodo* 39. *& l.quoniam in prioribus,C. de inoffic. teſt.* neque vllo Iure diſponitur filium ob illud non confectum priuari legitima, & nuſquam inducitur alicuius iuris priuatio,niſi expreſſo caueatur Iure, *gloſ. in c.fin. de iur. patron.* vt in ſimili loquens de trebellianica, arguebat *Preſ.de Franch. dec.*11. *n.*22. *Merend. lib.*4.*controu.cap.*13. *Chriſtin. vol.*1.*deciſ.*317. *Hen.diſp.*11.*tit.*20. *Guid.Papa deciſ.*53. Confertquè *text. in* §. *non autẽ excipimus,Auth.de hæred.& falcid.* patronum ſcilicèt hæredem inſtitutum à liberto legitimam deducere illo omiſſo.

Contrariam autem aleam magis veram præconizabant Actores *ex Bart. in l.pater filium* 36.*n.*2 *ff.de leg.*3. *Gabriel.tit. de legitima,concl.*6. *in princip. Menoch.de arbitr.Iudic. caſu* 163.*nu.*2. *Oldrad.conſ.*134. *Caſtrenſ.conſ.*188.*lib.* 2. *Natt.conſ.*199. *n.*6. *Durant.dec.*301. *n.*15. *Rota dec.*47. *n.*4. *Peregr.conſ.*64. *n.*27. *Fuſar. conſ.*64. *n.*15. & alijs: ſi enim es alienum ex cauſa onerosa amittitur, eo magis legitima: & ab illius confectione hæredem,ſiue extraneum, ſiue ſuum Iura minimè excuſant,ob fraudis, iuris, & de iure præſumptionem, *Dominic.Homem de Almeida alleg.*12. poſt *tract. Analyſis excellentiar.in iur.numer.quinarij*,occurrens *text.in cit.*§. *non autem excipimus, Egid. in d.loco, & Gloſ.inferiùs cit.in l. cùm de lege.ff.de probat.*

Potiſſimùm quòad bona particulari
33 ſuppoſita fideicommiſſo,vt adamuſſim in ſuo Mantuano Senatu deciſum fatetur *Surd. dec.*316. necnon Bononiæ refert *Barz. dec.*105. & arguit *Carena reſolut.*124.*n.*6. *Rota Rom.dec.*49. apùd *Rutil.Paitelli poſt ſuas deciſ. cauſ. ciuil. Bichi dec.Rot.Rom.*559.*ex n.*11. *Giouagn.lib.*2. *reſp.*20. *Amat. Dunozett.iun. dec.Rot.*559.*nu.*7. *D.Io.Baptiſta Saminiati* Patritius Lucenſis *controu.*75. *ex num.*9.

Iterabant Conuenti,præfatam *Surdi deciſionem*, Doctoreſq, ab ipſo laudatos ſermocinari contra receptam ſententiam,vt ex *Gloſ.* communitèr canonizata in *l.cùm de lege* 18. *verb.hæredis probatio.ff.de probat.et ex antiquioribus,* notat *Altograd. conſ.*34. *num.*13.*lib.*2. *Mart.de ſucceſſ.leg.p.*4. *q.*18.*art.*9.*n.*6.

Bellon.

Digitized by Google

Bellon. de iur. accr. sc. cap. 9. q. 24. nu. 34. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 23. Merl. de legitim. lib. 3. tit. 2. q. 24. n. 12. Rot. penès ipsum *Merlin dec. 99. n. 8. Gisp. Mansf. de testam. valid. vel inualid. tit. 12. q. 44. Ciroch. discep. 7. Emin. Luca de hærede, & hæredit. discur. 17. n. 7. Aloys. Mansf. consult. 304. ex n. 10. lib. 4.* aduertens *n. 17.* resultari ex huiusmodi detractione mirabilem effectum: quamuis enim filius detracta legitima omisso inuentario, integra obstringatur præstare legata, ad hanc præstationem actione tantùm personali teneatur vti prædefuncti hæres, non hypothecaria, quæ quamuis pro legato competat aduersùs etiam tertios bonorum possessores, *l. fin. §. sed quia, in princ. C. ad Senat. Consul. Trebell. Pacific. de Saluiano, inspect. 3. cap. 4. nu. 58.* idem *Mansf. consult. 182. lib. 2. Paitelli dec. cauf. ciuil. exped. 21. n. 23. & exped. 69. n. 25. Ceuall. comm. opin. q. 102.* non tamen potest exerceri super bonis pro legitima filijs debita, & ministerio iuris, defuncto patre, illicò ab illius hæreditate auulsa nullo hypothecæ vinculo pro legatis subiecta, nec in ijs tertius possessor potest à legatarijs vexari, qui actione personali experiri debent contra filium hæredem alienantem, ex quasi contractu aditionis integra soluere legata obstrictum, & ita fore intelligendam *Surdi decisionem*, idem *Mansius* aduertit *n. 21.* quod ipsemet *Mansf.* dixerat *consult. 134. ex n. 8. lib. 2.* atq; ex hoc discrimine abest hæsitatio *Hieron. Ceuall. in specul. comm. opin. q. 591.* aientis, se nescirè qualitèr compatiatur, vt filius deducat suam legitimam non conficiens inuentarium, & ex alia parte teneatur de proprio, & refert *Paul. Christin. dec. Belgic. 248. n. 8. tom. 1.*

Vel *Surdi decis.* militare superexistentibus alijs bonis eiusdem qualitatis pro filij legitima, ex *Gratian. discept. cap. 700. n. 24.* minimèq; veritate niti eiusdem *Surdi*, & aliorum effatum, obnoxium esse filium hæredem, vel alium ex ejus iuribus probare non adfuisse alia bona, cùm Doctores ab ipso laudati hoc non dixerunt, excepto *Natta cons. 199.* & repugnare communi II. CC. cœtui, ex *Gabriel. cons. 138. lib. 2. Viu. dec. 528. n. 21. Petra de fideicomm. q. 8. n. 460. Molin. de primog. lib. 4. cap. 7. n. 36. Cost. de remed. subsid. remed. 90. n. 4. Honded. cons. 72. n. 6. lib. 1. Frac. Becc. cons. 100. n. 22. Fusar. de substit. q. 690. ex n. 28. Gratian cap. 33. nu. 22. & cit. cap. 700. nu. 25. Hieron. de Leo decis. 171. Cyriac. contron. 5. ex n. 51. Cardin. de Luc. tit. de detract. discur. 27. ex n. 55. Scayn. dec. Bonon. 108. ex nu. 52. Aloys. Mansf. consult. 305. ex n. 10. lib. 4.* maximè si ex coniecturis colligi posset, non adfuisse alia bona, vtpotè ex pluralitate legatorum, vt perpendit *Rota* apùd *Braun dec. 210. p. 2.* vel alia præsumptione pro negante, vt obseruat *Marta in summ. decis. tom. 5. tit. de legitim. cap. 62.* epilogando enarratâ *decis. 85. Barz.* Quas adesse in facti themate dicebant, idq; liquidò constare ex Matthæi fideicommittentis vltimo elogio, ad tradita ab eodem *Barz. d. decis. 105. sub n. 29. vers. tertia est præsumptio*, & pluries à *Rota* penès *Saminiati cit. contron. 75. n. 71.*

Maximum prædictis robur addebât possessores, refutatione Terræ Roccæ Glorioſæ facta à D. Matthæo ruris venditore D. Antonio eius filio primo-
34 genitò die 14. Februarij 1594. ratam habita ab istius Fratribus; & proindè D. Antonium fuisse, & esse Patris hæredem; maximè non dato alio hærede, & obstringi hæredes ipsius D. Antonij absq; beneficio legis, & inuentarij ad omnia à D. Antonio promissa.

Hoc axioma Actores negabant in facto; & ex *Horat. Montan.* in Iure, *contron. 13. n. 8. & contron. 14. num. 10.* etiam si feudum sit hæreditarium, ac refutatum in immediatè succeſſurum: ea quippè ratione, quòd refutatarius illud acquirit titulo particulari, & qualitas illa hæreditaria post refutationem est extincta, dùm natura huius feudi erat, vt ita demùm habeat successor, si in eodem permanserit, quòd non sit alienatum, vt aduertit *And. in cap. 1. §. & si libellum, de prohib. alien.*

Digitized by Google

alien. feud. pater. Inde citatus Doctor *contron.* 14. *n.* 12. existimat, refutatarium conueniri non posse actione personali, vt hæredem refutantis, siue viuente refutante, siue post mortem.

Quod *Montan.* assertum esse contra receptam, & canonizatam in Regno sententiam, aiebat altera pars, *Loffred. conf.* 3. *Georg. alleg.* 20. *n.* 22. *Camill. de Medic. conf.* 49. *sub n.* 6. *Reg. de Marin. lib.* 2. *resol. cap.* 139. *n.* 17. *R. Rouit. cõs.* 41. *n.* 14. *vol.* 1. *& vol.* 2. *conf.* 10. *n.* 7. *& cõs.* 59. *Conf. Rosa consult.* 59. *n.* 4. *Marcell. de Maur. alleg.* 28. *n.* 6. *Conf. de Anna conf.* 127. *à n.* 25. *Milan. decis.* 8. *nu.* 286. *lib.* 1. cùm refutatio nihil aliud sit, nisi præmatura, accelerata, siue anticipata successio; refutans enim in actu refutationis iura sua restringit, & tollendo se de medio præmaturè feudi successionem immediato successori tradit; transeunt propterea omnia iura refutantis in refutatarium, ac obstringitur vti illius hæres ad omnia onera, vt de donatario omnium bonorum scripsere *Guid. Papa dec.* 105. *Peguer. dec.* 121. *Ann. conf.* 118. *n.* 27. *Intrigl. dec.* 30. *nu.* 20. & titulus particularis refutationis resoluitur in vniuersalem, alio hærede non dato, *arg. l. prim.* §. *si ex fundo, ff. de hæredib. instit. l. quoties* 13. *C. eod. tit.*

Alio muniebantur clypeo Conuenti: nempè sententia arbitrali, præuio
35 decreto S.C. lata à tunc ipsius S.C. Præside Hieronymo Seuerino, & Regijs Consiliarijs Laurentio Polo, & Io: Thoma Minadois, die 22. Nouemb. 1544. qua audita Diana Carmignano Vxore Consiliarij de Afflicto Auia, & Tutrice filiorum Ioannis Antonij, fuerant assignata Viduæ eiusdem modia centum viginti rũris pro dote, & antefato in solutum in proprietate cum cautione de restituẽdo pretium. Quod iudicium æquissimum clamabant, non existentibus bonis liberis, *ex Auth. res quæ, C. comm. de legat*, ac nostratibus *Paschal. p.* 2. *c.* 7. *Hodiern. ad Surd. decis.* 62. *& contron.* 9. *Barbat. de assistent. gl.* 5. *ex n.* 125. *Censal. ad Peregr. de fideicom. art.* 42. *Capon. de dote ad l.* 2. *ff. sol. matrim. q.* 8. *D. Consil. Altim. ad Reg. Rouit. conf.* 54. 55. *& 61. lib.* 1. *D. Scoppa ad Gratian. dec.* 19. *& 237. Dom. Rodoer. ad Reg. de Marin. lib.* 1. *quotit. resolut. cap.* 39. *n.* 8. ob dotem, & antefatum, quod illa ætate etiam in proprietate dari consueuerat, *Affl. dec.* 291. *Præs. de Franch. dec.* 472. ex *Consuetud. quartam autem*, vbi *Napodanus*, qua de re *Molfes. sup. consuet. tom.* 2. *de iure quarta q.* 6. *n.* 26. *Reg. de Marin. resol. tom.* 2. *cap.* 25. *n.* 4. *Tasson. de antef. vers.* 4. *obser.* 4. *nu.* 64. *Præs. Merl. cent.* 2. *cap.* 16. Quamuis autem antinomia sit inter DD. cui incumbat onus probandi deficientiam bonorum liberorum; Alij cùm tribuant Vxori, siue asserenti alia bona libera minimè extare, *Paris. conf.* 119. *ex n.* 7. *lib.* 1. *Corn. conf.* 3. *lib.* 3. *Martar. in epit. fideicomm. q.* 48. *n.* 74. *Molin. de Hispan. primog. li.* 4. *cap.* 7. *n.* 34. *Peguer. dec.* 116. *n.* 3. *Peregr. de fideicomm. art.* 40. *nu.* 22. *Besold. conf.* 133. *n.* 60. *Barz. dec. Bonon.* 104. *n.* 12. *Caualc. dec.* 81. *n.* 108. *par.* 2. *Gabr. conf.* 118. *lib.* 1. *Bursat. conf.* 179. *li.* 2. *Frãch. dec.* 241. *n.* 2. Alij verò fideicõmissario, *Grauet. conf.* 19. *Rol. à Valle conf.* 59. *lib.* 4. Gentilis meus *Petr. Ant. Petra de fideicomm. q.* 8. *ex n.* 460. *Milan. dec.* 5. *n.* 55. *Rot. Rom. in collect. à Farinac. dec.* 66. *p.* 4. *lib.* 1. Veriùs tamen videtur effatũ, ipsius fideicõmissarij onus esse, muliere, siue alio ex eius iuribus possidente rem à fideicommisso distractam, *Raud. dec. Pisan.* 29. *n.* 377. *Curt. sen. conf.* 27. *Loaz. in l. filius fam.* §. *Diui n.* 138. *ff. de legat.* 1. *Philipp. Kntpschildt de fideicomm. famil. nobil. cap.* 11. *sub n.* 479. *pag. mihi* 636. *Luc. ad Franch. dec.* 441. *n.* 4. *vers. verum enim*; maximè re iudicata existente, quæ iustum possessorem constituit, *l. iustè possidet* 12. ibique Repetentes, *de acquir. poss.* & pro illa præsumitur, *DD. in l. sciendum ff. de verb. oblig. Kntpschildt. cit. loc. n.* 493.

Præterquamquòd ex descriptione bonorum in Matthæi testamẽto liqui-
36 dò dignoscitur, parùm rei liberæ remansisse, ac venditæ ob onera hæreditaria, quæ quidem testatoris annotatio ab inuentario etiam excusat, *Rota coràm Bich. dec.* 510. *ex num.* 19. *Aloys. Manf. consult.* 330. *n.* 14. *lib.* 4. mobiliaq;

à

à Lutreco inflictum Bellum, ac Regni lues eripuit prorsùs,& erasit:maximè quòd illa tempestate non ebur, neque aurum residebat in Domibus, sed in
37 tenuitate mobilium firma hominum sapientia elucebat;quod sanè maximo probro est huic nostræ ætati, qua auro, argentoque non mensæ tantùm, sed cubicula ipsa onerantur, atq; ornantur depictis tabulis, & oloseric is, vel extremæ aulæ parietes,vt iàm domus indelubra transisse dicendum, atq; venerari luxum, & faustum.

Lõgi tẽporis lapsũ altrinsecùs obiectum neutra pars curabat.Actores memoratũ arbitrium,etsi vetustũ,nil præiudicij afferre, vtpotè latum inaudita persona legitima pro vocatis in fideicommisso,*Glos.in l.de vnoquoque,ff.de re iudic. Peregr.de fideicomm.art.53.n.45.Reg.Rouit.cons.95.n.5.tom.2.* ibiq; *D.Cons.Altim.* addens. Bonaq; fideicommisata nullo vnquam præscribi tempore,ex *Fusar.de substit.q.528.nu.4.Pereyr.dec.Portugal.52. Fontanell.de pact.nup.to.1.claus.4.gl.12.n.65.& 69. & dec.Cathal.82.ex n.14.*Ac Rei tandẽ legitimarum petitionem minimè præscriptam, aiebant, vtpotè ex possessione tamdiù bonorum, adeòut quod in actione erat, transiuerit in exceptionem, quæ est perpetua, *l.licèt*, vbi *Glos.verbo intra annum,C.de except.*ac perbellè notant *Bald.cons.50.n.3.Menocb.cons.1019. Gratian.cap.602. ex n.3.Altograd.cons.84.n.4. Ludouis.decis.489.n.11.& Beltram.*addens *n.2.*

Hæc sunt in compendio, quæ præcœteris,vna,alteraque pars in medium produxit, materia prolixiorem, latioremq; exposcit discussionem, id quod nostri instituti ratio nullatenùs fert;sed tantùm celebris causa ad extra Ritus thesim prædicta scribẽda nos adduxit.

Re autem maturè pluribus sessionibus examinata,S.C.die 5.Decẽb.1690. iunctis classibus,vnanimi voto,pro ab-
38 soluto habuit iuris articulum,particulare fideicommissum super memoratis corporibus extare absolutè, & de per se, nullamque habere connexionem cum substitutione. Verùm ex factis hinc indè in actis deductis absoluit cõuentos ab impetitis per Actores,duobus tantùm calculis refragantibus. Suffragia præstiterunt Spectab. Præses S.C. Dom.D.Fœlix Lanzina Vlloa, & mecum DD.Consil.Ill.Dux Caſę Maximæ,D.Petrus Antonius de Chauarri, & Eguia, qui & Commissarius, D. Fuluius Caracciolus, D. Franciscus Gascone, Ill.Dux Insulæ, D.Ignatius Crusat, D.Nicolaus Planelli,& D.Carolus Brancaccius, Processus est in Banca Licti. Aduersùs quam sententiam sunt deductæ nullitates,à Senatu examinandæ.

RITVS CCLXXXVII.

ITEM quia iudicia claudicare non debent, & omnibus æqualitèr sunt obseruanda,& iniqua Iura concessa tollenda, & Iure æquo confirmanda, de certa nostra scientia, ac proprio motu nostro prædictis volumus, mandamus, & decernimus, quòd omnes illæ personæ Vniuersitatesq;Regni prædicti,quibus forsitan per nostram Maiestatem, seu per nostros prædecessores, salui conductus, seù moratoriæ concessæ fuerint,seu imposterùm forsitan concederentur, de non trahendo ipsos,& quẽlibet ipsorum in iudicio: motu proprio concessi, & concedendi cuiuscũque dignitatis status, gradus, præheminentiæ, & conditionis existant, vel existat,teneantur, & debeant,ac teneatur, & debeat idoneam fideiussoriam cautionẽ eorum creditoribus, ad omnem ipsorum creditorum requisitionem, præstare de soluendo debitum, ad quod eis tenentur,post tempus statutum, & eis in dictis saluis conductibus

Digitized by Google

bus, seù moratoriis indultum iuxtà formam in moratoriis à Iure Cõmuni statutam, aliàs effectu dictorum saluorum cõductorum, & moratoriarum careant ipso facto, & eis huiusmodi saluus conductus, & moratoria in iudicio, vel extra non opituletur, quibuscunque clausulis derogatoriis in eisdem saluis conductibus, & moratoriis forsitan apponendis non obstantibus quoquomodo, & præcipuè si in ipsis contineãtur, quòd non teneantur præstare fideiussoriam cautionem.

SVMMARIVM.

1 *Redarguitur nonnullorum effrenis audacia in contrahẽdo æs alienum, plusquàm eorum substantia patitur, & egestatem deindè sub aduersantis fortunæ nomine colligunt.*

2 *Ingemitur debitorum conditio aliorum fortunas dissipantes, vtpotè non reddituri, & de Augusto calcitram cuiusdam oberati emente fit mentio.*

3 *Supplicia Lege duodecim tabularum, aliÿsque Regnorum peculiaribus Constitutionibus contra debitores constituta indicantur.*

4 *Regnorum Moderatores omni ætate suis sanctionibus, vt tanto occurrerent morbo, frenum nimis sumptibus imposuere, potissimùm nostris temporibus Pro-Reges vigilantissimi; & deploratur præsentis seculi luxus.*

5 *Sepènumero debitores in inopiam vergent, non eorum culpa, sed casu quodam, cuius imperio opulentia subiacet, & verba* Senecæ *adducuntur.*

6 *Imperatores, eiusmodi obœratis, resecantes sæuientem antiquam constitutionẽ, plura remedia cõcederunt, nempè cessionem bonorum, quod est antiquissimum priuilegium; pignorum adiudicationem creditoribus, etsi inuitis, moratorias, seù saluos conductus.*

7 *Cessio bonorum est magis lacrymãbilis, ab ea incipiendum; & fieri potest tàm à patre, quàm filiofamilias.*

8 *Ab Vniuersitate, Collegÿs, & similibus.*

9 *In iudicio, vel extra, absq; litis contestatione, solaq; voluntas sufficit.*

10 *Procurator per literas constitui potest, ad hunc explendum actum, & epistolæ encomia indicantur.*

11 *Cessio non conceditur, nisi cedens caueat de soluendo, si ad pinguiorem fortunam reuerterit; quod declaratur:*

12 *Iure Romano nullus in cessione requirebatur ritus.*

13 *Ipsius ignominia constituta fuit in pluribus Orbis partibus, nè facilitèr debitores ad illud beneficium confugerent, & obseruantia multorum Regionum, ac nostri Regni ostenditur.*

14 *Vniuersitas ad cessionem admittitur, iuxta formàm à Iure Communi statutam.*

15 *Cessio ignominiosa an in totum liberet debitorem, itaut ditior effectus non teneatur? inquiritur. Dicitur acerba miserabilis, & talitèr cedens non valet prosequi iniuriarum actionem intentatam, ac indicatam cautionem præstare non tenetur.*

16 *Examinatur cur illa cùm ignominia in totum excusset, non verò facta absq; ignominia.*

17 *Nobilis admittitur absque ignominia, & casus, ac obseruantia indicantur.*

18 *Clerici vbi soluendo non sunt, cessionem facere non compelluntur ex beneficio* cap. Oduardus, de solut. *à quo excluditur Clericus coniugatus, & an, ac quando in minoribus constitutus.*

19 *Si illud fuerint consequuti, habito dimisso, an molestari possint à creditoribus in seculari foro.*

20 *Vltimum Elogium, seuiente peste, factum, minori septem testium adhibito numero, est validum, etsi testator valuerit, peste cessante, aliud condere cum Iuris solemnitatibus.*

21 *Cessionem bonorum antiquitùs Principes, hodiè regularitèr quilibet Magistratus concedere potest, quidnè in Regno, & in hac Neapolis Ciuitate.*

22 *A decreto, quo debitor ad hoc admittitur beneficium, appellatio suspensiua non datur, sed dumtaxàt deuolutiua.*

23 *Non verò in dilatione quinquennali,*

in

in qua prolato diffinitiuo decreto, seruatis seruandis appellatio impartitur.

24 *Ex rescripto Pro-Regis, eiusque Collateralis Consilij directo alicui Senatui, vel Iudici, vt iustitiam faciat, vel prouideat, censetur demandatum, puram administrari iustitiam, tàm in procedendo, quàm in decidendo.*

25 *Dilatio debitoribus ad quod tempus concedi valeat? & de Iure Communi quando illa impartiri possit lite pendente?*

26 *Debitor implorare non potest cessionis decretum, nisi instantibus creditoribus aduersùs ipsum debitorem, & nisi ipse priùs se in vinculis constituat.*

Cessio bonorum fieri non potest, nisi citatis creditoribus, & quomodò?

27 *Renunciari an possit beneficio cessionis bonorum? contrariæ adducuntur sententiæ.*

28 *Pactum, quo debitor pollicetur, non vti beneficio cessionis bonorum, quid operetur?*

29 *Beneficium cessionis bonorum indultũ est debitori volenti, non autem inuito.*

Debitor quamuis petierit admitti ad beneficium cessionis bonorum, potest tamen mutare voluntatem.

Vicinus retrahens, in quacumque parte iudicij à petito retractu recedere potest.

30 *Cessio bonorum facta à debitore suis heredibus non obest, re integra: cum nempè illius bona authoritate Iudicis non fuerint distracta, vel creditoribus adiudicata.*

Cedens bonis non habet bona pro derelictis, sed tantùm potestatem præbet creditoribus alienandi.

Text. in l. item si vnus, de recept. arbitr. *quando locum obtineat?*

Cessio bonorum fieri non potest de bonis emphyteuticis, sicuti nec de feudo, aut de bonis à testatore alienari prohibitis.

Cedens bonis cum ignominia liberè, & absque onere creditorum quarere valet bona post cessionem.

31 *Debitor vt admittatur ad beneficium cessionis bonorum, requirere priùs debet eius creditores instantes, nùm eum ad dictum beneficium admittere, an potiùs dilationem quinquennalem concedere intendant.*

Debitor post impetratam dilationem quinquennalem non auditur volens cedere bonis.

32 *Debitor vt admitti valeat ad beneficium cessionis bonorum, debet vniuersa sua bona, quæ habet tempore petitæ cessionis, à se abdicare, & creditoribus cedere.*

Debitor præditus tenetur bona sua per inuentarium indicare, & si falsò indicauerit, huiusmodi beneficio priuatur.

33 *Debitor cedens bonis retinere potest vestes, quibus quotidiè vtitur; sed intelligitur de vilioribus.*

34 *Hospes auferre non potest vestem viatori pro victu illi subministrato; & quid in alijs bonis?*

Exequutio in pallio, & pileo, an realis, vel personalis dicatur?

35 *Debitor cedens bonis retinere potest pertinentia ad exercitium suæ artis pro victu quarendo necessaria.*

Doctori, vel Scholari cedenti bonis minimè auferendi valent libri; sicuti neque arma Militi.

Depositum factum pro laurea Doctorali assequenda sequestrari non potest vrgentibus creditoribus.

Libri nùm exequi possint pro pensione domus?

36 *Debitor cedens bonis tuta conscientia retinere potest necessaria sibi, & familiæ suæ, nè in dedecore viuat.*

37 *Debitor dolosus est excluſus à beneficio cessionis bonorum.*

38 *Sciens non esse soluendo, & contrahens spe futura cessionis, excluditur à beneficio cessionis bonorum. Sed intellige vt ibi.*

39 *Cessio bonorum locum non obtinet in debitis infrà annum contractis.*

Dilatio quinquennalis concedi nequit vrgente aliquo ex creditoribus pro credito infrà annum contracto.

40 *Debitor excluſus à bonorum cessione, vti infrà annum petita, illo elapso, alio libello minimè peti potest.*

Digitized by Google

41 *Heres, qui inuentarium non confecit, nùm bonis cedere valeat.*

Clericus non conficiens inuentariũ, an releuetur beneficio cap. Odoardus.

Beneficium cessionis bonorum conceditur pauperibus, & summa inopia laborantibus, non verò diuitibus.

42 *Euersor mensæ argentariæ à beneficio cessionis bonorum repellitur.*

Decoctor dicitur fraudator, & illi, quamuis in iudicio solemnitèr examinato, non creditur.

43 *Fallitus quando à beneficio cessionis norum excludatur?*

44 *Fallito nulla est concedenda dilatio, quando dolo, aùt fraude decoxerit.*

Libri Mercatorum fallitorum habent præsumptionem contra se.

Pœna imposita contrà decoctos quænam sit?

45 Pragm.1. de nummular. *statuens pœnam contrà nummularios decoctos, an locum obtineat contra mercatores fallitos.*

Ratio fidei publicæ seruandæ efficit, vt casus non dicatur similis, sed idem, & comprehendatur sub Statuto, quod etiam extenditur in odiosis, stante Reipublicæ commodo.

46 Pragm.6. de cess. bonor. *nedùm denegat quamlibet dilationem, & saluaguardiam mercatoribus, qui fraude, & dolo decoxerant; sed etiam sancit pœnam in eos, & contrà eorum bona celantes, vel asportantes.*

47 *Mercator fallitus quando possit foriudicari vi memoratæ* Pragm.6. de cess. bonor. *Adducitur scitum in facti contingentia emanatum, tàm à M.C.V. quàm à S.R.C.*

48 Pragm.6. de cess.bonor. *requirit necessariò fraudem, ac dolum mercatoris, ità vt locum obtineat, non sufficit decoctio.*

Pragm. *prædicta licèt statuat, ad doli probationem sufficere præsumptiones, & coniecturas; nihilominùs quoties pro Reo militat aliqua præsumptio, hac omnes alias Fisci præsumptiones elidit.*

49 Pragm.6. de cess. bonor. *loquitur de mercatoribus rationum: non autem de mercatore simplici, & puro negotiatore.*

Pragm. *supradicta, vti nimis rigorosa, in nullo casu fuit vsu recepta ex tempore, quo fuit promulgata.*

50 *Decoctio in se non est delictum, sed tantùm potest esse delictum, quando adest dolus.*

51 *Excusator licèt opponere nequeat de Rei innocentia, implorare tamen valet Iudicis officium, ità vt etiam in crimine homicidij ostendere possit, Reum non teneri pœna homicidij.*

Iudex tenetur ex officio inquirere de inquisiti innocentia, ac pro eo supplere, vbicumque deuenire potest ad diffinitiuam sententiam parte absente.

Agnatus inquisiti quando comparet aduersùs forindicationem, licèt principalitèr non agatur de meritis causæ; est tamen de illis agendum, quatenùs spectat ad qualitatem delicti, & indiciorum.

52 *Decoctio in dubio creditur dolosa, & propria fraude facta.*

Filius quando obstringatur ad as alienum à patre contractum.

53 *Cedere bonis nequit ille, qui bona sua luxuriosè viuendo consumpsit, & sua culpa paupertatem sibi accersiuit.*

Tradens domum ad ludendum, si in ipsa ade verberibus fuerit affectus, aùt furtum passus, nullam actionem habet.

Adducuntur nonnulla de ludo alearũ, taxillorum, ac schaccorum.

54 *Reipublicæ interest, nè quis re sua malè vtatur.*

55 *Cedere bonis valet etiam ille, qui sua culpa inops factus est.*

Dilatio quinquennalis admittitur non probatis infortunijs debitoris.

56 *A regula nusquàm recedendum est, nisi de casu limitationis concludentèr doctum fuerit.*

Bona fideicõmissaria nùm possint alienari pro excarcerando hærede grauato, etiam ob suum delictum?

57 *Negans debitum dolo malo, & conuictus, excluditur à beneficio cessionis bonorum. Sed limitatur in nonnullis casibus.*

Digitized by Google

58 *Debitor negans ex petitione maioris debitì non excusatur.*
Petitio nulla dicitur, vbi actio exceptione eliditur.

59 *Debitor Fisci ex contractu admittitur ad beneficium cessionis bonorum; secùs verò debitor ex delicto.*

60 *Debitor inopia laborans si fuerit vinculis mancipatus, petere potest, vt sibi alimenta subministrentur à creditore, alioquin à carceribus dimittatur.*
Debitor predictus alimenta consequitur, etiam si habeat fructus dotis, qui sat non sint vxori, & filijs.

61 *Hebræi pauperes carceribus mancipati à creditoribus Christianis beneficio cessionis bonorum gaudere valent.*

62 *Recensetur Epigramma Carphillidis, quod extat in Antologia in Piscatorem.*

63 *Creditor subministrare nolens alimenta debitori pauperi vinculis mancipato, dimitti potest à Iudice; Ac Iudex tali casu non faciens illum relaxari, de suo alere obstringitur.*

64 *Debitor semel excarceratus ob denegatam alimentorum præstationem, non potest iterùm carcerari, si creditor offerat, se paratum ad illum in vinculis alendum.*
Debitor carceratus in M.C. creditore assentiente transferri valet ad alium carcerem; at si creditor iterùm illum traduci in M.C. voluerit, non auditur.

65 *Carceratus inops in causis criminalibus alendus est à Curia.*

66 *Alimentorum taxatio quomodò, & à quo facienda sit?*
Pauper quis dicatur? & an talis dici valeat, qui habet artem, ex qua ipse alere se potest?

67 *Creditor agens aduersùs inopem, non debitum, sed debitorem prosequitur, & potiùs se hostem, quàm creditorem ostendit.*

68 *Debitor non valens soluere in pecunia, dare potest bona insolutum creditoribus ad eorumdem electionem.*
Nisi debitor cum iuramento renunciasset Auth.hoc nisi, C.de solut.

69 *Dispositio* Auth.hoc nisi, C.de solut. *locum habet, existente dumtaxàt promissione in pecunia; absque expressa illius renunciatione.*
Res venit appellatione pecuniæ.
Quis vt excludatur à pietatis beneficio in causa impartito, requiruntur verba specialissima.

70 *Datio insolutum obtinet locum, licèt renunciatum sit* Auth.hoc nisi, C.de solut. *quando superuenit inopinatus casus, & iustus non reperitur emptor.*
Datio insolutum non habet locum in debitore ex causa census.
Ciuitas, aùt Vniuersitas non gaudet beneficio dandi bona insolutum eius creditoribus.

71 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij dare potest bona insolutum creditoribus.*
Dispositio Auth.hoc nisi, C.de solut. *locum obtinet in feudis cũ onere correspondendi superfluum pretij alijs creditoribus.*

72 *Creditor quando recipit insolutum bona oblata ab hærede cum beneficio legis, & inuentarij, nùm ex istis bonis deducat sextam, si licitatis ijsdem bonis præuia oblatione emerit? adducitur contentio, quæ extat inter* Epifc. D. Hieronymum Borgia, & Consiliar. D. Blasium Altimare.
Creditor obtinens adiudicationem bonorum in iudicio assistentiæ, non deducit sextam partem pretij.

73 *Sexta pars pretij nùm deducatur ex venditione bonorum mobilium?*

74 *Oblatio certorum bonorum stabilium facta in vim exequutionis nùm admittatur ad remorandam expeditionem literarum exequutorialium.*
Text. in l.à Diuo Pio, §.in venditione, D. de re iudic. *dat ordinem in exequutione sententiæ.*

75 *Ordo impartitus per dictum* text. in l.à Diuo Pio, §.in venditione, *nùm sit de forma, ità vt illius omissio reddat exequutionem nullam?*

76 *Ordo præfatæ* l.à Diuo Pio, §.in venditione, *nùm impartitus sit fauore creditoris?*

77 *Adducitur scitum S. C. emanatum in notabili causa ad ornatum citati* text.

Digitized by Google

in l.à Diuo Pio, §.in venditione.

In exequutione mobilium nùm aliquis ordo attendendus sit?

78 *Debitor gaudere etiam valet beneficio moratoriæ; & illa, vel est gratiosa, vel iustitia; gratiosa verò à Principe tantùm concedi potest.*

79 *Consuetudines concedendi dilationes quinquennales à Principe originem traxerunt.*

Vsus potestatis suprema requirit semper iustam causam in Principe; qua tamèn præsumitur, potissimùm si illa fuerit concessa cum causæ cognitione.

Reipublicæ interest, Ciues à creditorum nexibus liberari.

Princeps pro conseruatione status Illustrium personarum, an tuta conscientia valeat eis, nedùm concedere inducias ad soluendum; verùm etiam vt liceat paulatim soluere contrà formam contractus.

80 *Princeps est pastor subditorum, & corporis totius Reipublicæ medicus esse dicitur.*

81 *Priuilegium, quod non in totum, sed in parte pœnam adimit, validum est.*

82 *Princeps ex causa, de plenitudine potestatis, dominium, & bona suis subditis auferre potest.*

Fauor publicus reputatur iustissima causa.

Epicheya quanàm sit?

83 *Princeps attendere debet, quid decet secundùm honestatem, quid licet secundùm aquitatem quid denique expedit secundùm vtilitatem.*

Potestas Principis non constitit, vt faciat quid velit, sed quod iustè possit.

Principi præcipuum est, facere iustitiam.

84 Pragmaticæ sub tit. de administrat. Vniuers. *nùm comprehendant census, & bona Ecclesiarum, ac personarum Ecclesiasticarum?*

Ecclesiastici an contribuere obstringantur cum laicis, quando sic exigit præcisa necessitas?

85 *Moratoria concedi potest, & debet Vniuersitati pro eius propriis debitis; vbi recensentur plura exempla.*

Miserabiles collectas soluere non tenentur.

Officialis deputatus ad exigendum collectas, potest illas remittere in præiudicium Principis ratione paupertatis.

Ciuitate, Castro, vel Villa Incolarum numero diminuta, ita quòd solita Fiscalium onera ferre nequeat, fit alleuiatio de mandato Regio.

86 *Moratoria concedenda nedùm est Vniuersitati, verùm etiam omnibus illius hominibus: maximè Agricolis.*

Agricolæ multis potiuntur priuilegijs fauore culturæ; quorum nonnulla hic peculiaritèr recensentur.

Agricolæ nullo modo carcerari possunt tempore messium.

Exequutio super bobus aratorijs, & aratro, siue alijs instrumentis ad agriculturam pertinentibus, prohibita est.

87 *Citatio licèt in omnibus actibus requiratur; restringitur tamen, quando aduersarius esset talis, qui etiam præsens non posset actum impedire, & contradicere.*

Citatio adhiberi non debet in notorijs.

88 *Moratoria nùm extendatur ad debita iurata? & nùm exigatur absolutiò à iuramento?*

Iuramentum à parte parti remitti potest.

89 *Debitor quando vti possit moratoria, non obstante, quòd in instrumento expressè renunciatum sit moratoriæ exceptioni.*

Interesse an currat pendente tempore moratoria? & quid in redditibus, seù annuis introitibus ex stipulatione promissis?

Annui introitus quando currunt, tunc eorum exactio non secus, ac debiti solutio differtur ad tempus constitutum in ipsis literis.

90 *Debitor durante tempore moratoriæ conuenire non valet suos debitores; & opponens moratoriæ exceptionem contrà suos creditores, pati debet, vt illa etiam vtantur sui debitores.*

91 *Moratorias concedere, est de Regalibus Principis; Dilationes verò quinquennales à Principe, vel alio Iudice inferiori concedi valent.*

92 *Dilatio quinquennalis vt impartiri pos-*

Digitized by Google

possit, requiritur consensus maioris partis creditorum, qui compellunt minorem partem ad concurrendum.

93 Tempus dilationis quinquennalis esse non potest maius, vel minus quinque annorum à principio, secundùm aliquos; alij verò contrarium dicunt attestantes, eiusmodi dilationem aliquando ad annum, aliquãdo ad quinquennium, aliquando verò ad decennium impartiri.

Princeps de plenitudine potestatis talem dilationem concedere potest vsq; ad triginta annos.

Dilatio quinquennalis non tantùm semel, sed etiam bis, aùt ter concedi potest, instante maiori creditorum parte.

94 Dilatio quinquennalis vt concedi valeat, constare debet de veritate, ac realitate credituum; nec sat est creditorum confessio, nisi liqueat de causa. Adducitur mos ad fraudem removendam.

Creditor asserens se talem, cum non sit, aùt habuerit promissionem resolutionis, & assentitur, ad hoc vt alios concurrant, grauitèr punitur.

Creditor pretextu alterius contractus, vel repromissionis, exigere non valet durante dilatione quinquennali.

95 Maior pars intelligitur pro quantitate debiti, non pro numero creditorum.

Dilatio quinquennalis concedenda est, etiam si non maior, sed aqualis summa, & sic debiti dimidia tantùm sit creditorum concurrentium.

96 Creditum licèt præsumatur simulatum inter filium debitorem, & patrem concurrentem creditorem; alitèr tamen est, quando de debito ante dilationem constat ex verissimis causis.

Creditores consanguinei assentientes regulariter in dubio non admittuntur ob præsumptam fraudem, & collusionem.

97 Maior creditorum pars vt minori præiudicet, sat est, vt albaranum subscribant, & ità in praxi seruatur in hoc Regno, ac in Gallia, Lusitania, & Hyspania.

98 Dilationes quinquennales ab omnibus obtineri possunt, qui expressè prohibiti non reperiuntur.

Mulier gaudere valet beneficio dilationis quinquennalis, licèt ob æs alienum carcerari non possit.

Debitor munitus priuilegio nè conueniatur, nisi in quantum facere potest, an gaudere possit beneficio dilationis quinquennalis.

99 Dilatio quinquennalis minimè subsistit, quando de persona tantùm conceditur.

100 Debitor etiam in carceribus existens frui potest beneficio dilationis quinquennalis, vt illius vigore dimitti debeat.

Liberans aliquem debitorem obstringitur integrè soluere omne debitum, licèt debitor prædictus denuò apprehensus in carcerem detruderetur.

Creditor non potest ampliùs debitorem carcerare, etiam si offerat alimenta præstare, quando prius renitens fuit.

101 Debitor post obtentam dilationẽ quinquennalem, ac post quàm tempus in ea expressum lapsum est, ad beneficiũ cessionis bonorũ conuolare non potest.

Dilatio quinquennalis impedit instrumenti præsentationem ad formam Ritus.

102 Exequutio sententia quando remoretur ex rescripto dilationis quinquennalis.

Geminatio verborum denotat firmitatem propositi voluntatis ac consensus, & inducit diuersitatem iuris ab actu simplici.

Verba geminata significant præcisam intentionem.

103 Vicinus ex maiore parte concurrens potior est in retractu eo vicino, qui pro minori parte concurrit.

Emptor vicinus ex minori parte præfertur in retractu alteri vicino, qui concurrit pro maiori parte, tanquàm duo habens vincula, & vicinitatis, & emptionis.

104 Creditores certantes, quid faciendum sit super bonis debitoris à solutione cessantis? cogi valent creditores minoris partis, non solùm ad dilationi assentiendũ, verùm etiam ad remissioni

sioni partis debiti consentiendum.

105 *Creditores maioris summæ si dilationem quinquennalem concesserint, ac petierint condemnari renitentes ad concurrendum, atque isti seruatis seruandis ab impetita dilatione fuerint absoluti, illi creditores maioris summa ante quinquennium non possunt ipsum debitorem conuenire.*

Voluntas tacita non præsumitur in præiudicium tertij debitoris.

106 *In iudicio concedenda dilationis quinquennalis, Clericus citatus stare debet coràm Iudice laico.*

Hoc etiam locum habet in remissione partis crediti.

107 *Dilatio quinquennalis non extenditur ad debita inhita post datam ipsius dilationis, tàm si illa à Principe, tùm si à creditorum consensu concessa sit.*

108 *Dilatione quinquennali concessa, vrgentibus creditoribus nouitèr quæsitis, & fuerint debitor carceratus, & bona vendita; creditores, qui concurrerunt, vel ad concurrendum damnati fuere, vti priores in tempore, possunt super pretio bonorum satisfieri.*

Dilatio cessat finita dilationis causa.

109 *Senex septuagenarius quamuis carcerari non debeat; de consuetudine tamèn ei domus loco carceris assignatur, & quandoque hoc ampliatur ad totam Ciuitatem.*

Senex septuagenarius hac prærogatiua non gaudet, si in dicta ætate æs alienum contraxerit.

110 *Dilationis quinquennalis exceptio nùm opponi possit contrà creditores ex causa depositi? adducantur pugnantes sententiæ, pro intellectu quoque* text. in l. si quis, vel pecunias, C. depos.

Quid in depositio confesso? aùt in depositio facto penès publicum Bancum? ac demùm in depositio irregulari, de quo loquitur text. in l. Lucius, 24. cùm seq. §. pecuniam, ff. depos.

111 *Depositi irregularis natura perueſtigatur, tribus constitutis conclusionibus ad intellectum adducti* text. in l. Lucius, 24. cum seq. §. pecuniam, ff. depos.

Depositum quando sit verum, & deminiù in accipientè nõ transferatur.

112 *Dilatio quinquennalis nùm amplectatur creditores ex causa dotis? adducitur distinctio inter dilationem concessam per viã iustitiæ, & illã gratiæ.*

Salvum conductum generale à Principe concessum non extenditur contrà priuilegiatum.

113 *Dotis causa non comprehenditur in Statuto, & excepta est ab omni generali dispositione.*

Refutatio feudi pura, & simplex, quæ fit à patre in filium contemplatione matrimonij contrahendi, non indiget regestro in quinternionibus Reg. Camera.

Donatio contẽplatione certi matrimonij immunis est ab insinuatione, tàm si à patre, quàm si ab extraneo facta fuerit.

114 *Ius offerendi an locum obtineat in iudicio assecurationis dotis? arguitur pro, & contra, quæ sententia verior est, licèt pro possessore videatur facere* text. in l. Paulus, §. qui pignoris, D. quib. mod. pign. vel hypoth. solut.

115 *Possessor excludẽdus est à iure offerendi in iudicio mulieris agentis pro assecuratione dotium, ad limitationem adducti* text. in l. Paulus, §. qui pignoris.

Bona per tertium possessa, & super quibus concessa fuit dotium assecuratio, si plus valerent, mulier habet electionem offerendi supplementum valoris æstimati, & retinendi bona.

116 *Moratoria non comprehendit debitum Regis, Ecclesiæ, minorum, venditionis bonorum commestibilium, ex causa seminis, locationis, & conductionis, alimentorum, ac laborum personalium.*

Tutor debitor ex causa tutelæ non admittitur ad beneficiũ cessionis bonorũ.

117 *Dilatio quinquennalis locum non habet in credito procedẽte ex causa venditionis rerũ ad annonã pertinentiũ.*

Appellatione victualium, & rerum commestibilium non veniunt res deseruientes ad vestitum.

118 *Moratoria aduersùs Neapolitanos non con-*

Digitized by Google

conceditur, potissimùm pro pensionibus dotorum.

119 *Moratoria de iustitia, indistinctè fideiussores comprehendit, etiam si renunciatum fuerit* Auth. præsente, C. de fideiussor.

120 *Cessio bonorum ignominiosa nùm afficiat Neapolitanos, & debita infra annum contracta?*

121 *Cessio bonorum à debitore effecto non soluendo fieri potest dupliciter, uno modo cum ignominia, alio verò modo absque ignominia, & ha diuersos producunt effectus, vt ibi.*

122 Pragm. 1. de cessione bonor. *verba tantùm facit de cessione absque ignominia.*

Debitor, qui suis bonis cedit cum ignominia, in totum liberatur.

123 *Debitor mendicus in carcerem detrusus, vt illic fame pereat, inhumanũ est.*

124 *Prius quando per posterius reuocatum censeatur? examinatur in terminis adducta* Pragm. 1. de cess. bonor.

Reuocatio generalis prioris legis minimè sufficiens est, ad hoc vt illa reuocata, atque derogata dici valeat, sed expressa, & specialis exquiritur.

125 Pragm. 2. de cess. bon. *loquens de debitore, qui admitti petit ad beneficium cessionis bonorum quò ad debita infrà annum contracta, transfert ad ipsum debitorem onus probandi fraudem nõ adfuisse, neque decoxisse dolo, aùt supina negligentia, sed tantùm casu, & ictibus fortunæ.*

126 *Debitor, qui dilationem quinquennalem obtinuit, si infrà illius tempus decedat, hæres ipsius pro residuo temporis gaudere non valet beneficio illius dilationis, sed statim compelli potest à creditoribus.*

127 *Tempus dilationis quinquennalis respectu creditorum non concurrentium currere incipit à die interpositi decreti; respectu verò concurrentium à die oblatæ dilationis.*

Debitor durante dilatione quinquennali an possit alienare bona, qua habet? & nùm tertij possessores, qui possident, tuti remaneant.

128 *Dilatio quinquennalis quando prosit fideiussori.*

Fideiussor, sicuti etiam hæres, conueniri non potest ante exequias, & infrà nouẽ dies à tempore mortis principalis debitoris.

Cessio bonorum facta per debitorẽ nùm iuuet fideiussori?

Fideiussor an sit liberatus, principale debitore bonis suis cedente? & an rei iudicatæ exceptio contrà creditorem prosit etiam fideiussori?

129 *Dilatio, quæ captiuis concedi solet qualibet die Saturni in visitatione M. C. V. vt scilicèt in fine cuiuslibet mensis certam summam soluat eorum creditoribus, ad fideiussores extenditur.*

Fideiussor adstrictus præsentare debitorem intus carceres infra mensem, nõ tenetur, si intra illud tempus debitor dilationem quinquennalẽ obtinuerit.

130 *Fideiussor adstrictus aliquem præsentare, non tenetur, si præsentandus post præstitam cautionem effectus fuerit Clericus.*

131 *Conreus insolidum obligatus nùm moratoria Conrei frui valeat?*

132 *Contractus inter duos Reos debendi si sustineri non potest ex aliquo Iuris priuilegio in alterutrius persona, validè quò ad alterum sustinebitur.*

133 *Exceptio, qua uni ex Conreis competit, alteri non refragatur.*

Conrei quando socij dicantur?

Alter ex duobus Reis debendi non socijs aliquid ab altero petere non potest, nisi soluat plus medietatis, qua ad vnumquemque spectat.

134 *Sacrum Regium Consilium in facti contingentia approbauit opinionem, vt Conreus insolidum obligatus non fruatur moratoria alteri Conreo impartita.*

135 *Dilatio quinquennalis si fuerit impetrata post moram contractam à fideiussore, minimè eximitur per mortẽ, vel aliud impedimentum principalis.*

Fideiussor de representando debitorem Fisci, an satisfiat tradendo carceratũ mortuum.

Regula, quòd dies interpellat pro homine, procedit in iudicialibus, non verò in extraiudicialibus.

136 *Fructus debentur à die mortis testatoris*

toris in legato speciei; in legato verò ad certum diem debentur à die morę absque interpellatione, cum aduenientę die hæres in mora constituatur, & ab ea interpellatur.

137 Ant.Faber in Cod.lib.6.tit.26.definit.10. dicens, in legato in diem relicto nõ debere interesse ex diei lapsu, sed dumtaxàt ex die petitionis, reprobatur.

138 Legatum à testatoris obitu recta via transit in legatarium, eique etiam ignoranti acquiritur.

Pupillus repudiare non potest legatum sine Prætoris authoritate.

Agnitio efficit, vt legatum irreuocabiliter acquiratur, & ampliùs repudiari nequeat.

Interesse debetur absque interpellatione in legato facto minori, Ecclesiæ, vel alteri piæ causæ.

Debitor ex lapsu diei in mora constituitur, & fortiùs est dies ad constituendum in mora, quàm interpellatio.

139 Debitor statuto tempore non soluens ad interesse tenetur, etiam si tempore elapso creditor non vrgeat.

140 Fructus percepti post cedentem diem fideicommissi, & conditionis euentum, veniunt in restitutione fideicommissi.

141 Debitor obtinens quinquennalem dilationem præstare debet fideiussoriam cautionem.

Quæ cautio nec à Principe remitti potest.

142 Cautio fideiussoria præstanda est per debitorem obtinere volentem dilationem quinquennalem, quando creditores instant pro tali fideiussione, alioqui valent illi renunciare.

Cautio prædicta præstanda est in loco iudicij.

Venditor obstrictus ad implicandũ pretium rei venditæ in aliam emptionẽ, illam facere debet in Territorio, seù Ciuitate, in qua contractus fuit celebratus.

143 Mensura loci rei sitæ, non verò contractus, sequenda est: cum in hijs, quæ exequutionem contractus concernunt, attendenda sit consuetudo rei sitæ.

Locus contractus attenditur in rebus mobilibus; in immobilibus verò illę rei sitæ.

144 Debitor obtenta quinquennali dilatione nùm iterùm cauere teneatur, mortuo fideiussore, vel illo propter aduersam fortunam nõ soluendo effecto.

145 Fideiussio prædicta formaliter præstanda est, nùm etiam à diuite, & idoneo? recensentur opiniones.

Ciuitas non tenetur ad satisdandum.

146 Cautio fideiussoria necessaria est, cùm à Principe conceditur dilatio ex alia causa, quàm paupertatis.

Fideiussor idoneus quis dicatur? & quo tempore considerandę sit idoneitas?

147 Ciuis mediocris fortunæ non censetur idoneus fideiussor in causa magna.

Famulus fideiussor iudicatur idoneus, principali diuite existente.

148 Magistratus excusatur, si non receperit fideiussionem à principali idoneo:

Syndicus, qui non receperat ab Actuario cautionem de stando syndicatui, excusatur à pœna, illo præsente tempore syndicatus.

Tutor, qui licitè lucro, & fœnori pecuniam pupillarem exponere, vel in emptionem prædiorum collocare tenetur, si hoc neglexerit, quando excusetur.

Tutor excusatur, si pecuniam mutuo dedit communiter idoneo reputato, & si eidem pecuniam quoque propriam credidit.

149 Iudex cautè aduertere debet, an quis sit idoneus facultatibus?

150 Iudex caueat, nè approbet aliquam personam, & eius satisdationem recipi faciat ab Actorum Magistro iuxtà stylum, & consuetum.

Tutores, atque Administratores curent interponi decretum à Iudice in hijs, quę pupillorum, ac minorum interfunt.

Regula, quòd quis idoneus præsumitur, quomodò intelligatur.

Ea est

EA est hominum quorundam effrænis audacia, vt non satis putēt alienum æs cōtrahere, quātum ipsorum substantia patitur; verum quāuis re familiari supputata se soluendo fore penitùs nouerint, in dies singulos, tamèn nouo semper alieno ære se se obstringere non verentur, id quod planè persoluere nequibunt, ab alijs accipere gratulantes. Quid enim? ferè impudentissimo, inquiunt, eloquio: reddiderint nos licèt commessatio, ebrietas, sodalitium, libido, egenos, inopesque (quæ omnia sub aduersantis fortunæ nomine colligunt, Stultum enim est suorum malorum causam in Deum, aut fatum, non in suas libidines, & flagitia, reijcere. *Senec. epist. 93.* inquit. *Multos inueni æquos aduersus homines, aduersus Deum neminem; obiurgamus quotidiè fatum*) Ne quicquam fidem, atq; authoritatem, quas apud omnes conciliauit nobis optima supellex, prædiaque, quæ habuimus, eripient; imò quò maiori premimur inopia, eò locupletiores sumus; Vtimur enim re omniū, dum inanis actionis pretio, aureisque verbis *textus in l. nam is ff. de dolo*, omnia vbiuis gentium, prædia mercari possumus, quoque magis deuincimur obligationibus, atq; hypothecis, eo minus debemus, quia minus possumus; plauduntq; sibi ex illo, *Martial. lib. 2. epig. 3.*

1 *Sexte nihil debes, nil debes, sexte fatemur,*
Debet enim, si quis soluere, sexte, potest.

Interea minimè à veteribus vitijs
2 descisentes inanis actionis defensi munimine vberrimas aliorum fortunas dissipare, vtpotè non reddituri, non curant, quod ex nostratibus ingemit *Præsul Campanil. ad Oliu. in rit. Cur. Archiep. 4. sub n. 21. vers. fin.* rectèque sensisse dicam Augustum, de quo memini in princ. *rit. 166. tom. 2.* qui, cum subijceretur publicæ auctioni, eogentibus creditoribus bona cuiusdam defuncti Romani Equitis, qui tantum creditæ pecuniæ contraxerat, vt ducēties cētena millia aureorū excederet, iussit emi sibi culcitram illius cubicularem, vt ea strata lectulo somnum sibi certè, quem diuturnæ Imperii curæ fugauerant, conciliaret; miratus sanè quomodo ille tanto obrutus ære alieno, sub ea somnum capere potuisset, vt refert *Macrob. li. 2. cap. 4. Satur.* Hinc clamabat *Arist. lib. 5. polit. Fiunt in Republica mutationes, cum homines sua cōsument prodige viuentes. Hi enim tales res nouas quærunt.* Quapropter, vt huic
3 impudētiæ occurreret *lex 12.* Tabularum, debitores, qui soluendo non essent, non tradi modò sanxit in temporariam seruitutem creditori, si vnus esset; at etiam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, tertiis nundinis, nisi soluisset, scindere debitorem in frusta, ac secare pro libito creditoribus sinebat, vt testantur *Liu. li. 8. prim. Decad. & Carol. Sigon. lib. 1. de antiq. iur. Ciu. Roman. cap. 6.* ex *Accurs. in l. 1. C. qui bon. ceder. poss. & Aul. Gell. noct. Attic. lib. 20. cap. 1.* de quibus *Amescua in* subtili *tract. de potest. in se ipsum, lib. 2. cap. 14. n. 18. De Petris cons. 49. n. 34. Cardin. Baron. Annal. lib. 1. anno Domini 33. pag. 142.* cuius verba transcribit *Reg. Tap. lib. 2. iur. Regn. tit. de custod. reor. pag. 329. n. 1. de Rub. de valid. legal. cap. 53. n. 139.* aliaq; supplicia, peculiaribus Regnorum Constitutionibus contra ipsos obæratos constituta fuere, de quibus *Cælius Rhodegin. lib. 12. lection. antiqu. c. 20. Alex. Guagnin. in descrip. Moscouiæ c. 4.* de Moscouitis loquens, de Græcis *Alex. ab Alex. lib. 6. genial. cap. 14. de* Florentinis *Brut. lib. 1. Histor. Florent.*

Et Regnorum Moderatores, omni
4 ætate, suis sanctionibus, vt tanto occurrerent malo pro Reipublicæ, & singulorum bono frœnum nimiis sumptibus imposuere: Iulius Cœsar, teste *Suetonio lib. 1.* præcæteris, conchyliatę vestis, & margaritarum, nisi certis personis, & ætatibus, perq; certos dies vsum ademit: Augustus, docente *Dione Cassio. lib. 45. Hist.* edixit, ne quisquam nisi Senator, quiq; in Magistra-

Digitized by Google

tu esset purpuram gestaret, quam iam vulgò gestari videbat: Reges Galliarum, teste *Rebuffo*, nempè Carolus V. IX. Henricus III. & alii edicto cauere ne in nuptiis, aliisq; conuiuiis plusquam tria fercula apponerentur, *Martin. Schoockii de sedition. seu discordijs domesticis, lib.3.cap.18.pag.925.* notans non tantum in Gallia, verùm etiam Venetijs, Genuæ, aliisq; Italiæ Ciuitatibus, & in Hispania seruari: Ludouicus Rex Germaniæ, refert *Auentinus lib.4.Annal.* externos habitus edicto prohibuit: Carolus V. Imperator Inuictissimus tùm in Germania, tùm in Belgio vsum Sericæ vestis certis modò personis habita nimirum census, & bonorum ratione permisit, & multa exagitauit, *Scriban. in Istitut. Polit. Christi. cap.15.* & hisce nostris temporibus Proreges vigilantissimi variis, sapientissimisq; Pragmaticis tùm muliebri ornatui, iàm vltrà priuatæ potentiæ fines prolapso, tùm famulorum turbæ penè innumeræ, tùm auri in curribus, atque indumentis stultæ nimis effusioni, alijsq; fastidientis seculi luxibus planè dementiæ proximis modum imposuere, & præter *prag.* de qua memini in *ritu* 272. *sub n.59. vers. ignoro* tamen *lib.3.* adsunt nouissimè editæ, sub *tit. de vest. & famul. prohib.*

Verùm quia sæpè numero sunt debitores, qui non sibi ipsi inopiam cõ-
5 sciuerunt, sed fato quodam, vt ita dixerim, ad miserrimam omnium conditionem coguntur (fragile enim bonum est opulentia, quæ fortunæ imperio subiacet, & in perpetuo penè fluxu est. *Omnia* inquit *Senec. lib.7. de benefic. ista quæ vos tumidos, & supra humana elatos, obliuisci cogunt nostræ fragilitatis, qua ferreis clausstris armati; qua ex alieno sanguine rapta vestro defenditis: propter qua classes cruentaturas maria deducitis; propter qua quassatis Vrbes, ignari quantum telorum in aduersos Fortuna comparet: propter quæ ruptis toties affinitatis, amicitiæ collegij fœderibus inter contendentes duos terrarum Orbis elisus est. Non sunt vestra, in depositi causa sunt, iam iamq; ad aliũ Dominum spectantia, aut hostilis animi successor inuadet*) Imperatoribus itaq; nostris, qui fauore pauperum non no-
6 uas condi leges tantùm, verum etiam conditas emendari debuere consuerũt *in §.1. Auth. de secund. nubend.* & *in l. assiduis*, C. *qui potior in pign. habean.* antiquanda tam sęuiens cõstitutio visa est; quin ob æs alienum seruire liberos homines creditoribus cogi non posse, alia Constitutio sanciuit in *l. ob æs alienum 12. C. de action. & oblig.* quẽ *textum* exornant *Guid. Pap. dec.61. Vrsill. ad Affl. dec.307. n.3.* pluraq; remedia, ac tutamina illis obæratis cõcedere, cessionem nempè bonorum, de qua *in l. fin. C. qui bon. ced. poss.* quodq; priuilegium valdè antiquum vsu receptum fuit apud Græcos, Hæbreos, & Romanos, & penes Hispanos ante annos mille à Regibus Gothis, *teste Fermosin. de indic. & for. comp. tom.2. sup. cap. fin. de libell. oblat. q.4. §.5. nu.2.* Nec non iura debitori concessere pignorum adiudicationem Creditoribus etiam inuitis, de qua *in §. quod autem Auth. de fideiuss.* à quo est desumpta *Auth. hoc nisi, Cod. de solut.* idquod antiquitùs, sed non tam lucidè erat dispositum tam de iure *ff. in l. à Diuo Pio §. si pignora ff. de re iudic.* ibi: *Vt addicatur ipsi*, quàm de iure Codicis *in l. vetustissimam, vers. sin autèm tempore statuto, & vers. sin autem minus quidem indebito*, C. *de iur. domin.* Moratorias, & saluos conductus, de quibus in *l. quoties*, C. *de precib. imper. offer.* & loquitur hic Ritus.

At cum cessio bonorum sit lacryma-
7 bilior, iure merito principem locum sibi lacrymæ vsurpant. Illa igitur fieri potest tam à Patre, quam à filio familias, *l. cùm filij 7. C. qui bon. ced. poss. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 183 Paris. cons. 94. n.56. lib.1.* etiam si filij familias, nihil in bonis habeant, habere enim aliquando possunt *cit. l.7.* siuè à femina, siuè à maribus *ead. add. l.7.*

Huiusmodi priuilegium cessionis bonorum competit quoque Vniuersi-
8 tati, puta Collegijs, Ecclesijs, & similibus, *§. si quis autem, Auth. vt determi-*

nia.

Digitized by Google

min. sit num. Cler. Duard. de cession. bonor. c. 2. Bran. 4. par. princ. q. 2. de Marsil. singul. 565. loquens perbellè de Ecclesia; *Zas. §. fin. n. 4. Inst. de action.* & ibi *Schneidwin. n. 4.* dicens, omnes Vniuersitates bonis cedere posse, *Tho. Maul. de cess. bonor. tit. 3. nu. 11. Roman. sing. 565. Aufrer. dec. Tholos. 136.* amplians, idem dicendum in Vniuersitate scholarium, & fabrorum, *Menoch. de arbitrar. cas. 183. n. 133. Gasp. Mauz. cēt. dec. Palatin. decad. 1. q. 2. sub n. 16. & q. 3. ac decad. 3. patrocinij q. 4. ex n. 138. Balthas. Conradus Zahn in Ichnografia municip. cap. 45. pag. 137. Carpzou. in asyl. debit. cap. 2. thes. 49. n. 26.*

Fieri potest, vel in iudicio, vel extra, *l. fin. ff. de cess. bonor. Schneid. cit. loc.* 9 *n. 14.* lapsum propterea fuisse *Matth. Brun. 15. quæst. princ.* aduertit *Maul. mem. tract. tit. 5. de forma cessionis bonorum, n. 2.* in eo, quod sine litis contestatione bonorum cessionem fieri negauit: Etsi enim regulariter litis contestatio requiratur, quando necessaria est causæ cognitio, Iudicisq; officium principaliter imploratur, id tamèn in cessione bonorum fallere, & exceptionem pati palàm colligitur, ex *cit. tex. in l. fin.* Etenim quæ extra iudiciū fieri licet, haud exquirunt litis contestationem, quæ non nisi in iudicio fieri potest. Sufficitq; ad bonorum cessionem sola voluntatis professio, *l. in omni, C. qui bon. ceder. poss.* fieri propterea potest tàm inter præsentes, quam inter absentes per nuncios, vel per epistolam, *cit. l. fin. Vesemb. ff. de cess. bonor. Maul. cit. n. 3. Cancer. var. resol. to. 2. cap. 9. de cess. bonor. n. 31. Becc. cons. 65. n. 5. tom. 1. Genou. de script. priuat. lib. 3. q. 10. Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 62. n. 30.* indicans constitutionem Pij IV. *Olea de cess. iur. tit. 1. q. 5. n. 14.* qui illam explicat dilucidè quæstionem, nùm cessio iurium scripturam exquirat? *Tondut. de præuent. iudic. p. 1. cap. 10. n. 38. & p. 2. cap. 42. n. 16.*

Procurator quoq; per literas cōstitui 10 potest ad hunc explendum actum, *l. si procuratorem,* vbi *Gl. ff. de procur. Ripa respons. 103. Rota Genua dec. 51. nu. 4. Pereza de edit. Instrum. tit. 5. resol. 10. Rota apud Farinac. p. 2. dec. 126. Olea de cess. iur. cit. tit. 1. q. 5. R. Rouit. sup. prag. Rub. de procur. n. 50.* alitèr tamen si qua lege loci aliud statuatur. *Matteù. de Regim. Regn. Val. c. 10. §. 1. n. 255.* Epistola enim teste *Turpilio apud Hieron. epist. 46.* sola homines absentes facit præsentes. *Quia audiri absentium verba non poterant,* inquit *Hipponensis Antistes, illa ratio peperit literas, notatis omnibus oris, ac linguæ sonis, atque discretis, de ordine lib. 2. cap. 12. Emilius Ferrettus cons. 16. n. 18.* Epistolam *præsentia organum vocat, Io: Gaddeus cap. 7. de contrah. stipulat. vicarium os, & subsidiariam linguam, non aliter ac lex dicitur mutus Magistratus, & Magistratus lex loquens, Bart. in l. nuda, col. 2. de donat.* scribit illam esse absentibus, id quod est sermo præsentibus; immò eum, qui alteri scribit intelligi præsentem alloqui, *Alex. cons. 181. vol. 1. Neuiz. cons. 46. n. 35. Zas. cons. 9. n. 27. lib. 1. Matth. Cuno lib. 1. de pactis cap. 14. n. 8. Borrell. in summ. dec. par. 3. tit. 1. n. 218.* Negare tamen haud possumus quod quis per Epistolam, aut Nuncium propriè non loquatur, *Bald. & alij in l. 1. de verb. oblig. Io. Corasius lib. 1. Miscell. cap. 24. in princ.* siquidem rei veritate tantùm differunt scribere, & loqui, quantùm organa ipsa manus, & lingua; in hoc enim interuenit articulatus sonus natus in canna pulmonis, in illo autèm secus, *Gelius Rodogin. lect. antiq. lib. 16. c. 14.* Hinc viua vox eadem demùm est, quæ scripta non est, sed ex ipso pronunciantis ore percepta; scriptura autèm vox quæpiā est, sed quasi fictitia, veræq; vocis, vt cumque imitatrix, siquidem in ea deest actus, motusq; hoc est vita, vt perbellè ostendit adagium *Chiliad. 1. centur. 2. adag. 17. & 18.* confertq; quod *Iulius Caponus* scribit *de stipul. disp. 3. n. 38. & 50.*

Vnde epistola, vel scriptura absenti missa non potest acceptari, neque ratificari ab eo, cui missa est, defuncto scribente, siue illo, qui scripturam dirigebat *Butr. in c. vlt. de confess. & ibi*

Digitized by Google

Imola singulare reputans, quoniam mortuo scribente, seù mittēte dici minimè potest scripturā loqui, *Alex.conſ.* 24. *vol.*5. *Ruin. conſ.*131. *n.*6. *vol.* 1.

Illa tamen non conceditur, nisi cedens caueat quod ad pinguiorem for-
11 tunam reuersus, sit satisfactorus, *c. Odoardus, de ſolut. l.*4. *ff. de ceſſion. bonrr.* §. *fin. Inſt. de action. Rol.à Val.conſ.* 7. *num.*8. *p.*2. quæ sufficit sit iuratoria, cum aliam, attento statu suo, præstare non valeat, *Couar.reſol. lib.*2. *reſol.* 1. *num.*5. *Triuiſ.dec.*8. *c.*9. *lib.*1. *num.*10. *Maul. relat. loc. nu.*6. *ex text. in Auth. generaliter*, C. *de Epiſcop.& Cleric. l. fin.* §. *ſuper. de aſſert. tollend.* §. *ſi vero tamē*, *Auth. vt nulli iudic.* §. *ſed hodie*, *Inſt. de ſatiſd.at. & cap. fin. de ſent. excommun.* quidquid contrarium sibi persuaserit *Hunn. ad vol. poſt. diſp. Treutl.*24. *theſ.* 4. *lit.* C. quod cum de necessaria cautione tractetur, quamuis propter inopiam fideiussor haberi non potest, tamen iuratoria cautio sufficere non videatur, memoratique textus solum de cautione iudicio sisti, & iudicatum solui loquantur, idq; nè per difficultatē inueniendi fideiussores differātur iudicia, & debitoris paupertas agenti obstet, quominus ius suū cōsequatur.

Verum etsi iure Romano attento nullus in cessione bonorum requira-
12 tur ritus, nullaq; desideretur solemnitas, nihilq; interſit, vbi illa fiat in iure, an verò extra ius, præsente ne, an absente, qua de re *Petr. Greg. lib.* 22. *ſintagm.* 14. *Dioniſ. Gottofred. in nouell. Iuſtin.*135. *Cuiac. in Parat. C. tit. qui bon. ced. poſſ.* tamen cum ea res in Orbe decoctoribus nimiam fraudandi
13 ansam præbuisset, peculiaribus Regnorum constitutionibus sancitum legimus, eam cum ignominia fieri, vt ipsius ignominiæ, ac dedecoris metu pauciores in perniciem creditorum ad tam fędum, & miserabile beneficium confugerent; & quisque Populus sibi constituit morē, *Michael Ferrer.*3. *par. obſer. cāp.*130. *Cancer. lib.*2. *var. cap.*9. *num.*27. *Graſſ. de except. exceept.*17. *n.*4.

Apud Tyrrhenos enim pueri vacuum marsupium gestantes bonis cedentes insequūtur, vt inquit *Heracl. in Polit.* In Gallia *Ludouicus XII. in Conſt.* 12. iussit, vt nemo nisi præsens iudicio discintusq; ac nuda ceruice bonis cederet; & Lugduni bonis cedentem in denudatis percuti pudēdis refert *Guid. Papa dec.* 343. In Hispania torquem ferreum gestare compellitur, teste *Suar. in l.*1. *Thor. l.*2. *tit. de los goniernos in princ. n.*15. *lib.*3. *Conar. cit. lib.*2. *var. cap.*1. *nu.*5. *Reg. Ronit. in prag.*3. *de ceſſ. bonor. poſt nu.*5. Decoctus Papiæ è lapidis, quem dicunt vituperij, suggestu ter clamat denudatus, se bonis cedere, *M. Mantua Bonauit. lib.*5. *Enchirid. rer. ſingul. cap.*105. *Angel.* memor quorundam Italiæ locorum in *l. fin.* C. *qui bon. ceder. poſſ.* & meminit *Bal. conſ.*301. *vol.* 1. Romæ leonem marmoreum in scalis Capitolij ascendit, & ibi nates percutiens, dicit, Cedo bonis, *Maul. cit. loc. poſt num.*7. *Alex. conſ.*355. *num.*9. *vol.*2. De obseruantia Flandriæ testatur *Iodoc. in prax. ciuil. cap.*70. *in fin.* de Subaudia *Theſaur. dec.*36. *in fin.* Siciliæ *Cumia in rit.*95. *nu.*35. *Muta ad prag. eiuſdem Regni, tom.*1. *tit.*7. *nu.*18. Neapoli vero ex *prag.* 3. *de ceſſion. bonor.* post capitula, & priuilegia huic Ciuitati à Ferdinando, & Frederico cōcessa in *cap.*33. accersitis Creditoribus die iuridica in M. C. V. proclamat præco, illum cedere bonis, qui cedens deinde ascendit lapidem pro eiusdem M. C. foribus consultò erectum, apertoq; capite vociferatur, se bonis cedere; ac inibi vnius fermè horæ spacio ad transeuntium conspectum se prostrat, de qua *prag.* memores sunt *Apicel. in tutam. Pauper. tit.*4. *de ceſſion. bonor. num.*24. *& Coſtant. Papa ad Caran. in hoc ritu.* Neq; vsu recepta fuit *pragm.*4. *eod. titul.* iubens, bonis cedentem deferre pileum viridi zona præcinctum; quod etiam Pij IV. motu proprio incipit, *Cupientes* constitutum fuerat Romæ. Quod vero iniuria ipsi cedenti non debeat inferri, & proindę minimè teneatur percutere columnam cum renibus, nisi à statuto, vel consuetudine sit prescripta forma, scribit *Bald. conſ.* 301. *num.*3. *lib.*5.

Vni-

Digitized by Google

Vniuersitas autem bonis cedens illam dumtaxat obseruabit formam,
14 quam ius commune statuit, non aliã, & ignominiosam à muncipalibus iuribus sancitã, vt *Menoch.* prudenter aduertit *de arbitr. lib.2. cent.2. casu 183. num.13.* affici enim Vniuersitas ignominia non potest, vti corpus fictum, *Iaſ.in l.Si quis maoir, nu.7. C. de transact.ex l.mortuo, ff.de fideiuſſ.* maximè cum eiusmodi statutorum verba soleant ità concipi, *si quis, quicunque, &c.* quæ non vtique amplexãtur Vniuersitates ipsas, ex notatis per *Iaſ.ibid. Calcan.conſ.1.nu.2.& 3.Crauet. de antiq.temp.p.4.princ.nu. 149. Pariſ. conſ. 21.nu.30.lib.4.et conſ.124.in fin.ac Rebuff.in tract. de pacif.poſſ.nu.6.*

Hac quippè ignominia in totũ liberatur debitor, nec ad aliquid obstringi-
15 tur, si contingerit eum ad pinguiorem deuenire fortunam, & coarctatur *tex. in l.1.C.qui bon.ceder. poſſ. & ibi Angel. Iaſon.in §.fin.inſtit.de action.Guid. Papa dec.343.Menoch.cit. caſ.183. nu.21. Vita de Camba in tract.claus.tit. an poſſ. renunc. bene.ceſſ. bon. num.37. Brun.de ceſſ.bonor.3.qu.princ.num.6. Brun.à Sole in qq.legal.qu.7.num.10.& 11.ac qu. 9.num.38.Cicala in §.29.de action. nu. 10.Caſtagn. in tract. deducto ne ageat. qu.11. num.1.Giurb.dec.41. Intrigl. de caſib.conſcient.caſ.35. nu.105.* propterea ipsa cessio dicitur acerba, terribilis, iniuriosa, miserabilis, *Federic. de Senis conſ.183.Muta cit.loc.ex nu.18. Trentacinq.var.reſol.lib.3.reſol.27.ex. nu.1. Paris de ſyndic.verbo, quia pluries nu.9. in fin.* & infamia quoque facti notare non ambigitur, *Caſtrenſ. in l. debitores nu.2.ff.ex quib. cauſ.infam.irrog. Brun. in 6. quæſt. princ. num.1. Cardin. Tuſc. practic.concluſ.verbo, ceſſio bonorum concluſ.217.* & proinde qui cedit bonis iniuriarum actionem intentatam prosequi non valet, *Io:Croſerij deciſ.Cappell. Tholoſ.150.* etsi hunc actum nullam inducere infamiam vti calamitate ductũ, censeant *Reg. Tapia in iur. Regn.ſup. frag.3.de ceſſ.bonor. num.1.Add.ad Reg. Rouit.in Rub.eiuſdem tit.nu.2.Velaſc.de priuil.pauper.in ſpecial.poſt qu.55. nu.1. Henia Bolannos Cur.Philipp. p.2. §.25. de ceſſion de bienes,* ex *l.debitores 11.C. ex quib.cauſ.infam.irrog.*

Meritò tunc ditiores effectos non teneri, fatẽtur *Gloſ.in cap. ſicut dignum, verſ.ſi habent de homic. & in cap. peccatum, de regul.iur.in 6.Fely.in cap.ad liberandum, poſt num.4. de Iudæ. Roman. ſing. 24.Cepoll. cautel.3. Iaſ. in l. ſi quis id quod, num.29.& Dec. nu.26. ff. de iuriſd.omn. iudic.* ex notabili *tex.in l. ſed vnius §.ſed ſi ante, ff. de iniur. Danz.de pugn. DD. cap.3.de contumac. num.12. Nouar.collect. 35. ex nu.2. Leoncill. de priuileg.paup.p.2.verbo, ceſſio.*

Hinc mulcta à Iudice intuitu paupertatis remissa, exigi amplius nequit, quãuis ad pinguiorem fortunã debitor deuenerit, *l.illicita §.fin.iuncta Gloſ.cum Bar.& aliis, ff.de offic.Præſid.Boer.deciſ. 349.nu.4.* etsi nonnulli Teologi scripserint non esse immunes à solutione cedentes per actus ignominiosos si venerint in pinguiorem fortunã, & quod isthæc mulcta nõ sit loco solutionis, sed penæ pecuniariæ, vel alterius pro culpa præsumpta in accipiendis mutuis, & inhiendis alijs contractibus, cum essẽt impotẽtes solutionis ex *Couarr.* nẽpè *add.c.1. n.6.* censẽt *Filluc.to.2.tract. 32.cap.5.n.153.Henriquez. Stroueſdorff. in 1.tom.de iuſt.& iur.diſp.10. memb.2, cauſ.2.pag.138.* quorum sententiam veriorem præconizat *Leſſius lib.2.cap.16. dub.3. num.4.* & proinde contrariam tanquam probabilem videtur admittere, vt obseruat *P.Dian.tract.4.Miſcellan.reſol.78.* cuius verba ipso citato rescribit *Leoncill.cit.de priuileg. pauper.p. 2.priuileg.49.* verbo *ceſſio, nu.17.* & praxim nostræ M.C. indicat *Vrſill.ad Aſſl. dec.379. n.5.* distinguens affirmatiuam opinionem procedere, si cessio fiat cõsentiente creditore, secus si reluctante, & protestãte, ex *l.fin.ff.de in ius voc.* vbi libertus debitor in pecunia patrono reluctante non admittitur ad luendum in corpore, & ex *Iaſ. in §.panales, n.46. Inſt.de action.Boer.cit.loc.n.10.* cuius distinctioni dat æquũ intellectũ *Paſch.cit. loc.ſub.nu.53.* & indistinctè, ac omninò esse liberatũ decisũ in S.C. tradit *Cõſ.*

Arias

Digitized by Google

Arias de Mesa controu.iur. lib.2.c.36.n. 26.quē refert *Thor.in supplem.compēd. verbo cessio bonorum*, & in nostris Tribunalibus sēpèr fuisse in more, scripsit *Io.Vinc.Caualer. alleg.29.n.5. in 3. tom.Reg.de Marinis*; ac proinde indicatam cautionem præstare haud obstringitur, *Giurba cit.decis.41.ex n.19.* post alios superiùs adductos.

Sed(Deus Bone) quid iniquius, vt honestus vir, qui citrà ignominiam
16 bonis cesserit ad pinguiorem fortunam perueniens teneatur, *cit. l.1.* inhonestus, qui cum dedecore id agat, haud obstringatur? cur ex honesto actu quis consequatur damnum, & maximum detrimentum, ex inhonesto verò, & infami lucrum, ac maximum emolumentum, obstante *tex.in l.nè ex dolo, ff.de dolo*; nemini enim sua licentia debet prodesse, & alij nocere, ad *text.in l.sed & si hæreditas, §.penul. vbi Gl.ff.ad exhib.* neque verò ex sua culpa meliorem quis suam conditionem facere potest, *l.non fraudantur, §.fin.ff.de reg.iur.l.si ab hostibus, §.1.ff.solut.matr.* alioquin pœna afficerentur honesti, inhonesti verò præmium consequerentur quod minimè ferendum, arg. *tex. l.seruius in fin.ff.quod vi, aut clam l.non solum, ff.de noxal.* Verùm hoc casu creditoribus sufficere debet ignominia debitores affecisse, quæ omni re maioris est ponderis, *l. isti quidem ff. quod met. caus.* quæq; cum sit pœna corporalis locum sustinet solutionis, *Cancer.indic.loc.n.13.Paschal.cit.cap.9. n.53.Antonell.add.loco,n.9. Soccin.reg.* 7. tres ampliationes, & decem octo adducens restrictiones, & incertus *Author* post *regul.Soccin.in reg.1.* octo limitationes subnectit.

Nobilis quidem admittitur ad hoc miserabile beneficium absq; ignominia
17 vt decreuit S.C. die 1. Iunij 1633. relatore Iudice Io. Dominico Tassone, hisce verbis, *remissa est eidem M.C. quę prouideat, quod explicatio actus fiat absque ignominia*, Actuario Vertozza, de quo scito memor est *Thor. p.3. compend.dec.sect.1.*verbo, *cessio bonorum, an fieri debeat*, qui alias decisiones subnectit, & temporibus meis debitor fuit detentus in aula M.C. in Ciuilibus horæ spatio capite nudato, de qua praxi testis est idem *Thor. ead.p.3.sect. 1.verbo Doctor*, ac durum videtur decretum apud *Arias de Mesa cit.cap.36. n.26.* Et certè huiusmodi praxis æquitati nititur maximè, cum non defuere asserentes eiusmodi statuta non valere vti contra bonos mores, quod spectaculum præberent per se turpe, ac plenum offendiculi, & cessio bonorum est introducta, vt sit beneficium, hoc autem in dedecus, & summam ignominiam bonis cedentibus vergeret, *Cyn.in l.1.q.5.C.de cess.bonor.Bald.in l. fin.ff.eod.Brun. cit.tract.q.6. Schneid. §. fin.n.14.Inst.de action.* proindè illam fieri absq; ignominia in iure esse permissum, notarunt quoque *Soccin. iun. cons.6.n.20.lib.3. Rol.cons.7. n.10. lib. 2.Magon.dec.lucens.88. nu.4. Thesaur. dec.182.n.7. Ioseph.Oldrad. in tract. de lit. & mand. princ. pralud.20.num.30. Ruginel.pract.q.q.c.39.ex n.63.*potissimum à Nobilibus, *Cumia in ritu M.C. 33.n.10.& cap.95.n.35. Muta in prag. Sicil.tit.17. sub nu.17.* De Barone loquitur idem *Thor.add.p.3 sect.1.*verbo *cessio bonorum facta per Baronem*. De Doctore idem *verbo, Doctor*. Eius filijs, atque Medicis ipsemet, *verbo cessio bonorum an fieri*. Hoc ipsum in Milite seruandum esse notat *Thesaur. dec.Pedem.36.n.5.* Ad rem confert monitum Purpurati, *De Luca in tract. de credit. discur.102.* fauorabiliores debere esse Doctores, ne carceribus mancipētur, quàm de beneficio deducto, ne egeat, & *Santorell.de visit.carcer. lib.3.cap.4. n.15.* in Carceratorum visitatione maiorem dilationem ipsis concedendam, quam alijs, *Giul. in compend. Statut. Princ.*verbo, *Doctores lit.B.*

Clerici propterea vbi soluendo nō sunt cessionem facere non compellun-
18 tur, sed idoneam dumtaxat præstant cautionem persoluendi debita, quoties ad pinguiorem fortunam contingeret eos peruenire, *ex cap. Odnardus de solut. Neuizan.cons.59.n.2. Couarr. var.lib.2.cap.1.n.9. Menoch. de arbitr.*

lib.

Digitized by Google

lib.2.casu 183.n.29.Gasp.Beat.in tract. de inop.debit.cap.17.n.8. A quo quidē *cap. Odoardus* beneficio excluditur Clericus coniugatus, *Natta cons.356.* & quiuis alius non coniugatus, sed minoribus tantùm insignitus, nisi beneficium possideat Ecclesiasticum, aut Ecclesiæ seruitio operam nauet, ex *Couar.add.cap.1. sub n.9. Caball. resol. crim.cas.60. Costa de remed. subsid.rem. 29.sub n.4. Menoch.cit.casu 183.nu.2. Nouar.dec.233.Farinac.q.27.p.2.prax. crim.n.69.Viu.dec.529.Apostill.ad Dec. in c. reprahensibilis post n.9. de appell.* qua de re *Fermosin.de Iudic.sup.cap.2. de for. compet. & in cap.fin. de libell. oblation.q.4.§.5.n.9. Thom.Valasc. alleg.48. Episcop.Ricc.in prax.for.Eccles. ad cap.Odoardus ex pag.158.* multas extricans quæstiones, nec non *Squillant.de priuil.cleric.cap.10.*

Nùm verò Clericus, qui beneficiū *cap. Odoardus* sit consequutus, illo gaudeat, si clericatu dimisso, efficere-
19 tur laicus, ità quod nequeat à suis creditoribus in seculari foro molestari. Quæsito respondet *Reg. de Marin. lib.2. quotid. resol. cap.49.* in Clerici gratiam id quod, ea potissimùm ratione probatur, quod actus, qui est perfectus, & absolutus, semper suam retinet firmitatem perpetuò valituram, etsi ad illum deueniat casum, à quo incipere non possit, *l.patre furioso 8.de his, qui sunt sui, l.oratione 16.§.fin. ff. de ritu nupt. Amaya lib.2. obseru. iuris cap.5.n.47.*

Hinc in consessu doctissimorum virorum dicebam, vltima elogia condita
20 sæuiente peste, siue bello, quę æquiparantur *Thesaur. lib.1. q.forens.13.n.6.* cum illa dicatur acre certamen inter Deum, & homines, dicebat propterea *Hippocr.lib.3.epidem. quam medicinam excogitas, quando morbus habet aliquid diuini*) minori septem testium numero adhibito, quæ valida esse communis DD. schola concludit, *Bald. in l. fin.C.de testam. Dec.cons.283.n.5.Paris. cons.32.n.6.& cons.33.n.26. Clar.§.testamentum q.56.Vasq.de succes.crea.§. 22.n.35. Suarez in thesaur.recept sent. §.testamentum n.34.Cenedo collect.iur. canon.p.2.collect.159.n.7. Mascard. de probat.conclus.1353.n.18.Crass.§.testamentum q.54.n.5.Calà de mod.artic.tit. de prim.spec.probat.num.34.* decisiones *Affl.* enucleans *Reusner.in tract.de testam.p.4.cap.17.n.8. Berlich. p.3.concl. 3.Barry de succes. ab intest.lib.1.tit.2. de testam.n.8.Borrellus in summ.dec. p. 3. tit.de testam.n.183.Francisc.Tondutus Sanlegerius 1.resol.ciuil.cap.8.Ciarlin.lib.1.controu.cap.21.n.5.& cap.109 ex n.1.Danz.ad Gramm. dec.62.n.15.* Decisum in Rota Romana scribit *Puteus dec.372. & 382. lib.1.* & ipsamet *Rota in nouiss.dec.356.n.7.p.6.* In Sacro nostro Consilio *Luc. de Penn.in l. 1.C.de his, qui in exib.lib.1. Ricc.collec. 229.1921.& 2475. Marta de succes. legal.p.4.q.1. art.8. n.21. de Angel. ad Gizzar. dec.45. ex n.14.* In Camera Imperiali *Gayl. lib.2. obseru.118. Mysing.lib.1.obseru.96.* In Senatu Burdegalensi *Boer.dec.228. n.11.* In illo Ianensi *Reusnerus dec.8.n.1.lib.1.* Tholosano *Maynard.dec.16.lib.1. Papon. lib. 20. tit.1.n.1.Franc. Hottomanus cons. 20. & 59.* Pedemontano *Thesaur.dec. 180.* Sabaudiæ *Fab.in C.lib.6.tit.5.def. 5.* Lusitaniæ *Gamm.& ibi Flores de Mena dec.81.* In Aquensi *Franc. Stephanus dec.19.* In illo Frisiæ *Io.Sandeus dec.4.tit.de testam.pag.355.* In Senatu Saxoniæ, *Daniel.Mollerus ad Const.Saxon.p.3.const.4.* nec nō in Tribunalibus Gratianopolis *Guid.Pap. decis.542.* & alij apud doctum *d.Carol.Rosa ad consuet.Neap.tit.3. de succes. morient.sine fil.ex testam.pag.183.* qui non alias in hoc casu sollēnitates desiderant, nisi illas de canonica æquitate à legibus requisitas in elogijs ad pias causas, & pluriès hanc-aleam insectantes determinauimus in M.C.V.; dicebam, inquam, huiusmodi testamenta perpetuò esse valida, adeò ut si contingat cælestis iræ mucrone tactos, periculū pestis euadere, nec alia condere, firma remaneant, tametsi testator valuerit, peste cessante, aliud condere omnibus iuris sollemnitatibus munitum, *Paris.cons.32.vol.2.Cor[illegible]cons.55. alias*

Digitized by Google

35.vol.4.Boer.dec.228. Rolan.conf.81. n.60.li.1.Mascard.cit.conclus.1359. n. 25.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib. 12.tit.2.n.8. Barry cit.tract. lib.1.tit.2. n.8.Danz. cit.loc.n.18.Tholos.syntagm. iur. vniuers. lib.42.c.5.n.18.

Antiquitus huiusmodi cessionis absq; ignominia beneficiũ à Principe dũ-
21 taxat cõcedebatur,vt his verbis fatetur Iustinian.*in l.fin.C.qui bon.ced.poss. Cum solito more à nostra Maiestate petitur, vt ad miserabile cessionis bonorũ homines veniant auxilium, salua eorũ videlicet existimatione, & omni corporali cruciatu,* Affl.*in cap.1. quæ sint* Regalia verbo *Regalia n.*182. *Oldrad. in tract.de lit.& mand.Princip.pralud.21. & 30.Vrsill.ad Affl.dec.379.n.4.Thor. in compend.dec.tom.3. p.2.* verbo *Neapolitani Ciues*. Deinde regulariter à quolibet magistratu, *Glos.in add.l.fin.* cum possit intentari coram quocunq; Iudice, *Tonduti add. tract. de preuent. p.2.cap.42.sub n.16.* ad instar dilationis quinquennalis, *Apicell. in tutam pasp. tit.1. n.21. Capibl.de Baron.tom. 2. cap.42.n.16.* Cumiam propterea in *rit.Sicil.95.n.30.* huiusmodi prærogatiuam dumtaxàt M.C. tribuentem redarguit *Anton. de Ball. in tract. crim. lib.5.tit.de pragm.in tit.16.de dilat.sub n.5.* sed illum tuetur *Muta in pragm. eiusdem Regni tit.17. sub n.1.Magretti in obseruat.ad constit.pragm.Ducis Sermoneta,* §.26.*obser.6.* ob peculiarem sanctionem in illo Regno,& Io.Baptistam Palomba *in tract.de Regim. officij reg.1.n.139.vers.similitèr Baronis* hãc facultatem solùm nostræ M.C.restringentem refellit *Thor.p.3.compend.dec. sect.1.* verbo *cessio bonorum* notans ex *prag.3.de cess.bonorum* colligi non solum M.C. sed omnibus officialibus esse concessã,&praxim indicat vtriusque Siciliæ Regni, respectu Iudicum inferiorum post *Capibl. add. cap.42.n.* 18.*& Giurb.dec.41.n.2.* qua de re *Nonar.de grauam. lib.1. grau.386. n.5. & par.1. q.114.n.14.Scialoya de foro compet.cap.14.n.13. D.Consil. Altomar. de nullit.vol.1.rubr.9.q.23.ex n.1.*

22 A decreto ero qua debitor ad bonorum cessionem admittitur,appellatio suspensiua non datur,quamuis deuolutiua, *Ruginell.de appellat.* §.6.*Gl. cap.2. n.44.Viscont.in conclus.iur.* verbo *appellatio, Burg.de laudem. inspect. 11.p.3.n.15.Guid.Papa cons.* 124. *n.3. Grass.except.17.n.31. Mauson. limit.* 5. *n.10.* & seruari ex peculiari Statuto in Regno Siciliæ scribunt *Muta in rit.* 190.*n.15.tom.4. Cicala de action.*§.29. *sub n.36. vers.3.*denique *Grass.ad cap.* 78.*Caroli V.* Cæsaris semper Augusti *inspect.2.q.72.n.7.*&generatim in quacunque miserabili causa scribit *Nonar.dec.224.* quidquid dixerint post alios *Paris.cons.*80.*n.49.lib.1.Scacc.de appellat.lib.3.c.2.q.17. lim.47. membr. 1.nu.197.* Non sic in dilatione quin-
23 quennali, in qua prolato deffinitiuo decreto seruatis seruandis, quod illa debitori impertiatur,cõdẽnatis proinde recusantibus ad instantiã cõcurrentium,pendente appellatione interposita, nec in prima,nec in secunda instantia expediri potest saluaguardia,neque ad paruũ tempus, & impẽdiri propterea exactio donec causa nõ fuerit determinata, taliter quod sẽtentia suam mereretur executionẽ,potissimum attentis nostri Regni peculiaribus sanctionibus registratis in *prag. 2. de instrum.liquid.ac in cap.Neap.anni* 1554. de quibus *Apicel. de quinquenn. dilation.nu.22.& 23. Reg.Rouit.in prag.1. de cess.bonor. nu.9. & 13.& Cons. Rocc. notab.64. n.192.de decoct. mercator.* & decisum fuit per S.C. referente Dom. Consil. D. Ioseph Ledesma in causa creditorum Antonij Forte in banca Licti. Etenim decreto M.C. cum fuissent condemnati creditores recusantes conuenti ad concedendam dilationem quinquennalem, & in eodem decreto additum quod expediatur saluaguardia referente Domino tunc Iudice Antonio Galisio deducta per viam appellationis in S. C. prouisum fuit, quod *detur terminus ad non posita ponendum, suspensa saluaguardia*, fuitque in gradu reclamationis confirmatum, me Commissario existente, explosa effato tradito à d. Præside

R.C.

Digitized by Google

R.C. *d. Ioſepho Filiù in margar. var. concluſ.p.2.verbo,dilationis iudicio pendente*, quòd de ſtylo M.C.V. concedi ſoleat dilatio dierum circiter triginta, haud refragante, quòd inſtantibus creditoribus cõcurrẽtibus,vel debitore ſupplici libello expetente,licere illã impartiri,ac diſpẽſari iuribus prędictis, & Regni Prorex, eiuſq; Collat.Conſilium reſcripſerit Senatui, vel Iudici, *iuſtitiam faciat*, vel *prouideat*, aliiſque ſimilibus vtatur verbis.Cenſetur enim demandaſſe, puram adminiſtrari iuſtitiam,tàm in procedendo, quàm in decidendo, vt expreſsè aduertit *Fęlin.in cap.1.ſub.n.ſi extra de conſtit.* ibi: *Si dicatur iuſtitiam facias,duo important,videlicet, vt ſeruetur ordo iudiciarius, & pronuncietur de iure*,etiam ſi eſſet ſummi Antiſtitis diploma,dicens, *Auditor procedat, vt petitur, & iuſtitiam faciat*, probat *Creſcent. in deciſ.Rotę 1. tit. de reſcript.Cyriac.lib.1.controu.forenſ.33. n.1.& 2.Mur.in cap. Reg. Sicil. lib.6.c. 39.Caſtill.dec.198.nu.6.lib.2. Merend. controu.iur.lib.5. cap.15.* & ex noſtratibus *Lanar.conſ.37.n.7. Vin.dec.205. Anna alleg.74.n.12.*nectens,eiuſmodi reſcriptum minimè tollere ordinem iuris, nec rem iudicatam, idem *Anna* notat *ſingul.448. R.Renit.in prag.5. de fid. memor. n.1.& 2.* Ex quibus infertur,quòd ſi in negotio, de quo pendet conſultatio facta Regi, ac remiſſo, quòd fiat iuſtitia, & de iure procedi non poteſt, non proceditur, quia decretatio nil aliud decernit, niſi quòd fiat id,quod iuris erit,qua de re *Preſ. de Frãch.dec.*700.ac de eiuſmodi clauſulis,& ſimilibus idem ſignificãtibus loquuntur *Rocca in tract.pract.ind.lib. 2.tit.de clauſ.reſcript. Menoch. de arbitr.Iudic.lib.1.q.*8. Et in Regno noſtro adſunt bina reſcripta in *pragm.5.de fide memor.& 70.de offic.S.R.C.* & addimus alia duo hic inſerenda, quæ aſſeruantur penès à Secretis noſtri S.C. reſcripta ab oculato viro Franciſco Antonio Mercati *in lib.3. manuſcripto par.1. de obſeruat. ſolito,& ſtylo S.R.C. obſeruat.*132.& 133.

Al Conſejero Iuan Thomas de Salamanca.

EN muchos memoriales que dan las partes en Colateral ſe hazen por los Regentes del diferentes remiſiones à los Tribunales aquien toca, y quando la remiſion dize, que eſe Sacro Conſejo prouea de juſticia, ſe entiende para ſolo proueer conforme à derecho,y quando dize ſolo, que prouea no quedan en virtud deſto, los Iuezes obligados à proueer, ſegun rigor de juſticia, ſino que pueden diſpenſar en ellas, auiſad en eſſe Tribunal à todas las Rotas, y Iuezes dellas que de aquì adelante aunque las remiſiones digan, ſolo, que prouea, ni de otra qualquier forma, en que vayan no ſe ſtienda, que por ellas ſe les comete mas de lo que fuere de juſticia, ſin que en virtud deſto ſe puedan ſtender à ninguna graçia, y diſpenſaçion contra derecho, porque quando las partes me la pidieren proueere en ello, lo que conuenga, y quando al Tribunal le pareçiere, que en algun caſo particular di cauſa tan vrgente, que deuiera obligar à diſpenſar algo con los terminos del derecho podrà conſultarmelo con las razones en particular que ay para ello, paraque viſto todo puedo yo proueer, lo que mas cõuenga al ſeruiçio de Dios, y de Su Mageſtad, y eſte Villete dareis orden, que ſe aſiente en el libro,donde ſuelen aſentarſe las de mas ordenes,que ſe han dado,y dan à eſſe Tribunal,de Palacio 31. de Mayo 1603.

El Conde de Beneuente.

Al Conſejero D.Iuan Sanchez de Luna ProPreſidiente del Sacro Conſejo.

SV Excel. ha reparado,en que las remiſiones ordinarias de los memoriales ſe ſuelen tomar por delegaçiones, y para euitar eſte engaño me ha mandado, que auiſe à V.M. que por eſtas remiſſiones no ſe le dà al Tribunal del Sacro Conſejo mas Iuriſdiction, que la que tiene Iure ordinario, y ſolo ſiruen de incitatura para dar deſpacho,y ſatisfaction a las par-

Digitized by Google

tes, lo qual me ha mandado aduertir à V.M. para que lo tenga sabido, y juntamente manda S.E. que si fuere remitido algun memorial à esse Tribunal, siendo de negocio, que toque à otro, se tenga aduertencia de boluerle al Escriptorio, para que se deshaga el hierro, munda tambien que este Billete se registre en el archiuio de esse Tribunal, y que V.M. le lea a los del Consejo pleno de Palacio à 19. de Agosto 1610.

Bartolomeo Leonardo.

Ex dis. 1. fol. 25.

PRaxim verò, dilationem interim concedendi ad vnum, vel duos menses,
25 indicat *Reg. Tap. lib. 4. iur. Regni, tit. de morator. & salu. conduct. sup. cit. prag. 2. de instrum. liquid. pag.* 105. ac pluries vidi illam in S.C. ad tẽpus concessam ex causis, iuxta casuum circumstantias, & de iure communi quando possit illa impartiri lite pendente, agunt *Thesaur. dec.* 286. *Ricc. collect.* 8. *Cõrad. in templ. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. cors.* 23. *Trentacinq. var. lib. 3. tit. de solut. resol. 1. n. 2.*

Quod quidẽ cessionis decretum nõ
26 aliter à debitore implorari potest, nisi instantibus creditoribus aduersus ipsum debitorẽ, *Henric. Boic. in c. Odoardus, n. 11. de solut. Scaglion. super prag. 3. de cess. bonor.* & ipse priùs se in vinculis constituat, *Cancer. lib. 2. resol. cap. 8. n. 24. Trentacinq. var. tit. de solut. resol. 27. n. 4. Giurb. dec. 41. ex n. 5. Cons. Arias de Mesa add. cap. 36. n. 25.* siue omnibus Creditoribus, siue saltèm vno ex pluribus vrgente, *Mich. Ferr. 3. par. obser. cap. 130. Cancer. var. add. cap. 9. de cession. bonor. p. 3. n. 24.* reprobato *Rol. à Valle cons. 7. n. 9. vol. 2.* putante, requiri instantiam maioris partis Creditorum: etenim cœteris creditoribus procul dubio tunc obesset cessio, ex *l. 4. ff. de cession. bonor. Salyc. in l. 1. n. 4. C. qui bon. ced. poss. Guid. Papa cons. 124. nu. 7. Iacob. Michel. in patroc. 56. Gratian. lib. 2. discep. foren. cap. 122. n. 3.* Etiam si citatio ad eos minimè peruenerit, cum non sint omnes necessariò citandi creditores, sed tantùm, qui comparuerunt, ipsumq, vexãt, ex *Bald. cons. 301. n. 5. lib. 5. Petr. Iacob. in pract. Rub. de cess. bonor. Praes. Couar. mem. cap. 1. post num. 5.* qui his verbis aduertit (quæ quidem cessio fieri non potest, nisi eo tempore, quo ad requisitionem creditorum debitor in carceribus custoditur) *De Franch. dec. 358. sub n. 2.* decisum notant *Reg. Rouit. in cit. prag. 3. n. 6. de cess. bonor. & Cons. Arias de Mesa loc. cit. n. 25.* & distinguit *Nouar. dec. Apul. 13.* Vberior tamen cautela est, citari creditores saltèm per proclama, *Gũm. dec. Lusit. 237. Costa de remed. subsid. rem. 27. sub n. 1. Polyd. Ripa obser. 273. Peguer. dec. 1. num. 19. p. 2.* & magis vberior incerto, §. *per proclama*, certos domi, vel de persona, *Io. Anton. ab Eccles. obseruat. 179. nu. 10. Manson. de cauf. execut. limit. 5. n. 18. Calvin. de aquit. lib. 2. cap. 108. n. 42. de Ansaldis in tract. de commerc. & mercatur. cap. 76. n. 20.* Non tamen obesset creditoribus conditionalibus, *Bald. Salyc. & Fulgos. in l. ex contractu, C. de bon. auth. Iudic. possid. Rota* apùd *Achill. de Grass. dec. 13. de senten. & re iudic. Nouar. lib. 2. q. foren. 8. n. 5.* Ex dictis verò *Couar. cit. loco* conclusionem elicit *Cons. Paschal. sub n. 63.* quòd si creditoribus non vrgentibus debitor se sponte in carceribus constituat, ab hoc excludatur beneficio, lepidè occurrens *Muscatell.* cõtrarium sentienti *in prax. p. 3. glos. fin. verbo detinetur, n. 111.* necnon *Giurb. dec. 41. n. 5.*

Sed huic beneficio possit ne renun-
27 ciari, illoq; non vti polliceri? controuertunt DD. cum aliqui validum huiusmodi pactum contendant, maximè *Felyn. in c. ex rescripto, n. 12. de iur. iur. & cap. si diligenti, post n. 4. de for. compet. Feder. de Sen. cons. 60. Tepatus in epit. dec. tit. 281. de cess. bonor. rup. 5.* loquens de eo, qui in defectu solutionis expresè se obligauit ad carceres, nec nõ *Zasius lib. 2. sing. resp. cap. 8. arg. tex. in l. penul. C. de pact. l. is qui heres. ff. de acq. hared. l. si ita scriptum, §. 1. de legat. 1. Harpprechtus in comment. ad instit. tom. 3. tit. de act. §. vlt. n. 11.*

Alij verò in negatiuã iuerint sententiam

tiam apùd *Thesaur. dec.36.* illamque communi DD. calculo foueri testantur *Alber. in Rub. C. qui bon.ceder.poss. & Alciat. in c.cum contingat,nu.69. de iur.iuran.Bar.cõs.*116.*li.*2. *Couar.cit.li.*2.*c.*1.*sub n.*7. & cum ea transire Senatũ Pedemontanũ indicat memoratus *Thesaur.*& Cameram Imperialem meminit *Gayll. de pac.publ. lib.*2.*c.*2.*n.*23. etiam cum iuramento, *Guid.Pap.decis.* 211. *Antonel.cit.loco nu.*8. *Ricc.collect.* 121.*Castagn.cit.q.*11.*n.*18. *Cicala add. loco nu.*37. *Lugdunens. in tract.de contract.q.*36. *Mansuer. ad pract.Papiens. in form.inquisit.post n.*26. *vers.cesserit,* vtramq; opinionem tuetur *Vasq. de succes.creat.lib.*3.§.22.*n.*79.*&* §.28.*n.* 19. ac distinctiùs §.30.*n.*17.*Guttier.de iuram.confirmat.* distinguit *p.*1.*c.*17.*à n.*34.*&* c.18. *num.*1.*&* 4. *P.Fragos.de Regimin.Reip.p.*1.*lib.*3.*disp.*6.§.8.*num.* 155. insequitur *Marcus Anton.var.resol.lib.*1.*resol.*41. *nu.*5. *Costa de remed. subsid.remed.*29.*sub n.*7. *Christin.decis. Belgic.*123.*n.*3. *lib.*4. videnda conclusio, de qua *Anell.de Amat. cons.*50.*nu.* 14.*&Petr.Barbos.in l.Aliæ,*§.*elegantèr,* ex *n.*20.*ff.solut.matrim.in* 2.*p.sui operis,* petita absolutione à iuramento censet *Molin.tom.*2.*tract.*2.*disput.*572.*resol.*15. quam non requiri existimant DD. apùd *Giurb. dec.*41. *n.*3. potissimùm existente in extrema paupertate debitore, proptèr quam cogeretur in vinculis marcescere,*Gasp.de debit.inop. cap.*1.*n.*41.*Andreol. controu.*215. *n.*11. *par.*2.

Illud tamen hac in re *Bal. in l.*1.*n.* 9.*C.qui bon. ceder.poss.* mirabilitèr ad-
28 uertit,contradicentes concilians opiniones, vt, haud pacto refragante,valeat debitor cedere bonis; pactũ attamen id operabitur, vt licèt cedens absque ignominia, non possit postea insolidum conueniri, sed dumtaxat intra id,quod facere potest, & sic deducto ne egeat secundum dignitatem, *l.*4.*&* 6.*ff.de cess. bonor. l. ex contractu, C.de auth.Iudic.Barbos.in l.maritum,ex n.*4.*ff.solut.matrim.Surd.de aliment.tit.* 8.*prin.*28. *ex n.*1. tamen ratione pacti ex postea quæsitis non deducet necessaria secundùm dignitatem, sed tantùm secundùm naturalem indigentiã, vt ita pactum aliquid operetur, insectantur *Angel. Ripa Brun.* qui hanc sententiam æquitati consonam præconizant,& alij, quos idem *Barbos.* memorat, admittentes eam, non quia conciliet, sed quiâ tantùm declaret communem traditionem, confirmat *Dominic.Homem de Almeida in analysi excellent. in iur. numer. quinar. cap.*4. *num.*29.

Debitori igitur volenti vti bene-
29 ficio cessionis bonorum, illud Iura indulserunt,non quidem inuito,ex *l.in omni,*C.*qui bon.ceder.poss.* quinimmò,& perseuerãti in eadẽ voluntate; etenim licere ipsi pœnitere, si res est integra, exploratũ habeo,&alibi indicaui;tãetsi antea velle cedere bonis dixerit,& ad illã admitti petierit, ad *tex. in l.*3.*& is qui bonis,l.quem pœnitet,ff.de cess.bonor.* scilicet antequã re ipsa cedat, quemadmodum si priusquàm res pignorata distraheretur, debitor ipse persoluerit debitam quantitatem, aut illam deposuerit, quia venditio impeditur, *l.si pignus,l.si residuum,*C.*de distract.pignor.* & dixerat *Bald. in l.is qui bonis, ff. de cessione bonor.* laudatus ab Auo meo ad *Gramm.dec.*28.*n.*17. illumque sermocinari de cessione bonorum extra iudicium,obseruat *Salgad.in labyr. credit.p.*3.*cap.*16.*n.*15.*&*23.redarguẽs *de Franch.* dictum *in dec.*346.*n.*9.& re integra indicant *Gratian.discep.forens.* 486.*&* *Cancer.p.*2.*var.cap.*9.*n.*5.*Leoncill.cit.priuil.*49.*n.*13.*Antonel.cit.loc.n.* 17.*Luca in labyr.cess.iur.via* 11. *nu.*4. quem *Salgadum* confutat *D.Maresc.de reconuent.enarr.*1.*nu.*209. & refert *D. Luca ad mem.dec.de Franch.*346.*n.*6.in articulo principali excitato, & decisso *in add.dec.de Franch.*346. licere nempè vicino retrahenti in quacunq; parte iudicij,etiam post sententiam,recedere à petito retractu, quam insequũtur *Benedel.in const.sancimus,in Rub.n.* 65. *Rendel.ibid.*§.*in primis, vers. unusquisque secundum suam portionem, nu.* 19.*de Bottis in consuet. si quis emit, de iur.cong.lit.*C.*Scacc.dere indic.Glos.*14;

Digitized by Google

q.32.n.93.R.Ronit.dec.24.nu.15.& 18. Adstipulãtur *Matthien. lib.5. Recop.tit. 11.l.12.gl.2.Boer. dec.48. ex n.2. Azened.in l.7.tit.11.n.34. Tiraquel. de retract.lignag.§.fin.nu.14. Ricc. collect.6. Giurb.dec.51.ex n.1. Renatus Chopp.de priuil.rustic.lib.3.cap.5. n.2.* decisum refert non posse pœnitere post rem iudicatam, & videntur non dissentire *Muta in consuet. Panorm. c.28.num.17. Fab.Turret.cons.78.vol.2.*

Hinc dicebam in causa hæredum Antonij de Leo, cessionem bonorum ab ipsò factam suis hæredibus minimè obesse, quin secus valeant illius bona vindicare, tanquam repulsi dispositione *text. in l. item si vnus, ff. de receptis arbitris*, qua cauetur bonis cedentem, nec deinceps agere, neque conueniri posse. Certũ enim est hæreditatem eius, qui bonis cessit, ad eius hæredes descendere cum sua causa, suisque vitijs, & cum ea beneficia omnia per eum adepta, tam quoad agendum, quam quoad excipiendum transire, ex *Bal.in l.fin.in fin.vers.quãdoquè C. qui bonis cedere poss. Alex. & Iason. in l. fin. §. & si præfatam de iur. delib.* Quæ quidem bonorum cessio re integra, cum scilicet eius bona authoritate Iudicis non fuerint distracta, vel creditoribus adiudicata, reuocari potest, offerendo debitorem se paratum creditoribus satisfacere, cum hoc priuilegium fauore debitoris sit inductũ, *Bart.in cit.l. is qui bonis, nu.1.* dicens, quod cedens bonis non videtur habere bona pro derelictis, sed solùm potestatem præbere creditoribus alienandi, nam si prò derelictis illa haberet, cuilibet facultas occupandi traderetur, idemq; firmat *text. in l.2.* & ibi *glos. in verbo, distractis, Bart. Castrensis, Cuma, & alij, C. qui bonis cedere possint, Bald. ibidem*, & latius *in l.fin. eod.tit.* ex eo potissimùm, quia antè distractionem non desinit esse Dominus, *add.l.is qui, & per DD.in d.l.2.Grat.discept.486.n.24.vol.3. Cap. Thol. decis. 134.* ac propterea nõ prohibetur suas actiones intentare, vel prosequi, *Amatus* decisum sic refert *dec. March. 93.* allegans *Brunum de cessione bonorum, q.19. principali, n.6.tit.3.p.2.fol.198. & q.15.nu.2.fol.197.* idemque sentit *Tepatus p.1.tit.281.fol.555.* quod adeò verum est, vt nequeat creditor, neque iure dominij, nec longi temporis prescriptione, eum, qui cessit, bona sua petẽtem, repellere, *tex.* aureus ad materiam *in l. legis Iuliæ, C. qui bonis ceder. poss.* cum contrà Iuris rationem dominium, præscriptioq; tueatur ab illo antè iudicialem distractionem, dùm non licet creditoribus propria authoritate cedentis bona diuidere, *Vrsill.ad Affl. dec.288. n.5.* Et ex his desumitur resolutio *text. in l.item si vnus, de receptis arbitr.* qui locum vendicat, re non integra, actuq; penitùs consumato, facta nempè Iudicis authoritate distractione bonorum, vt benè distinctione vtitur *Bart. in l. is qui, & Brunus* citatis locis, & ex hoc secus obstant exarata à *Natt. cõs.440.* cuius meminit *Gratianus cit. loc. n.23.* nam debent intelligi iuxta superius tradita, cum illius *cons.* fundamentum sit idem *tex.in l.item*, nã si antè distractionem retinet idem dominium debitor, non est ambigendum, quin possit cessionis pœnitere, arg. *l.3.C. de nouat.* per intellectum *Specul. in tit. de cessione, §.consequ.n.10. lib.2.p.1.f.129. & in tit.de Procur. §.sequitur n.11.lib. 1.p.3.fol.169.* & sic sua iura, actionesque prosequi.

Eò magis cùm agebatur de bonis emphiteuticis, de quibus cessionem fieri non posse, sicuti nec feudo, nec bonis à testatore alienari prohibitis, tradunt *Alex.in l.si finita, §.si de vectigalib.ff.de damn.infect.* idemq; *cons.19. vol.5. Aim. cons.213. vol.2.* vel quia emphiteuta respectu sui Domini tali beneficio nõ gaudet, ex *l. sed cum fructuarius, ff. de vsufr. Specul.in tit.de locat.§.autem, vers.128. vbi Io. Andreas in addit. Dinus in l.15.ff. de aqua pluu. arc.* ac proinde frustrà fieret cessio, quę suum non sequeretur effectum, vel quia neque in alienatione necessaria possunt distrahi bona sine illius consensu, à quo peruenerunt, & penès quem

Digitized by Google

quem adhuc remanent iura directa, arg. *l. peto, Laci Titi* 71. §. *pradium ff. de leg.* 2.

Atqui cum in illa thesi liqueat, bona relaxari petita longè maioris extimationis ad præsens esse, quam tempore cessionis bonorum, hoc incrementum post cessionem superueniisse est affirmandum, & sic minimè creditoribus cedentis obnoxium, cum cedentis bona, cum ignominia, quemadmodum cessit Antonius, liberè, & absque onere creditorum deuenient bona quesita post cessionem, vt supra indicauimus, quibus concinit *text. in l. sed si vnus*, §. *sed si antè ff. de iniur.* quē ad rem optimum vocat, *Couarr. lib. 2. var. cap. 1. n. 6.* qui hāc insequi videtur aleam, nec interest si paulò post inferius contrariæ sententiæ adhærere videatur, nam sensus eius erit adaptandus, quando cessio non fuerit ignominiosè facta, alioquin tantus Doctor incontinenti, & contrà potissimos Doctores per eum adductos seipsum corrigere, & in contradictoria descendisse extimaretur.

Vt autem debitor ad huiusmodi
31 admittatur beneficium, suos instantes creditores prius requirere debet ad dilationem nè quinquennalem, an potius ad cessionem admittere intendāt, cum alterum ipsorum prohibere, & impedire nequeant, iuxta terminos *l. fin. C. qui bon. ceder. poss.* & illis conuenientibus in vnum, nequit debitor aliud exequi, discordantibus verò admittitur ad quinquennalem dilationē, *Roman. cons. 439.* cuius sententiam coarctat *Scaglion. in cit. prag. 3. sub n. 19.* ex *Bar. & Bal.* vt locum sibi vindicet vbicunq; contentio est inter creditores ipsos; quod si inter creditores, & debitorem, si illi cessionem eligant, iste verò inducias prætendat, teneatur, vel cedere, vel perpetuò carceribus mancipari debeat, sed in casu contrario, quia creditores annuant dilationem concedi, debitor verò cedere ambiat, præferatur debitoris voluntas, qui quidem debitor post impetratam dilationem quinquennalem amplius non auditur volens cedere bonis *cit. l. fin. R. Tap. de iur. Regn. p. 4. sub prag. de cession. bonor. Reg. Rouit. in cit. prag. 3. n. 10. Affl. decis. 378. de Franch. dec. 251. n. 2. & Paschal. add. cap. 9. nu. 65.* notans requiri Iudicis decretum super cōsensu creditorum ex *Grat. cit. cap. 222. n. 11. Gregor. Lopez in l. 5. gl. fin. tit. 15. p. 5.* ex quo paradoxum videtur *d. Luca in d. de Franch. dec. 251.* addenti assumptum in ipsa *dec.* quod expressè quis renunciare non valeat cessioni bonorum etiam cum iuramento, & tacitè possit absq; iuramento, nempè vt impetrata dilatione à cessione debitor excludatur, sed hoc admirabile videri non debet, cum ex priuatione facta per legem, non bene inferatur ad priuationem hominis ex pacto resultantem, vt notabiliter aduertunt *Guttier. de iuram. confirmat. p. 1. c. 18. ex n. 1. de Almeida cit. loc. sub n. 28.* nec non *Phæb. dec. 116. à n. 10. &* 19. Dissentientibus verò creditoribus in hoc miserabile cessionis auxiliū, vel spatiū quinquēnale concedēdo, maior pars creditorū habita ratione ad credita præualet, vel si hæc paria sint, ad personas creditorū, in pari autem numero humanior præfertur sententia inducias concedens, ex *l. fin. C. qui bon. ced. poss. Leoncill. add. tract. de priuil. pauper. p. 2. priu. 49. n. 21. verbo cessio.*

Debet insuper vniuersa sua bona
32 debitor à se abdicare, & creditoribus cedere, quæ tempore petitæ cessionis habet, ex *Glos.* communiter recepta in *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* estq; in Hispania *lex 1. fori tit. 15. partita 5.* vt nequidem denarium sibi retineat, & excuti debeat omnis debitoris facultas vsque ad baculum, & peram, teste *Petro Iacobo in sua prax. de cess. bonor. Iaf. in §. item si quis in fraudem Inst. de act. n. 44.* ita quod si denarium retineret, nec cessio ipsa subsistat, si *Bald.* fidem habemus in *add. l. fin. n. 5. Hottom. illustr. q. 26. Donell. ad §. sunt præterea n. 6. Inst. de act. Vuesemb. in ff. cess. bonor. n. 4. Maul. de cess. bonor. tit. 4. de reb. quas ced. oport. nu. 5. Mich. Ferrer. 3. p. obser. cap. 130. Viu. comm. opin. 181. verbo debitor*

Digitized by Google

bitor cessionis memor *prag.Excel.D. Petri de Toledo, quæ est 3. de cess.bonor.* & proinde huiusmodi cedens tenetur per inuentarium indicare bona sua, *Azeued.ad.l.5.tit.16. lib.5. nouæ recollect.n.5. ex Cappell.Tolos.decis.136.* & ea falsò non indicans, ac occultans hoc cessionis priuatur beneficio, *Ias.in §.fin.n.8.Inst.de act.Rolan.à Vall.cons. 7.n.6.vol.2.Cumia in rit. Sicil. cap.95. n.17. Brun.de cess. bonor. q.5. Reg.Tap. post Carpan.lib.4. iur.Regn.super prag. 2.de cess.bon.n.95.* qui & torqueri potest, vt indicet bona, ad tradita à *Boer. dec.225.n.5.& Strach.de decoct.p.7.n.2.*

Vestes tantùm, quibus quotidiè
33 vtitur, sicuti ad mortem damnato relinquuntur, *l.Diuus, ff. de bon. damnat, l.obligatione, vers. item vestis, ff. de pign. Cęl. Rodiginus lib.3. c.26.* ita & ipsi cedenti, *Cappell.Tholos.dec.136. Christin.dec.Belgic.123.n.15. lib.4.* ex *Cyn. & Barin.l.1. C.de cess. bonor. Marant.de ord. Iudic.in c.de exeq. sent.nu. 29.& 30.* temperato dicto *Alex. in l.si maritus, n.6.ff.soluto matrim.* quem insequuntur *Campeg. de dote p.3. q.238. n.2. & Rota in Portuen. rest. in integr. dec.48.p.2.diuer. n.9.* putantis omnia esse danda creditoribus, etiam si nudus debitor remaneret, cum inhonestum valdè, & inhumanum sit, hominẽ proprijs vestibus spoliari, eo quòd turpis est nuditas, ex *l. non patimur C. de curs.publico lib.12.* vbi *And. de Barulo* indignam ait spoliationem, non tamen omnem, quam defert vestem, fore illi relinquendam scribit *Petr. Iacob. in sua prax. de cession. bonorum*, sed qua induit viliori, & depili; reliquas creditoribus cedendas, qui contendunt de damno vitando, propriaque recuperare bona student, & de vestibus necessarijs intelligit *Leoncill. add.priuil.49. n.6.* & tectum quoque relinquendum monet *Bertrand.de Argentrè in comment. ad iur. Brittannic. tit.de iur.connubior.artic.406.n.2.*

Hinc non posse ab hospite auferri
34 vestem viatori pro victu illi subministrato, lepidè infert doctus *D.Carol.de Rosa ad consuet.Neap. tit.de aliment.in consuet. si quis habet, n.17.* quamuis liceat alia bona arrestare, & detinere, imò ipsummet debitorem, *Pirr.ad consuet.Aur.in tit.de execut.& locat.c.6.Petr.Pecch.de iur.sistend.c.3.num.2.* Auus meus ad *Capyc.dec.11. nu.1. Rebuff.in ordin.Regn.Gall.t.1.art.4.de liter.oblig. Glos.3.n.31. Surd.de aliment.tit.8.prin. 62.n.15. Manson. de caus. execut. ampl. 26.c.28.* & de executione in pallio, & pileo, an realis, vel personalis dicatur? quidue si existant super dorso, & extra dorsum? tractat *Monach. dec.Bonon. 68.69. & 70.* & Romana praxis, de qua *Leoncill. cit.tract. de priuil.paup.p. 2.prin.3.verbo, Actio*, quòd in mandato executiuo exprimatur (Auferatur Pallium) ipsumque faciliorem fuisse in eiusmodi clausulam apponẽdo, potiùs æstiuo tempore, quàm hyemali, quo nimis durum videtur illud eripere, mihi non probatur vti contra omne ius, & æquitatem.

Imò relinquenda quoque instrumenta ad quærendum victum necessa-
35 ria, nempè pertinentia ad exercitium alicuius artis, aduertunt *Conar. cit.loc. & Io.à Medin. in tract. de contract.q.3. caus.3.& q.5.* quapropter Scholari, vel Doctori cedenti bonis minimè auferendos libros; sicuti neque arma Militi, *Bal.* sentit in *Rub. C. qui bon. ced. poss.* Scholarium namque arma sunt libri, *Glos.in l.nepos à Proculo, vers.dignitatem.ff.de verbor.signif.* Instrumenta studiorum, *Senec. de tranquill. c.9.* & Sapientiæ, *Plutar.de educat.liber.* etiã si fuerint empti post cessionem bonorum absq; ignominia actam, *Rebuff. priuil.112.Ias.in §.item seruiana, n.66. Inst. de action. Soccin. in tract. fallen. reg.47. Pereyr. de iur. Accadem.lib.4.de exerc.litter.n.677.* quin nec depositum factum pro laurea Doctorali assequenda posse sequestrari vrgentibus creditoribus, respondi ex *Caualc. dec.Lypsia 11.p.5. Ricc.collect.dec.2042.p.5. de Angel.in prat.super l. nemini licere.11. C. de Aduoc.diuers.Iudic.n.19.* Neque appellatione suspendi sententiam prolatam aduersus bibliopolam, vel aliũ, vt libros studioso tradat, aliàs dixi,

ex

ex *Scaccia de appell. q. 17. limit. 6. mem. 2. n. 36. & limit. 7. n. 10. de Escobar. in tract. de Pontific. & Regia iurisdict. in studijs Generalibus, c. 14. n. 27. d. Villos. de debitor. susp. & fug. cap. 14. §. 2. n. 20.* Ob eamdem quippè causam dicebam (quamuis obtinere non valui) neque libros exequi licere pro pensione Domino domus, regulamquè, quòd inuecta, atq; illata in domum locatam sint tacitè hypothecata, *l. certi iuris, C. de locat. Affl. dec. 184. Ludouic. dec. Perus. 84. Gabullin. milleloq. 635. Rebuff. ad Const. Gall. tit. de litter. oblig. art. 4. glos. 2. tom. 1.* etiam si non ad longum tempus fuisset conducta, sed vnica tantùm in ea habitasset nocte; ex *Alex. in l. diuortio, §. ob donationem, n. 11. ff. sol. matr.* non habere locum in scholarium libris, qui non ita (quamuis illati) censentur obnoxij, vt obseruat *Angelus Aretin. in §. item seruiana, n. 3.* nec non *Las. n. 64. Inst. de action. Alciat. in l. nepos à proculo, ff. de verbor. signif. Episc. Franc. Verde lib. 1. Inst. in prooem. lemm. 8. sub n. 52. vers. XIII. Scholares.* Doctor enim libros non habens minimè Doctorum priuilegijs fruitur, *Alex. ad Bar. in l. grammaticos, la. 2. C. de profess. & medic. li. 10. Gratian. discep. 176. n. 89. Oldrad. cons. 84.* & quidem quæ verisimilitèr obligari non solent, minimè veniunt sub generali hypotheca, *l. generaliter, ff. de pignor. l. 1. ff. quæ res pign. oblig. poss.* Quod tamē priuilegiū, quia cessat scholari vita functo, licitè proinde valet hospes illos retinere pro memorata causa, imò & pro expensis ab ipso erogatis in funeralibus, *Bal. in l. in restituenda, n. 2. C. de petit. hared. Las. in l. si non sortem, §. si cautum, sub num. 10. ff. de condit. indeb. Petr. de Vbald. de duob. fratr. in. 11. par. fin. Rebuff. de priuil. scholar. priu. 19. vers. limita si scholasticus.*

Verùm in foro poli poterit tuta
36 conscientia retinere sibi, & familiæ suæ necessaria, ne in dedecore viuat, contra *Hadrian. in 4. sent. q. 2. de rest. et Medin. de rest. q. 3.* ex *Lessio lib. 2. c. 16. dub. 3. n. 4. & Dian. p. 4. tit. 4. Miscell. resol. 78.* scribit *Leoncill. de priuil. paup. p. 1. priu. 49. verbo, cessio,* putàs quoq; procedere etiam si æra aliena, pro quibus cedit, sint ex iniustitia, & delicto notorio acquisita.

Dolosos insuper penitùs excluſos ab
37 hoc beneficio, docent *Rota decis. 5. 83. siuè 22. de restit. spoliat. in antiq.* & altera *Caputaq. 278. p. 1. Vinius dec. 529. n. 9. & 10. lib. 4. Verall. dec. 183. par. 3. Const. rem. 26. ex num. 11. Caball. resol. crim. 105. Put. dec. 56. n. 10. lib. 1. Castr. cons. 179. Boer. decis. 215. Paschal. par. 2. c. 9. n. 61. Manson. de caus. execut. limit. 5. n. 32. Riccius* de Clericis loquens *in prax. resol. 247. & Genuens. c. 3. n. 6.* nemini quippe valet patrocinari fraus, aut dolus, *l. 1. l. ne ex dolo, ff. de dolo, l. nō fraudētur, ff. de reg. iur. Ann. Robert. lib. 1. rer. iudic. cap. 2.* Hinc *Tullius lib. 3. offic.* naturali iure ductus dicebat: *Nihil esse à natura alienius quàm fraus, & dolus in negotijs cōtrahendis.* Et *Apostolus* diuinitùs *ad Thessol. 4. Ne quis supergrediatur, neque circumueniet in negotio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus.* Quare illis denegari cessionem, qui in fraudem creditorum alienarunt propria bona, docuere *Bal. in §. fin. num. 27. Las. in §. item si quis in fraudem, post n. 91. Inst. de act. Scaglion. in sit. prag. 3. n. 43. de cess. bonor. ex text. in l. fin. §. fin. qua in fraud. cred. & in l. iure prætorio, C. de fabricens. lib. 11.*

Sic præterea sciens non esse sol-
38 uendo, & cōtrahens spe futuræ cessionis, meritò ab illo excluditur, *Bald. cit. loc. Felin. in c. fin. n. 2. de test. Brun. de cess. bonor. 4. p. princ. q. 31. Rebuff. cons. 184. n. 7. Ripa in l. obligationes, n. 33. ff. de pignor. & hypoth. Angel. in l. 4. ff. de cess. bonor. Cam. sup. Rit. M. C. 95. n. 18. Ant. Cioff. cons. 99. n. 2. lib. 1. de Graff. excep. 17. n. 13. Thom. Zerolf. in prax. Episc. verb. Litteræ quinquēnales, vers. 9. Plot. in l. si quando, n. 179. C. unde vi, Vint. Annib. in add. ad Mādos. cōs. 170.* Etiāsi præferēs, in soluēdo creditoribus posterioribus, sufficiens esse desinat, *Las. in l. qui creditor, num. 7. ff. de cess. bonor. Dian. in summ. p. 7. verb. Cessio, num. 8.* Sed est intelligendum, si dolo malo ad contrahendum induxerit creditorem

as-

asserens se esse soluendo, & habere facultates, cum iam inopia laboraret. Aut verò hoc fraudulentèr egerit, vt pecunia à creditore accepta, postea bonis cederet, atque sic credito suo creditorem fraudaret, ad *tex. in l. 2. C. si minor. se maior. dixer.* Sin autem omnis absit debitoris dolus, vel quia putauit se esse soluendo, cum soluendo non esset, vel quia sperauit se interea tantùm accepturum, quantum illi debito soluēdo sufficeret, aliud est.

Hinc optimè in debitis infra annum
39 contractis, cessio bonorum haud admittitur, vti præsumptiuè in fraudem, ex *prag. 2. de cess. bonor.* & proinde in M.C. inoleuit mos, vt in decretis cessionum addatur, dūmodò debita non sint infra annum contracta, de quo testis quoq; est *Mazzia ad tract. de Iudice de liquid. instrum. concl. 4. n. 66.* cuius quidem *prag.* sanctio ad dilationem quinquennalem quoq; protenditur, quòd illa nequeat concedi vrgente aliquo ex creditoribus pro credito infra annum contracto, decreuit S.C. in causa illorum de Solomenis, relatore D. Consil. Stellatello, in Banca Actorum Magistri Roppoli, teste *Apicell. in tutam. pauper. tit. 1. de dilat. quinquenn. sub n. 27. ad 29. Thor. par. 2. compend. verbo, dilatio quinquennalis*; & pluries determinauimus in M.C. quòad creditores concurrentes, non quòad recusantes, qui benè condemnantur ad concurrendū, etsi infra annum cōtractis debitis: etenim cum his cessat fraus, quæ in concurrentibus præsumitur, dūmodò in recusantibus specificè non probetur ipse dolus, sic aduertente eodem *Apicell. add. loco sub n. 29. vers. respectu verò.*

Quod si a cessione fuerit debitor
40 excluſus, vti infra annum petita, illo elapso, alio libello minimè peti potest, vt decisū scribit *R. Rouit. in prag. 2. nu. 3. de cess. bonorū, Barbat. de diuis. fruct. p. 1. cap. 13. n. 99. Thor. 1. compend. verbo cessionis bonor. ac in supplem. compend. verbo cessio*, & meminit *D. Franc. Magretti in constit. pragm. Ducis Sermonetę §. 26. obseru. 2.* coarctans ex *Nouar. in cit. prag. 2. collect. 3. sub n. 3.* si antiquum creditum esset innouatum, & redactum in nouum contractum infra annum inhitum.

Vlteriùs ex dolo prę sumpto hæres,
41 qui inuentarium haud confecit (nàm de illo cum beneficio legis, & inuentarij alibi eloquor) bonis cedere non valet, *§. si vero non fecerit, Auth. de hared. & falcid. Castagn. add. tract. q. 11. ex n. 15. Cigala in cit. §. 29. n. 18. Inst. de act. Brun. q. 4. princ. q. 6.* & dixi in antecedēti *Rit. sub n. 23.* nec non *Paul. Squill. de priu. Cler. c. 10. n. 44.* qui tradit Clericū nō cōficientē inuētarium haùd releuari beneficio memorati *cap. Odoardus*, quod protendit ad hæredē defuncti, qui cessit bonis, *Brun. q. 6. 4. quæst. princ. n. 10.* sed anceps est *Salyc.* arguens ad partes in *l. 1. n. 12. q. 14. C. qui bon. ceder. poss.* & displicet *Roland. de inuent. q. 53. p. 2. Baez. de debitor. inope cap. 6. n. 12. Aemil. Gallo except. 5. nu. 53. Galà de modo artic. gl. 1. num. 1018.* etenim si excusatur hæres in inuentario conficiendo, vbi maior cōcurreret impensa, quàm vtilitas indè sequens, *Gizzarell. decis. 56.* & videndi *de Franch. dec. 536. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. Glos. 5. num. 49.* Eò magis hac in thesi: cum tale beneficium concedatur pauperibus, & summa inopia laborātibus, haùdq; diuitibus, ex *l. propter honorem, C. qui bon. ceder. poss. Grass. except. 57. n. 54. Carbon. in pract. lib. 3. c. 8. nu. 41. Magon. decis. Lucens. 88. Vin. dec. 529. Cost. de remed. subsidiar. c. 27.* statim enim, ac quis cessit bonis, præsumitur notorius pauper, ex verbis finalibus *prag. 11. cap. 7. de offic. Iudic.* notat *Nouar. dec. 193. n. 6.* aduersus *Castagn.* & adhærentes scripsit *Hunnius disp. 24. th. 4.* ex *tex. in l. fin. §. 14. C. de iur. delib. & concord.* disponentibus hæredem illud non conficientem obstringi hæreditatis creditoribus in solidum, quemadmodum ipse defunctus teneretur: atqui si ille in viuis ageret, hoc beneficio frui posset, maximè quia hæres absq; inuentario etiā habet defuncti benificia, quia hæreditas transit cum sua causa, suisque vitijs,

l.

Digitized by Google

l. hæreditas. ff. de verb. oblig. l. hæres, ff. de reg. iur. quod indubitantèr procedit in beneficijs, quæ non sunt personæ, sed causæ, quale est illud cessionis bonorum, vt notat P. *Diana in summa p. 7. verb. Cessio, n. 11.* quod ante ipsum obseruauit *Thom. Maul. de cess. iur. tit. 3. qui bon. ced. poss. n. 12.*

Propterea illi quoque à prædicta
42 cessione repelluntur, qui mensæ argentariæ euersores fuerunt; Cessio enim miserorum subsidium, non dolosorum, neq; fraudatorum est adiutorium, *Bald. cons. 219. vol. 3. Boer. decis. 215. n. 6. Caccialup. de debit. suspect. & fugit. q. 1. n. 13. Christin. ad consuetud. Mechlin. tit. 21. art. 1. n. 9. Castill. decis. 215. n. 4. Cortiad. decis. Catbal. 70. n. 37. Carpzon. de Asyl. debitor. cap. 2. n. 175. de Anfaldis de commerc. & mercat. c. 75. n. 3.* ante ipsos *Bald. cons. 250. in fin. n. 16. lib. 1. Tusc. in concl. iur. 105. verbo, decocti,* eosq; procliues ad mentiendum, atque infamissimos esse adiungunt, adeòquòd non excusatur volens probare contrarium, ex *Bal. Tusc. cit. locis*, eosque *Paulus* appellauit fraudatores *in l. quod priuilegium, ff. depositi*, famosos latrones *Ioseph Sesse dec. 102. n. 1. Iodoc. in prax. crim. cap. 106. n. 16. P. Gambacurt.* Iesuita *in tract. de immun. Eccles. lib. 4. cap. 15. Rebuff. de mercat. to. 2. n. 8. Caball. cas. 177. n. 4. resol. crim. Rota Ianuens. dec. 83. n. 12.* Est decoctor, ergò fraudator, inquit *Bald. cons. 382.* cuius verba rescribit *Mucci ad Sanfelic. dec. 42. n. 2. lib. 1.* Mentiuntur, & decipiunt de facili, vnde illis in iudicio solemnitèr examinatis non creditur, *Mascard. concl. 738.* nec extra iudicium *Bald. cons. 249. lib. 1. n. 1.* quod duplicatur *lib. 5. cons. 396. Tusc. indic. lor. & conclus. 40. verb. Florentia fallitorum, concl. 547. verb. Statutum circa fallitos, & concl. 559. verb. Statutum circa fugitiuos*, notans ex *Castrens. cons. 179.* fallitum excludi à cessione bonorum, quando dolosè
43 concordauit, promittendo plusquàm posset, & si fuerit à creditore remissa pars debiti, illa repetitur, veniente ad pinguiorem fortunâ conditione ob turpem causam, *Ang. cons. 53. Plot. in repet. l. si quando, num. 75. de in lit. iur. Anus meus ad Capyc. dec. 95. nu. 1.* & post *Boer. dec. 215. n. 8. Gizz. ad Capyc. Latro dec. 196. n. 24. lib. 2.* & ante *Stract. tract. de decoctor. p. 3. n. 6.* ac dixi *in ritu 166. n. 189. lib. 2.* quibus perbellè collineat *Suarez* effata *alleg. 22. nu. 6. vers. sed habere*, quem laudat *Consil. Prat. lib. 4. discep. forens. cap. 19. nu. 20.* & ante ipsum idem *Anus meus* mox *cit. loco*, de recepto ex causa transactionis ob litem calumniosã inhitæ, ex *text. in l. in summa, ff. de condict. indeb.*

Quibus nulla concedenda dilatio,
44 si dolo, fraudeque decoxerint, dicunt *Stracc. p. 6. nu. 20. Henrig. de fideiussor. cap. 5. nu. 103. Mauson. de caus. execut. lim. 6. n. 65. Valeron. de transact. tit. 4. q. 8. Boer. dec. 296. n. 349. Rota Rom. decis. 497. n. 1. 18. recent. Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 45. n. 4.* & concinit *Senec.* dictum *lib. 7. tit. de benefic. cap. 26. Quid Tu tàm imprudẽtes iudicas maiores nostros fuisse: vt non intelligerent, iniquissimum esse eodem loco haberi eum, qui pecuniam, quam à creditore acceperat, libidine, aut alea assumpsit, & eum, qui incendio, aut latrocinio, aut aliquo casu tristiore aliena cum suis perdidit: nullam excusationem receperunt, vt homines scirent, fidem vtique præstandam. Satiùs enim erat à paucis etiam iustam excusationem non accipi, quàm ab omnibus aliquam tentari.* Cumque consueuerint mentiri, & rationum libros, negotiaq; sua intricare, vt veritas à creditoribus ignoretur, habent ipsorum libri præsumptionem contra se, *Petrus Gregor. lib. 22. cap. 9. n. 11. Bursat. cons. 118. ex n. 26. lib. 1. Neuiz. cons. 59. n. 11. Stracc. p. 2. n. 18. R. Valenz. cons. 78. n. 83. lib. 1.* Aduersùs quos pœna imposita cernitur capitalis in Gallia, ex *Const. Francisci Primi sub die 8. Octobris 1536. in Constit. Regijs Comitiorum Aurelianensium art. 43.* & Inuictissimi Caroli V. Imperatoris ter Maximi, Constitutionibus editis in Comitijs habitis Augustæ Vindelicorum de anno 1548. art. 2. *Matthiens. lib. 5. recepil. tit. 19. de decoctor. & eor. pœn. l. 1. glos. 1. & 2.*

Digitized by Google

*Christin.dec.Belg.*123.*n.*5.*lib.*4. *Petr. Gregor.cit.cap.*22.*ex n.*9. & in Regno nostro cõtra nummularios adest *prag.* emanata anno 1633. 1.*sub tit.de nummul.* quam exornat *Constant.Cæsar. in specul.peregr.q.*4. 5.*&* 6. in causa Fuluij de Falco capsarij Banci Virginis ab Angelo Salutatæ huius Ciuitatis, aduersùs quem calamum arripuit *Franc. Maria Prato respons.crim.*20.21.*&* 22. memorataque *prag.*1. complecti mer-
45 catores eiusmodi decoctos, indicat *Nouar. dec.*33.*nu.*9. & in *tract.de gran. vasall.tom.*3.*gran.*9.*n.*26.ex *Maxill. in consuetud. Barens.sub Rub. de cess.bonor.n.*24. *Mastrill. de indult.cap.*30.*n.*1.*Gizzarel.dec.*80.*num.*3. *in fin.* quia mercatorũ, capsorum,& bancheriorũ nomina synonima sunt, *Mastrill. dec.*125.*ex n.*18.*Farin.de immun.Eccl. in append.n.*65.*R.Rouit.in mem.pragm.* 1.*n.*3. *Danza de pugn.DD.de sent.forindic. cap.*11.*nu.*19. *tom.*3. Concurrit enim mens Statuentis, quæ prævalet Statuti verbis, *l. Labeo, ff.de supellect. leg.l.nominis, & rei, §.verbum, ff. de verbor.signific. Amendar in proem.add. ad Recopil.legum Nauarr. nu.*19. *Grat. discept.forens.*769.*n.*21. *tom.*4. *Afflict. dec.*44.*n.*26.*Nouar. dec.*206. *R.de Marin.quotid.resol.lib.*2.*cap.*100.*n.*8.Eadẽ ratio militat, nempè fidei publicæ seruandæ, *l. illud ff.ad l. Aquil. l. quidam nummularios, ff.de edend. l.si postulauerit,*§.2.*ff.ad l.Iul.de adulter. Bald. cons.* 324.*lib.*5. quæ efficit, vt casus minimè dicatur similis,sed idem, adeò ut comprehendatur sub Statuto,sicuti perbellè subtilis *Bald. consil.*324. *numer.*2. *lib.*5. ibi: *Imo casus dicitur idem,quando est ratio, & mens eadem,* confertque *text.in l.his solis, vers.satis etiam cautũ putamus,* C. *de reuoc. donat.* necnon *l. item veniunt, §.ait Senatus, ff.de petit. hared. l.illud, C. de sacrosanct.Eccles.Surd. decis.*276.*n.*8.*Guttier. lib.*3.*practic.qu.* 17. *ex n.*84.*Gratian.discep.forens.to.*5. *cap.*818.*n.*66. vigente maximè ratione naturali,*Angelicus Doctor* 2.2.*quæst.*3. *Bald.cons.*38. *Barbos.axiom.*197.*n.*13: potissimùm quando de puniendis, & coercendis delictis agitur,Reipublicæ cõmodo,nã tũc statutũ in odiosis extẽditur, *Bart.in l.quemadmodum, 5.mer. C.de agricol. & censit.lib.*11. *Mascard. de statut.interpr.concl.*4.*n.*207.*Franch. dec.*315.*n.*8. *Vin.opin.*269. *Iacob.Gall. cons.*114.*n.*43.*Ricc. dec.*122.*p.*1.

Atque in hoc articulo, exorta con-
46 troversia in Regia Iuncta erecta in causa Regij Fisci, & creditorum Iosephi Mezzomonaco mercatoris decocti, ad vitandam in posterum antinomiam, eximia Eminentissimi Cardinalis D. Paschalis ab Aragonia, tunc Proregis, prudentia conspiciens frequentem in hac Ciuitate, & Regno decoctorum numerum, anno 1666. pragmatica constitutione nedùm denegandam quamlibet dilationem, & saluaguardiam eis, qui fraude,doloue decoxerant, verùm etiam pœnam vltimi supplicij sãxit in eos,ad quatuor dies foriudicationis terminum coarctans; atque demum pœnam eorum bona celantibus,vel asportantibus imponendo, vt in *prag.*6.*de cess.bonor.*

Accidit in M.C.me eius Aulæ Præ-
47 fecto, quòd Ioseph de Cerra mercator, & negotiator olei decoxit; vnde nonnulli creditores insteterũt in S.C. aientes decoctionem fortuitò accidisse, tùm propter oleum bona fide plerisque creditum, cuius pretium deinde nequiuerat exigere, tùm propter prauam cisternarum qualitatem, & creditores minoris summæ renuerunt illam concedi.

At Nicolaus Barone vnus ex creditoribus querelã criminalẽ in M.C.V. aduersùs illum exposuit, instetitque acritèr, vt citaretur ad informandum, & capitula,tanquãReus mortis,ex quo posset vi memoratæ Pragmaticæ foriudicari, captaquè per M.C. informatione, me referente, die 15. Martij 1677. prouisum fuit: *Visis actis agitatis in S.C. partes adeant S.C.* in Bancæ de Mauro, à quo decreto sensiit se se creditor nimis grauatum, factoq; verbo, appellationis remedio,in S.R.C. à Dom.Cons. D.Iosepho Ledesma meo successore in aula M.C. die 10.Martij 1678.manauit scitũ è S.C. *quòd M.C.*

pro-

Digitized by Google

prouideat de iustitia super causa principali, & deinde decreto M.C. eodem relatore, die 22. Augusti 1678. dictum fuit, *quòd citetur ad informandum, & capitula cum abreuiatione dierum quatuor, seruata forma Reg. Pragm. Emin. Cardin. de Aragona olim Proregis huius Regni.*

Oppositum Rei excusator, uelle assecurationem pro ære alieno, solitam dari in alijs delictis; at non obtinuit, quia ex illud alienum erat dependens, imò causa, & origo delicti.

Et dum iam iam procedendum erat ad foriudicationem, excepit vigore decreti sub die 27. Aprilis 1679. excusator nullitates quasdam, quæ fuerunt M.C. decreto sub die 27. Aprilis 1679. reiectæ; at à S.C. admissæ etiam in gradu reclamationis sub diebus 7. Maij, & 19. Iunij 1681. & prouisum *nullitates obstare, & proindè supersedeatur in sententia forindicationis, & causa remaneat in* S.R.C.

Habitum enim fuit pro absoluto
48 nullam adfuisse fraudem, nullumque dolum, necessariò, præcipuèq; requisitum à *pragm.* sine quo nè vmbram quidem delicti redolet decoctio, vt ex eius verbis liquidò liquet, & notant *Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 196. num. 25. Mucci loc. cit. n.* 10. nec sat est decoctio, siue procedat ex fortunæ iniuria, siue ob vitium debitoris, siue participet vtramq; naturam, de quibus sermonem habet *Conf. Rocc. in tit. de decoct. mercat. notab. 2. post tom. 2. respons.* siue vt addit *Mucc.* mox *cit.* proueniat ex decoctoris prodigalitate; sed illa consultò fraudulenter facta exquiritur, vt plena erumena ad Ecclesias confugientes creditores deludant, decipiantque; & licèt Pragmatica statutum fuerit, sufficere ad probationem doli præsumptiones, & coniecturas, quando Iure Cõmuni manifesta, clara, lucidaq; requirebatur probatio ad condẽnandum, vt probat *Carpzou. li. 2. pract. tit. de furt. in reb. cre... q.* 85. *n.* 39. & 40. qui perpensis doli coniecturis à *Farinac.* allatis, his verbis loquitur: *Nec aliaq; indicia sufficientia esse ad præsumptionem doli, licèt concesserim exinde tamen dolum probatum esse: itaut pœna mortis tutè irrogari queat, nemo facilè affirmabit: non enim sufficit præsumptio doli ad pœnam mortis irrogandam, sed vel confessio delinquentis, vel probatio luce meridiana clarior.* Attamen quoties pro Reo militat aliqua præsumptio, hæc omnes alias Fisci præsumptiones elidit, *Bart. cons. 1. n. 8. diuers. crim. lib. 1. Gramm. dec. 60. nu. 12.* Nullum verò adfuisse dolum, creditores ipsi, qui in S.C. comparuerunt, testabantur.

Perpensum insuper fuit, pragmati-
49 cam loquutam fuisse de mercatoribus famosis, ijsque rationum, pro non exigua pecunia decoquentibus, in maximum creditorũ, Reiq; publicæ detrimentum; non iam de mercatore simplici, puroq; negotiatore, & vt ita hic dixerim, Oleario; requiritur enim moles, & cætus creditorũ, vt dicatur quis fallitus, & decoctus, *Staiban. resolut. 67. n. 5. & resolut. 96. n.* 18. *Salgad. in labyr. cred. p. 1. c. 23. n. 12. & c. 28. n. 6.*

Pragmaticam vt nimis rigorosam in nullo quidem casu fuisse vsu receptam ex tempore, quo fuit promulgata, sicuti etiam neque vsu probatam fuisse ex eadem ratione Bullam Pij V. quæ itidem vltorem gladium decreuerat in dolosos decoctores; testis est *Farinac. in pract. crim. p. 1. tom. 1. tit. de pœn. q. 26. n. 29.* & pleraſq; alias leges Regni, vtpotè rigidas nimis reiectas esse, testatur *Gizz. ad Capyc. Latr. decis. 13. n. 6.* vel quia tàm bene fraudes ab his occultantur, vt locus esse non possit municipali Iuri, & creditores potiùs oxoptent aliquam concordiam, quàm debitoris mortem.

Neq; officiebat dicere, nequiuisse
50 excusatorem opponere prædictas innocentiæ exceptiones; facilis enim erat responsio, nempè ea vindicare locum, quando certum esset delictum, & conaretur tantùm tueri delinquentem, ostendendo, quòd licèt adfuerit delictum, prætensus tamen delinquens esset innocens.

At cum hic agatur de decoctione,

Digitized by Google

quæ in se non est delictum, sed potest solummodò esse delictum, quando adest dolus; cum absit igitur dolus,& abesse dicendum est actionem criminalem; sicuti etiam si quis alligaretur homicidij, & responderet excusator, prætensum interfectum adhuc vitali aura vesci, certissimi iuris est nequiret prætensus delinquens tunc foriudicari,vt communi calculo asseuerant Criminalistæ omnes; quinimò *Reg.Ronit. in rubr.de sent.foriud.num.*10. in casu difficiliori, ait, & optimè quidèm, sententiam foriudicationis non posse exequi, si de delicto in genere non constat.

Accedit, quòd licèt excusator ne-
51 queat opponere de innocētia Rei;certè nō ei prohibetur implorare in hoc officium Iudicis;ità vt etiam in crimine homicidij ostendere possit, Reum non teneri pœna homicidij ex eo, quia occisus erat banditus, vt probat *Gram.cons.*1.*num.*24.*&* 25. *post decis.* Quinimò ex officio tenetur Iudex,sedulò inquirere de inquisiti innocentia, etiam pro contumace absolutè,ac pro eo supplere, vbicunq; potest deueniri ad diffinitiuam sententiam parte absente,ne alioquin innocens condemnetur contra omnia iura diuina, naturalia,& humana.

Quarè si ad id Iudex tenetur ex officio, multo magis admittere debet excusatorem pro huiusmodi absente, saltèm vti instructorem innocentiæ ad defensionem prætensi inquisiti, vt rectè probat *cit. Gram. cons.*1.*post decis. n.*69.*cum seqq.*

Demùm aduertamus oportet,quòd licèt quādo comparet agnatus inquisiti aduersus foriudicationem nō agitur principalitèr de meritis causæ, est tamen agendum de illis, quatenus spectat ad qualitatem delicti, & indiciorum, itaut ex ijs possit deueniri ad foriudicationem,nec ne, vt in terminis pro indubitato tradit *Reg. Ronit. super prag.indic. rubr. dè sent.foriudic. num.*35.

In dubio tamen credendum est,hu-
52 iusmodi homines decoquere dolosè astu, fraudeq; propria, vt relinquant vxores, & filios diuites. Hinc *Abb.in cap. ex parte, in vltimis verbis,extr.de consuet.* relatús *ab Hyppolit. de Marsil. singul.*224. aduertit, validum esse statutum disponens, posse capi propter æs alienum virorum, seù patrum, qui decoxerunt,vxorum bona, ac filiorū, monens id procedere, si decoctio dedita opera, doloq; accidat, non ita si ex necessitate,aut causa,& *Cepoll.caut.* 245.ad rem dixit,subsistere statutum, quòd teneantur filij, licèt non hæredes patris, quem refert *Additio ad de Marsil. cit. loc.* atq; ita coarctatur regula, quòd filius non obstringatur ad æs alienum à patre, vel viro contractum, *tot.tit.C.ne fil.pro patr. & C. ad Maced.l.pen.& fin. C.ne vxor pro mar. l.vnic. C. vt null. ex vican. pro alien. vican.&c.lib.*11. *& in l.hac definitione, C.de omni agr.defer.eod.li.*11.qui quidem *text.* regulam quoque limitant, quando pater inops æs contraxit alienum, vt filios aleret, qui deinde diuites effecti soluere deuinciuntur.

Atque ideò ab hoc beneficio ex-
53 cluditur,qui bona sua luxuriosè viuēdo consumpsit, & sua culpa paupertatem sibi accersiuit, *l.quilibet, Cod.de Decur.lib.*10.*Neuiz.cons.*59.*n.*10.*Rebuff.cons.*184.*n.*3. *Thesaur.dec.*36.*n.*5. *Marsil.in l.*1.§.*cum quis latrones, n.*9. *de quæst.Grass.excep.*17. *n.*36. *Menoch. de arbitr.lib.*1.*q.*90.*n.*16. *Giurb. decis.* 41.*n.*9.*& dec.*43.*n.*14.P.*Dian.tract.*8. *resolut.* 3. *&* 11.§.4. *Dexart ad cap. Regn.Sardin.lib.*1.*tit.*7.*cap.*5. *de morator.n.*7. & de eo, qui alea substantiam suam absumpsit,loquitur *in l.*1. *C.qui bon.ceder.poss.de* Petr. *festiu.lect. lib.*3. *cap.*1.*sub n.*6. *Brun.de cess.boner.q.*28. *sub n.*1.*Paul.Rubeus de valid.legal.controu.forens.cap.*29.*sub n.*51. multaque in aleatores scribūt *Concenat.lib.*499. *cap.*16. *Christin.dec.Belgic.*200.*num.*7. *vol.*2.*Paschal.de patr.potest. p.*1. *c.*6.*nu.* 91.*Bonifac.in tract.de furt. vers.animo lucrifaciendi ex nu.*85. adeoquòd domum tradens ad ludendum verberibus affectus,vel furtum passus in ipsamet ęde, nullam habet actionem, cum

lex

Digitized by Google

lex impunè eum verberari permittat, *l.1. §. notandum, ff. de aleator. Paris de Ludo n.46. Amod. de sindic. nu.45. Burs. t. cons.116. n.5. vol.1. Farinac. q.109. n.6.* illoſq; *D. Cyprian. de aleator. lib. singul.* ſacrificos eſſe Zabuli dęmonis oſtendit: *In hoc ludo ſæpe*, ait, *eſt mentis furia, venale periurium, ſerpentinum colloquium, rabioſa amicitia*. Et *Additionator ad Perez. lib. 8. tit. 19. ordinament. tom. 2. verſ. quid autem, pag. mihi* 388. tradit, ludi alearum inuentorem fuiſſe diabolum, qui poſuit quatuor cartarum differentias, quibus ipſe veneratur, & colitur, ac inter ipſos ludos dicitur Primera; quaſi primum omnium ludorum locum obtinens, quæ nihil aliud eſt, quàm conclutinatio quatuor cartarum diuerſi generis, quæ ducit homines ad finem; Diabolus ipſe fuit quoque inuentor ludi taxillorum, quia ſicut Deus inuenit viginti, & vnam literas Alfabeti, licet aliæ poſtea ſint additæ ad cōpoſitionem Sacræ Bibliæ; ita & Dęmon inuenit aliam Bibliam diabolicè, ideſt dados: nam cum in quolibet ipſorum ſunt ſex facies, & omnia puncta nigra ad inſtar literarum conficiunt numerum viginti vnum, in quorum vſu omnis malitia reperitur, & peccatum, ac quot ſunt puncta in taxillis, tot in eis ſcelera peruenire autumat *Perez* ipſe, qui artificioſo inuentu per ordinem alphabeticum enarrat, quem ordinem mira methodo exornat multa eruditè nectens *D. Bonauēntura Triſtany* emeritiſſimus Cōſiliarius *dec. Cathal. 65. ex n.27. & per tot.* me citans in *ritu 166. n.9. lib.2.* & *Bertazol. conſ. crim.379. & addit. vol.2.* de ridiculo caſu ludi prohibiti, & permiſſi meminit. Ac plura in deteſtationem ludentium, ac de ipſorum pœnis, & infamijs notant *Affl. in conſt. mores, Anus meus ad Gramm. dec.11. n.4. & dec.40. n.2.* Non interdici vero, neq; Clericis ludum ſchaccorum, in quo ſors, & fortuna non verſatur, ex *Gloſ. in Auth. interdicimus, C. de Epiſcop. & Cleric.* & alijs obſeruat idē *Anus meus ad Gram. cit. dec.11. n.4.* Verùm noſtras Regni ſanctiones ludos improbantes etiam illum ſcacchorum, ſeù latrunculorum comprehendere, lepidè ſcripſit *Conſil. Franc. Mar. Prat. lib.3. diſcep. forenſ. cap.1.* deciſionem ſubnectens, *et cap.2.* reſcribit reſpōsū *V. I. D. Iacobi Vualdo*, qui contrariā aleā ſubſtinuit, vt dixi in *Rit. 166. n.100. to.2.* Et inuentus eſt, in quo tanta ludendi appetitio, & veſana cupido, ac voluptas fuit, vt moriens (quaſi parum fuerit in vita luſiſſe) teſtamēto irreligioſè cauerit, vt detracta cadaueri ſuo cute, oſſibuſque omnibus exemptis, ex his teſſeræ fierent, ex illa verò, membraniſq; omnibus menſa, alueolus, fritilluſq; quanta fieri poſſet ſolertia contegerentur, *Paſc. Iuſt. de alea, lib.1.*

Qui igitùr prodigè, & luxurioſè
54 bona conſumunt, iuſtè hoc beneficio indigni redduntur, atq; olim infamia notabuntur, ex *Solonis* lege in hæc verba: *Qui patrimonij ſui verſuram fecerit, ignominioſus eſto*: cum Reipublicæ quoque interſit, ne quis re ſua malè vtatur, §. *ſed & maior. Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Sabelli in ſumm. tract. verbo, ceſſio, ex n.12.*

Imò nonnulli II.CC. eos quoque,
55 qui partim ex ſuo dolo, faſtu, vel luxuria; partim fortunæ vitio, caſuq; ſoluendo facti ſunt, ad illud non admittendos, cenſent ex *l. fin. §. fin. ff. qua in fraud. cred. Stracc. add. tract. de decoct. p.2. n.2. & p.3. num.2. Farinac. in pract. crim. q.26. n.26. & 31. Brun. de ceſs. bonor. q.5. quarta princ. & q.23. Boer. dec. 349. n.8.* quos refert *Giurb. add. dec.41. n.10. Andreol. controu.123. n.12. Valeron. de trāſact. tit.4. q.8. ex n.1. Anſald. de Anſaldis tit. de commerc. & mercat. diſcurſ.76. nu.8.* & ante ipſos *Maulius de ceſs. bonor. tit.2. quæ requirant.* vt *ceſs. bon. ſubſiſt. n.4.* qui refert *num.5. Nunn. volum. poſter. diſput. Treutl.24. theſi 4. pag.544.* in eam iuiſſe ſententiam hodie hoc beneficium competere illis ſolis, qui ſua culpa inopes facti ſunt, quem refellit quoque *Diana add. verbo, ceſſio, n.8.* Quidquid tamen ſit, in hoc noſtro Regno nō excluditur etiam, qui ſua culpa ad inopiam de-

ue-

Digitized by Google

uenit, vt decisum per M. C. memorat *Scaglion.in prag.3.nu.35.de cess.bonor.* quem *Thor.*laudat *p.1. compend.verb. Cessio*;atq; varijs vicibus etiam in S.C. alijsq; Tribunalibus, de æquitate,quæ prævalet rigori,scribit *Franc.Vin.dec.* 268. *nu.*8. *lib.*2. adductus ab *Ano meo ad Gramm.dec.*85.*n.*3. & proindè admittitur quinquennalis dilatio, non probatis infortunijs debitoris, vt notat *Anton.de Amato resol.*22. *lib.*1. inuehens contra Causidicorum praxim in similibus creditorum dilationibus quandoq; infortunia pro debitore articulantium, & probantium.

Hæ verò qualitates sunt probandæ
56 à creditore:debitor enim regulæ pro se stanti innititur; excipienti verò dolum, & culpam incumbit probandi onus: nusquam enim recedendum à regula, nisi de casu limitationis fuerit concludentèr doctũ; excipienti propterea de limitatione ad regulam, optimè respondi potest: *Bone Vir adhuc mihi textum hoc dicentem*, vt monent *Petr.de Ancharan.in cõs.*223.*n.*3. *Barbos. in suis axiomat.iur. vsufrequent. verbo regul.axiomat.*198.*n.*2.*Paul.Rubei de validit.legal.controu.forens.cap.* 17. *ex n.*88. trutinans quæstionem à nobis excitatam in *rit.*272.*nu.*58. *lib.* 3. an bona fideicommissaria possint alienari pro excarcerãdo hærede grauato, etiam ob suum delictum? Cui altera collimat controuersia, an vrgentibus creditoribus debeantur feudatario alimenta ex feudo, vti sua culpa ad inopiam redacti?quam extricant *Camerar.in cap.fol.*21. *à lit.M.de Cart.in diuers.feud. p.*1.*pag.*53.*n.*106. *Theodor.alleg.*82.*nu.*27. *Carol.de Rosa ad Consuet. Neap. in consuet. verùm si aliquis,num.*65.

Negans insuper debitum dolo ma-
57 lo, & conuictus,ab hoc quoq; excluditur beneficio, ex *l.qui cedit* 8.*ff. de cess.bonor. Afflict.*°*decis.*379.*Maxill.ad consuet. Barens. rub.de cess.bonor.n.*27. *Ricc.collect.*121.*p.*1. *Trentacinq.lib.*3. *var.tit.de solut. resol.*2.*nu.*14. *Peguer. dec.*200.*n.*7. *Paschal.de patr.potest.cap.* 9.*n.*58.*p.*2. *Cons.Hodiern.ad Surd.dec.* 262.*ex n.*21. *Anus meus ad Capyc. dec.* 19.*n.*7.*Ricc.collect.*121. *Genagl.*1.*tom.* q.129.*Pegas resol.forens. cap.*3. *n.*494. quorũ alea absolutè displicet *P.Diana in summ.p.*7. *verb.Cessio n.*9. innixo *l.*2. *qui bon.ced.poss.l.de etate* 11. §. *vlt.ff.de interr.in iur.fac.*Primam verò sententiam coarctat *Maulius de cess. bonor. tit.*2. *n.*9. Primò quando debitor habuisset iustam causam negandi, & ante sententiam pœnituit, & debitum confessus est,confirmant *Gratian. discep.forens.cap.*109.*n.*35. *Surd.decis.* 273. *n.*2. ampliant etiam si confessus fuisset post sententiam, *Affl. & Trentacinq.loc.cit.* Secundò, quando debitũ originem sumeret ab ipsamet sententia, vt quia esset actum actione in factum. Tertiò, si fuisset appellatum à sententia condemnatoria, nam pendente appellatione posset cedere bonis, vt ex *Afflict. dec.*296.*&Gallupp.in prax. p.*3.*cap.*8.*n.*5. notat *Gipt.ad Capyc.Latro dec.*106.*n.*8.*lib.*1.

Verùm in hypothesi proposita dicebam,non excusari debitorem negã-
58 tem ex petitione maioris debiti,quicquid alij dixerint, ex regula quòd nõ committatur mora desumpta per *text. in l.nulla* 89.*ff.de reg.iur.*ibi:*Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio est.* Nulla petitio, idest, vbi exceptione actio eliditur,*Glos.*ibid.*lit.B.* per *tex.in l.lecta ff.si cert.petat. Dec.& Cagnol.in eadem l.nulla*;Idquod etiam deducitur ex *l.in fideicõmissi* 3. *ff.de vsur.* & ex *l.qui solidum*,80. *ff. de legat.*2. siquidem obstringitur debitor offerre partem veri debiti, ex enarratis penès Doctores à nobis adductos in *rit.*166. *n.*213.*tom.*2.

Debitor verò fisci ex contractu ad
59 hoc admittitur beneficium, dummodo non latitauerit; non autem ex delicto, ne impunitum remaneat, *Ioseph Ludou.dec.Rot.Roman.Perus.*32.*Marta lib.*1.*summ.dec. verb.Cessio,cap.*13. qua de re *Brun.q.*17.*q.*4. *princ. Caball. resol.crim. cas.*77.*Franch.dec.*507. *Christin. dec.Belgic.*228.*vol.*1. *Grinell.dec.* 78.*Thesaur.dec.*182.*Peguer. quæst.crimin.cap.*6. *Dian.p.*7. *tract.*8.*resol.*19.

Gizz.

Digitized by Google

Gizz. ad Capye. Latr. dec. 147. ex nu. 13. lib. 2. Alios casus, in quibus huiusmodi cessio haud admittitur, & multa ad rem tradunt *Trentacinq. cit. lib. 3. var. tit. de solut. resol. 27. per tot. las. & alij in §. fin. Instit. de act.* vbi etiam *Cigala & Scanarol. cit. de visit. carc. lib. 3. §. 9. per tot. Tusch. lit. C. concl. 218. & 219. Dian. par. 7. tract. 8. Paul. Christin. decis. 123. vol. 4. & ad leg. municip. tit. 21. per tot. Scaglion. & Addit. in pragm. 3. de cession. bonor. pag. mihi 223. & seqq. Arimin. Tepat. var. sent. tit. 281. per tot. Velasc. de priuil. paup. q. 49. par. 1. Leoncill. eod. tract. Salgad. in laberynt. cred. pluribus in locis in repertor. verb. cessio bonorum, Sabelli in summ. diuer. tract. verb. Cessio, & debitor,* & aliqua infra nos attingimus, cùm de Moratorijs eloquimur.

Cũ autem debitor inopia laborans nolit gaudere beneficio *tap. Odoardus,* 60 si Clericus sit; aut cedere bonis, si Laicus; poterit alia via prætendere, vt relaxetur à carceribus: nempè petẽdo sibi alimenta, siue cibaria à creditore subministrari, alioquin à carceribus dimitti, ex *Glos. in l. fin. C. de erogat. milit. lib. 12. in l. Iudices, C. de Episcop. Aud. & alijs, Const. de remed. subsid. remed. 27. Add. ad Cappell. Tholos. decis. 100. Surd. de Aliment. tit. 1. q. 71. Farin. in praxi crimin. lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 149. Maull. cit. tractat. de cess. bonor. tit. 10. num. 3. Stephanus Anfrer. de potest. secul. in Eccles. Reg. 3. sub num. 17. & ibi Matth. Boys in add. Matthæus Colerus de proces. exequut. par. 1. cap. 6. n. 95. Valasc. consult. 1. n. 8.* etiam creditoris cessionarius, *Cordub. in l. si quis à liberis, §. solent, ff. de lib. agnosc. Surd. add. quæst. 71. num. 4. Olea de cess. tit. 6. quæst. 4. nu. 23. Nouar. de elect. for. sect. 2. q. 6. ex n. 12.* quæque sunt præstanda debitori nobili detento in domo propria, *Phœb. dec. 1. Nouar. de elect. for. sect. 2. q. 6. ex n. 12. Prat. resp. crim. 37. n. 40. Peg. ad ordin. Portugal. lib. 1. tit. 33. §. vlt. c. 2. num. 19. tom. 3. Dom. Io. Domin. Raynaldo in syntaxi rer. crim. cap. 3. §. 2. ad 6. n. 149.* me in *ritu* 40. *tom. 1.* adducens, qui in vinculis quoque detẽtus habetur, vt dixi in *Rit. 166. sub n.* 163. *tom. 2.* & addo *Capibl. de Baron. prag. 19. num. 23. tom. 1. & cap. 93. à nu. 20. tom. 2.* ex *Vasq. controu. 97.* memore in Hispania receptum, nobiles pro ære alieno carceribus alligandos non esse, insequitur *Reg. Tapp. de constit. Princip. cap. 6.* Alimenta consequitur etiam, si debitor habeat fructus dotis, qui sat non sint vxori, & filijs, *Mangrel. ad Bart. in l. Præses, in fin. Cod. de seru. & aqua,* ex *Aleliato de præsumpt. præsumpt. 52. pag. 196.* Idemq; in vxore, in casibus permissis, detenta in carcere, quæ si non habeat vltrà dotem, vt ali debeat à creditore, non à viro, sentit *Bart. in Auth. matri, & auia Cod. quando mat. tut. offic. Gramm. decis. 33. Costa cit. remed. 27. q. 5.* & à patre diuite, & non à creditore alendus inops debitor, *Cuman. cons. 132. Cranet. cons. 164. Cost. cit. remed. 27.* vel si ex elemosynis *Boer. dec. 303. num. 2. Beninca. de pauper. q. 7. special. 8. n. 24.*

Id quod obtinent quoque Hebræi pauperes carceribus mancipati à cre- 61 ditoribus Christianis, vt resoluit Rota in vna Romana alimentorum 12. Ianuarij 1621. coràm *Manzanedo,* teste *Camillo Capucio in praxi indic. to. 1. p. 3. cap. 14. art. 2. ex n. 53.* qui gaudent quoq; cessionis beneficio ratione charitatis, *Brun. de cess. bon. in 4. quæst. pric. q. 36. Farinac. in frag. crim. verb. Indeis n. 608.* Exercens enim opera pietatis à Misericorde Deo consecuturus est superabundantèr, & copiosè retributionem, vt his verbis de pauperes carceribus mãcipatos liberãtibus loquitur *Scanarol. in cit. tract. de visit. carcer. lib. 3. cap. 4. n. 15.* necnon *Paul. Rub. de valid. legal. controu. forens. cap. 49. n. 56.* & de æquitate seruanda Iudæis lepidè *Gratian. tom. 4. discep. forens. cap. 658. ex n. 24.*

Concinit mirificè Epigramma Carphillidis, quod extat in Antologia in Piscatorem, qui hamo Caluariam extraxit, cumque terram ad eam humãdam foderet, thesaurum inuenit, tanquàm adhibitæ pietatis præmium, atque hoc Epigramma ita exponitur à *Vincentio Ossopeo.*

Pietatis

Digitized by Google

Pietatis mercedem iustis non perire mirifico casu Piscatoris probat,
Qui hamo extractam hominis naufragi
Caluariam sepeliendo,
Ingentem vim auri reperit:
Sententia aureis literis scribenda.

Si autẽ creditor noluerit expensas
63 subministrare, licere Iudici dimittere debitorem non valentem se alere, tradũt passim DD.& hoc iure vtimur; quidquid tali casu admitti quidẽ ad alterum dictorum priuilegiorum, scilicet cessionis, vel induciarum, sed nõ relaxari à carceribus voluerint *Affl. dec.71.* & ibi *Vrsill.* nec non *Vin. dec. 529.* & aduersus *Affl.* scribit *Surd.cit. q.71.n.3.* quorum antinomiam conciliat *Vestr.in prax. lib.2. cap.2.* & praxim indicat *Muscatell. p.3 glos.detinetur, n.68.* confirmant *Anna sing.179. Capiblanc. de Baron.prag.19.n.12. Nonar.quaest.for.9.& de priuil.miser. prin. 71.n.11. de Angel.ad Gizzarell. decis. 84. & in l. Iudices, C. de Episcop. Aud. Reg. Tapia lib.2. iur.Reg. tit.de custod. reor.pag.329.n.3. Paris.de sindic. verbo carcer. cap.4. Boer.dec.203.*& de nostra praxi meminit *Leoncill.de priuil.paup. p.2. prin.45. verbo, carceratus*, adeoquòd Iudex non faciens illum tali casu relaxari, de suo obstringatur alere, *arg.l.Iudices 10. C.de Episcop.Aud. Corsett. in singular. verb.Expensa 3.*

Qui debitor semel excarceratus ob
64 denegatam alimentorum prestationẽ, nùm iterùm carceribus mancipari possit, si ipse creditor offerat se paratũ ad illum in vinculis alendum? inquirit *Nonar. dec.23.* & affirmatiuè decisum subnectit; verùm in arctiori themate, contrarium S.C.scitum recensẽt idem *Reg.Tap.de iure Regn. lib.4.tit.de cess. bonor.sup.prag.3.n.3.* non licere creditori, vinculis mancipare debitorem, qui quamuis illo instante non fuisset carceri detrusus, fuit requisitus alimenta dare, & non præstiterat, ex *Signorol. cons.97.* facto tamen priùs deposito à creditore, quòd iterùm carceribus mancipari possit, admittit *Scanarol.cit.tract.de visit. carcer. lib.3.§.5.* integro *c.6. pag.472.* insequitur *Marc. Ant.Sabelli in summ. diuers.tract.§.debitor 4.sub n.45.pag.487.* Cõfert effatũ *Nonar.in prag.3.de custod.reor.* paupe-res in vinculis M.C. constrictos pro ære alieno, assentientibus creditoribus, posse transferri ad alios carceres, quòd si iterùm creditores voluerint traduci in illis, M.C. minimè sint audiendi.

In causis verò criminalibus sunt à
65 Curia alendi, *Luc.de Penna in l.fin.C. de croq; milit. Paris de sindic. c.an carceratus, n.2.& 3. Benincasa de paupert. q.7.spec.2.n.6. Affl.Surdus, Costa locis cit.* idemq; *Affl. in Const.Regn.humanitatem, Caball. casu 200.* extantque *prag.8.de carcer.& 11.c.8. de offic. Iudic.* nec non de Barone loquitur *Nonar. to.1.gran.246. Canagnol.dec.70. n.17. lib.2.*

Quid verò agendum respectu taxa-
66 tionis alimentorum, quomodo, & à quo facienda, & de expensis custodię pertractant *Surdus cit.tract.de alimen. q.69.70.& 72. Costa cit.remed.27. Ricc. resol.34.tom.1.& collect.226. Gam.dec. 261. Mend.in prax.lib.3. cap.22.n.66. Cabed.dec.83.num.1. Aegid.ad l.ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. par.2. cap.13. clauſ.7. ex n.9.* Omnes verò alimentorum taxationem Iudicis arbitrio regulandam tradunt, perpensis qualitate personarum, aliisque circumstantijs, ad tradita per *Tiraq.de Nobilit. c.136. & 137. Neuiz.in sylu. nupt.p.2.cap.25.* Rustici enim comedunt panem grossum, Nobiles album, vt ex *Costa cit. loc.* inquit *Leoncill. de priu. paup. p.2. prin.44.verb.Carceratus, n.10.* illorumque cibi sunt cæpæ, caseus, ac fabæ; & horum pulli, *Glos.in l.seruis vrbanis, ff. de leg.3. Afflict. in constit. quisquis burgensis, Anus meus ad Capyc. dec.26. in fin.* nec illis cõuenit æquitare, *Glos. in l.idemq; verb.Cum oportere, ff.mand. Amanel singul.181.* idem *Anus meus ad Capyc.dec.90.sub num.2.* & *Nonar. prin.72.n.10.* testatur taxari, si est vilis, ad rationem denariorum viginti; si Nobilis carolenorũ duorum singulis diebus; & à Barone præstandas esse duas libras panis, idem *Nonar.* notat

cit.

Digitized by Google

cit. grauam. 246. Quis verò dicatur pauper? aduertunt *Mascard. de probat. cõcl.* 1159. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *c.* 65. *Perez. in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordin. verb. Proles, Morla in empor. iur. quæst. fin. Tusc. conclus.* 166. *lit. P. Borrel. de Magistrat. edict. lib.* 1. *cap.* 15. *ex n.* 10. *Gregor. Lopez in l.* 20. *tit.* 23. *glos.* 2. *verb. Veinte marauedis, Mangil. de imput. & detract. legit. quæst.* 138. *Nouar. de elect. & var. for. quæst.* 17. *sect.* 1. *in* 1. *impress.* & melius *quæst.* 34. *sect.* 2. *in postrem. impress. Velasc. de priuil. paup. quæst.* 4. *par.* 1. Et talis non dicitur habens artem, ex qua ipse alere se potest, *Glos. in l. si quis argentum, §. sed & si quis, verb. Quantum donauit, C. de donat. Mascard. de probat. concl.* 1154. *n.* 36. *Coler. de alim. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. *Boer. dec.* 325. *de Angelis ad Gizzar. dec.* 84. *n.* 29. id quod coarctauit S.C. in artifice habente plures filios, me Iudice M.C. relatore in aula Dom. Marchionis Crispani tunc Consiliarij, nunc Regentis emeritissimi, die 22. Iunij 1673. in causa Santoli Maiorino cum Pascarello de Autuoro, in Banca Auetæ, & admisit Pascarellum ad proponendũ nullitates absque depositio, perpendens pluribus esse onustum liberis, ex *Afflict. & Vrsill. decis.* 179. *ac Auo meo ad Gram. dec.* 85. *n.* 7.

Quòd si Actor aduersùs inopem
67 audacter agat, non debitum, sed debitorem prosequitur, & Christianæ, imò humanæ oblitus charitatis, potiùs se hostem, quàm creditorem ostendit, qualem creditorem nuncupat Imperator *in Auth. vt ij, qui oblig. se haber. perhib. res minor. &c.* ibi: *Nè ex hoc ipso hostem; & non curatorem adolescentulo præbeamus.* Vt plurimum verò debitor dicitur magis inimicus, *Senec. epist.* 19. ibi: *Leue es alienũ debitorem facit grauè inimicum*, & *Tacit. lib.* 4. *hist. cap.* 13. *Beneficia eo vsque lata sunt, dum videntur exolui posse, vbi multum anteuenerunt, pro gratia odium redditur*, iuxta illud, *si amico roganti pecuniam dedero, & amicum, pecuniamque perdo*; Hoc voluit innuere *Perseus* dicens, vt qui cum amico bona fide sine testibus ac syngraphis agunt, post cogantur cũ eo iure legibus agere, & sic ex amicis inimicos facere, id quod *Syracides cap.* 29. *vers.* 4. *cum seq.* elegantèr describit his verbis: *Pleriq; putant, id se casu inuenisse, quod mutuo accipiunt, & offendunt eos, qui ipsis mutuantur. Osculatur manum mutuanti, & attemperans verecundè verba, submissè se gerit, vt pecuniam impetret proximi. Cum autem reddere debet, moram facit, & incipit conqueri, difficilia esse tempora, & etiamsi suppetit facultas, tamen vix dimidium reddit, & creditori ducit sic lucrum accessisse. Sin autem non est soluendo, mutuantem grauitèr defraudat. Hic deinde suis nummis emit inimicum sibi, conuicia, execrationes, & verba contumeliosa pro pecunia scilicet dantur*, & suo quo dixit *Seneca lib.* 4. *cap.* 17. ac consonat quod apùd *Plautum in Trinumm. Act.* 4. sub persona Stasimi serui legitur. Perpendant tamen quæso omnes eiusdem *Senec.* dictum *lib.* 3. *de benefic. cap.* 17. *Gratum hominem beneficium semper delectat, ingratum verò semel.*

Hoc pietatis intuitu nouissimum
68 Authenticorum Ius nedùm legis Petiliæ confirmauit clementiam, abolita immanitate legis duodecim Tabularũ, de qua supra *n.* 1. quamq; mulserat in aliquo *Gordiani, & Gallieni Cæsarum* pietas *in l. ob as, & Auth. imò à debito, C. de action. & obligat.* & Summi Præsulis *Gregorij III.* religio *in cap. lator, de pignor. Hotoman. ad ll.* 12. *tabul. pag.* 266. *Balduin. ad ll. Romuli lib.* 2. *cap.* 46. *D. Didac. de Bolero in tract. de Decoctor. debit. fiscal. tit.* 1. *q.* 2. Verùm etiam peculiari sanctione disposuit, vt qui pro accepta pecunia, idonei non erant, fortunas eorum immobiles, iusto haùd reperto emptore, creditoribus offerendo ad eorumdem electionẽ ab omni immunes essent molestia, vt *in §. quod autèm, Auth. de fideiuss. & Auth. hoc nisi, C. de solut.* vbi *glos.* addit rationem, cum vnum sit contra creditorem inductum, vt scilicèt pro pecunia contra suam voluntatem alias res recipere cogatur aduersùs iuris regulam in *l.* 2. *§. mutui datio, ff. si cert. pet. l. cũ à quo, C. de solut.* cum alijs apùd *Bertaz. de*

Digitized by Google

clauſ.inſtrum.gl.5. clauſ.41.n.2. aliud in eius fauorem viciſſim eſt conſtitutum, vt electionem habeat creditor, *Guttier.q.146.n.18. Caſtill. ad leg.20. Taur.in gloſ. en diuerſ. Ant. ab Eccleſ. in obſernat. Senat. Piem.123. num.20.*

Dummodò tamen harum legũ præſidio debitor iureiurando non renunciaſſet; quam quidem renunciationem validam præconizant *de Franch.deciſ. 81.* & ad eum *Luca, Minad.dec.2. Nouar.de dat.in ſolut.q.13.à n.10. Salgad. in labyr.credit.p.1.cap.22.ex n.1. Baez. de inop.deb.c.1.n.99. Galler.de renunc. p.2.centur.180.n.3. Reg. Marcian.diſp. 81.n.7. Franc.Anton. Tranchedin. conſult.20.n.7.* nemor ex noſtratibus *add. dec.de Franch.81. D.Conſil.Hodiern. ad Surd.deciſ.318.n.23. D.Scoppa ad deciſ. Gratian.obſeru.141.ſub num.19.* Quorum concluſio ſuos habet contradictores *Alciat. Salyc. Dec.Rip.* & alij *in add.l.2.§.mutui datio, Gozad. conſ.27. Rot.Bonon.dec.28. Fachin.lib.10.contr. cap.63. verſ. ſed contrarium,* & cœteri penes *Nouar.mem.q.13.n.12. Guſman. de euict.q.22.ex n.88. Cyriac.controuer. 393.n.42. Conciol.in tract. de har. ſolu. debit.defunct.cap.1.ex n.18.* huiuſmodi enim renunciatio eſt quid turpe, ac contra humanitatem, & charitatem, *Alex.conſ.37.n.6. vol.2. ex §. cit. quod autem, Hond.conſ.18.n.24.vol.1.*

Ita quòd longè aberrant putantes, 69 limitari præfatæ *Auth.* ſanctionẽ, exiſtente dumtaxàt promiſſione in pecunia abſque expreſſa renunciatione, ex exaratis in *add.dec.28. Rot.Bonon.* & in altera eiuſdem *Rot.* apùd *Valaſc.deciſ. diuerſ.70.* idem *Valaſc. de priuil.paup. p.1.q.49.n.9. Ludou.dec.Peruſ.64.ex n. 8.* aliàs nàmq; nuſquàm illa locum vendicaret, cum in quolibet contractu adijciantur iuramentum, & promiſſio ſoluendi. Imò dando bona debitor ſtare promiſſis videtur, cùm pecuniæ appellatione res veniat, *l.pecuniæ appellatione, l.pecuniæ nomine,* vbi *Alciat. de verbor. ſignific.* Quam difficultatem agnoſcens *Preſ.Theſaur.dec. 153.* fatetur, veritate niti memoratum aſſertum, ſi in contractu fuerit promiſſa ſolutio in pecunia non alitèr, nec alio modo, inſequitur *Monac. ad Minad.dec.2.in fin.* Alij verò illud admittunt, ſi iuſiurandum ſpecialitèr in illa promiſſione ſoluendi in pecunia fuerit deductũ, non autem ſi generalitèr pro obſeruantia contractus: illo enim caſu præcisè obſtringit ad facta, altero verò non: cum quilibet in dubio videatur ſe vniformem reddere Iuris communis ſanctioni, vt ex *Mantic.* & alijs notat *Hodier. ad Surd. dec.30.nu. 42.* maximè quia ad hoc, vt à pietatis beneficio in cauſa impartito quis excludatur, exquiruntur verba ne dùm ſpecialia, ſed ſpecialiſſima, *Cyn.in l. 1. §.fin. C. quand. Imper. int.pupill. & vid.Bald.in l.1. col.vlt. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* quod ſingulare præconizat *Roman.conſ.269. Signorol.cõſ.176. 231.& 234. Tiraq.in prafat.in repet.l. ſi vnquam, C.de reuoc.donat.n.124. Donad.de renunc.tom.1.cap.36.n.17.*

Communi tamen conſenſu, affir- 70 matiua ſententia coarctatur, ſi poſt renunciationem ſuperuenerit inopinatus caſus, & iuſtus non reperiatur emptor. Id quod indeciſum reliquit S.C. teſte *de Franch.in fin. mem.deciſ. 81.* quælibet enim promiſſio intelligenda eſt, rebus in eodem ſtatu permanentibus, non autem notabilitèr mutatis, *Reg. Capyc. Latr. deciſ.188. à nu.63.& dec.200.à n.78. Præſul.de Afflict. controu. iur. reſp. cap.22.in Addit. pag.mihi 166. Reg.de Marin.quotid. reſol.tom.1.cap.133.n.11.* idem *Reg. Capyc.Latr.conſult.49. ſub n.14. conſult. 53.n.7.& dec.144.n.7. Viuius dec.120. n.59. Rocc.reſp.87.à n.51. tom.1. Prat. reſp.crim.38.n.17.* poſt *R.Sanfel.deciſ. 370.n.10. Conſ.Roſa conſult.39.num. Surd.de alim.tit.7.q.20. n.27. Gramm. conſ.66.n.68. Boſs.tit.de carcer.nu.35. 41.& 43. Farinac. q.24.n.39.* & Ego quoque ſuper *tit.67.ex n.10.& 164. num.5.to.1.ac D.Scoppa cit.obſeru.141. à num.24.* An autem procedat in debitore ex cauſa cenſus, vt locus ſit dationi inſolutum? negatiuè reſpondent *Chriſtin.ad ll.municip. Melchion.tit.12. de cenſib.art.7.n.1. Guttier.q.146. Nouar.*

var.cit.tract.p.2.q.13. Calvin. de equit. lib.2.cap.199.n.76. nedùm quò ad capitale, sed quòad fructus, seù census, idem *Calvin.lib.1.c.44.n.22.& cit.cap. 199.n.27. Tangredin. mem.consult.20. ex n.13. Capon.lib.2.controu.for.118.ex n.33.* quod declarat *D.Consf.Altim. ad Rouit.consf.18.ex n.25.* Inquirit insuper *Tangredin. in mox cit. consul. 20. n.18.* an Ciuitates, Vniuersitatesq; dandi in solutum eorum creditoribus huiusmodi beneficiũ priuatis impartitum habeant? & regulariter negatiuè sẽtit.

71 Quod legale præsidium debitoris hæredi cum beneficio legis, & inuentarij etiam succurrit, *Novar.add.q.14. n.10.& 11. Reg.Sanfelic. dec.111.n.1.* Nosq; diximus in *cit.rit.67. ex nu.20.* memores S.C. sciti, quo sub die 16. Ianuarij 1651. in causa hæredum, & patrimonij Sancti de Sanctis mei vasalli, cum hæredibus Francisci Antonij Sardi, & alijs creditoribus, fuit declaratum, *Auth.hoc nisi*, dispositionem locum obtinere, etiam in feudis cum onere correspondẽdi superfluum pretij alijs creditoribus, quam decisionẽ refert absque die, causa, & actorum Magistro, *D.Iul.Caponus lib.5.discept. forens.discept.331.n.14.* quiq; pro absoluto in beneficium hæredum scripsit, confirmant *Luca ad decis.Pras.de Franch.83.n.2. Borgia rer.inuestig.iur. ciuil. tom.1. lib.7. cap.7. Bursat.consf.9. Andreol. controu.93. Vrsell. to.2.concl. legal.92. Prat.discep.forens.lib.1. c.14. Ciroch. discep.7. ex n.26. Leo dec.185. lib.2.* Verùm *D.Consf.Blasius Altim.ad cit.consf.18. Reg.Rouit.* testatur, semper sibi arrisisse oppositam sententiam insequutam ab penès ipsum adductis II. CC. præsertim à præfato *Reg.Rouito*, occurritq; memoratæ determinationi me patrocinante in d. causa hæredum Sancti de Sanctis; sed in ea quidèm fuit ad libellam reuocatus articulus renunciationis à defuncto factæ *Auth. hoc nisi*, & in *ritu mem.67.* specialiter respondimus *Rouito*, potissimùm quòd in thesi recensita à *Rouito* fuerunt inuenti emptores, proùt, & in illa Mutij Suardi cum Comitissa Gambatesij apùd *Giptium ad R. Capyc. Latro decis. 192.num.2.lib.2.* ibi: *Et remansisset ad extinctum candelæ Marco Garofalo*, & plenè motiuis adductis *à D.Altim.* post *Gizzar.dec.7.* & alios, occurrit *Io:Bapt. Mucci qq.var.q.20.* & pleniùs *ad Reg. Sanfel.dec.111.* ad rẽ *Bordon.contr.48.*

72 Quando autem creditor, hæredem cum beneficio legis, & inuentarij offerente bona, illa recipit insolutum, an ex istis bonis deducat lucrũ (quod de more nostro sexta pars pretij esse solet, & consequitur quilibet alius extraneus) si licitatis ijsdem bonis, præuia oblatione emerit? Contentio est inter *D.Consf.Blas.Altim. & Illust. Episcopum Ciuitat. Tropea D.Hieronymum Borgia.* Ille ad *citat.consf.Reg.Rouit.18. num.30.* sustinet, creditorem esse excluſum ab eiusmodi beneficio sextæ partis, ea quippè ductus ratione, vt creditor attenta *Auth.hoc nisi*, dispositione, obstringatur recipere rem subtili æstimatione à Iudice facta, ob idquè propterea nil debeat lucrari, & nulla ducitur DD. authoritate. Tu addas *Plotum in l.si quando, C.vnde vi, num.490. Marcabr.consf.3. ex num.45. Surd. decis.318. num.10. Io:Bapt.Gargiar. consf.49.num.1. & 2.* & inclinare videtur *Gratian. discept. forens.cap.116.num.16. Altograd. consil.62.num.21.tom.1.* maximè existente concursu posteriorum creditorum. Præsul verò, creditori sextæ vtile deberi insinuat in *cit. tract. rer. inuestig. iur.ciuil.tom.1.lib.7. cap.7. num.14.* & nectens sic obtinuisse, occurrit *D.Altimaro ibidem vers. cæterùm*, & quidem in voluntaria adiudicatione obtenta à creditore in iudicio assistentiæ, per quod ipsorum bonorum adiudicatio pleno iure in satisfactionẽ creditori per Iudicem cõceditur, citra dubiũ nullam deduci sextã, & in vsu esse fieri iuxta appretium, *Affl.dec.358. de Franch.dec.120. Muscat.p.3.glos.adiudicantur ex nu.18. Carleual.lib.1.tit.3. disp.1.n.25.* At in illa, quæ fit creditori inuito, dando rem pro pecunia promissa, suadet æquitas, deducendam, nè duplici onere grauetur creditor, atq;

deterioris conditionis sit extraneo emente, vt præter *Posth. de subhastat. inspect.51. num.15. & 16. Sol.ad Decret.Sabaud.lib.3.tit.39.de form. ac ordine obseru. in pignor. subhast. glos. 3. num.35.& 37. & Iulian.ad Statut.Perus.verbo adiudicatio*, laudatos à *Borgia*, perpendunt idem *Surdus decis.30. num.15. Sesse dec.88. num.26. Duran. decis.1.num.36. Reg.de Marin. ad Reuerter.decis.453.sub num.2.& Card.de Luca de credit. discurs. 142. num. 11. & 12.* hancque opinionem videtur insequutum fuisse S. C. apùd *Minad. in Constit.in aliquibus*, §.1.*sub num.34. & 35.* & percepi ab eximio sui ævi I.C. *Decio Fauilla in add.manu script.* (quas seruo) *ad Pras. de Franch. decis.87.* his verbis: *In eadem in princ. ad Auth. hoc nisi*, C.*de solut. vide Minad.decis.2. ad finem, & an habeat locum dicta Auth. fauore dotis? Cephal. cons.195.num.1. in 2.volum. & si creditor vult sibi adiudicari facere corpora hæreditaria, potest, dempta sexta parte, seù scilicet intra sextam iusta æstimationis id obtinere, tetegit Minadous in Constit.in aliquib.*§.1.*sub nu.34.& 35.* & in memorata thesi Patrimonij Sancti de Sanctis adiudicata Terra Aquæuiuæ appretiata in anno 1644.pro ducatis decem nouem mille centum triginta quatuor pro pretio declarando per S. C. hæredibus Francisci Antonij Sardi, tandèm decreto eiusdem Senatus sub die 31.Maij 1651. relatore eximio, ac strenuo Viro D.Cons.Carolo Brancatio prouisum fuit, *explicando prouisionem reseruatam in decreto S. C. sub die 16. Ianuarij præsentis anni, pretium Terræ Aquæuiuæ liquidatum est in ducatis quindecim mille quincentum nonaginta quinque*, in Banca Vendicti, in processu *fol.350.2.vol.* De quo decreto obtento à tutore dictorum de Sardi fieri verbũ in S.C. beneficio restitutionis in integrum enunciando læsionem, tùm ob adiudicationem, tùm ob nimiam liquidationem pretij, ex quo appretium Terræ Aquæuiuæ ex eius lectura liquidò constabat nimis excessiuum, per S.C. sub die 21. Februarij 1652. declaratum fuit, *non esse deferendum petitæ in integrum restitutioni pro parte filiorũ, & hæredum quond. Francisci Antonij Sardi; verùm adiudicetur Terra Aquæuiua præfatis hæredibus pro pretio ducatorum duodecim mille cum pacto de retrouendendo quandocunq; pranio Regio assensu*, vt in citato *process. fol.371. à terg.* & seruari peculiari Statuto Mediolani, quòd datio insolutum bonorum fiat creditori deducta tertia parte iusti pretij, testatur *Iulius Cæs.Grusianus in tract. de bon. insol. dand. & de bon. ad hast. vendend. cap. 28. ex numero* 315.

Quid verò dicendum respectu bo-
73 norum mobilium? differit inter prætiosa, & non, *Io:Angelus Pisanelli*, cuius verba rescribit *Dom. Reg. de Marinis lib.2.quotid.cap.42.num.8.* qui, & repetit ad *Reuert. decis.453.num.2.* ac obseruat, quomodo fieri debeat illarum appretium, & de stylo appretij in bonis stabilibus *Muscatell.in prax. par.3. verbo adindicantur, numer.19. Hieronym. de Ros.select.obseru.cap.98.*

Alia hac in re orta fuit controuer-
74 sia in Senatu, nùm oblatio certorum bonorũ stabilium in vim exequutionis facta à Ioanne Baptista Labini iudicialitèr, sit omninò admittenda ad remorandam expeditionem literarum exequutorialium aduersùs ipsum, instantibus Antonino, & Simeone Lamberti Creditoribus. Debitoris enim Patronus dicebat, quòd quamuis ex *tex.in l.à Diuo Pio*, §.*in venditione, ff.de re iudicata*, datus sit ordo in exequutione sententiæ, vt primò incipiendum sit in bonis mobilibus, deindè in stabilibus, tandèm in nominibus debitorum. Nihilominùs hic ordo impartitus fuit fauore debitoris condemnati, nàm magis grauatur debitor ex venditione bonorum immobilium, quàm aliorum, quæ minus nocerent ipsi debitori, ex *Bart.in cit.*§.*in venditione, num.5. ac* 8. & ibi *Io:de Imola num.* 11. hancque communem opinionem præconizat *Guttierez practic. quæst.lib.1.quæst.131.num.1.& 5.* Addebat

Digitized by Google

debat indiuidualitèr hoc tradere *Gregorium Lopez partita 3. tit. 27. l. 3. in verbo que souraiz, litera F.* hisce verbis: *Quid si debitor vult, quòd capiantur bona soli, & non mobilia? fortè tunc non procederet ista lex exigens in capiendo prius mobilia, quia hoc introductum est fauore debitoris, prout est de mente Bart. in d. §. in venditione, & tenet Abbas in cap. quò ad consultationem de re iudicata, col. antepenul. Neque obstat, quod dicit Alexander in dict. §. in venditione, ad finem, arguens de nominibus debitorum: nàm, quæ dico procedunt inter res, quæ sunt in substantia debitoris, in nominibus verò est alia ratio, quia tunc contra terminos exequutionis fit exequutio in re aliena, & ab alio possessa, & sic quod dixi, procedit inter res à debitore possessas, ità est de mente Baldi in l. etiam in principio, l. de exequutione, & re iudicata, & vide ad prædicta, legem 130. in quaterno Gabellarum, & ad istam legem l. 16. tit. 26. par. 2.*

Robur addebat *Dombouder.* clypeo *prax. ciuil. cap. 258. num. 4.* his verbis: *Dictus itaque exequutionis ordo tàm est firmitèr seruandus, vt exequutori, eum nullo modo infringere, aùt interuertere liceat, nisi condemnatus exequutori, aùt tradiderit, aùt commostrauerit alia bona, quæ per subhastationem vendi mallet.*

Nec differendum, nùm ordo præ-
75 dictus sit de forma, ita vt illius omissio reddat exequutionem nullam? an verò sit valida, & debitor grauatus debeat appellare? de quo agunt *Afflict. & Vrsill. decis. 358. de Franch. decis. 441.* & aduersantes adducũt decisiones, quas perbelle conciliat *Consil. Prat. pract. obser. 43.* Nam isthæc quæstio respicit fauorem, & vtilem debitoris; sed nostra procedit, quando debitor non vult seruare ordinem, sed primò offert stabilia, quod est ei licitum, ex traditis à *Gregor. & Dambound. loc. cit.* Nec minus officere aiebat *auth. hoc nisi, C. de solut.* dispositionem creditori licere res meliores accipere insolutum, & adiudicari facere, ex quo relata conclusio procedit, & locũ vendicat, vel in creditore habente hypothecam, vel quando non reperiretur emptor rerum expositarum venalium, vt declarat idemmet *Gregor. Lopez d. partita 3. tit. 27. l. 3. in verbo mobles, lit. E.*

Occurrebat altera pars nectens,
76 præfatam *l. à Diuo Pio, §. in venditione*, sanctionem introductam fuisse, non in debitoris gratiam, vt censuit *Imola* cum alijs *in loc. cit.* sed creditoris, vt faciliùs satisfieri possit ex mobilibus promptioribus vẽditioni, aliàs à nominibus debitorum incipi statuisset, vt in re minoris disponit *text. in l. magis puto 5. §. non passim, versic. quærere, ff. de reb. eor. qui sub.* hancquè aleam pro creditore insectantur *Lason. in cit. §. in venditione, num. 10. vers. 2. Felin. in cap. quo ad consultationem 10. de sentent. & re iudic. num. 12. vers. pro quo facit, ac vers. & ideo, Matthias Coterus de proces. execut. d. par. 3. cap. 9. ex num. 31. ad 36.* vbi contraria soluit, *Matth. Berlich. lib. 1. concl. 81. num. 56. & 57. D. Consil. Altimar. de nullitat. rub. 13. quæst. 18. num. 18. Ioan. Baptista Thor. in comp. decis. par. 3. verb. Exequutio, pag. 396.* vbi decisum refert, atq; subdit praxim diutiùs obseruatam in nostris Tribunalibus, vt debitor consignet exequutionem explicitam, aliàs adstringi de persona, & dixerat *Marant. in prax. par. 5. de exacut. num. 25.* insequutus à *Colero add. cap. 9. nu. 45.* & quòd debitor non valeat, creditori inuito rem immobilem, cum habeat mobilem, tradere in causam iudicati, seù in vim exequutionis, tradũt *Stracc. de mercat. par. 3. num. 43. Vvesembec. cons. 28. num. 26 par. 1. Koppen. dec. 55. num. 5. & 6. D. Altimar. cit. loc. nu. 17.* cùm certè illius arbitrium coarctari non possit contra formam dispositionis mem. *l. à Diuo Pio.*

Sacrum Consilium relatore Illust.
77 Duce Insulæ in mea Aula, cum interuentu nostri Spectabilis Præsidis, sub die 10. Maij 1690. decreuit, *Esse consignandas literas exequutoriales seruata forma Iuris, oppositis per Io. Baptistã*

Labi-

Digitized by Google

Labini, non obstantibus, penès à Secretis S. C. in Banca Licti. Perpendimus enim versutiam debitoris post dilationes offerendo stabile situm in sua Patria Ciuitatis Bitunti, ipsis Actoribus Neapoli demorantibus. Vndè etsi quando proceditur sola facti veritate inspecta, minimè attendatur ordo legis à Diuo Pio, *Granat. add. ad Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. nu. 27. Roman. in l. non solum*, §. *sed probari*, *ff. de oper. non. nunciat. Iaſ. in l. Iustè possidet, n. 10. ff. de acquir. possess. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 6. n. 12.* Tamèn ex quadã non scripta æquitate pro facti qualitate regulanda, Iudicis arbitriũ moderationem recipere solet, vt si absq; creditoris notabili præiudicio eius iurium experimentum in bonis debito magis proportionatis sequi possit, in alijs magis prætiosis, vel qualificatis, exequutio permittenda non sit; quod tamen vtpotè ex facti qualitate, diuersisque Tribunalium stylis determinationem recipiens, non de facili certam, ac determinatam recipit regulam cuicunque casui congruam, vt in simili loquitur *Gard. de Luca in tract. de creditor. ex discurs. 126.* & hoc sensu morali recipienda est *Bart.* doctrina in §. *in venditione*, *num. 5.* dum excitat quæsitum, si in mobilium exequutione sit aliquis attendendus ordo? & respondet *Glos. hic, quòd sic, quia primò debet capi, quod minus debitori nocet, quod bene nota; Idem puto circà immobilia*, & notat *Prat. cit. obseru. 43.* & an eiusmodi æquitate attenta, possit refrenari arbitrium creditoris absque ipsius damno? scripsere *Præs. Minad. decis. 13.* & ibi *Monac. Annà* pater *alleg. 141. vol. 2. Annè* filius *consil. 3. num. 4. & cons. 76. num. 1. lib. 1. Præs. Amat. cons. 95. Tasson. de antef. vers. 12. obseru. 2. num. 40.* & alij plenè apùd *Hieronym. de Rosis selectar. iur. obseru. cap. 68.*

Aliud insuper extat beneficium, 78 quod Iura debitoribus indulserunt, scilicèt moratoria, siue saluus conductus, seù dilatio, & illa, vel est gratiosa, vel iustitiæ. Prima solummodò à Principe concedi potest, de qua loquuntur ne dum Iura communia *in l. quoties, 2. C. de precib. Imperat. offer. Castrens. in l. 1. §. qui Magistratus ff. quod quisq; iur. Vital. in tract. claus. in claus. nil innouetur appell. pend. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 32. num. 13. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 338. nu. 3. Thesaur. decis. 186.* verùm etiam præsens nostet *Ritus*, de quo memores sunt *Galter. in prax. Instrument. 2. par. 3. par. rub. 2. num. 13. Capibl. de Baron. par. 1. prag. 8. num. 145. Reg. Capyc. Latro decis. 192. Nouar. in pragm. collect. 51.* & agunt *Freundeberg.* integro *tract. de rescript. morator. Iodoc. in prax. crimin. cap. 26. num. 2. Fusc. sing. 11. lit. D. Io: Grand. de bell. exul. in prædicam. quantitatis, quæst. 2. nu. 3. Mauson. de caus. exequu. lib. 1. lim. 6. Ann. singul. 463. Muscatel. in prax. S. C.* idem *Reg. Capyc. Latro decis. 45. num. 6. & decis. 114. lib. 1. Gallup. in prax. S. C. par. 1. cap. 6. ex nu. 11. Cons. Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 41. nu. 26. Donad. de renunciat. cap. 28. ex num. 87. lib. 1. Stayban. de interess. lib. 1. quæst. 2. ex num. 55. Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 62. ex num. 1. ad 31. pagin. 264. Phœb. 2. par. arrest. 24. & 96. Gusman. de euict. quæst. 10. nu. 25. Cost. de rat. port. quæst. 140. num. 9. Almeida de num. quin. cap. 3. num. 28. Salgad. in labyrinth. credit. 2. par. cap. 30. ex nu. 2. Ramon. cons. 10. Fermosin. in cap. fin. de lib. oblat. quæst. 4. §. 4. Amat. var. resol. cap. 15. num. 70. Crespi de Valdaura obseru. 112. num. 12. Cauall. commun. contra comm. quæst. fin. nu. 365. Valasc. de priuil. paup. par. 1. quæst. 44. ex n. 25. & qu. 4. §. 2. nu. 114. Genou. de scriptur. priuat. lib. 3. tit. de liter. iudic. seù dilator. vel morator. ex num. 1. Leotard. de vsur. quæst. 85. num. 1. Anton. ab Eccles. lib. 1. obseru. 123. num. 7. Melius in addit. ad Castill. de aliment. cap. 12. ex n. 1. Pegas. resol. forens. cap. 15. num. 70. Valeron. de transact. tit. 2. quæst. 8. num. 26. Sazedo de lege politic. lib. 2. cap. 17. ex num. 72.* & deducitur ex verbis eiusdem *Ritus* ibi: *Regiam Maiestatem*, vt obseruat *Cons. Theod. alleg. 45. num. 2.* & ante ipsum noster *Caran. in hoc rit. num. 1.*

Digitized by Google

num. 1. de quo præcæteris meminit Iudex *de Angel. in cit. l. quoties, num.* 1. *in prata*.

Hinc *Cuiac. lib.* 2. *obseru.* 10. existi-
79 mat, consuetudines concedendi quinquennales inducias à Principe originem traxisse; confirmant *Io: Coppen. lib.* 2. *obseru.* 34. *ex nu.* 1. R. *Capyc. Latro cit. decis.* 114. *num.* 2. ex *Cassiodori* authoritate *lib.* 2. *var. epist.* 37. apùd quẽ Theodoricus Gothorum Rex Sypontinis negotiatoribus hostium depopulatione vastatis moratoriam concessit, nè per aliquot annos continuos ob eorum debita possent defatigari, vt interim datam possent reparare pecuniam. Idem Syracusarum, cæterarumque Vrbium Legatis petentibus, nè redemptoribus portorium, aut vectigalium liceret ab ijs quicquam exigere, quos non vitio suo egenos Magistratus censuisset; & apùd *Barclaium in Argenide, pagina mihi* 339. legitur, Cleobulo curam dedisse, vt leges conciperet, quæ hæc à populo incommoda arcerent. Vsus verò potestatis supremę requirit semper iustã causam in Principe, *Theodor. alleg.* 10. *num.* 70. *& cit. alleg.* 45. *n.* 3. quæ præsumitur, potissimùm si fuerit illa concessa cum causæ cognitione: vbi enim Princeps de consilio suorum Procerum, ac Sapientum aliquid facit, omnia legitimè acta præsumuntur, & cum iusta causa, itaut postea impugnari, vel in dubium reuocari non possint, obstante nimirùm exceptione sententiæ, & rei iudicatæ, quæ ex eiusmodi consultationibus, assertionibus, & diligentijs oritur, vt in pulchris casibus latè docet, & probat *Soccin. iun. cons.* 95. *num.* 9. *&* 10. *vol.* 1. cum Reipublicæ interest, Ciues à creditorum nexibus liberari, *Paul. de Castr. consil.* 144. *lib.* 2. *num.* 3. *Caballin. mille loq.* 338. *Monter. decis. Arag.* 2. *nu.* 42. Principesque debeant perquam maximè studere ad debitorum inopiam subleuandam, *Coppin. de morib. Paris. tit.* 2. *num.* 9. *Gregor. Tholos. syntagm. iur. vniu. lib.* 22. *c.* 14. *Ann. Robert. rer. indic. lib.* 2. *cap.* 6. & latè R. *Capyc. Latro decis.* 192. *lib.* 2. ad libellam reuocans quæstionem, an, & quando Princeps pro conseruatione status Illustrium personarum tuta cõscientia valeat eis nedum concedere inducias ad soluendum, sed vt quoque liceat paulatim soluere, etiam contra formam contractus, de qua *Reg. Capyc. Latro decis.* memini *in ritu* 46. *num.* 19. *lib.* 1. meque adducit *Gypt. in add. ad eamdem decis. num.* 1. *Viglius ad l.* 1. *num.* 83. *ff. si cert. pet. Barbos. in l. in omnibus,* 41. *ex num.* 9. *ff. de lud. & in l. si is postea quam, num.* 147. *eod. tit. Surd. dec.* 323. *Phæb. decis.* 116. *ex num.* 10. *Giurb. decis.* 118. *à num.* 12. Spectat enim ad bonum Reipublicæ, Regnique decus, ac ornamentum, domus Illustrium personarum conseruari, *Eman. Rodrig. in summ. cap.* 131. *num.* 6. *Molina de iust. & iur. to.* 3. *disp.* 576. *&* 578. alter *Molin. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. *Ann. cons.* 3. *nu.* 29. *Cabed. decis. Lusit.* 44. *num.* 4. *Larr. alleg.* 8. *num.* 16. *Decian. cons.* 1. *nu.* 289. *& cons.* 53. *num.* 21. *lib.* 1. *Dominic. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 11. *&* 12. *D. Francisc. Magretti in obseruat. ad Const. Pragmat. Ducis Sermoneta in Sicilia Regno Vice-Regis in* §. 29. *obser.* 1. qui duo postremi memores sunt indicatæ *dec. Capyc. Latro* 192. *D. Christoph. Crespi obseru.* 22. *ex nu.* 5. *Castill. Sotom. lib.* 6. *controuers. cap.* 145. *Anton. Panormita in vita Reg. Aragon. lib.* 4. *num.* 42. quicquid voluerit impijssimus ille Macchiauellus nobilitatis osor, & hostis, quem redargui in *Ritu* 46. *num.* 18. *lib.* 1. necnon meritò refellit Author *Antimacchiauel. lib.* 3. *therr.* 32. *pag. mihi,* 603. quod probat *Vlpian. in l.* 1. §. *sed etsi scruus, ff. de ventre inspic.* ibi: *Vt Ordinum dignitas, familiarumque salua sit,* vbi *Glos.* verbo *Ordinum* notat, quòd *sunt Ordines procerum vasallorũ,* clamat propterea *Cic. Nobilitatem esse fouendam: cum vtile sit, vt sint Nobiles maioribus digni; si enim in Republica Nobilitas defuerit, ipsa corpori carnoso sine neruis, & ossibus motui inepto comparabitur*.

Princeps enim non remittit totum
80 ius, sed partem. Enimuerò, sicuti

Prin-

Digitized by Google

Princeps pastor est subditorum, *Pistor. cons.9. num.10. lib.2.* ita corporis totius Reipublicæ medicus esse dicitur, ac proindè eum non fallit, quietem magis ad laborem agiliores, & fortiores nos reddere, ita perbellè *Stat. lib.4.Siluar.*

. . . . . *Nostra fatiscit,*
Laxaturque chelys vires instigat, alitque
Tempestiua quies, maior post otia virtus
Talis cantata Briseide venit Achilles,
Acrior, & positis erupit in Hectora plectris.

Pater enim communis est, qui placido filios sinu fouet, *Bald. cons.410. num.5.lib.5. Crauett. cons.933. nu.25. Natta cons.445.nu.6.* & non secus, ac Deus, in terris esse, & agere dicitur, *Bud.in l.Princeps, ff.de legib. Boer.de auth. magn. consil. num.128. Guil.Bochely disquis.Coronis,pag.312.in tract. de public.iudic.*

Indè est, quòd priuilegia Nobilium, 81 quibus ipsis liceret à manibus Curiæ tollere ad furcas ductum, minimè valent; secus verò, si essent, vt cum qui fustigatur, liceat eripere à manu Curiæ; hoc siquidem posteriori casu non in totum, sed in parte pœnam adimunt, *Isern.ex cit.text.in l.quoties, C.de prec.Imp.offer.in tit.quæ sint regal. verbo, Et bona committentium, num.74. versus finem.*

Quin ex causa potest Princeps de 82 plenitudine potestatis dominium, & bona de iure Gentium quæsita suis subditis auferre, ex *l.Lucius, ff. de euict.ion.l.item si verberatum, ff.de rei vendic. Paul.de Castro cons.229.288.lib.2. Alex.cons.101.lib.2.cons.216.num.30. lib.2.cons.47.lib.7. Peregrin.de iur.fisc. lib.1.tit.3.num.63. Luc.de Penn.in l.1. C.de vendit.rer.fiscal.num.7.lib.10.post Bald.in l.7.§.rescripta, nu.7. C.de prec. Imper.offer. Specul. tit.de legat. §.nunc ostendendum, num.45. Crauet.de antiq. temp. par.1. sect.7. ex num.49. Afflict. decis.361.* tradens, Ciuitatem etiam pro pace habenda auferre posse bona priuatorum. Iustissima autem causa reputatur publicus fauor, *l. Barbarius, ff.de offic.Prætor.* vbi *Ias.num.26. Dec. cons.287.num.4. Rom. cons.310. nu.2. Port.lib.5.commun. opinion.conclus.16. Gayll. lib.2. obseru.56. num.3. & 7.* & dixi in *Rit.275. ex num.21.lib.3.* Qua de re Princeps aliquando, si exigat, aùt vrgeat grauis necessitas, Reique publicæ status, quem Nos appellamus, *Ragion di Stato*, aliquid facere potest, quod in se consideratum, speciem habeat iniustitiæ, sed quod defendit, vt dixi, necessitatis ratio, & Reipublicæ beneficium, ita *Reynard. Bacou. in comment. ad primam partem Pandectar.de Constit.Princip.num.4.* & nos videmus nostrum Inuictissimum, Pijssimũ, & Cattholicum Regem multis in casibus, præsertim anno 1611. vigore *pragm.* ex qua annui introitus taxantur in beneficium Vniuersitatũ, ita quòd non sint supra septem in singula centena, & post plebis furores, de quibus dixi in *Ritu 56.nu.2.lib.1.* mandasse, superfederi credita particulariũ, & emptiones annuorum introituum ad minorem summam fuisse redactas in beneficium earumdem Vniuersitatum totius Regni, vt in *Prag. sub tit.de admin.Vniuers.* quod tamen videtur esse contra ius alteri quæsitũ; nec tamen esse contra ius ausus fuerit quis affirmare: ita enim iustitia, & ratio politica exigebat, quo casu Epicheyã, vt dicunt (quam ex *Angelico Doct.2.2. quæst.120. artic.1. & 2.* humanorum actuum superiorem præcononizat regulam *Crespi de Valdaur.obseru.illust. 3.num.61. tom.1.*) amplecti consentaneum existimatur ob bonum publicũ. Confertq; *Azeued.in l.4.tit.14.nu.34.* quem refert *D.R.Capyc. Latr. dec.68. num.29.lib.1.* & *ex D.Thom.2.2.q.57. art.2.in fin.corporis*, ac *Couarr.in cap. peccatum.par.2.§.8.num.10.* concludit *D. Raphael Rastellius* Episcopus Caprensis *in opusc.de regim.Princip.lib.3. num.11.* laudatus ab eodem *Reg. Capyc. Latro decis.188. num.90.lib.2.*

A Principe tamen attendenda sunt 83 quid deceat secundùm honestatẽ, quid liceat

liceat secundùm æquitatem, quid ex-
expediat secundùm vtilitatem, *Petr. de Anchar. cons. 66. num. 2. Gardin. Tusch. pract. conclus. 679.* & quod, vt Plinius Traiano scripsit: *Tu nihil amplius tibi vis licere, quàm nobis*, quia vti excelsæ magnitudinis est, posse, quod velit; ita summę bonitatis est, velle, quod debeat, nec aduersari iuri, quod iustitia iubeat, & æquitas moneat, *Guiliel. Boe Keli vision. sine disquisit. de public. indic. disquis. Coronis, pagina mihi 312. versic. sit itaque*, cum Principis potestas non consistat, vt faciat quid velit, sed quod iustè possit, *text. l. nepos, ff. de verbor. signific. l. fin. ff. de condit. inst. cap. faciat 22. quæst. 2. Fulu. Pacian. dell' art. di gouern. cap. 4. Herman. Kirchener. de Rep. disc. 4.* & dicebat Theodahadus Rex apùd *Cassiod. lib. 10. epist. Cum possumus omnia, sola nobis licere credimus laudanda.* Præcipuum tamen est Principi iustitiam facere, quod obtinetur cùm cogitat, vt sint Ciues creditores satisfacti, *Paris. de sindic. verb. Rex autem, à num. 12.* & quemque non latet ex *Platon. 1. de Reipublica*, quòd omne Imperium, etiam in bruta, dirigatur ad commodum eius, qui paret, vt ex *Arist.* & omnium Politicorum sententia receptum est, in hoc distingui Principem à Tyranno, quòd hic suum propriũ, ille subditorum bonum, & commodum curet.

An autem memoratæ *Pragm.* comprehendant census, & bona Ecclesiarũ,
84 ac Ecclesiasticarum personarum? disserunt *Reg. Sanfelic. decis. 187. sub nu. 19. lib. 2.* in terminis *cit. Prag. 11.* necnon *Pignatell. consult. 496. tom. 1.* & ad rem *Præs. de Franch. decis. 9.* circa valorem frugum, & simili lege Hispaniæ vigente, *Vasq. de succes. creat. lib. 1. §. 10. num. 648, Menoch. cons. 1000. Reg. Reuert. decis. 222.* in Statuto prohibente monetæ extractionem, idemque *Pignatell. in consult. 50.* excitat quæstionem, si Ecclesiastici obstringantur contribuere, suppositâ præcisa necessitate, cum laicis, ex *Mainard. de priuil. Eccl. art. 23. num. 4. ac art. 27. & 31. Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 3. num. 207.* & scribunt *Klock de contribut. cap. 12. ex num. 212. Mascard. de gener. stat. interpret. concl. 1. num. 240. Molin. de iust. & iur. disp. 31. vers. sexta conclusio, Sot. 4. senten. dist. 25. quæst. 2. art. 2. vers. quarta conclusio, Menoch. cons. 800. n. 1. Gabell. resol. crim. cent. 1. cas. 9. num. 9. Faust. in cons. pro Aerario clas. 7. ord. 613. in fin. & 614. Michael Vrcur. de regim. Mundi, 2. quæst. princ. num. 88. in 16. comm. tract. diuers. Reg. de Ponte de potest. Pro-Reg. tit. 4. §. 1. ex num. 61. Iacob. de Aiello de iur. adoba, num. 33. de Angel. in prato sup. l. ad instructionẽ 7. C. de summ. Trinit. Capibl. de Baron. prag. 1. num. 37. Ricc. ad text. in cap. Ecclesia S. Maria, de const.* & alij passim.

Quæ quidem moratoriæ nedùm
85 concedi possunt, & debent Vniuersitati, tàm pro eius proprijs debitis, iuxta etiam decisionem Senatus Sabaudię relatam per *Fabr. in suo Codice Fabriano tit. 9. defin. 18. lib. 1.* & approbãt memorata verba *Ritus*, ibi: *Vniuersitatesq; Regni predicti, Petr. Fontanel. l. decis. 297. num. 17. lib. 1.* rescribens priuilegium concessum Villæ de Palmos simile illi Brundusino, de quo loquitur *Maxill. ad Consuet. Barens. tit. de cess. bonor. num. 61. in fin. Apicell. de dilation. quinquenn. num. 118.* hoc declarans, quem refert *Thor. par. 2. compend. decis. verb. dilatio*; & Collaterale Consilium seruauit tempore, quo clauum Regni sustinebat Excellent. Dux Albę die 17. Martij 1627. concedendo Vniuersitatibus dilationem mensium sex ad soluenda debita. Et anno 1632. ex quo nonnullæ Vniuersitates, loca, & Castra huius Regni existentia propè Montem Vesuuij fuerant passa ruinã, inundationem, & incendium die 16. Decembris 1631. Collaterale Consilium, præuia delegatione facta D. Regenti Scipioni Rouito, qui pluries accesserat super faciem loci ad visendum ruinas, concessit dilationem Vniuersitatibus, ac Castris non soluendi debita, & iuxta cuiusque loci excidium data cuique loco est dilationis mensura. Idem adhibitum fuit per annos quinque immunitatis cum Oppi-

Digitized by Google

dis Calabriæ à terræmotu vastatis, cõsulente Regia Camera, & consultationem Regiæ Cameræ, referente D. Regente Carolo Tappia in Collaterali Consilio die 7. Aprilis 1639. vt ex processu in Banca Casollæ, mandante Collaterali Consilio Regiæ Cameræ, quòd suam exequeretur consultationem (Isto namque stylo in huiusmodi casibus conceduntur immunitates petitæ, *Reg. de Ponte de potest. Pro-Reg. tit. de Regal. impos. §. 2.*) & alia sunt exempla successiuis nostris temporibus in Regia Camera, præsertim in Banca Gallucci; Conferunt tradita à *Reg. de Ponte loc. cit. Reg. Galeota cons. 55. lib. 2. Luc. de Penn. in rub. de superindic. lib. 10. Capyc. in innest. feud. verb. collectis, vers. diminuta Ciuitate, fol. 124. Bart. in l. fin. C. qui num. liber. lib. 10. idem Bart. in l. quicunque, C. de omni agro deser. lib. 11.* & ibi omnes *DD. l. indictiones, C. de annon. & trib. cod. lib.* miserabiles namquè collectas soluere non tenentur, *Bald. in authen. defunctis, C. ad Tertull.* & in *l. etiam, C. de exec. rei iudic.* imò plus dixit singularitèr *Abbas in cap. pen. col. pen. de immunitate Eccles.* quòd Officialis deputatus ad exigendum collectas, potest illas remittere in præiudicium Principis ratione paupertatis, per *glos. sing. in l. omnes, C. de annonis, & trib. lib. 10.* & diminuta Ciuitate, Castro, vel Villa Incolarum numero, ita quòd solita fiscaliũ onera ferre nequeat, fit alleuiatio de mandato Regio, si non sint diminutæ vitio Incolarum, sed vel ex vitio loci, vel ex malo aere, vel incẽdio, vel terræmotu, vt aduertit *Capyc. loc. cit.* arbitrio tamèn Superiorũ.

Et nedùm Vniuersitati, sed homi-
86 nibus omnibus talis Vniuersitatis concedi solet, iuxtà *decis. Afflict. 377.* ac doctrinam *Rebuff. de litterar. dilat. art. 1. glos. 1. num. 13.* potissimùm alicuius artis, maximè Agricolis, *Reg. Tap. de prast. Reg. Cancell.* quibus multa concessa sunt priuilegia, nè à cultura distrahantur, de quibus *Koppin. de priuil. rustic. lib. 1. p. 1. c. 7. Rip. de remed. ad præseruand. pest. n. 186. Bonadel. in polit. lib. 3. c. 12. n. 61. Iacob. Calliãtes in prag. rei frument. Philippi II. Gloriosissimi Hispaniarum Regis lib. 1. integro cap. 1.* cœterique apùd *Reg. Tap. de iure Regn. lib. 7. de agricul. Apul. in Rub. & Pragm. Trentacinq. lib. 2. pract. resolut. tit. de execut. resol. 2. Horat. Carpan. Marc. Mant. Parlad.* & alij adducti ab *Osualdo Hilligero par. 2. in suo Donel. enucl. lib. 28. cap. 3. in not. lit. Q. Bald. in cons. 142. lib. 1. Tusc. lit. P. concluf. 960.* Inde fit, vt nullo modo illi vinculis mancipari possint messium tempore, *Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, verbo, & uxorem, num. 906. Calliantes add. loco,* & exequutio prohibetur super bobus aratorijs, & aratro, siue alijs instrumentis ad agriculturam pertinentibus, ex *cap. 4. Caroli Primi*, quod exornat *Reg. Tap. mox add. loco, pag. 39.* & meritò dum annonæ sunt, ex eruditissimo *Gothofredo lib. 1. C. tit. 52. de annonis, & capit. administrantium*, quibus vitam nostram toleramus. Agricolis propterea multa leguntur priuilegia indulta, nè occasione aliqua segetes pereant, teste *Isern. de Stat. cont. liber. Eccl. versic. fin. in verb. Agricultores, in l. ne quis, C. vt rustic. ad mill. obseq. denoc. & Auth. Agricultores, C. res pign. oblig. post.* ac in *Auth.* adsunt duæ aliæ Constitutiones in ipsorũ beneficium, scilicèt in *Auth. vt nullus mutuans Agricolæ teneat eius terram*, & *in Auth.* sequenti *nullum credentem Agricolæ tenere illius terram, & quantam debeat vsuram dare*, in quo *Auth.* incip. *rem duram*, sunt aduertenda, & legenda verba satis concinna, quæ suis coloribus adumbrant creditorum sæuitiam aduersùs massarios, quos ad viuum deglubunt tàm grauibus vsuris, & anatocismis, interesse supra interesse imponentes, vt ne palea quidem miseris massarijs tandèm supersit. Et *Stobeus in suis sent. serm. 83. de auar. & improbis creditoribus, ex Basil.* dicit: *Agricolam cum semel spicam seminis receperit, iterùm sub radice scrutari non solet, tu verò fructus habes, nec tibi vnquàm sors diminuitur, incertum est cui coacernes, certus*

tus est, qui fœnoribus pressus lacrimatur, & qui fruiturus sit isto modo comparatis opibus ambiguum est. Et in *Auth. de quæst.* §. 1. & 2. circa lites valdè ipsis Agricultoribus fauendum esse dicit, ne propter litium moram agriculturæ vacatio damnum inferat. Sic etiam decernitur in *l. litibus, C. de Agric. & cens. lib.* 10. in quo *tit. in l.* 1. sancitur, quòd tempore, quo Agricola sationi insistit, ad munera extraordinaria non vocatur, & licèt à contrario sensu dici posset, ergò illis temporibus à muneribus ordinarijs non excusabatur. *Glos.* tamen nectit, quòd non: nam à contrario sensu semper argumentum non militat, vt *ibidem glos.* videnda *in verb. onera*, & quatuordecim restrictiones adducit *Io: Campagn. de testib. reg.* 129. Et licèt *Accurs. in verb. satisfacere*, hanc legem notet in Italia non seruari; tamen satis est, quòd Principes semper Agricultorum præsertim quòad eius fieri potuit, prospexere personis, subducēdo illas ab oneribus, muneribus, alijsque vexationibus, quibus cœteri minimè releuantur, de quibus *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. ne oper. à coll. exig. de Benedict. citat. loc. à n.* 307. authoritate *Diodor. lib.* 1. *Reg. de Ponte tit.* 7. §. 7. *ex num.* 43. & ibi *Thor. Io: de Lignan. de bello, qu.* 41. *Iul. Ferr. de gabell. par.* 9. *princ. nu.* 127. *Io: Bapt. Lup. de vsur.* §. 5. *ex num.* 2. *Tiraquel. de nobilit. cap.* 32. *Boer. dec.* 322. *à num.* 10. *Io: Anton. in cap. pridem, & alibi Surg. de Neap. Illustr. lib.* 1. *t.* 24: *Io: Franc. à Sancto Nazar. in tract. de remed. ad conseru. vbertat. num.* 2. *Arnulf. de iur. Regal. priuil.* 54. *Theoph.* §. *fin. instit. de libert.*

Quibus in casibus nō erant citandi
87 interesse habentes: omnibus namq; est inconfesso, vocari eum nō debere, quo inuito actus expediri potest, *Brun. in cōs.* 116. *col.* 2. *Soccin. cōs.* 4. *n.* 23. *vol.* 3. *Decian. cons.* 544. *Iason. cons.* 86. *vol.* 3. *n.* 11. *Gozad. cons.* 1. *n.* 28. quos refert *Vrsill. ad Afflict. decis.* 178. *nu.* 8. illius etenim communis, & veræ conclusionis, quòd in omnibus actibus partis requiratur citatio, æquè communis, & vera est limitatio, illam non procedere, quando Aduersarius esset talis, qui etiam præsens non posset actum impedire, & contradicere. Ita per plura tenet *Alex. in l. recusarem, ff. ad Trebell. Paul. de Castr. in cons.* 34. 2. *vol. Bald. in nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Procons.* & ibi *Iason. in* 4. *vol. Dec. in cons.* 698. *lib.* 5. *Alexand. in consil.* 230. *lib.* 1. & *cons.* 6. *lib.* 3. *Felin. in cap. cum olim, col.* 6. *in vers. non est citandus, extra de iudic.* Et cum hac fallentia iunge illam, nempè vbi certum est nullam Aduersario competere defensionem: potest enim actus expediri, eo non citato, vt notat plenè *Card. Alex. in cap. cum sit Rom. col.* 2. *de appellat.* vbi multos allegat, *Duen. lib.* 1. *regul. vtriusque Iuris, regul.* 94. *vers. citatio, in prima fallentia, Gabr. de citat. conclus.* 1. *num.* 348. *Afflict. decis.* 157. *de arbitr. quæst.* 17. *num.* 15. Maximè *n.* 2. & 3. idquè mihi persuadeo, quia in notorijs ista non debeat adhiberi, *Afft. decis.* 182. *num.* 1. *Gram. decis.* 65. *num.* 29. *Tepat. var. iur. sentent. tit.* 29. *Mynsinger. obseru.* 6. *num.* 27. *Menoch.* cum vtitur Princeps plenitudine potestatis, *Paul. de Castro cons.* 229. *lib.* 1. *Gratian. cap.* 458. *num.* 28.

Illæ verò si extendantur ad debita
88 iurata? negant *Afflict. decis.* 5. *Boer. decis.* 296. *Ferret. caut.* 55. *Gramm. decis.* 12. *Roland. à Valle cons.* 31. *lib.* 2. *Ann. sing.* 463. *Guid. Pap. decis.* 211. *n.* 1. *Genua de script. priu. lib.* 3. *pagina* 171. *Christin. decis. Belgic.* 70. *num.* 6. *vol.* 2. *de Baldis tract. var. lib.* 5. *tit. de dilat. pag.* 220. nisi consuetudo suppeteret, defendit *Mastrill. in suis comment. de indult. cap.* 46. *num.* 1. & obtenta absolutione à iuramento consulit P. *Diana par.* 7. *tract.* 8. *resol.* 30. *vers. vtrum obseruat; & vers. nota opinionem*, & de obseruantia in Gallia loquitur *Rebuff. ad illius Regn. Constit. tit. de litter. dilat. annal. num.* 24. affirmant *Garron. ad Constit. Mediol. tit de Senat. lib.* 1. *tit.* 4. *sub num.* 255. & 256. *Thesaur. dec.* 186. *num.* 60. *Gallerat. de renunciat. c.* 196. *num.* 8. post *Carau. in hoc ritu*, absque alia absolutione, *Fab. defin.* 23. *cit. tit.*

Digitized by Google

C.de precib.Imper.offer.Muscat.in prax. lib.1.par.4.glos.5.petendo,n.14. Brun. de cess. bonor. quæst.26.num.15. Gabr. lib.2. commun.opin.concl.5.nu.21. Menoch.de arbitr. lib.2. cas.337. num.19. Reg.Rouit.in prag.1.de cess.bonor. n.10. Vrsill. ad Afflict. decis.5.num.1. Capiblanc.de Baron.prag.8.num.144.par.1. Marant. in singul. verbo Rescriptum, Auus meus ad Gramm. decis.12.num.1. amplians multo fortiùs in moratoria concessa per maiorem partem creditorum,de qua infra,cum iuramentum à parte parti possit remitti, & tolli,ex Carau.hoc in ritu n.8.Galter.in prax.3. par.2.par.princ.rub.1.num.29. Roman. cons.12. num.2. & videndi Afflict. in cap. vnico, num.149. quæ sint regal. Roman. consil.437. num.10. Cassan. in consuet.Burgund.tit.des Droctz. & ap. par.genf. Mariez rub.4.num.37.& 38. quem laudat Vrsill.cit.decis.5.sub n.3. Scaglion.in pragm.alleg.5.nu.38.Frenzon. ad Statuta Vrb.cap.161. num.11. Rot.decis.179.num.68. par.9.recent. & coràm Coccin.decis.440.numer.4.An verò Princeps remittere possit iuramenta? dispungit post alios Consilar. Arias de Mesa var. lib.3. cap. 30. 31. & 32.

Hinc quamuis in instrumento ex-
89 pressè esset moratoriæ exceptioni renunciatum; debitor tamen illa vti poterit,si in petitione de illius renunciatione facta mentio sit, ex Carau.notat Galter.ad d.par.2. 3.par. princ. rubr.2. num.22.necnon Fusc.sing.11.lit.D.

Interdùm verò,an currente tempore,concurrant vsuræ,seù interesse?distinguit Mastrill.decis.16. à n.4.vol.1. affirmat Thesaur. decis. 186. & confirmat Salgad.in labyrint. cred. cap.30. nu.49.& 50.par.2. in moratoria Principis, non verò in illa concessa à creditoribus, dummodò non agatur de redditibus, seù annuis introitibus ex stipulatione promissis, ac debitis, nec de interesse damni emergẽtis,ipsumque refert Gypt.ad Capyc.Latr.dec.114. n.99.R.Cappc.Latr.dec.45.Negat Moller.4.semestr.c.6.n.2. quem insequitur Io:Coppen.obserua.pract.lib.2.obserua.34. n.7.Christin.dec.Belgic.170.n.11. vol. 2.& distinguit Diana p.7. tract.8. res. 83. Nouar.super prag.collect.51.nu.49. valdè durum, & inhumanum videtur, cum eiusmodi induciæ non decoctoribus, sed illis tantùm concedi soleant, qui absque sua culpa, vel naufragio, vel incendio, aut bello, aut alio quocumque casu aduerso eò redacti sunt, vt post elapsum tempus dilationis vix sortes creditoribus soluere possint. Imò, & quando currunt, tunc eorum exactio non secus, ac debiti solutio differenda est ad tempus constitutum in literis ipsis, Fab.cit.loco def.8. quæ de re Troyf.in hoc ritu num.29. Merol. in Theolog.moral.tom.3. de priu.disp.6. cap.8.dub.43.difficult.3.quæst.5.ex numer.323.Hunn.in encycloped.iur.par.2. tit.28.cas.5. Daniel. Moller. lib.4. semestr. cap.7. num.2. Felician.de censib. lib.3.cap.vlt.vol.2. Apicell.tit.1.n.176. & tit.2. num. 36. Staiban. de interess. lib.1.quæst.2. ex nu.61. Episcop. de Afflict. controu.iur. cap.21.num.24. Galup.in prax.par.1.cap.6.nu.11.& par.2. cap.22.num.36. Paschal. de patr.potest. par.2.cap.9.num.73.Boerius decis.296. numer.5.Riccius collect.8.

Durante verò tempore ipsarum di-
90 lationum vt nequeat debitor ipse cõuenire suos debitores,refert decisum Afflict.decis.66. ipsius autem nulla facta mentione contrarium tenet citatus Fab.defin.19. Obseruat tamen ad rem D.Prat.obseru.33.quòd sicuti decoctus non tenetur ad interesse eius creditoribus; sic non valeat illud ab eius debitoribus petere, & quòd opponens moratoriæ exceptionem contrà suos creditores pati debeat,vt illa etiam vtantur sui debitores,ex Velasc.consult.25. num.6. Ripa in rub.de rescrip. num.24. & Consil.de Anna ad Vincent.eius genitorem alleg.75. nu.1. vers.vide, quod de æquitate non admittit Rebuff.ad Const.Gall.tit.de liter. dilat.art.2.num.9. quem laudat Anus meus ad Capyc.decis.101.sub num.2. & disserit Sanct. à Melo in citando tract. quæst.33.

Præter moratorias pertinentes ad Prin-

Digitized by Google

91 Principis regaliam concedere, *Besold. in dissert. Politico-Iuridic. de iurib. Maiest. cap. 4. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 434. Coler. de process. execut. cap. 9. num. 26. D. Consil. Altimar. de nullit. rub. 9. quæst. 23.* extant, & aliæ ex iustitia, quæ à Principe, vel alio Iudice inferiori conceduntur, & potissimùm sunt inducię quinquēnales, quę cessionis beneficio affines videntur, cū tendant ad subleuandos debitores à creditorum præssura, quamuis in aliquibus differant, vt obseruat *Ludouic. Sanctius à Melo* Lusitanus *in tract. de induc. debit. à credit. suis, aliŷsque person. conced. quæst. 2. à num. 12. & quæst. 12. num. 14.* qui mira methodo ad rem plures dispungit quæstiones, quas in compendio reassumit *Laganar. ad Reg. Ronit. in rubr. de cess. bon. num. 11.*

92 At tunc maioris partis creditorum omninò requiritur consensus, qui cōpellit minorem partem ad concurrendum, *l. fin. vers. siquidem, C. qui bonis ceder. possint, l. & suum haredem, §. hodie, cum l. seq. ff. de pactis, Afflict.* & ibi *Vrsill. dec. 288. Strach. de Mercat. par. 6. sub tit. de decoctor. Trentacinq. var. resol. tit. de solut. resolut. 2. Carauit. in hoc ritu num. 4.* & ibi *add. Cartar. dec. Magon. decis. Florent. 100. Viu. decis. 38. Rota Genua decis. 52. Barz. dec. 78. Gratian. cap. 222. Grass. except. 32. nu. 177. Roderic. de priuil. credit par. 1. num. 6. & Salgad. in labyr. par. 2. cap. 30. ex nu. 53.* quam dilationem à quocumque Iudice impartiri posse ? probant *Grass. cit. loc. Apicell. in tutam. pauper. tit. 1. nu. 1. Capibl. in pragm. 8. par. 1. num. 282. de Baron.* idem *tom. 2. cap. 42. Thor. 3. par. compend. verb. Dilatio quinquennalis, pag. 303.* quidquid alitèr mussitauerit *Viu. mem. decis. 38.* & disserit *Sanct. à Melo quæst. 16. Gregor. Lop. l. 5. tit. 15. par. 5. glos. 1. in fin. Suarez de Pax in praxi tom. 1. 4. par. cap. 6. num. 4. Curia Philipp. tom. 1. par. 2. §. 24. num. 4. de Franch. decis. 82. Cost. de port. rat. q. 139. Manson. de caus. execut. quæst. 5. lim. 6. num. 61. Cęuall. tom. 5. par. 2. quæst. 72. Gusman. de euict. cap. 7. num. 56. Duen. regul. iur. 279.* regulæ septem limitationes subnectens, *Brun. de cess. bonor. quæst. 22. Thor. in supplement. compend. verb. exequutio.*

93 Hoc autem inducіarū tempus esse haùd posse maius, vel minus quinque annorum à principio, deducitur ex dispositione *text. in cit. l. fin. C. qui bon. ced. poss.* ibi: *Vel quinquennale accipere spatium, vel bonorum accipere cessionem, Bart. in auth. si tamen, num. 3. C. de temporibus appellat. Additio ad Speculator. tit. de appell. vers. nunc breuitèr, Neuiz. cons. 41.* communem, & veram ex alijs profitetur *Scaccia eod. tit. de appellat. quæst. 15. num. 188.* tempus enim à lege limitatum formam inducit, *Roland. cons. 72. num. 71. lib. 3. Osac. decis. 163. num. 9. & seqq. Tusch. lit. F. conclus. 14. num. 23. Farin. in fragm. 2. par. verbo Lex, nu. 203. vers. 6. Reinoso obser. 11. Mendex in praxi lib. 3. cap. 22. num. 54.* adeò quòd inducіæ illæ concessæ pro maiori tempore, scilicèt ad septem annos, corruunt etiam quòad quinque, ex *Paul. de Castr. in cit. l. precibus, in fin. Napod. in repet. l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iud. Afflict. in Const. ad offic. sub num. 9. Anton. Faber in C. tit. de precibus Imp. offer. defint. 17.* quem laudat *Præsul. Ricc. collect. decis. 393. par. 2. Apicella mem. tract. tit. 1. num. 39. & tit. 2. nu. 13.* coarctans in Principe de plenitudine potestatis, cui licere vsque ad triginta annos concedere, assirmant nonnulli apùd *Reg. Capyc. Latr. dec. 192. n. 21: lib. 2.* Contrariam verò aleam: nempè à Iudice impartiri posse tempus maius, vel minus quinque annorum, sustinet *Santius à Melo in citat. tract. de inducijs debitor. quæst. 28. nu. 8.* notans *citat. l. fin.* dispositionem haud ex se illud quinquennale spatium terminasse, neque illius legis verba dispositiua, ac præceptiua fuisse, ità quòd ab ea pro forma fuerit introductum, qua ratione *Thor. cit. loc.* obseruat, illam aliquando ad annum, aliquando ad quiquennium, aliquando verò ad decennium impartiri, ex *Mauro Aretino de fideiuss. par. 1. sect. 3. in prælud. c. 2. num. 7.* & tangit *Reg. Ronit. in prag. 1. num. 12. de cess. bonor.* Imò, non tantùm

tùm semel, sed bis, ac etiam ter, concedi posse, instante maiori parte creditorum, idem *Thor.* decisum refert *par.3.compend.verb.Dilatio quinquennalis semel concessa.*

Debet tamèn constare de veritate,
94 ac realitate credituum: cum vt plurimum Mercatores decocti colludant in creditorum perniciem, *Scacc.de decoctor.par.3.num.1.* nec sat est illorum confessio, nisi liqueat de causa, *Bald. cons.432. lib.1. & cons.249. n.1.lib.1.* aliàs *cons.400.lib.5.Gratian.cap.91.ex n.12.Curia Philipp. par.1.lib.2.§.nu.6. Scacc.cit.tract.part.vlt.2.par.n.31. Salgad.cit.loco n.77. & par.3.c.13.à n.13. Sanctius à Melo add.tract.q.11.* notans *num.19.* necessaria, vt priuatæ scripturæ omnimoda fides tribuatur. Multantur propterea acritèr ipsi, & creditor asserens, se talem, cum non sit, & si sit creditor, habuit promissionem resolutionis, ac assentitur, ad hoc, vt alios concurrant, *Reg. Ronit. in cit.pragm.1.num.14.* Imò is non valet prætextu alterius contractus, vel eiusmodi repromissionis exigere durante dilatione, pro vt determinasse S.C. reperio in quadam apostilla manuscripta eximij I.C. sunt etenim similia pacta fraudolenta, & damnosa cæteris creditoribus, *Stracca par.6.n.18. Cur.Philip. lib.12. par.1. ex num.6.* & conferunt, quæ de cessione bonorum dixi supra *num.12.* & distinctionem adhibet *Sanctius à Melo* integra *q.13.* Inoleuit vndè mos ad fraudem remouendam, esse Iudicis decreto deferendum creditoribus concurrentibus iusiurandum super vera, & realitate eorum creditum.

Maiorem autem partem intelligi-
95 mus pro quantitate debiti, non pro numero creditorum, teste *eod.Fab.de fin. 6. num.3.* & decreuit Audientia Sardiniæ relatore *D.de Xarto* vt ipse testatur ad *cap.seù acta Cur.Regn.Sardin.lib.1.tit.6. cap.5. num.10.* etiam si concurrentes sint chyrographarij, recusantes, hypothecarij, *Nouarius in pragm.1.collect.2.num.32. de cess.bon. Thor. in supplem. compend. decis.verbo Dilatio quinquennalis.* Imò, & si non maior, sed æqualis summa, & sic debiti dimidia tantùm sit eorum, qui concurrunt, concedenda nihilominùs sit dilatio, existimat *Viu.cit.decis.38. num.6.* & declarant *Stracc. de decoct. par.5.num.9. Farinacc. in repert.indic. quæst.95.num.21. Reinard.Bacon.ad 1. par.pandect. tit.de pact.* quamuis inter assentientes adsint creditores consanguinei, *Bart.in l.Imperator, ff.de pact. Aretin.in l.pro harede, §.sepulchri, versic.Secundò limita, ff.de acquir. hared. Anna alleg.57.num.28.* idem *Stracc.de decoct.par.6.num.9. Gratian.disceptat. forens. cap.222. Tiraq. de vtroque retract.pag.20.nu.43. vers.Concinit, Farinacc.in repet.indic. quæst.95.num.14.* contradicit tamèn *Reg. de Marin. ad Reuerter.decis.128.num.8.tom.1.* decisum tradens in causa creditorum Ducis Ostuni Ioannis de Zeuaglios. At illud scitum manauit, quia maiorem creditorum partem faciebant vxor, & filij Ducis donatarij, cuius donationes à cæteris creditoribus infringebantur, vti in fraudem, teste *Consil. Rocco notab.63. tit.de decoct. Mercator. tom.2.*

Hinc quamuis in thesi apùd *Anton.*
96 *de Amat.resol.22.sub num.5.* fuisset hæsitatum, præsumi crediti simulationem inter filium debitorem, & Patrem concurrentem creditorem, ex *Asin.de exequu.§.7.cap.48.nu.4.& 5.* attamen, quia de debito ante dilationem satis liquidò constabat ex verissimis causis, cessante omni simulationis præsumptione ex sanguinis coniunctione oriète; decisum fuit ad fauorem patris vtentis iure suo, & facultate à Iure concessa cuicunque vero creditori, aliàs deterior consanguineus, & fortius pater esset effectus, qui impiè à paternæ pietatis subsidio excluderetur. Regularitèr tamen in dubio non esse admittendos consanguineos, ob præsumptam fraudem, & collusionem, ex *l.fin.C.de donat.* scripsit *Decian.consil.11.num.116.lib.1.* & probauit *Rota* coràm *Merlino decis.13.num.7.* & itetùm in Romana pecuniaria, seù dila-

tionis

tionis 1. Iulij 1689. coràm Rondinino adhuc non impressa.

97 Nec receptum est effatum *Reg. de Marinis ad cit. obseru. 128. num. 7. Reg. Reuerter.* quòd vt maior pars minori præiudicet, debeant omnes in vnum congregari, omniumque voluntatem ruminari; sed sat est, quòd creditores plures folium, seù albaranum subscribant, quemadmodùm voluit *Bald. in cit. l. fin. Alex. conf. 205. lib. 2. Stracca quæst. 7. num. 9. Frenzon. ad Statut. Vrbis, cap. 161. num. 10.* qua in re consuetudinem attendendam, idem *Gratian. à de Marinis* laudatus *discept. forens. cap. 222. num. 3.* aduertit *num. 6.* & iterùm *dec. 186.* obseruat *Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 62. nu. 6. Paris. cons. 100. num. 5. lib. 5.* & de nostri Regni more *Rocc. cit. tit. de decoctor. notab. 73. num. 215. pag. 455.* etenim creditorum maioris partis placita subscribuntur in albarano, nec in vno conueniunt loco, & obseruari in Gallia, Lusitania, & Hyspania testatur *Rebuff. de literis dilat. annal. num. 54. Sanctius à Melo cit. tract. de inducijs debit.* integra *quæst. 10. Villadiego in politica cap. 2. n. 270. Pax in praxi tom. 1. par. 4. cap. 6. num. 3. Caria Philipp. tom. 1. 2. par. S. 24. num. 2. Salgad. par. 3. cap. 30. num. 76.*

98 Omnibus licere inducias obtinere, nisi expressè reperiatur prohibiti, certum est: cum remedium legale non limitatiuè, sed generalitèr introductum fuerit, post alios *Brun. de cess. bonor. quæst. 4. princ. num. 1.* etiam mulieri, etsi carceribus mancipari non possit ob æs alienum, *Sanct. à Melo cit. tract. quæst. 29.* qui in *quæst. 32.* extendit ad Iudæos, vt de cessione bonorum diximus supra *nu.* . idemque *à Melo in quæst. 5.* examinat, an huiusmodi beneficio gaudere possit debitor munitus priuilegio nè conueniatur, nisi in quantum facere potest.

99 Hæ autem quinquennales inducie non subsistunt, si de persona tantùm concedantur, decisum memorat *Præs. de Franch. decis. 179.* & insequitur ibi *Amendola*, & non dissentit *Reg. Renit. cit. pragmat. 3. num. 30. de cess. bonor* ac *Decius Fauilla in add.* manuscripta ad eamdem *de Franch. decis.* hæc notat *nu. 1. Pendet in facto in causa Herculis Mormilis, & quia variè fuit decisum, sunt ingenda aula pro decisione, & creditores concurrentes allegabant coràm Domino de Franchis non obstare hanc decisionem contrà eos volentes concurrere de persona tantùm, ex quo in persona Herculis cessabat hæc ratio nam Hercules de præsenti nulla bona habebat, sed tantùm sententiam, qua erat declaratus creditor in magna summa, ex qua omnibus creditoribus, etiam posterioribus, poterat satisfieri, & sic cessabat ratio huius decisionis, & absurdum quod hic sequebatur. Expecto decisionem quæ postea de mense Iunij 1581. classibus eiusdem Vincentij, & Cæsaris Vitelli congregatis per viam legis sopiuit altercationem* (de qua idem *D. Præs. de Franchis* meminit in hac decisione in noua editione cum additionibus) *vt nullo casu valeat dilatio concessa per creditores de persona tantùm, quia nunquam leges talem casum considerauerunt, Commissarius Vitellus, licèt in aula Cadena passim hodiè contrarium inoleuerit, & malè.*

100 Illasq; opitulari eidem principali debitori, etiam in carceribus existēti, vt illarum vigore dimitti debeat, *Faber.* concludit *in C. tit. 9. definit. 2. in princ.* ac modò dum de debitoris excarceratione eloquimur, duo notanda veniūt, Vnum, quòd si aliquis, debitorem alicuius, qui propter æs alienum fuisset in carcerem iniectus, & eodem carcere liberasset, liberans obstringitur integrè soluere omne debitum, quamuis talis debitor denuò apprehensus in carcerem detruderetur, ex *Beust. ad l. admonendi, num. 1083. pag. 505.* notat *Ioan. Coppen. obseru. practicab. lib. 2. obseru. 18. num. 17.* Alterum, *Ioannem Petrum Fontanell. decis. 406. nu. 10. lib. 2.* insequi aleam, de qua nos supra *num. 64.* non licere amplius creditori vinculis mancipare debitorem excarceratum, ex quo renuit illi præstare alimenta, etiam illa offerendo, & de No-

bili

bili loquitur *Ricc.resol.34. tom.1.*

Postquàm verò debitor inducias
101 quinquênales acceptauit, aut tempus in eis expressum, lapsũ est, nequit conuolare ad beneficium cessionis bonorum, tùm si datæ fuerint à Principe, vt dicit *Affl.dec.278.* tùm si à parte, vt aduertit *de Franch.dec.251.* Impeditque instrumenti præsentationẽ ad formam *Ritus*, *R.Capyc.Latro decis.45. num.4. decis.64.num.3.& decis.114.ex Franc. Anton.de Iudice Roberto de liquidat.instrum.consid.4. num.66. Pando de præsent.& exequnt.instrum. par.5. declar. 32.& 36.* sed elapso dilationis tempore integrum ius creditorum remanet, *Episcop.Maran. controu.par.4.resp.75.*

Remoratur præterea sententię, etiam
102 S.C. exequutionẽ, si fuerit illa concessa ex geminato rescripto, vel cum clausula *motus proprij*, siue *certæ scientiæ*, vel *non obstante*, *Maurit.Apicell. in add.ad tract.de dilat. quinquen. numer.* 524. quamuis regularitèr non impediatur, *Theod.alleg.45.nu.8.Apicell. tit.2. de morator. Princip. de Rosis select.iur. obseruat.cap.65. ex num.47.* Verborum enim geminatio denotat firmitatem propositi, voluntatis, & consensus; inducitque diuersitatem iuris ab actu simplici, *text.* est notabilis in *l.quinquaginta, ff.de probat. l.balista* iuncta *Gl.ff.ad Trebell.si mulier.l.2.& Auth.siuè à me*, C.*ad Velleian.l.cum simus*, & ibi *Bartol. C. de agr.& cens. lib.11.& cap.eam te, de rescript.* vbi *Baldus* nectit, quòd verba geminata significant præcisam intentionem; & hoc ne frustrà aliquid positum in lege videatur, vt dicebat *Antonius Moccia in Sylua casuum forens.cap.21.nu.3.* Nec dixeris, hoc intelligendum de geminatione facta ex interuallo per dictam *l.quinquaginta*: nam idem est, quando verba geminata sunt in scriptis in aliqua Lege, Canone, Bulla, vel Rescripto; tunc enim videntur seriosè, atq; cum mysterio repetita, non ex lubrico linguæ, ita probant citati *text. in cap.cum eam te*, *& in l.balista.*

Maior autem pars adeò præualet, vt
103 vicinus ex maiore parte concurrens potior in retractu sit eo vicino, qui pro minori cõcurrit parte, *Afflict.dec.222. & in tract.de iure proth.§.in alio*, dummodò ex minori parte vicinus non sit emptor, qui hoc casu præfertur, tanquam duo habens vincula, & vicinitatis, & emptionis, *lo:à Sande decis.Frisic.lib.3.tit.5.de vtroq.retract.definit.8.*

Nec tantùm cogendos esse credi-
104 tores ad dilationi assentiẽdũ; verùm quoque remissioni partis debiti consentiendum, si maior remittat, nedùm in tribus casibus apùd *Afflict.decis.* 288. sed etiam in omni alio casu, vbi creditores certant, quid faciendum sit super bonis debitoris à solutione cessantis? *D.Cons.Rocc.resp.11. tom.2.& notab.62.& 63.de decoct.mercat.* ex *Angel.in l.1.de priuil. cred.* vbi *Rip.nu.18. Castrens.in l.fin.C.qui bon. ced.poss. Stracc. add.par.6.nu.21. Gratian. discept.forens. cap.222. Farinacc. in repert. Indic. cap. 95. Tiraquell. de vtroq. retract.pag.18. num.42.* ac demùm si controuertant, numquid recipere debeant bona insolutum? *Salgad.in labyr.cred. par.2.cap.2.num.73.* qui adamussim occurrit *D.de Franch. add. decis.82.* illa præcipua ratione, quià idem S.C. vltra casus per illum, & *Afflict.* consideratos, ex *text.in l. fin. C.qui bon.ced.poss.l.maiorem, & l.suum haredem*, §.*hodiè*, *ff.de pactis*, quæ Iura dixit non extendi vltra casus suos; tamen S.C. in illa *decis.*288. *Afflict.* locutum fuit vltra prædictos casus in memoratis legibus expressos, quod cum oculatè obseruasset idẽ *de Franchis* pro tuitione decisionis, quæ erat extra casus dictorum Iurium, dixit sub *num.* 5. id euenisse, quia nullum resultabat damnum. Igitùr semper, ac nullum extat damnum, illorum dispositio ad alios casus trahi debet; quare sufficere maiorem creditorum partem, verius esse, & fauore liberationis procedere, ex *Glos.in d.l.suum haredem*, §.*hodie*, voluit, & benè rationibus conuallat *Hermann. Mayret. in tract. de pignorib.hypoth.tit.13.ex num.1. lo: Gualtero in dissert.Iurisdict. sub tit. de cõcurs.& pralat.cred.thes.1.n.15. Frũc. Bur-*

Digitized by Google

*Burſat.conſ.*224.*num.*14. *&* 15. *lib.*2. hanc veriorem præconizans opinionem,ex *Stracc.* necnon *Pariſ.conſ.*100. *nu.*3.*vol.*2. *Benedict.Carpzou.in tract. Iuriſprudent.forenſ.conſt.*22.*defin.*integra 27. *Rodriq. de concurſ. & priuileg. credit.in gen.ſub num.*32. *& ſeq.par.*1. *Mart.de iuriſdict.par.*4.*cent.*2.*caſ.*123. *num.* 1. de qua opinione (quicquid dixerint *Cartar.deciſ.*141. & alij apùd *Merlin.de pignor.lib.*4.*tit.*5.*quæſt.*126. *num.*20.) in Regno dubitari nequit, cum tot, tantiſque noſtri S. C. pluriès, atque pluriès placitis reperiatur ſuffulta, & vltra adducta à *Conſ.Rocc. in fin. memor. reſponſ.* 11. determinatum etiam fuit in cauſis Coſmi Mazzi publici mercatoris huius noſtrę Ciuitatis, penès Lictum. Creditorũ patrimonij Ludouici,& fratrum de Colantonio Ciuitatis Aquilæ, anno 1650. relatore D. Conſil. Carolo Brancaccio,in Banca tunc Borrelli. Ac Creditorum patrimonij illorum de Caro,ad relationem D.Conſil.Arias de Meſa, in Banca Vennitti; dummodò tamen ſit par fortuna omnium creditorum, deciſum refert *Gipt.ad Capyc.Latr. cit. deciſ.*114.*num.*8.*lib.*1.

Si autem creditores maioris ſummę
105 conceſſerint huiuſmodi dilationem, ac petierint condemnari renitentes ad concurrendum,atque iſti ſeruatis ſeruandis ab impetita dilatione fuerint abſoluti; illi ante quinquennium ipſum debitorem conuenire non valent, quaſi quòd dilatio effectum non habuerit reſpectu non concurrentium, quia iam illi concurrerant; atque illa clauſula, quatenùs alij renitentes concurrerent, non expreſſa, & dumtaxàt in mente retenta, nihil operatur, quantum ad inducendum dilationis reuocationem, vt ex *Iaſ.in l.*2.*§.ſi liber.ff.de condict.ob cauſ.* notat *Apicell. de dilat.quinquenn.tit.*1.*nu.*185. quidquid contrarium veriùs putet *Carol. Anton.Moccia in ſylua caſ.forenſ. cap.* 61. *numer.* 7. & ſecundùm mentem concurrentium in dilatione fuit, vt alij concurrerent; Erat autem tacita voluntas,quæ non præſumitur, vti nõ expreſſa,in pręiudicium tertij debitoris, ad notata per *Iaſ. in l.cum quid, ff.ſi cert. petat.& Rip.in l.fin.col.*3.*C.de reuoc.donat.* illiſq; imputandum, quòd initio ſic expreſsè non conuenerunt.

In hoc inſupèr concedendæ dila-
106 tionis iudicio,Clericus citatus ſtare debet coràm laico Iudice,*Vrſill.ad Afflict.dec.*380.*n.*7.*Aloyſ.de Leo in l.cum ſolito, nu.*11.*C.qui bon.ced.poſſ. Piſan. ad Gaetam in Rit.R.C.in proœm. n.*35. *Paſchal.par.*2.*c.*9.*num.*70. *Gratian.diſcep.forenſ.lib.*2.*c.*22.*num.*35. *Mari ad Gramm. dec.*61.*num.*2. *Maſtrill. deciſ. Sicil.*79.*num.*5. *Borell.par.*1.*ſumm.deciſ.tit.*43.*de for.compet.num.*155. *Maſull.ad Capyc.deciſ.*197.*num.*5. *Viu.deciſ.*38.*num.*8. *Thor. in compend. deciſ. par.*1.*verb. Dilatio, de Graſſ. de effect. Cleric. effect.*1. *num.*475. *Hipp.Mayn. conſil.ciuil.*1.*par.conſil.*20.*num.*8. *Praſul.Ricc. ad Franch.deciſ.*219. *Salgad. in labyr. credit. par.*1. *cap.*6. *Noguerol. alleg.*19. *num.*135. *Carleual de Indic. lib.*1.*diſputation.*2. *num.*946. *Aluarez Pegaſ. reſolut.forenſ. cap.*11.*num.*147. & hoc iure vtimur in Regno, teſte *Reg.de Marin.lib.*1.*cap.*52. contrarium ſentiente, vbi non adeſt talis iudicandi conſuetudo,*Franc.Cenſal.in obſeru. ad Peregr.de fideicomm.ad art.*48.*verſ. neq;* ſermonem habens etiam in remiſſione partis crediti, *R.Sanfel.dec.*305. *lib.*2.*Cauall.in tract.de cognit.per viam violent.p.*2.*q.*72.*Car.acciol.de for.priuileg.remiſs.cap.*24.*n.*1.*Guſman.de euict. quæſt.*7. *ex num.* 55. & decreuit S. C. confirmando decretum M.C. qua fuit excluſus Clericus à remiſſione in cõcurſu dilationis quinquennalis, relatore D.Iudice Golino die 8.Maij 1673. in cauſa D. Leonardi Vittorelli cum creditoribus Vincentij de Vito, in aula D.Conſiliar.Pauli Staibano,cum ipſo ſuffragia præſtantibus DD.Conſiliar.Dura, Siſto, & Padilla, in Banca de Bottis.

Dilatio inſupèr tùm à Principe,
107 tùm creditorũ conſenſu conceſſa,ad debita inhita poſt datam ipſarum literarum, non extenditur, *Guid.Papa*, & ibi *Ranclein.deciſ.*119. *Menoch.de arbitr.*

Digitized by Google

bitr. cas.336. Anna sing. 463. melius *Barz.decis.Bonon.*78. *num.*9. *Surd.decis.*307.*num.*13. *Anchar.cons.*37.*vers. tertio pro parte*, *Gras.except.*32.*num.*129. *Galter. cit.rub.*2.*vlt.par.num.*30. *vers.quinto*, *Manson. limit.*6.*num.*82. *Reg.Ronit. in pragm.*3.*num.*32. *de cess. bonor.*

Sed si cõcessa dilatione, vrgentibus
168 creditoribus nouitèr quæsitis, fuerint debitor vinculis coniectus,& bona vendita, an creditores, qui concurrerunt, vel ad concurrendum damnati fuere, vti priores in tempore, valeant debitorem arrestare, atq; super pretio bonorum satisfieri; vel illis obstet exceptio rei iudicatæ in iudicio concurrentiæ, quasi quinquennio pendente acquiescere debeant? inquirit *Apicell.cit. tract. tit.*1.*nu.*150.*&* 151. & in gratiam priorum respondet, ac decisum refert; sed improbat *Mocc.in sylu.cas.forens.cap.*60. At ipse non recederem ab *Apicell.* placito respectu pretij bonorum, quæ vt acquireret, fuit causa concedendæ dilationis, qua causa cessante, cessat, & illa, *Alex. in l.si constante, num.*39.*& Ias.num.*223. *ff.sol.matr. Vasq. contr. vsu freq. lib.*2. *cap.*27. *Marant.cons.*2.*nu.*13. *Adrian. Negus.in lib. respons.& disp.quæst.*51. *num.*3.*quæst.*155.*num.*20.*quæst.*474. *num.*16.*quæst.*498.*num.*15.*quæst.*545. *num.*8.*& quæst.*300.*num.*33. & finita dilationis causa cessat dilatio, notat *Clapper. decis. com. caus.* 5.*quæst.*1.*ex num.*4. & inquirit *Castracan. de societ. cap.* 39.

Hinc senex septuagenarius in vin-
169 culis quamuis mancipari nõ debeat, *de Gras.de except.excl.ad form.statut. prælud.num.*14.*Gratian.discept.forens. cap.*328.*num.*10. *Amend. ad Franch. decis.*200.*num.*7. *Paschal. de patr.potest.par.*2.*cap.*9.*nu.*63. *Danz.de pugn. DD. tom.* 3. *de sene in delict. excusat. Manson. de caus. execut. lib.*1.*lim.*13. *numer.*4. latè *Comuncul. decis. Bononien.* 41. *Monach. decis.* itidem *Bononien.* 68. Id quod nulla lege cautum esse, monent *Cacheran.decis.*123.*nu.*3. *Natt.cons.*319.*nu.*2. *Menoch.cons.*916. *& de arbitr.quæst.*88.*n.*15.& ad Principem duntaxàt spectare, *Cacciol.de debit.suspect.& fugit.quæst.*5. *Roman.consil.*120. Consuetudo tamèn inoleuit, vt assignetur domus loco carceris, *Luc. ad Franch.decis.*608. sed *Reg.Ronit.in pragm.*5.*num.*3. *de fid. mem.* formam decreti rescribens censet, esse necesse, vt ille egressus sit annum septuagenariũ, qui confutatur *à R.de Marin. ad Reuert.decis.*306. etiam in sene robusto sagaci, aduertit *Thor.par.*3.*comp. decis. verbo senex septuagenarius*, prout *Nouar.* idem sentiens *de election.fori*, *sect.*1.*quæst.*20.*num.*7. reprehenditur *à Velasq.de priuil.miserab.person.lib.*2. *q.*18.*n.*14. quod ipse, me Iudice M. C. passim ampliabam ad totam Ciuitatem, ex *Thor.in comp.decis.tom.*1.*verb. Senex septuagenarius*, *Laganar.ad Ronit.in pragmat. cit.*5.*num.* . *Mari ad Grammat. decis.*34. Illa tamen prærogatiua haud gaudet, si æs alienum cõtraxerit in dicta ætate, *Gratian.add. cap.*328.*num.*2. *Anchar. quæst.*8.*lib.*2. *nu.*9. quam aleam insectari noluit Senatus apùd *Stephan.Garron.ad Mediolan.Const.lib.*4.*tit.*7.*artic.*4.*sub nu.*47. sed nostrum S. C. in causa Elionoræ Cicinello cum debitore septuagenario, tempore obligationis, reformando decretum Iudicis M. C. quòd domum loco carceris teneret cum cautione, mandauit, quòd valeat permanere in domo cordæ cum cautione, die 15. Maij 1625. in Banca Iacobi Pinti.

Nec huiusmodi exceptio dilationis
170 quinquennalis opponi licet contra creditores ex causa depositi, *Præs. de Franch.decis.*151.ex *l.si quis, vel pecunias, C.deposit.* insequuntur *Paschal.de patr. potestat. par.*2. *cap.*19.*num.*67.*de Gras.ex cap.*32.*nu.*181. *Nouar. dec.*4. *num.*17. *Boer. dec.*295.*num.*7.*&* 296. *num.*40. *Cons. Rocc. notab.*72.*nu.*211. *de decoct.Mercator. tom.*2. *Manson. de caus.execut.ampl.*39.*princ.ex num.*10. *& lim.*6. *num.*71. *Regens Ronit.in cit. prag.*3.*num.*31. *Paschal. de patr.potest. par.*2. *quæst.*9.*num.*66. *Garocc.de depositi.quæst.*3.*num.*32. declarans, memoratum

ratum *text. in add. l. si quis, vel pecunias.* Contra quam opinionem insurgit *Muscatell. in prax. S. C. par. 4. glos. petendo, num. 18.* notans *de Franchis* falli in intellectu *cit. text. in l. si quis*, loquentis in compensationibus, cæteriſq; exceptionibus, quæ omninò creditorum intentionem perimunt, ac dilatio quinquennalis non est huiusmodi, sed tantùm differt, & nullum incommodum creditoribus affert. At huic *Muscatell.* obiecto occurrit *Luc. ad cit. de Franch. decis. 151.* Quidue in depositio confesso? restringunt *Baldus cons. 187. lib. 3. Paul. de Castro in l. penult. C. depos. Boer. decis. 295. Apicell. de dilat. quinquenn. num. 121.* Aduersantur *Roland. à Valle consil. 317. lib. 3. Natt. cons. 438. num. 17. lib. 1. Nig. de except. cap. 10.* etiam quòd depositum descenderet ex alio debito. Quidue cum depositum penès publicum Bancũ factum est? *Marta vot. 83.* & de depositio irregulari, *Cancer. lib. 3. tit. de depos. num. 53. Gratian. discept. forens. cap. 728. num. 28.* de quo depositio irregulari fermonem habent *text. in l. Lucius 24. cum seq. §. pecuniam, ff. depos. l. in nane Saupheij, 34. ff. locati*, & in famigerata causa Illustris Ducis Apelluſij, cum Gubernatoribus A. G. P. huius Ciuitatis, coràm D. tunc Consiliario Regente Antonio Capiblanco dicebam, quòd quicquid Iuris Interpretes insudarint in perueſtiganda irregularis depositi natura, ad intellectum *text. in d. l. Lucius, cùm concord.* adeò quòd alij affirmarint, transferri ex pecuniæ depositio solius rudis materiæ in depositarium dominium; pecuniæ verò animam, essentiam, siuè valorem penès se deponentem retinere, vt tradit *de Petr. festiu. lect. lib. 1. cap. 12. per tot.* Alij procedere in depositio facto gratia mutui, vel ordinato ad mutuum contrahendum, *Bart. in l. si quis, nec causam, in princ. num. 3.* & 4. Alij præfata Iura non probare, depositum esse irregulare per solam depositionem pecuniæ numeratæ, nisi constet fuisse etiam concessam licentiam vtendi depositario, *Castr. ibidem num. 2. Ign. cons. ciuil. 49. num. 36.* & Alij voluerint, quòd si fiat depositum ad numerum, vel etiam ad mensuram, hoc expresè, vel tacitè acto, vt tantundem reddere sufficiat, adhùc verum, atq; formale depositum dicatur, *Rodrig. de ann. redd. lib. 3. quæst. 11. n. 7.* dicens, quòd licèt transitus dominij, & periculi excedat terminos depositi strictè sumpti; ille tamen excessus, vtĩ valdè modicus, non est considerabilis; tùm quia non respicit substantiam depositi, sed accidens; tùm propter naturam rei depositæ, scilicèt pecuniæ, in qua ob innatam fugacitatem, non corpora, sed quantitas consideratur, *l. in nummis, de iur. iur.* Pro eo tamen, quod ad hanc attinebat thesim, tres constitui conclusiones.

Prima, quòd quando pecunia nu-
111 merata cum onere illam implicandi æstimatur, ac fuisset in sacculo signata, & depositum in specie factum, cuius dominium, nec vsus non transit in depositarium, sed remanet penès deponentem, *Hermosill.* alios laudans ad *l. 2. tit. 3. par. 5. glos. 3. & 4.* qui *nu. 14. & 15.* tradit, quòd quando deponitur numerata pecunia, non deponentis intentione, vt ea vti possit depositarius, sed vt eam solueret ipsius creditori, dominium non est depositarij, sequitur *Salgad. in labyrint. cred. par. 3. cap. 11. num. 23.* Altera etiam deducebatur euidens conclusio, quòd si fiat depositum apùd depositarium generalem, etsi pecuniæ ad numerum deponantur, censentur depositæ, vt species, cùm tale officium creatum fuerit, vt præstet munus custodiæ, *Hermosill. loco citato numer. 9. Salgad. supra num. 24.* Rursùs verè depositum regulare inconcusse esse dicebam, si fuerit pecunia tradita, & numerata titulo depositi causa custodiæ, atquè actum, quòd depositarius illam conseruaret, *Ruin. cons. 108. n. 2. lib. 1. Rodriguez. sup. nu. 11. Hermosill. n. 5. Salgad. n. 25. Valenz. cons. 42. n. 28. lib. 1. Surd. cons. 391. num. 27. Barbos. in l. si mora 10. n. 84. solut. matrim.* Ac tandèm concludebam, vt quoties fiat depositum

Digitized by Google

situm ad numerum, siue tantùm sit data facultas vtendi tacitè per illam depositionem ad numerum, siue sit data facultas vtendi statim in ipso actu depositi, si illud depositum, & pactum factum sit gratia deponentis, id, quod dignoscitur ex qualitate personarum, si illud fiat penès diuitem, quem non est verisimile vlurum dicta pecunia, nec dictam facultatem, vel minimè existimaturum, verum est depositum, & dominium in accipiētem non transfertur, *Bald.* notabili *cons.* 355. *lib.* 3. ex *Purpur.* & *Paris. Barbos. loc. cit. nu.* 81. *Mantica de contract. lib.* 10. *tit.* 9. *n.* 29. & 31. *Trentacinq. var. lib.* 3. *tit. de depos. resol.* 2. *nu.* 7. *vers. hic tertius*, *Gabr. de rebus cred. concl.* 2. *nu.* 18. alios confirmat *Grat. discept. cap.* 174. *num.* 8. & comprobant *Cancer. lib.* 3. *var. resolut. cap.* 8. *de deposito*, *num.* 15. qui concordat *text. in dicta l. Lucius*, & *in l. certi conditio*, §. *fin. cum concord. Ciarlin. lib.* 2. *controu. for. cap.* 156. *nu.* 17. *Gizz. in obseru. ad Capyc. Latro dec.* 48. *nu.* 5.

Nùm verò amplectatur creditores
112 ex causa dotis? inquirunt luriscon-
sulti. Affirmatiuam siquidem aleam in dilatione concessa per viam iustitię insequitur *Prosper Carau. in hoc ritu num.* 19. dicens, non in illa gratiæ, quam tamen pluries vidit ab Excellentissimis Dominis, eiusque Collaterali Consilio concedi anni curriculo, etiam aduersùs dotes, dummodò certum quid interim creditori solueretur. *Carau.* opinio innititur *Glos. in l. si constante*, §. *quoties*, *vers. nec ferenda*, *in fin. ff. solut. matrim.* & non dissentit *Cauens. in hoc ritu num.* 12. ex *Io. Baptista de Sancto Blas. in tract. de priuileg. dot. priuil.* 279. necnon *priuil.* 260. & articulum non decisum dispungit *de Franch. decis.* 219. immemor *Carau.* & de vtroque memores sunt *Visconti ibidem*, *Nunt. Pellic. in consuet. Auersan. cap.* 9. *num.* 133. *Muscatell. cit. prax. S.C. lib.* 1. *par.* 4. *glos. petendo*, *n.* 21. & *in prax. fideiuss. quæst.* 9. *par.* 2. *Galter. cit. loc. num.* 28. *Ricc. collect. decis.* 8. *Apicell. de dilat. quinquenn. tit.* 1. *nu.* 63. latè, & *de morat. Princip. nu.* 19. *Sanctius à Melo in tract. de induc. debitor. quæst.* 8. *num.* 17. *Magretti in obseru. ad Const. pragm. Duc. Sermonetæ*, §. 26. *obseru.* 3. *Genua de script. priuat. lib.* 3. *tit. de liter. iudicial. nu.* 63. *Giurb. dec.* 118. *num.* 12. *Mauson. de caus. execut. lim.* 6. *num.* 73. *Capibl. de Baron. pragmat.* 8. *num.* 145. *tom.* 1. *Reg. Tapia de iur. Regni lib.* 4. *rubr.* 19. *num.* 7. *vers. decimo quarto*, ex *Rebuff. ad Const. Gall. tract. de litter. dilat.* 2. *tom. ex num.* 52. *Modist. var. resol.* §. *lex est*, *disput.* 43. *Io. Coppen. obseru. pract. lib.* 2. *obseru.* 34. *sub num.* 6. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *qu.* 137. *num.* 22. refellens *Cost. de portion. rat. quæst.* 139. *num.* 9. sustinentem simpliciter, non prodesse in debito ratione dotis, vel alitèr priuilegiato, cui *Cost.* inhærent *Anna singul.* 101. *Borrell. ad pragmat. de compromis.* §. 2. *gl.* 1. *n.* 404. occurritque *Merlin. Menoch. de arbitr. cas.* 303. *num.* 16. & 17. *à Cost.* adducto loqui, salvum conductum generale ab omni debito à Principe concessum non extendi contra priuilegiatū, iuxtà *Carau.* sensum, quem tuetur *Gratian. discept. forens. cap.* 222. *ex num.* 32.

Quando causa dotis in Statuto cō-
113 prehendatur? scripsi *in Rit.* 167. *ex num.* 16. *lib.* 2. examinans *Salyc.* axioma *in l. fin. C. de iur. dot.* ab omni nempè generali dispositione dotis causas exceptas esse, quod præcœteris memorant *Præs. S.C. Cauill. de Curte de feud.* 1. *par. cap. declarata*, *ex num.* 38. *pag.* 70. *Surd. decis.* 160. 164. & 287. *Gabriel. de legib. conclus.* 1. *ex num.* 10. opiniones recensens *Vinius opin.* 784. *par.* 2. *Maxill. ad consuet. Bari fol.* 99. *à num.* 8. *Barbos. in l.* 1. *par.* 1. *num.* 17. *solut. matr.* latè *Lelius Altograd. consil.* 53. *ex num.* 39. *lib.* 2. *Genuens. in pract. Eccles. quæst.* 446. *num.* 6. *Imbrian. de primo*, & *secundo benef. consid.* 5. *num.* 38. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 451. *Barz. decis.* 82. *ex n.* 7. confirmant *Bursat.* plenè *cons.* 120. *ex num.* 1. *vol.* 1. *Marc. Ant. Eugen. cons.* 9. *num.* 21. & *cons.* 14. *Raudens. de analog. cap.* 33. *à num.* 22. reprobant *Tiraq. de retract. consanguin.* §. 1. *glos.* 14. *n.* 96. *Vrsil. ad Afflict. decis.* 111. *sub num.* 7.

Natta

Natta cons.52. post n.16. Roland. consil.81. num. 29. vol.2. Suar. in comm. opin.lit.G.num.15. Mascard.de probat. conclus.160. & 164. Honded. cons.14. num.29.vol.1. de Amatis decis.24.col.1. Quo in loco *à num.17.Auimei ad Capyc. decis.9.num.6.& ad Gram.dec.103. ex num.141.* sententiam tuendo sustinui, refutationem feudi puram, ac simplicem, quæ fieret à parente in filium contemplatione matrimonij contrahendi, non indigere regestro in quinternionibus Reg. Cameræ, iuxtà *pragmat.20.de feud.* me ipsum adducentes insequuntur *Dom.Luca ad Franch.decis.286.num.5.& decis.663. D. Consil. Altimar.ad Rouit.cons.32.num.29.lib.1.* & quòd dos, donatioq; propter nuptias sint de Iure ab insinuatione immunes, prout donatio contemplatione matrimonij, *num.34.* scripsi, cuius loci memor est *Præsul D.D.Francisc. Verde*, vir summæ doctrinæ, *lib.2.Instit.lemm.85. de donat.prop.nupt.§.est, & aliud genus, num.770.* confirmant *Martin. Monter. decis. Aragon.10. ex num.1.* nedùm si à patre fuerit facta, sed etiam si ab extraneo, dummodò causa certi matrimonij, decisum tradit *Cons.de Xiarto decis.Sard.40. n.1. Lal.Altogr.cons.7.ex num.30.lib.1.Tiraq.de reuoc.donation.in l.si vnquam, verbo donatione largitus, num.143.post Alex.cons.113.num.22.lib.6.Molin.de Hyspan.primog.lib.2.cap.8. num.14.* & in donationibus, quæ fiunt gratia dantis, & accipientis, idem *Tiraq.* alijs relatis, *cit.loc.num.139.* prout est in donatione contemplatione matrimonij: donat enim pater, vel alius, ad hoc vt dotem pinguem recipiat sponsus, & dotem pinguem dant vxor, & eius consanguinei, vt donationem ille recipiat, qua commodiùs viuere possit cum vxore, *Rimin.iun.in §.1.de donat. num.1298. Soccin. iun. cons.77. lib.1. Menoch.cons.944.nu.10.* & latiùs *consil.261.num.10.lib.3.Bolognett.cons.6. num.49. Fontanell.de pact.claus.4.glosa 29.n.30.* & ante eos *Dec. cons.414. nu.14.vers.Tertiò non obstat, & n.15.* ibi: *Vlteriùs dici potest, quòd in tali donatione facta gratia matrimonij non requiritur insinuatio, Molina de ritu nupt.lib.3. quæst.6.num.104. Surd. decis.214.num.16.vers.& idem est, Fab.* nedùm *in defin.2.* à me adducta in *cit. rit.167.sub num.33.C.de insinuand.donat.* ibi: *Eo quidem iure vtimur, vt donationem inter viuos, quæ in dotalibus tabulis fauore nuptiarum facta est, quantæcumque summæ sit, insinuari nil sit necesse, non solùm quòd fauorabilior esse, publicæque vtilitatis annexam causam habere videatur; sed etiam, quia vix vlla falsitatis, aut fraudis suspicio in hanc donationis speciem cadere possit. Nec clàm dotales tabulæ fieri solent, vt nec ipsum matrimonium*, quam rationem latè prosequitur *Cutell.de donat. contempl.matrimonij tract.1.disc.3.p.6. num.17.* discrimen adducens inter donationem factam à patre, & ab extraneo; sed repetit idem *Fab.defin.7.eod. tit. Cancer. var.resolut.lib.1.cap.8.n.3. Peregr.de fideicomm. art.51. ex nu.65. Tell.Fernand.in l.22. Tauri, num.28. pag.185. col.3. Thomat. decis.Maceraten.77. nu.8.* determinationes in vna Beneuentana donationis 11. Octobris 1581. coràm Gyptio, & coràm Eminent.Mellino in causa Spoletana Terrarum 21.Iunij 1599. & in alia Auximana bonorum 4. Martij 1604. & in altera Camerin.donationis de Octonibus 17.Februarij 1623. coràm Reboldo, sunt relatæ per *Rotam Romanam in nouis. diuers.anni 1636.decis.393.n.4. Ludouic.Bell.cons.125.n.38. Capon.* me adducens *lib.2.discep.113.ex n.28.*

114 Mulier ob vergentiam viri ad inopiam assecurata fuit super territorio alienato per virum costante matrimonio, ad hoc vt de fructibus cum familia ali possit. Conuentus, ac simul possessor territorij offert mulieri soluere dotes, & pretium conuerti in emptionem. Replicatur per mulierem, non dari ius offerendi in iudicio assecurationis, cum non sit restitutio, sed positio dotium in tuto, ex *dec. Afflict. 199. Ofasc.dec.135.de Franch. dec.54.* vbi extendit, etiam si pecunia conuerti posset in emptionem, quæ de facili

prop-

Digitized by Google

propter creditorũ concursum posset euinci, & mulier indotata remanere.

Pro possessore dicitur, fauore suæ possessionis esse admittendum ad ius offerendi, per eamdem *Afflict. dec. 199. in finalibus verbis*, vbi pro possessore asserit, fuisse aliàs per M.C. decretum, ex *l. Paulus, §. qui pignoris, ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu.*

Contrarium videtur magis Iuri cõ-
115 sonum, possessorẽ scilicèt esse excludendum à iure offerendi. Regula enim posita per I. C. *in add. §. qui pignoris*, quo decretum M.C. nititur, generalis est, quòd possessor habet ius offerendi, plures habet limitationes, quas nectit *Capyc. in decis. 41.* præsertim *in 4. limit.* fallit in muliere agente pro assecuratione dotium, necnon ex alia etiam memorata Iuris regula in *l. fin.* vbi *Salic. C. de Iur. dot.* quòd in dispositione quantumcumque generali non comprehendatur dos. Idque ex priuilegio concedi mulieri in præmisso casu assecurationis contra regulas Iuris, dicit *Bald. Nouel. in tract. de dote in 42. priuil. 2. par. princ.* Imò in fauorem mulieris talitèr agentis introductum etiam est, quòd si bona per tertium possessa, super quibus concessa fuit assecuratio, plus valerent, mulier habet electionem offerẽdi supplementum valoris æstimati, & retinendi bona, proùt concludit *Paris. de sindic. in vers. publicatio bonorum, n. 4.* tanto magis, cum ratio, propter quam cessat ius offerendi in iudicio assecurationis, est, quia talis assecuratio non est restitutio; sed positio dotium in tuto pro alimonia coniugum, atq; familiæ, quæ ratio militat, tàm respectu creditoris, quàm possessoris, vnde militare debet eadẽ Iuris dispositio. Ad rem videndi *Morot. de iur. offer. num. 9. ex vers. 6. Gallupp. post prax. de concurs. creditor. in fin. Reg. de Marin. lib. 12. quotid. cap. 20.*

Eodem modo in moratorijs non
116 comprehẽdi debitum Regis, Ecclesię, minorum, venditionis bonorum commestibiliũ, ex causa seminis, locationis, & conductionis, alimentorum, ac laborum personaliũ, censent *Boer. dec. 296. Thesaur. dec. 186. Cassan. de glor. Mundi par. 1. consid. 14. nu. 399. Pech. de iur. sistend. cap. 45. num. 20. Io: Coppen. obseru. lib. 2. obseru. 34. num. 6. Moller. 4. semestr. cap. 6. num. 2. Anton. de Ballis tract. var. lib. 5. tit. de dilat. pag. 220. Vinius decis. 72. Menoch. casu 203. Carol. de Gras. except. 32. n. 31. Genua lib. 3. de litter. dilat. vel morat. num. 67. Diana par. 7. tract. 8. resolut. 28. Gratian. cap. 236. Vrsill. ad Afflict. decis. 5. nu. 2. Iodoc. in prax. ciuil. cap. 70. num. 9.* quidue in causis criminalibus? *Franch. decis. 358. Sanct. à Melo cit. tract. qu. 30. Cappell. Tholos. decis. 28. num. 4. & decis. 134.* loquens in debitore collectarum, *Io: Vincent. Caualer.* apùd *Reg. de Marin. quotid. resol. lib. 3. alleg. 29.* sermonem habens de debitore fisci ex causa mulctarum in cessione bonorũ cum ignominia, discrimen adducens inter mulctam, & pœnam. Iudicauimus propterea in M.C. tutorẽ debitorem ex causa tutelæ non admitti ad cessionis bonorum beneficium, ex *Papon. in tit. de cession. bonor. arrest. 13. & lib. 5. tit. 5. de tutor. arrest. 14.*

Verùm tuendo iura cuiusdam mer-
117 catoris Veneti creditoris recusantis dicebam, illius creditum procedere ex causa venditionis rerum ad annonam pertinentium, sine quibus vix viuere possumus, ita vt vbi agitur de emptoribus rerum commestibilium, animalium, aliarumque rerum à negotiatoribus, vel mercatoribus, qui ex varijs locis adducunt, & annonam ad Ciuitatem confluunt, nullo modo locus sit dilationi, nedùm à Principe concessæ, de qua loquuntur *Boer. decis. 296. cit. num. 6. Luc. Matth. Apicell. tit. 2. de morat. Princip. nu. 20. & Maurit. filius in add. num. 542. Mauson. add. tract. de caus. execut. lib. 6. num. 54. Bouadil. in politic. lib. 2. cap. 16. num. 125.* verùm etiam si concedatur à maiori parte creditorum, vt lepidè obseruat *Apicell. tit. 1. de quinquenn. dilat. n. 120.* protendens, si venditores dederint tempus emptoribus ad soluendũ cum eorum obligationibus, ea quippè

ratio-

Digitized by Google

ratione, *quia non censentur à suis pridiscessisse, nam si emptores tali gauderent dilatione, de cætero retraherentur Mercatores ad ferendum victualia, & alla deseruientia ad victum, & semper sine termino præsenti pecunia venderet, quod redundaret in maximum ipsius Ciuitatis incolarum damnum, & præiudicium esset maximum, quod euitari debet, quia præfertur publica vtilitas priuata.* Hæc *Apicell.* Id quod probarunt in concurrentia creditorum loquentes *Rebuff. ad Const. Gallic. citato tom. 2. tit. de litter. dilat. art. 1. num. 45.* ea fretus ratione, quia homines perirent, non reperto venditore, *Ludou. Mess. in pragm. taxæ panis, conclusio 1. nu. 165. Io: Vinc. Anna sing. 101. Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de solut. resol. 2. num. 15. Reg. Carol. Tapia* alios subnectens casus *add. lib. 4. iur. Regn. tit. de morat. num. 7. vers. 23. pag. 104. Stephan. Gratian. lib. 1. discept. forens. c. 222. n. 34. Cõs. Philipp. Paschal. par. 2. c. 9. n. 69. Anton. Fab. lib. 1. C. tit. 19. de precib. Imper. offer. defin. 11. Gusman. par. 1. quæst. 44. num. 72. de priuileg. pauper.* Nec in dubium reuocari potest, quin appellatione victualium, & rerũ commestibilium non veniant quoque res deseruientes ad vestitum, casus est in *l. verbo victus, 43. ff. de verbor. signific.* in *l. legatis alimentis, 6. ff. de alim. legat. Boer. mem. decis. 296. col. fin.* Accedat, quòd ille mercator erat exterus, de proximo discessurus, nam in hanc Ciuitatem venit animo redeundi, *l. 1. & l. nihil, ff. de captiu. ex postlimin reuers.* huiusmodi enim mercatores assimiliantur peregrinis, *Alex.* post *Innoc. cons. 130. num. 7. lib. 7. Mess. cit. loco concl. 5. num. 138.* & in gratiam mercatoris exteri respondere *Rebuff. num. 35. Reg. Tapia num. 7. vers. 15. cit. in locis.* Eiusmodi autem rescripta notat *Io: Papon. ad Consuetud. Burgun.* §. 67. in eos tantùm creditores exerceri, qui onus moræ ferre possunt; eos enim, qui non possunt, grauandos non esse, aliàs videtur illorũ ius magis euerti, quàm differri, quod Principem velle, credendum non est, *l. 1.* §. *Neratius, ff. de aqua quotid. & æstiu. cap. suggestum, extra de decim.*

Nec iuuat, id procedere in mercatore transeunte, vt censent *Ant. Faber. d. tit. 9. lib. 1. defin. 20.* & *Nouar. ad Franch. decis. 151.* tùm quia *Rebuff.* sermonem habet de mercatore extero simpliciter; tùm etiam, quia dicebatur ille transiens, dum animum habebat redeundi, ex deductis in facto, atque ita eadem militat ratio, quæ in mercatore transeunte, quia nõ præsumitur velle vendere merces, nisi pecunia numerata, vt valeat ad suam patriam redire, vel alio, sua consilia executurus; quod non sequeretur, si stare cogeretur dilationi, & præberetur ansa tollẽdi commercia, & frangendi fidem, qua inter homines nihil debet esse illibatiùs, vt admonet *Cons. Theodor. cit. alleg. 45. num. 4.* Quod tamen obtinere non valui ratione de qua infra.

Aduersus insuper Neapolitanos,
118 quòd moratoria minimè concedatur, potissimùm pro pensionibus domorũ, adsunt gratiæ in *c. 21. & 31.* Regis Federici inter priuilegia Neapolis *fol. 17. & 24.* Magni Capitanei *cap. 37. pag. 36.* Regis Catholici *c. 64. pag. 47.* & Cæsareæ Maiestatis de anno 1554. vt in *cap. 18. pag. 154.* ac in *pragm. 1. de cess. bonor.* de quibus aliqua meminit *Caranit. in hoc ritu num. 20.* & alia refert *Costant. Pap. ibidem, add. ad Afflict. decis. 384. num. 8. Gram. cons. ciuil. 23. Ricc. ad Franch. decis. 219. & collect. 8. Galter. add. loco ex num. 16.* ipsoque *Carau.* relato, *Apicell. cit. tract. de morator. Princ. n. 20. Muscatel. in prax. lib. 1. gl. petendo, n. 20. & lib. 2. par. 3. gl. detinebitur, n. 105. Gipt. ad Capyc. Latr. dec. 45. num. 10. Thor. par. 1. verb. dilatio.*

Hac tamen in thesi aduertit *Decius Fauill. in add. manuscript. ad de Franch. cit. decis. 179.* his verbis: *Adde quòd extat pragm. 1. & 2. sub titulo de cessione bonorum, quas vide, quia duo requiruntur copulatiuè. Primò vt is, contra quem petatur cessio bonorum, vel dilatio sit Neapolitanus. Secundò vt sit ex causa pensionis, his duobus concurren-*

rentibus non datur, sed altero sic; sed ego omnia ista limito, & intelligo, donec debitor in domo conducta, vel censuali habitaret; vel perciperet fructus, vel dolo faceret, quominus &c. secùs si finita locatione, vel bonis discussis vrgeretur ad pensiones praeteritas: tùnc enim, & cessio, & dilatio quinquennalis locum haberent.

Aduertas tamen, quòd quæ dixi-
119 mus, procedũt in moratorijs gratiosis à Principe, vel Iudice impartitis, non de iustitia concessis: veluti instãte maiore parte creditorum contra minorem perperam recusantẽ, *de Franch. dec.179.n.10.* decisionem in contrariũ subnectens, quæ est eadem, quam refert *Additio ad Franc.Anton.de Iudice de liquidat.instrum.consid.4. sub.n.66. pag.79.in princ. Reg. Rouit. in prag.1. de cess. bonor. in princ. Franc. Rumm.* loquens de priuilegio Venetorum (de quo *Gizzarell.dec.70.*) *in add.ad Affl. de iur.prothomis. ad §.7.2.notab. nu.7. vers.licèt secùs, pag.251. de Angelis in prat.sup.d.l.quoties, n.6.pag.161.* Adeò quòd huiusmodi moratoriam de iustitia indistinctè fideiussores comprehendere, etiam si renunciatum fuerit *Auth.praesente, C.de fideiusor.* voluere *Hering.de fideiuss. cap.22. num.82. & cap.27.par.4.num.69. Muscatell. eod. tract.par.2.quaest.9.num.8. Vinn.in iurisprud. contracta lib.3. cap.52. Maul. de cess.bonor.tit.7.num.22. D.Capon.de pactis, quaest.1.nu.37.pag.7.* improbans *Carau. in hoc ritu* aliter sentientem, sed nos inferiùs de hac materia plenè.

Propterea his diebus ad libellã re-
120 uocata fuit quæstio in S.C. referente M.C. nùm bonorũ cessio ignominiosa afficiat Neapolitanos, & debita infra annum contracta? Etenim Dominicus Antonius Granello creditorum mole onustus, illis instantibus, in carcerem detrusus, prospiciens se ipsum in bonis nihil habere, ab inedia præssus, ad miserabile, & acerbũ cessionis bonorum beneficium admitti expostulauit in M.C. instructoque termino summario, vt mos est, M.C. subdie 9. mensis Decembris 1690. decreto fuit admissus ad terribile cessionis bonorum beneficiũ, expleto priùs actu seruata forma Regiæ pragmaticæ. Doctor Hyacinthus Mariconda, vnus ex creditoribus vigore Apocæ Bancalis, & pro causa pensionis domus ipsi debitori locatæ, ad S.C. appellauit, obtinuitque fieri verbum à M.C. in mea Aula, opponendo esse Neapolitanum, tuendo se clypeo duarum *pragm. 1. & 2.cess.bonor.* S.C. re maturè discussa, ratum habuit M.C. decretum, & perpendens longæuam debitoris carcerationem his verbis concepit decretum: *Die 15.Martij 1691. Remissa est causa eidem M.C. & adimpletis adimplendis per debitorem consignetur cartella pro excarceratione,* referente Docto, & Nobili Iudice Dom. D.Octauio de Gaeta, penès à Secretis S.C. & Actorum Magistrum M.C. de Ventre patrocinante eximio, & pio Aduocato D.Ioanne Lucchetti.

Perpensum fuit, binas fuisse formu-
121 las cessionis bonorũ faciendas à debitoribus effectis casu, non autem culpa, non soluendis: Vnam introductam à Iulio Cæsare Imperatore, vt *in l.legis 4.C. qui bon.ced.poss. Sueton. Tranquill. in Iulium Cæsarem cap.42. Petr.Greg. syntagm.Iur.lib.22.cap.14.* quæ communitèr absque ignominia appellatur, finemque præcipuum, ob quem introductum, atque concessum fuit hoc cessionis beneficium, fuisse debitorem à carcere, & ab alijs iniurijs creditorum liberare, ex *l.1.C.qui bon. ced.poss.* & testantur *Iacobus Cuiac.in Paratit.Cod.tit.qui bon.ced. poss. Petr.Gregor.syntagm.Iur.lib.22. c.13. num.1. & cap.14. Dionis.Gottofred.in nouell.135.* Alteram originem habere ab Adriano Imperatore, vt aduertunt *Aelius Spartianus in Adriano*, idem *Petr.Gregor.c.11.n.11.lib.22.* ac etiam *cit.Dionys.Gottofr.* qui iussit, decoctores bonorum suorum in amphiteatro catamidiari: idest deridendos omnibus per theatrum præberi; quam Doctores vnanimitèr ignominiosam cessionem vocant, faciendam à debitoribus varijs formulis, vt diximus *numero*

Digitized by Google

mero 12. Itidem debitorem effectum non soluendo, dolo, culpa, atque fraude, ad prædictum cessionis beneficium non admitti, *l. fin. §. fin. ff. quę in fraud. creditor.* nemini enim dolus, & fraus patrocinari debet, *l. 1. & l. ne ex dolo, ff. de dolo, l. non fraudantur, ff. de reg. iur.* ac illam absq; ignominia non eximere in totum debitorē ab ære alieno, & à solo concedebatur Principe; cùm ignominia verò in totum debitorem, quamuis pinguiorē nactus fuerit fortunam, vt diximus supra *num.*

122 Quin ex verbis eiusdem *prag.* 1. cōstat, Fredericum Regem eiusdē legis conditorem anno 1499. verba tantummodò fecisse de cessione absque ignominia, dum loquitur, his verbis: *Come molti si hanno impetrati da Noi cessione di beni, &c.* De cessionibus impetratis ab ipso Rege Frederico, quæ neque ex parte debitoris impetrantis dici possunt impetrasse animo subiacendi aliquam ignominiam: nàm illæ, quæ erant cum ignominia, tunc temporis fiebant in M.C.V. & ab illa admittebantur, vt aduertit *pragm. 3. de cess. bonor.* sed dicendum est, impetrasse eo modo relato ab Imperatore Iustiniano in *cit. l. cum solito more*, ibi: *Cum solito à Nostra Maiestate petitur, vt ad miserabile cessionis bonorum homines veniant auxilium*: salua eorum videlicèt existimatione, & omni corporali cruciatu semoto. Neque ex parte Regis concessisse cum ignominia, dum superuacaneum erat ad illum recurrere, & illa concessio facta à Principe, gratia ampliùs non esset, sed iustitia, vt notat *Vrsill.* aliique Doctores ab eo relati in *cit. decis. 379.* Postea ita subdit: *Per non poter poi al tempo conseguir quello si deue.* Ecce quòd effatur de cessione absque ignominia: nam si alitèr sensijsset, frustrà essent apposita præfata verba, quæ aliud non exprimunt, nisi quòd debitores obstringebantur soluere debita, non obstante cessione facta, quoties ad meliorem peruenissent fortunam, ex eo quia, qui ignominiosè cedit, in totum liberatur, itaùt ad solutionē nullo vnquàm tempore teneatur.

123 Pręterea alia quippè ratione memoratam *prag.* minime verba fecisse de cessione ignominiosa dicendum; aliàs enim debitor mendicus in carcerem detrusus, fame periret, ac animam efflaret, quod inhumanum est, atque inauditum, vt pluries supra in hoc *Rit.* diximus, & hāc aleam in proprijs terminis memoratæ *pragmat.* 1. sustinent *Thor. in compend. dec. tom. 3. par. 2. verbo Neapolitani Ciues, & de Luca ad Franch. decis. 179. num. 3.*

Vlteriùs adiungebatur, non esse ampliùs ambigendum, quòd *pragmatica predicta* sermonem contulisset de cessione absque ignominia, ex eo, quia idem Fredericus Rex anno 1496. inter priuilegia, & capitula concessa huic Ciuitati Neapolis, & propriè in *cap. 33.* expressis verbis statuit, quòd licèt cessiones bonorum contra Neapolitanos effectum habere non deberent; tamen hoc coarctari, nisi cum ignominia fieret cessio, dum dixit: *Item, che tutte le dilationi, e cessioni di beni, ò quinquennali, non habbiano effetto contro Napolitani, eccetto quelli si facessero con ignominia.*

124 Nec officit dicere, verba *capituli* iam dicti ei non obstare, dum *citat. pragm.* 1. desumpta de verbo ad verbū à gratia Ciuitati Neapolitanæ impartita ab eodem Friderico Rege in anno 1499. tribus annis post capitulū 33. enarratum, in illa non legitur, solùm dixisse de cessione absq; ignominia, sed loquitur generalitèr de cessione, proindè tàm absque, quàm cum ignominia, & consequentèr sit dicendum, *capitul.* prædictū fuisse ab eodem Frederico reuocatum, dùm prius perposterius reuocatum censetur, *l. pacta nouissima, C. de pact. Institut. ciuil. lib. 2. tit. de testament. §. posteriore.* Etenim nō est simplicitèr vera propositio illa, posteriora derogare prioribus, sed intelligenda est, quatenùs fuerit dictum, velle reuocare, ac derogare priora, vel essent inuicē posteriora prioribus incompatibilia, admonent perbellè *Alex. cōs. 22. n. 2. vol. 2. Decian. in l. pacta*

Digitized by Google

nouissima, *num.5. & 10. C. de pact.* & subdit, locum habere in quacumque materia, quem insequitur *Natta consil.176.num.5. & Cancer,variar.resol. lib.3.cap.3.num.311.* Et reuocatio generalis non sufficit, sed expressa, & specialis requiritur prioris legis, ad hoc vt illa reuocata, atque derogata dici valeat, *DD.* apùd *Præsid.de Franchis, & add.decis.399.*

Cum enim in supradicta Gratia, atq; Priuilegio concesso à Rege Frederico anno 1499. nullum verbum dixisse legitur, neque generalitèr, neque specialitèr, de moderatione *capit.33.* Ideò dicendum, prius priuilegium non fuisse per posterius derogatum, sed in sua firmitate permansisse; id quod insinuasse videtur *Decius Fauilla in addit.manuscript.ad decis.de Franch.179.* ibi *num.10. ha litera Regis Friderici in anno 1599. sunt inter capitula Neap. fol.31. à ter. vbi additio refert, tribus vicibus esse decisum in S.C. sed per capitula præcedentia eiusdem Frederici concessa Ciuitati in anno 1469. fol.24. à ter. cap.33. generalitèr omnes dilationes quinquennales, & cessiones bonorum, nisi cum ignominia, sunt prohibita contrà Neapolitanos,* nec non *Constant. Papa in hoc Ritu.*

Aliud obiectum *ex pragm.2. eod.tit.* 125 *de cess. bonor.* de qua memini supra *num.39.* sua macerie diluitur: quamuis enim negari non possit, debitum prædictum fuisse contractum à Dominico infra annum; nihilominùs perpendentes decidendi rationem legis enarratæ, diximus non obstare, etiam ex eiusdem *pragm.* verbis: *Per quanto siamo informati, molte persone non temendo Dio contro della lor conscièza contrattano, e pigliano mercantie, & altre cose, cum animo defraudandi,* fuit illa fraus præsumpta, quæ resultat, eo ipso quòd debitor admitti petit ad hoc beneficium cessionis bonorum infra annum. Voluit enim *pragm.* quòd illud onus probandi fraudem ad creditorem pertinentem, sit debitoris probandi illam non adfuisse, neque decoxisse dolo, aùt supina negligentia, sed tantùm casu, & ictibus fortunæ, ad hoc vt esclusa ratione legis, debitor ad cessi onem faciendam admitti possit; satis hoc authoritate *DD.* perbellè ostendit *Cancer.var. resol.lib.2. cap.9. num.48.* his verbis: *Vnum tamen est, quod cùm fallitè, vt plurimum, & iuxtà cõmunem consuetudinem, sint fraudatores, vt notat Brun. à Sole d.n.35. & Bald. cons.382. lib.5. vbi dicit, hanc esse optimam consequentiam, si fallitor, ergò defraudator, sequitur Natta consil.361. nu.7. cùm præsumptio sit contra fallitum, qui vult dicere vitio, & ictibus fortuna se decoxisse, debere id probare, & ita in expresso tenent Brun. à Sole d. num.35. & Matthæus Brun. de cess. quæst.5.* In hac thesi fuit deductũ, Antonium Graniello debitorem reddidisse se ipsũ non soluendo, non dolo sed casu fortuito; non fraude, sed fortuna aduersa; adeoùt in carceribus eleemosynalitèr viuit. Remota propterea fraude, & cessante animo defraudandi, cessat, atque remouetur etiam, & lex ipsa.

Et si tempore huiusmodi dilationis, siue etiam alterius à Principe conces- 126 sæ, debitorem ipsum obire contingat, illius hæredes pro temporis residuo gaudere haùd valere, sed compelli statim posse à creditoribus, decisum refert *Præs.de Franch. decis.179.* in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, confirmant *de Græs. excep. 32.num.47. Thor.par.3. compend.verbo hæres*, loquens in illa concessa ob incendium Montis Vesuuij, *P.Merolli. tom.3.Theolog.moral.disp.6.c.8.n.321.* In qua *Præsid.decis.* anceps est *Muscatel.par.4.glos.petendo, num.22.* ex *Affliict.decis.288.num.3.* qui voluit, hæredi esse impartiendam dilationem, & *Muscatel.* insequitur *Apicell. tit. 2. de dilat. quinquenn. num.136.* Quò verò ad hæredem absque huiusmodi beneficio, nil decisum refert *cit.de Franch. num.* 8. sed in ipsius hæredis gratiam respondere videtur. Oppugnant *Apicell.cit.loco num.14. Paschal.par.2.c.9. n.66.* & vtramq; opinionem probabilem præconizat *Merolli. cit. loc.n.296.*

Tem-

Digitized by Google

Tempus quinquennalis dilationis, si
127 quæratur, quando incipiat? currere dicas respectu non concurrentium à die interpositi decreti, *Cyn. Bald. & Iacob. in l. fin. de repud hared. Alex. in l. 4. §. si quis condemnatus, ff. de re iudic. Guid. Pap. decis. 109. Carocc. excep. fin. num. 40.* respectu verò concurrentium à die oblatæ dilationis, nè repugnantia reluctantium eis noceat, arg. *l. intra vtilem, ff. de minor.* An verò durantibus inducijs possit debitor alienare ex quocunq; titulo, tàm lucratiuo, quàm oneroso, bona, quæ habet? & an tertij possessores, qui vel scientèr, aut ignorantèr bona possident, tuti remaneant? inquirunt *Oldrad. cons. 159. num. 8. Card. Tusch. lit. A. concl. 258. & lit. E. concl. 112.* amplians regulam affirmatiuam, *Suarez de Pax in praxi 3. tom. cap. 2. §. 3. Pereyra de Castro decis. Lusitan. 49. num. 4.* differentiam nectens inter actionem Paulianam, ac Fabianam, & fraudatorium edictum, ac perbellè dispungit *Sanctius à Melo vitat. tract. de inducijs debitor.* integra quæst. 23. cuius meminit *Laganar. ad Rouit. in pragm. 3. lit. A. de cess. bonor.* nosque supra *num. 30.* tangimus in cessione bonorum.

Fideiussoribus autem nùm prosint?
128 inquirit *Barz. decis. 78. à num. 4.* & decidit negatiuè *num. 15.* Sed contradicit *Faber. defin. 14.* cum tamen illis sunt conceptæ verbis, vt fideiussorum quoque mentio fiat, sicut ille declarat in *glos. num. 2.* alioqui personam debitoris non egredi, ipse quoque probat; Sed indistinctè ad fauorem fideiussoris determinauit Sardinense Prætorium die 20. Septembris *1632.* teste *Consil. D. Io: de Xart. ad capit. seù acta Cur. Regni Sardin. lib. 1. tit. 6. cap. 5. num. 11. pag. 217. Thor.* decisum scribens *par. 1. compend. verbo, Dilatio, & in supplem. decis. verbo Itidem dilatio*, non dissentiunt *Treut. par. 2. disp. 24. de benefic. cred. th. 4. Io: Coppen. cit. obseru. 34. sub num. 6. Card. Mantic. de tacit. & ambig. contr. lib. 16. tit. 15. Vrsill. ad Afflict. decis. 288. num. 1. Bursat. cons. 214. n. 29. lib. 2. Fontanel. decis. Cathal. 471. 472. & 473. lib. 2.* idque verum, quoties fideiussores condemnandi contra principalem essent habituri regressum, nè per indirectum ipse debitor molestetur, notant *Iaf. in l. si cum procurator, ff. de re iudic. Felin. in cap. 2. num. 34. extr. de sponsal. Franc. Bursat. cons. 274. num. 29. lib. 2. Marc. Ant. Bard. in tract. de temp. vtil. & contin. num. 10. Henring. de fideiussor. cap. 27. ex num. 69. par. 4. Apicel. tit. 1. num. 81. in fin.* & non contradicere *Carau. in hoc ritu, num. 16.* indicat *D. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap. 133. sub num. 20.* & ad *Reuert. decis. 406. num. 2. Card. Io: Bapt. de Luca de credit. disc. 98. Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 9. num. 7. Gallupp. in prax. par. 1. cap. 6. num. 24. Hodier. ad Surd. decis. 301. num. 2. D. Cons. Staiban. resolut. forens. resolut. 46. Auus meus ad Gramm. decis. 82. num. 19.* notans, fideiussorem, sicuti hæredes, nõ posse conueniri ante exequias, & infra nouem dies à tempore mortis principalis debitoris, ad *l. 2. C. de in ius voc. Suarez ad lect. l. post rem iud. ampl. 5. num. 3.* & ad *text. in §. meminimus, Auth. vt cum de app. cogn. Mocc. cap. 47.* tradens, fideiussorem hæredis cum beneficio *l. & inuentarij* nomine proprio obstricti, absque renunciatione decreto generali quatuor aularum, de quo *Regens Capyc. Latro tom. 1. consult. 31.* non teneri, nisi in quantum facere potest, *Roman. singul. 633.* sermocinans, si debitor promisisset indemnitatem fideiussori; atque ideò traditur cautela, vt principalis sumat defensionẽ, quoniã tunc vterque gaudebit, *Gypt. ad citat. decis. 45. Reg. Capyc. Latro n. 5.* necnon latè *Tondut. de pruuent. par. 2. cap. 18. num. 8.* loquens quoque de cessione bonorum facta per principalem, nùm inuet fideiussori? ex *Franc. Marco decis. 313. num. 2. par. 1. Donad. de renunc. lib. 1. cap. 2. num. 98. Ann. alleg. 17. Salgad. in labyr. cred. par. 2. cap. 30. ex n. 31. Vrsill. ad Afflict. dec. 5. n. 3. & dec. 206. num. 3. Trentacinq. lib. 3. var. cap. de solut. resol. 1. ex num. 25. de Rosis select. iur. obseruat. cap. 65.* memor *Carau. in hoc ritu, Rosignol. in praxi theolog. legal.*

Digitized by Google

gal.in tit.de locat.& conducto, &c. contract.12.tit de fideiuss. & assec. S.9. inquirens, an principale debitore bonis suis cedente fideiussor sit liberatus? & *quæst.* 10. an rei iudicatæ exceptio contra creditorem prosit etiam fideiussori? ac alias subnectit quæstiones fideiussorum materiam tangentes.

Nil propterea mirum, si beneficium
129 dilationis, quod obæratis captiuis concedi solet qualibet die Saturni in visitatione M.C. vt scilicèt in fine cuiuslibet mensis certam summam soluant eorum creditoribus, etiam Neapolitanis, *Thor.par.3.verb.Neapolitani* ad fideiussorem extendatur, teste eodem *Reg.de Marin. cit.cap.*133.*nu.*2c. *in fin.* Et fideiusor adstrictus infra mensem de præsentando debitorem intus carceres, haùd tenetur, si intra mensem debitordilationem quinquēnalem obtinuerit, idem *de Marinis add.loco sub num.*11.*vers.quibus rationibus*. Sunt qui dixerunt, II.CC. dissidentium antinomias conciliari posse: nempè affirmatiuam procedere respectu creditorum concurrentium, negatiuam verò non concurrentium, ex *text.l.si pratendente*, §. *Lucius, ff.mand. Cremens.sing.*22.*Matth.Vila sing.*204. *Gras.cap.*32.*n.*58. *Fontanel. dec.*472. *n.*20. Sed non benè loquuntur: quemadmodum enim reluctantes obseruare obstringuntur dilationem à maiori parte creditorum debitori elargitam; ita paritèr tenentur seruare fideiusoribus, dùm in vtroque eadem vrget ratio, *l.illud, ff.ad l.Aquil.* ac vbi militat eadem ratio, adesse dicitur eadem lex saltim comprehensiuè, *l.his solis, vers. satis etiam C.de reuoc. donat. Tiraquel. in l.si vnquàm, verbo libert. ex nu.*45. *C.eod. Surd. decis.*276.*num.*8. *Guttier. pract.*3.*quæst.*17.*ex num.*84. & notant *Staiban.*1.*resolut.forens.cap.*46.*& Salgad.par.*2.*cap.*30.*à num.*26.

Enarratis concinit altera conclusio,
130 huiusmodi fideiussorē exemptū esse, si præsentandus post cautionem præstitam, Clericus effectus esset, quam statuunt *Bald.in l.si filius, ff.de tutel.& ration.distrah. Boss.tit.de carcer.fideius. comm.num.*42. *Farinacc. tit. de carcer. & carcerat.quæst.*34.*num.*38. *Reg.Sanfelic.decis.*2.*ex num.*20.*ad* 26. *lib.*1. *& decis.*158. ac 159.*lib.*2. *Reg.de Marin. indic. cap.*133. & ipse dixi in *rit.*148. *sub num.*45. potissimùm ex *Guazzin. in tract.ad defensam, cap.*4.*num.*47. qui *num.*6. dicit, contrariæ aleæ fuisse in *tract.de caut.de non offend.par.*2.*qu.*21. *num.*5. §.3. Quidue in fideiussore de præsentando, vel de soluendo? inquirunt *Ann. cons.*82. *Muscatell. in prax. fideiuss.par.*2.*quæst.*9.

Extendunt principalem conclusio-
131 nem ad Conreum quoq; insolidum obligatum, vt moratoria Conrei fruatur, *Cons.Staib. cit.resol.*46. & *Anich. de præuent.cap.*2.*quæst.*7.*nu.*33. quorū quidem alea simplicitèr intellecta nō arrisit *Bartol.in l.ex duobus, num.*22.*ff. de duob.reis, Francisco de Arct.cons.*33. *num.*3. *Surd.cons.*327.*num.*20, *Fabr.de coniect.lib.*11. *cap.*14. *Mart. decis. Pisan.vot.*44.*num.*2. *Cons.Arias de Mesa lib.*2.*variar.cap.*13.*num.*14. *Apicell.in tract. tutamen pauperum, tit.*1.*de dilat. quinquenn.num.*45. *versic.& quadicta sunt de duobus reis, & versic. & licèt Bartolus*, & non videntur dissentisse *Sanct.de Mel.in tract.de inducys debit. quæst.*25.*sub nu.*15. & *Salgad.in labyr. credit.par.*2.*cap.*30. *ex num.*3. Duo siquidem insolidum obstricti dicuntur duo Conrei, & vnius obligatio minimè est accessoria alteri; Hoc enim ius duorum Reorum est, vt vnusquisque insolidum deuictus possit ad solidum cogi, *l.*3.§.*vbi duo rei, l.eamdem* 9. *& l.reos* 11.§.*cum tabulis, ff.de duobus reis*; Proindè duo principales debitores meritò nuncupātur, & electio est creditoris, quem eorum conuenire velit. *adducta l.*3. *cit.* §.*vbi duo*, plenè *Alex. cons.*29.*nu.*35.*lib.*5. & alij apùd *Cons. Arias de Mesa cit.cap.*13. *nu.*20. Ideòque exceptio, quæ vni competit (si tamen realis non sit) alteri non refragatur, *l.tandèm*, 9. §.*fin. ff. de duobus reis, Ronchegall.in l.si ex duobus, n.*12. *ff.eod.tit. Mantic. de tacit. lib.*15.*tit.*3. *nu.*28. *Arias de Mesa cit.tract.variar. cap.*14.*num.*8.

Hinc

Digitized by Google

Hinc inter duos Reos debendi, si
132 contractus sustineri nõ potest ex aliquo priuilegio Iuris in alterutrius persona, validè sustinebitur quòad alterum, post *Natt. Caualc.* & alios, *Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 6. num. 17.* ibique *Cons. Pratus ad num. 15.* Indè est, quòd etsi ex Hyspana *l. 1. tit. 6. lib. 5. recompil.* sancitum sit, vltra legitimam, patrem filiç in dotem dare non posse, contractus alitèr nullos declarando, quæ quidem lex complectitur fideiussorem ex eius accessoria obligatione, per *l. cum lex 24. l. qui contra, ff. de fideiuss. l. fideiussor, ff. de donat.* attamen non complectitur principalem insolidum adstrictum cum patre, vt aduertit *Baiezza de non melioran. cap. 35. num. 12.* ex dictis per *Enric. de fideiuss. cap. 11. num. 126. Surd. cons. 218. n. 16. & cons. 327. num. 32. Marta vot. 44. num. 2.*

Ex quibus liquidò constat, quòd
133 exceptio vni ex Conreis competens, quæ non sit realis: nempè tangens quidditatem debiti; vel nisi ipsi Conrei socij sint, nullo pacto alteri Conreo opitulari potest, *text.* est peregrinus in *l. si duo, 10. ff. de duobus Reis*; confertque alter in *l. si duo Rei, 39. ff. de recept. arbitr. l. 4. §. nunc, ff. de liber. legat.* Socij autem in hac thesi non dicuntur, ex quo cõmunitèr contrahũt, aliàs semper quidem Conrei socij dicerentur; sed sunt tales, quando antecedentem societatem omnium bonorum, vel eiusdem obligationis inijssent, hoc expressè acto, vt omne commodum ex huiusmodi societate manans, commune sit, quia accipiebatur mutuo pecunia in causa ipsius societatis inter ipsos contractæ, *glos. in cit. l. 4. §. nunc, verb. socijs, glos.* magna *in l. vir vxori, §. mulier, & Titius, verbo intercessionem. ff. ad Velleian. & Bart. in l. ex duobus, 16. n. 32. vers. 6. quaro*, de duobus Reis sermocinans, ait, pactum vni ex Reis debendi factum prodesse alteri, si socij sint, aliàs secus; notatque *Apicell. cit. loco, Bartoli* effatum intelligendum quoque fore, concessa per sententiam dilatione: cum factum Iudicis dicatur factum partis, *l. si ob causam*, & ibi *Bald. C. de euict.* In duobus verò Reis non socijs, alter non potest aliquid ab altero petere, nisi soluat plus medietatis, quæ ad vnumquemque spectat, cum inter se fideiussores dicantur. *l. 1. & 2. C. de duobus Reis, de Franch. decis. 476. num. 1. Reg. Rouit. decis. 47. num. 7. Reg. Capyc. Latr. consult. 89. à num. 5. lib. 2. Olea de cess. iur. tit. 5. à num. 6. Amat. variar. resol. par. 1. resol. 37. à num. 32.*

Hanc opinionem probauit noster
134 Senatus: nàm relaxatis literis exequutorialibus cõtra Antonium Passaro, & Nicolaum Celentano in solidum obligatos, instante D. Io. Baptista de Sãgro pro ducatis quatuor mille, & concessa à creditore dilatione ad soluendum Nicolao prædicto, petijt creditor cogi Antonium ad solutionem saltim portionis ad se spectantis, sicque obtinuit à M.C.V. Et relata causa appellationis in S.C. prouisum extitit, quòd pendente dilatione concessa Antonio non molestaretur Nicolaus insolidum obligatus; à quo decreto producto reclamationis remedio, relatore D. Cons. D. Fuluio Caracciolo, tunc ipsius M.C. Iudice, in Aula Dom. Consil. Erasmi de Ponte cum interuentu Spectabilis Præsidis S. C. manauit scitum die 16. Februarij 1679. quòd *suspenso decreto S. C. exequatur decretum M.C.* penès à Secretis S.C. in Banca Bruni Act. Mag. M.C.

Quòd si induciæ impetratæ forent
135 post contractam moram à fideiussore, minimè eximitur per mortem, vel aliud principalis impedimentum, *Cacheran. decis. 48.* aliàs 49. & declarat *Em. Card. de Luca de credit. disc. 94. nu. 12.* post *Rotam decis. 224. par. 9. & decis. 346. par. 6.* & refert *D. Carol. Ant. de Luca in addit. ad obseru. decis. 400. Præsid. de Franch.* ac insupèr *Antonius Sousa decis. Lusitan. 99.* decisum recenset in illo Consilio, fideiussorem de representando debitorem fisci satisfeciisse tradendo carceratum mortuũ, ex *l. si decesserit 4. ff. qui sat. sid. cog. Guazzin.*

Digitized by Google

cin.ad defens.reor.defens.6.cap.4.n.44. Reg.Valenz.cons.16.ex nu.17. quamuis fideiussio fuisset de representando infrà menses, & representatus fuit mortuus longè post annos, dum non fuit interpellatus, ex *Roland.cons.58. num.14.vol.1.* & *Guazzin. add.cap.4. num.213.* qui cum *Baiardo* occurrit obiecto regulæ, quòd dies interpellat pro homine, vt locum illa vendicet in iudicialibus, non in extraiudicialibus; cautique propterea Iudices addunt cautioni clausulam, vt representet etiam irrequisitus, *Farinacc. in prax.crim.lib.1.tit.4. de carcer. qu.34. ex num.133.* & videndi *Anton.Gomes. var.tom.3.cap.9.num.9. Facchin. lib.9. cap.77. Giurb. cons.33. ex num.5. Noguerol.alleg.6.num.82. Cancer. variar. par.2.cap.5.num.136. Pyrr.Maur.de fideiuss. 2. parte princ. sect.10. §.24. ex num.33.*

Verùm in causa Venerabilis Mo-
136 nasterij Clericorum Regulariũ Minorum Diuæ Mariæ Maioris, hæredis Isabellæ Borrello, cum Curatore, & Creditoribus hæreditatis V.I.D.Mutij Borrelli, dicebam, quòd licèt in legato specici à die mortis testatoris illius fructus debeantur, *Couarr. in cap. Raynaldus, §.1.n.3. & lib.1.var.cap.3. num.5. Gras.§.legatum, quæst.71. Honded.cons.62.num.8.vol.2. Surd.dec.20. num.19. Gratian.decis.153.n.8. Giurb. dec.97.n.1.* quoniam dominium rei legatę ipso iure ab obitu testantis in legatariũ transit, ex *text.in l.à Titio, ff.de furt. l.Herennius 42. ff.de vsur. l.quæsitum 40. ff.de acquir.rer.domin.* & adita per hæredem hæreditate retrotrahitur actus ille ad tempus mortis, & sua primæua principia, censeturque à dicto tempore legatario acquisitum, *Mart.de succes.legal.par.4.q.18.art.8. nu.9. Giurb.cit.loc.nu.7. & 8.* Attamen in legato ad certũ diẽ, à die moræ sine interpellatione illud debetur. Quamuis enim à die litis contestatæ tantùm nonnulli dicant, ex *l.1. & 2.C.de vsur. & fruct.legat.* si ante litis contestationem mora intercesserit, ab ea die illud debetur: præfata enim Iura in *l.1. & 2.* accipienda sunt, vbi nullam moram ante litis contestationem hæres interposuerit, *glos.in cit.l.1.verb.contestata*, vbi *Bart. Bald.* & cœteri, & in *add.l.2.vers.post litem, Hottom.de vsur. cap.4. in princ. Ant.Fab. de coniectur. lib.7.cap.3.ex n.1.* Ac propterea quando legatum certo tempore soluiá testatore mandatum fuerit, absque litis contestatione, & interpellatione illud deberi statim atque cesserit præfinitũ tempus, in illa hypothesi Monasterij respondebam, cum aduenient dies constituatur hæres in mora, atq; ab ea interpelletur, vulgata *add.l.magnam, C.de contrahen. & committ.stipulat.* ex *Caualcan.dec.28.num.10.vol.2. Carol. de Gras.excep.31. num.137. Ano meo ad Gramm. decis.27. num.5. Marta de succes.legal. par.4. quæst.18. artic.12. num.152. Io.Bapt.Staiban. de interess. lib.2.tit.5.quæst.vnic.num.30.* & *Cons. Rocco par.1. respons. 65. lib.1. num.1.* concinitque *text.* expressus in *l.sancimus, 46.§.supra autem, 4. C.de Episcop. & Cleric.*

Quibus non refragatur, quòd Fa-
137 *ber in suo Cod. defin.10. lib.6.tit.26.* contrariam sectatus fuerit aleam: scilicèt in legato in diem relicto non deberi interesse ex diei lapsu, sed dumtaxàt ex die petitionis, quoniam non potest in legatis dies interpellare pro homine, & prius est, vt legatarius velit legatum agnoscere, quàm vt hæres sit in mora soluendi. Quandoquidem illius assertio communi repugnat sententiæ, nec rationes, quibus nititur, conuincunt: quod enim priori loco adstruit, in legatis diem haùd interpellare pro homine, quasi in causis tantùm fiscalibus, & pœnalibus id constitutum fuerit, ex *dicta l.magnam*, falsum manifestè deducitur: cum generalitèr id vigeat in quocunque actu, & siue à contrahentibus, siue à Iudice, siue à lege dies adiecta sit, semper illius lapsu mora committitur, etiam non interpellante creditore, *l.vinum, ff.si.cert.pet. l.pecuniæ, 9. §. vsurarum; ff.de vsur.l.3.ff.de in lit.iurand.* Idquè procedere, tàm in contractibus stricti

iuris

iuris, quàm bonæ fidei, & tàm in obligationibus ad dandum, quàm ad faciendum, tradunt *DD.* in memorata *l. vinum*, *Mascard. concl.* 934. *n.* 35. *Staiban. cit. tract. quæst.* 21. *num.* 8.

Eodemque modo sua macerie di-
138 luitur aliud obiectum: cõstitui nempè in mora hæredem non posse, antequàm velle legatum legatarius declaret. Etenim cum legatum recta via à testatoris obitu in legatarium transeat, eique etiam ignoranti acquiratur, *l. cùm pater*, 77. *§. surdo, & muto, de leg.* 2. *l. filius familias*, 16. *ff. qui testam facer. poss. l. si partem*, *§.* 1. *ff. quem adm. seru. amitt.* omninò dicendũ consequitur, quòd quęsitũ dicitur, ac verè est, nisi legatarius defuncti beneficam voluntatem repudiet, irritamq; ac demortuam cum Domino velit, *l. legatum*, 82. *de legat.* 2. vbi satis perbellè *Papinianus l.* C. sic ait: *Quod si res purè relicta sit, & legatarius non repudiauerit defuncti volũtatem, recta via dominium, quod hæreditatis fuit, ad legatarium transeat*, & addit *Vulpianus in l. seruum filij*, 46. *§.* 1. *de legat.* 1. *Quia ubi legatarius non repudianit, retro ipsius fuisse videtur, ex quo hæreditas adita est.* Ac propterea cum tradidisset idem I. C. in *l. magis puto* 5. *§. fundum autem*, *ff. de reb. eor. qui sub tutela*, pupillum non posse repudiare legatum sine Prętoris authoritate, rationem subnectit: *Esse enim, & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat.* Nec aliud efficit agnitio, nisi vt acquiratur legatum irreuocabilitèr, & nequeat ampliùs repudiari, *Giurb. decis.* 97. *num.* 7. *Mart. cit. art.* 8. *num.* 9. *Staiban. mem. loc. ex num.* 15. *Mantic. de coniectur. lib.* 7. *tit.* 10. *à num.* 3. *Osuald. Hilling. ad Donell. cap.* 18. & idem *Faber. de coniect. lib.* 8. *cap.* 19. explicat, non esse necessariam agnitionem legatario ad acquirendum dominium, sed esse necessariam repudiationem ad hoc, vt dominium ignoranti quęsitum, ab eo discedat, & ad hæredem recurrat. Eadem ratione in legato facto minori, Ecclesiæ, vel alteri piæ causæ, interesse deberi absque interpellatione, receptum fuit, ex *l. in minorum* 3. C. *in quib. caus. non est necess. in integ. restit. l. cum quidam*, 17. *§. si pupillo*, *ff. de vsur.* quia illorum fauore ipso iure mora contracta intelligitur, *Menoch.* post alios, *de arbitr. Iudic. cas.* 256. *Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 10. *ex num.* 27. *Giurb. dec.* 97. *n.* 13. *Io. Bapt. Staiban. tit.* 5. *quæst. unic. n.* 31. idem *Fab. in* C. *lib.* 6. *tit. de vsur. & fruct. defin.* 12. *&* 14. & de legato ad pias causas *defin.* 3. & pro dote *defin.* 8. *R. Rouit. decis.* 90. *R. de Marin. ad Reuert. decis.* 62. *num.* 2. *& lib.* 1. *resolut. cap.* 200. *num.* 2. ac pro legitima, *Præs. de Franch. decis.* 575. *&* 583. *num.* 3. *Reg. Rouit. cons.* 20. *nu.* 8. *lib.* 1. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 1. *ex num.* 3. *Præs. Merlin. cent.* 2. *controu. cap.* 11. *numer.* 23. *Reg. de Marin. loc. cit.* Si igitùr prædictis absque litis contestatione legati interesse debetur, quoniam mora ipso iure contracta censetur; cur non idem censendum in legato ad certam diem soluẽdo, cum ex lapsu diei, exploratum sit, debitorem in mora constitui, ex *add. l. magnam*, C. *de contrah. & comm. stipulat.* quam exornant *Roland. à Valle cons.* 98. *num.* 3. *lib.* 2. *Giurb.* post alios, *obsern.* 1. *ex num.* 1. *Rot. Ianuens. dec.* 139. *in princ. Gabriel. comm. conclus. lib.* 3. *tit. de solut. concl.* 9. regulę septem ampliationes, ac viginti restrictiones subnectens, *Antonell. de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 3. adeo quòd fortior sit dies ad constituendum in mora, quàm interpellatio, scripsit *Ias. in l. si ex legati*, *num.* 12. *ff. de verb. oblig.* quia dies non expectat post lapsum ipsum debitorem, interpellatio sic; & quia ignorãtia diei non excusat, ignorantia verò interpellationis excusat, vt pulchrè scribit *Card. Tusch. pract. concl. verb. dies interpellat*, *concl.* 408. & propterèa *Mazol. cons.* 15. *ex n.* 74. dicebat, quòd dies à lege præfixus nedùm ita interpellat, sicuti expressus ab homine; sed etiam magis interpellat, etiam si dies sit incerta respectu quando, si modò sit certa respectu an, & ideò si quis promittat soluere mille, statim defuncto Caio, licèt sit incerta dies mortis, quia tamẽ certa est mors,

exti-

Digitized by Google

extitura, statim mortuo Caio, & debitor sit conscius illius mortis, contrahitur mora, die interpellante, ex *Bald. cons.*479. *lib.*1. & ita re plenius ad libellam reuocata censuit Senatus in memorataPatrum causa die 5.Iunij 1665. relatore D.Cons.& Præs. R.C. Ortensio Pepi, in Banca Clauelli.

Indè est,debitorem statuto tempo-
139 re haùd soluentem ad interesse teneri, *Bartol. in l.*3.§.*in hac actione*, *ff. commod. Felliuc.tom.*2. *tract.*33. *cap.*9. etiam si elapso termino creditor non vrgeat: petit enim ipse terminus, *Benacin.de contract. disp.*3.*qu.*3. *punct.*4. *num.*4. P.*Diana in summ.par.*1.*verbo*, *Debitor*, *Antonell. add. cap.* 3. notans *num.*20. quòd promissa solutione in Paschate, & abinde in antea ad creditoris petitionem, dies Paschatis interpellet, ac si simplicitèr fuisset facta promissio, ex *Alex.in l.cum stipulatus*, *n.*6.*ff.de verbor.oblig.* Vndè in nostris Tribunalibus inoleuit praxis cõdemnandi debitores ad soluendũ interesse à die effluxi termini, quod negare in praxi non valuit *D.Cons.Hodiern.controu.forens.cap.*16. qui in illo casu in contrariam aleam calamum arripuit, inhærens, præcœteris, *R.P. Ioseph de Iannar.in Theolog.responsa.cap.*9. dummodo non sint diuersi fori debitor, & creditor, tunc enim interpellatio exquiritur, & quod in loco sit creditor tempore destinato, aliàs dies minimè interpellat,*Mazol.cons.*37.*ex n.*15.

Hinc fructus perceptos post ceden-
140 tem diem fideicommissi,& conditionis euentum, venire in restitutione fideicommissi, scripsere *DD. in l. in fideicommissariam*, *ff.ad Trebell.Cephal. cons.*215.*nu.*48 *lib.*2. *Burs att.cons.*75. *nu.*25.*lib.*1. *Menoch.de arbitr.cas.*256. *n.*25. *Marz.in epit.de fideicomm.par.*3. *quæst.*63. *Cras.*§.*fideicommissum*, *quæstion.*49.*num.*4. *de Præt. de interpr.vltim.volunt.pag.*347.*num.*6. *Peregr. de fideicomm.art.*49.*num.*85.*par.*3. *Fusar. de substit. quæst.*626. *num.*46. id coarctans,si hæres non fuerit in mora restituendi,sed fideicommissarius fuerit in mora petendi, ex *l.mulier*, §.*si hares*, *l.postulante*, §.1.*l.in fideicommissariam*, *cit.tit. ad Trebell.Bartol.cons.*53. *Bardell.cons.*25. *ex num.*1. *Guid.Papa decis.*497.*Viu.lib.*2.*decis.*262.*num.*26. *Alex.Randens.decis.Pisan.*22.*num.*61. *Rota Romana decis.*517.*num.*10.*par.*4. *in nouis* ac alijs, quam *Fusarij* limitationem locum minimè vendicare in fideicommisso inducto per prohibitionem alienationis, itaut alienatio esset ipso iure nulla, tunc què fructus perceptos restituendos à die purificati fideicommissi, decreuit S.C. in celebri controuersia fideicommissi conditi per Alphonsum de summa(de quo scripsi in *Ritu* 272.*ex nu.*6.*lib.*3. & meminit *Luca de linea legali lib.* 1. *responsa.* 5.) vertente inter Illustr. Principem Beluederij, ac Comitem Platti,& Creditores filiorum præfati Alphonsi, die 10.Ianuar.1676.penès à Secretis S.C. & in Banca Speræ, suffragia præstantibus DD. Præside S.C. Consil.Paulo Staibano,causæ relatore,Illustri Duce Cæliarum D.Aloysio Sisto,& me ipso, præuio rescripto Excell.D.adiuncto, ex quo eram Caput Aulę in M.C.in criminalibus, ex peregrina *Surd.dec.*25. *ex num.*21.quidquid aduersùs ipsum voluerit *Bardell.cons.*25.

Fideiussoriam insupèr cautionem
141 dandam esse à debitore inducias obtinente, noster *Ritus* statuit; Idque Iuris esse, tùm si à Principe,tùm si ab eisdem creditoribus concurrentibus ad concedendam quinquennalẽ, probant *Vvrmser. in pract.obseru.tit.*28. *de cred.& debit.obseru.*28.*n.*9.*Ronnig. in proces.cap.*2.*in add.num.*33.*Coppen. cit.cap.*34.*num.*7. *Boer.decis.*296.*nn.*2. & 3. *Guid.Papa decis.*109.*num.*2. *Fab. in C.defin.*6.*tit.*9.*lib.*1. cumulatiùs autem,ac apertiùs *Cæsar Barz.decis.Bonon.*78.*n.*2. quibus adde, quæ *Gasp. Thesaur.* scribit in vltimis verbis suæ *annotat. ad decis. Antonini* patris 186. *Vital.in tract. clausul. pag.*81. *Borrel. par.*3. *summ. decis. tit.*13. *de fideiussor. num.*32. memor *Caranit. in ritu* 189. *n.*5. & in hoc *Ritu num.*5. & ibi *Anibal. Troys.num.*2. *Maxilla ad Consuet. Bari rub. de cess. bonor. par.*4. *quæst.* 51 *num.*1.

Digitized by Google

num. 1. quę nec à Principe remitti poteſt, *Abb. in cap. quòd conſultationem, num. 23. extr. de re indic.*

Perpendenda ſunt deniquè illa hu-
142 ius *Ritus* verba: *Ad omnem ipſorum creditorum requiſitionẽ præſtari de ſolnendo debitum*: illa nàmque præſeferunt, dandam eſſe, ſi velint, atque inſtent creditores, & miror, quòd *Dom. Conſ. Matthæus de Afflict.* non ea retulerit in *deciſ.* 378. plurimum ſiquidem fauiſſent concluſioni illic ſtabilitæ per S.C. contra debitorem, qui obtinuerat à Principe reſcriptum quinquennale, quo elapſo, intendebat vti beneficio ceſſionis, eo prætextu, quòd fideiuſſionem non præſtiterat, & conſecutiuè reſcriptũ vigore carebat, & dilatione non vſus erat: namque id procedere aiebat *Afflict.* cùm creditores inſtant pro fideiuſſione, alioqui valeant illi renunciare, & propterea quia dilatione gauiſus erat, admitti ampliùs nequeat ad ceſſionem. Petere propterea debẽt creditores ipſam ſatisdationem, *Accurſ. Bald. & Caſtrenſ. in l. univerſa, 4. C. de precib. Imp. offer.* ex *text. in l. 2. §. 1. ff. quor. legat.* ibi: *Non ergò offerre debet ſatisdationem, ſed petenti ſatis moram non facere*, *Frecc. de preſent. inſtrum. par. 9. quæſt. 3. D. Conſil. Theoder. alleg. 45. D. Reg. Tap. in hoc ritu*, ex *Rebuff. cit. in loc.* concilians hunc *ritum* cũ *cit. l. univerſa*, *Galter. cit. par. 3. vlt. par. princ. num. 20. Viu. opin. 176. num. 2. Gayll. obſerv. 46. num. 14. lib. 2. de Marſil. ſing. 341. Natta* latè *conſ. 685. vol. 4.* quibus oppugnat *Guid. Pap. deciſ. 109. num. 2. Borrel. par. 3. ſumm. deciſ. tit. 13. de fideiuſſ. n. 152.* attenta ſanctione *text. in cit. l. univerſa*, ex *text. in l. muto, §. ſub conditione, ff. de tutel.* & conferunt tradita à *D. Conſil. Hodiern. ad Surd. deciſ. 57. & 276.* & à nobis in *rit. 252. nu. 8. lib. 2.* & praxim ibi indicatam *num. 11.* inſequitur, me citato, *D. Luc. ad Frãcb. deciſ. 603. num. 5.* & in huiuſmodi materia ex *Franc. Aretin. in l. diuortio, col. 4. ff. ſolut. matrim.* notat *Iudex de Angel. in repet. mem. l. univerſa*, quæ quidẽ cautio præſtanda eſt in loco iudicij, ex adductis *à Rolando à Vall. conſil. 58. n. 19. lib. 1. Gratian. diſcep. forenſ. c. 230. num. 2. D. Conſil. Staiban. lib. 1. reſol. 25.* & eodem modo obſtrictus ad implicandum pretium rei venditæ in aliam emptionem, illa facere debet in territorio, ſeù Ciuitate, in qua contractus fuit celebratus, *Boer. deciſ. 99. num. 4. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 137. num. 4. Gratian. mem. loco num. 1.* declarans, ac reſtringens *num. 3. 4. & 5.* concurrente maxima difficultate faciẽdi emptionẽ, vel dandi cautionem in loco contractus, *Auus meus ad Capyc. dec. 85. n. 1.*

Aduerte obitèr, quòd in cauſa An-
143 tonij de Ballis cum Franciſco Pecchia, me Iudice M.C. cenſui, ſequendã eſſe menſuram loci, non contractus, ſed rei ſitæ, vt decreuit Curia Prouincialis Traiectina apùd *Vuilhelmum Radelantium* eiuſdem Curię Pręſidem *dec. 39.* cum in hijs, quæ executionem contractus concernunt, attendenda ſit cõſuetudo rei ſitæ, ex traditis per *Præſid. Euerard. conſ. 78.* qui quidem *Radelant.* nulla alia authoritate nititur, ſed dumtaxàt præfati *Euerard.* & tempore præfatæ deciſionis ipſe nihil aliud adduxi, niſi memoratum Traiectinum, ſcitum, motus quadam ratione æquitatis, qua ad idem determinandũ inductus fuit Senatus Subalpinus apùd *Cacheran. deciſ. 114.* poſteà à me viſa, à qua prorsùs nihil diſſidet obſeruatio *Ant. Sola in cõment. ſuis Allobrog. edict. quanàm ſit rerũ menſura ſectanda?* nec non *Roland. à Valle conſ. 13. n. 1. lib. 3.* inſequitur *Matienz. in l. 1. tit. 13. gl. 2. num. 3.* diſtinguens, quòd in rebus mobilibus locus contractus attendatur, in immobilibus ille rei ſitæ; ſed videndi *Bart. in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur. Io: Bolognet. in l. vinum, num. 38. ff. ſi cert. petat. Afflict. deciſ. 363.* obitèr loquens *num. 5. Piſtor. obſerv. 36. Berlich. deciſ. German. 349. tom. 3. Cenallos* latè *pract. quæſtion. 733. & doctus D. Carolus de Roſa ad Conſuet. Neapol. tit. de contrab. empt. ſub num. 9.*

Cauere iterùm, an quis teneatur
144 mortuo fideiuſſore, vel propter aduerſam fortunam effecto non ſoluen-

do ? In Prætoria, siue præiudiciali fideiussione affirmãt *de Franch.dec.480. Surd.cons.18. Visconti in concl.inv.verbo fideiussor*, quamuis aliter sit in conuentionali; distinguunt *Marsil.in rubr. de fideiuss. n.24. Hercul. de caut.de non offend.c.50.n.24. Gomes.var.resol.lib.2. c.17.n.7. de fideiuss. Gratian.discept.8. num.2. Tusc.lit.F. concl.319.num.10. Reg.de Marin.cit.cap.133. lib.1.* & an dato nouo fideiussore liberetur superstes ? inquirit *D. de Luca ad Franch. decis.cit.480.num.3.*

Quam quidem fideiussionem esse
145 formaliter præstandam, etiam à diuite, & idoneo ; id quod de iure tradunt *Rip.in rub.ff.de damn. infect. sub n.9. Clar.§.fin.quæst.47.n.5. Vvlpel.de promiss.quæst.76.nu.2.* seruari in Vmbria, & Piceno attestans, *Guazzin.in tract.de caut. de non offend. par.2. §.3. quæst.15. num.6. Vvilhelm. Radelant. decis.Provinc.Traiect.65. & 66. nu.2. & decis.67.* notans *num.6.* Ciuitatem non teneri ad satisdandum, & in *cit. dec.65.* improbat *Guid.Pap.decis.189.* ac de cautione de non offendendo loquitur *Novar.tom.2.de granam.vasal. granam.139.num.41.*

Contrarium verò in locuplete facultatibus, & facilitate conueniendi, iudicant *Bart.in l.illicitas, §.nè potentiores, num.4. ff.de offic.Præsid. Salyc. in l.denunciamus, num.2.C.de his, qui ad Eccles.confuger. Petr.à Plaz.in epit. delict.lib.1.cap.7.nn.2. vers.quod si is, Alex.cons.37.lib.2. Hercul. citat.cap.4. num.4. Merlin.de pignor.lib.1.quæst.4. Vrsill.ad Afflict.decis.171. Hondedeus cons.30.num.33. Vin.decis.137.num.1. Giurb.decis.113.num.19. Ludovic.Paisselli ad patr.cons.ciuil.exped.58. n.15.*

Et in hac *Rit.* materia hanc cautio-
146 nem necessariam esse, cum à Principe dilatio conceditur ex alia causa, quàm paupertatis, aduertit *Aloys. de Leo in dicta l.vniuersa, num.17.* Idoneus verò dicitur nedùm, qui possidet bona immobilia, *glos.in §.suscepto Auth.de exhib.reis, Alex.cõs.160.vol.5. Surd.dec.295.num.10.& 11.* sed etiàm qui habet tot bona mobilia, quæ de facili asportari nõ possint, vt si magnã haberet apothecam, vèl multa debitorum nomina, *Clar.§.final.quæst.46. num.12. vers.dicitur autem, Farinacius quæst.33.num.79.* tradens, idoneum fideiussorem reputari, qui tantum habet in bonis, quantum valet id, pro quo fideiussit, insequitur *Guazzin.cit. loc.* Idoneitas verò considerator tempore fideiussionis, quod posteà decoxerit, non refert, *Alex.cons.60. volum.5. Surdus cons.18.vol.1. Mazzol.cons.26. num.25. Bertazz.de claus.Instrument. claus.39.glos.2. in fin.*

Proindè mediocris fortunæ Ciuem
147 non censeri idoneũ fideiussorem in causa magna, iudicauit Curia Traiectina apùd. *Radelant.decis.66.* Censuit insuper M.C. me relatore, principali diuite existẽte, famulum fideiussorem datum idoneum iudicandum, ex *Bald.* effato in *l.mulier, C.de iur. dot. Iacob. in l.2. lim.2. ff. qui satisdar. cogant. de Franch. cit.decis.480.num.6.*

Hinc excusari Magistratum, si non
148 recepe rit fideiussionem à principali idoneo, ex *l.2.* & ibi *Bald.§.fi Magistratus, ff.de Magistr.conuent. Caranin in vit.173. nu.9.* scribit *Anus mens ad Gramm. decis.33. num.9.* à pœna immunem Syndicum respõdens, qui non receperat ab Actuario, de stando syndicatui cautionem, illo præsente tempore syndicatus, confirmat *Luca ad memor.decis.de Franch.480.n.2.* Nèc non tutorem, qui licitè lucro, & fœnori, secundùm morem regionis, pecuniam pupillarem exponere, vèl in emptionem prædiorum collocare tenetur, & si hoc neglexerit, vsuras, vèl id quod interest, pupillo refundere obstringitur, *Bart.in l.tutor, qui repertorium, §.si post depositionem, & §.fin. de administr. & peric. tutor. Paris.consil.96.nu.36.lib.1. Soccin.cons.2.nu.16. vol.1. Rolland.à Valle cons.49.num.34. Decius cons.179.n.4. Gramm.dec.103. num.23. Roman. sing.179. cons.28. & cons.139. Conar. lib.3.var.resol.cap.2. num.2. Ioseph Ludov. decis.67. num.1. par.2. Hart.Pist.par.1.quæst.49. nu.24. Mugnos.Escobar.de ratiocin.cap.14. ex*

num.7.

Digitized by Google

num.7. Conſ.Rocc. reſp.65.nu.11.lib.1. excuſari, ſi non adeſſent idonei, quibus crederet, vel prædia venalia non exiſterent, ex *l.12. §.fin.de admin. & peric.tut.l.3. C.de uſur.pupill.* notat *Io. Coppen.obſerv.pract.lib.1.obſerv.66.ſub num.12.* adiungens, pupillo incumbere probare, illa venalia fuiſſe, & idonea nomina inueniri potuiſſe, ex *Bart. in cit.§.ſi poſt, in fin.* & confirmant *Surdus deciſ.318. num.8. Gratian. diſcept. forenſ.cap.931. ex num.7. lib.5.* & excuſari quoque, ſi mutuo pecuniam dedit cõmunitèr idoneo reputato, ſcripſi in *Rit.173. ſub num.18.lib.2.* & addimus *text. in l.tutor, §.competit, ff. de adminiſt.tutor.* cuius legis intellectum nouitèr tradit *Aluarez Pegaſ. contr.3. ex num.670.* potiſſimùm *num.677. P. Fragoſ. de regim. Reipubl. par.1. lib.6. diſp.17.ex n.15. Guttier.de tutel. par.2. capit.1. D.Conſil.Staiban.reſolut.forenſ. lib.1.reſol.89.num.17. Petr.de Vbald. de duob.fratr.par.8.quæſt.3.n.4. Ozaſc. deciſ.Pedemont.67. num.3.par.2. Surd. de alim.tit.9.quæſt.40.num.38. Galganet.de tutel. lib.2.tit.27. num.49. Barboſ.in collect.DD. lib.5.in l.ſi pecuniã, C.de uſur.pupill.num.4.* ſi tutor eidem pecuniam quoque propriam credidit, *l.à tutoribus, ff.de admin. tutor. Piagg. de tut.& cur.quæſt.7. num.33.* etiam ſi priùs ſuum creditum exigiſſet, *Bart. in l.tutor, §.non eſt, ff.de adminiſt.tutor. Canale.de tut.& cur.cap.1.nu.114. in 8.tom.tract. par.2. pag.340. Galter. de tutel.par.2. rub.2.nu.85. D.Staiban. citat. cap.89.num.19.* & videndus *ſeq. cap.90.* vel ſi mercator eſſet conſuetus cum patre negotiari, *Plot.de in lit.iur. §.5.à num.16. Lopez in cap.per veſtras, verſ.7.inſertur, de donat. inter vir. & uxor. Anus meus ad Gramm. dec.103. num.30.*

Ac debent Iudices, alijque, ad quos
149 pertinet, cautè aduertere, ac ſedulò ſcrutari, an quis ſit idoneus facultatibus? In dies enim pleriq; videntur opibus maximis affluere, remq; familiarem ſatis amplam habere: locupletiſſimoſque ſe oſtentant, cum ædes incolunt capaciores, trahant famulorum comitatum, opum, diuitiarumque, quibus iam pridem caruerunt, teſtem ſplendidè mendacem. Eorum enim prædia, atque bona adeò ſunt obnoxia creditoribus, vel fideicommiſſis ſubdita, aut donationibus, vt plerumquè creditores eorum excluſi remaneant, imò deluſi: quod ſanè quotidiè in noſtris Tribunalibus noſtro malo experimur. Hoc ex *Caſſiodor.* verbis: *Quid prodeſt, ſi quiſpiam videtur idoneus, & fieri non poteſt à contractis nexibus abſolutus? Egenti ſimilis eſt, qui reddere nequit alienum, nec dici poteſt proprium, quod liberare dominum non valet addictum, lib.7. var. epiſt.47. pag.263.* commendat *Salgad. in labyrint.credit. par.1. cap.24.n.117.* Quò pertinet illud *Senec. Latè poſſidet, ſed multùm debet: habet domum formoſam, ſed nummis alienis paratam: familiam nemo citò ſpecioſiorem producit, ſed nominibus non reſpondet: ſi creditoribus ſolverit, nil illi ſupererit,* refert *Gothofred.in locis anreorum eiuſdem in iuridicis, tit.de rebus creditis, pag.32.*

Vndè caueant Iudices, nè appro-
150 bent perſonam aliquam, eiuſquè ſatisdationem recipi faciant ab Actorum Magiſtris iuxtà ſtylum, ac conſuetum. Tutores autem, atq; Adminiſtratores curẽt interponi decretum in hijs, quæ pupillorum, ac minorum intereſſunt, à Iudice, vt tutè, ac ſine metu operentur. Et brocardicum illud, quòd quis idoneus præſumitur, quò ad mores, non autem, quò ad alia intelligitur, *l.cum quidam, 24.* vbi *gloſ. Azonis, verbo, Qui non offenderint, ff. de legat.2. gloſ. in l.ſi verò, §.qui pro rei, verbo dubitetur, ff. qui ſatisd. cogant. Marc. Anton.Natta conſ.143. num.11. vol.1.* præſertim cũ non præſumatur idoneus quò ad diuitias, *Altiat. de præſumpt. reg.3.præſ.3.ſub.num.25. Cephal. conſil.227.num.61.vol.2. Henrig. de fideiuſſ.cap.8. num.19. Surdus deciſ.320. num.7.* nec ſi turpe nomen haberet, reſpondi, ex *Io:Andr.Cardin.& Imol. in cap.grauis, extra de depoſ. ac Vinton.2.communi.opin.540. num.10.* qui multa de turpi nomine nectit.

RITVS

RITVS CCLXXXVIII.

CApitulum emanatum à Duce Calabrię, Domino Ioanni de Haia Regenti Magnam Curiam, de supplendis defectibus iudiciorum. Item quòd in decisione causarum ciuilium in ipsis Curijs, & qualibet earum agitandarum, seruetur, & seruari debeat litera Ducis Calabriæ, & æquitas ipsius, cuius tenor sequitur, & est talis: Carolus Illustris Hierusalem, & Siciliæ, Regis Roberti primo genitus, Dux Calabriæ, & eius Vicarius Generalis. Ioanni de Haia paterno Cambellano Magistro Hostiario, Consiliario, & nostræ Magnæ Curię Regenti, & Iudicibus eiusdem Curiæ Consiliarijs, & familiaribus paternis, nostrisquè salutem, & dilectionem sinceram. Detestantes, quòd plurimum, & magis per sophisticas, quàm veraces Aduocatorum versutias, veritas iustitiæ lateat, & celerem exequutionem eius, cuius debitores existimus, indefinitum litium terminum non producat: de certa nostra scientia, & præsenti epigrammate declaramus, volumus, vobisquè committimus, & iubemus expressè: vt signando processus causarum, de quibus vos, vel vestrum alter in dicta nostra Curia, vt Ordinarij, vel Delegati eisdem causis cognouistis, vel in antea cognoscetis, vel quas ad vos deuolui per quamcumque viam contingat, vel continget, ex defectu omissæ solemnitatis iudiciariæ, proponi, allegari, dici, vel excipi contigerit esse nullos, dummodò aliàs debito modo super negotio liqueat de pura substantia veritatis, propositione, allegatione, aùt exceptione huiusmodi nō obstante, tunc ad finalem decisionem causarum ipsarum, Deum, & ipsam iustitiam habendo præoculis, procedatis, aliquibus legibus, seù constitutionibus contrarijs non obstantibus, quoque modo, illo, vel illis ex vestris Iudicibus, qui præsens, seù præsentes extiterint, exequutioni præsentium vacaturis, aliorum absentia non obstante; exceptis tamen priuilegijs concessis Comitibus, & Baronibus, tàm generalitèr, quàm specialitèr, quę ex vigore præsentium infringi nolumus quoquomodo. Datum Neapoli anno Domini MCCCXX. die vigesima octaua Decembris, secunda Indictione, Regnorum dicti Domini patris nostri, anno vndecimo. Quas quidem literas declaramus, decernimus, & iubemus, intelligi debere de quacumq; omissione, etiam substantialis processus solemnitatis, dummodò aliàs ritè, & rectè sententia proferatur.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati cùm cauillationibus vtuntur, Rempublicam ladunt.*
2 *Aduocati, qui lucri spe causas protrahunt, aùt falsis defensionibus tuentur, prauaricatores denominantur.*
3 *Aduocati in causa iusta quibus stratagematis aduersùs calumnias uti valeant?*
4 *Aduocatus breuitèr debet loqui, & breuitati tàm in scribendo, quàm loquendo studere.*
5 *Aduocati, qui in nostris Tribunalibus intercedunt, doctrina, & veritate, ac omnium virtutum genere pollent.*
6 *Iudex quando compellere solet Aduocatum patrocinari pro una parte.*
7 *Aduocatorum laudes, remissiuè; & examina-*

minatur, an expediat, creare Iudices, qui Aduocati fuere?

8 *Aduocati, qui in nostris Tribunalibus causas dicunt, aptissimi nedùm sunt in illis dicendis, sed etiam in decidendis.*

9 *Aduocati nùm cogantur adire Tribunal ad campanæ sonitum, qua in Castro Capuano singulis diebus, festiuis exceptis, in ingressu S.C. pulsatur? & memoratur ad hoc edictum per tunc Præsidem S.C.D.D. Bernardum Zusia.*

10 *Aduocationis munus non est seruile; & traduntur multa de Aduocatorum dignitate, nobilitate, & præstantia.*

11 *Aduocatorum dignitas, & libertas non imminuitur ex eo, quòd cogi possint à Iudice, vt patrocinium suscipiant; vbi declaratur* text. in l. nec quicquam, 9. §. Aduocatos, & §. final. ff. de offic. Pro-Cons.

12 *Aduocatus cogi nequit ad suscipendum patrocinium contrà amicum, vel pro inimico, & in alijs casibus, de quibus ibidem.*

13 Reg. Rouiti *dictum* super Pragm. 1. num. 6. de postul. *elucidatur.*

14 *Aduocati huius Ciuitatis non solùm in S.R.C. sed etiam in alijs Regijs Tribunalibus, & præsertim in Regio Collaterali Consilio occupantur.*

15 *Aduocati nostri temporis non differunt à prisci Iurisconsultis, vnde frui debent omnibus illorum prærogatiuis, & reprobatur* Io. Laganar. ad Rouit. super Pragm. 1. num. 18. de de custod. reor.

16 *Omnis mutatio in Republica, adhùc in meliùs, est maximi detrimenti.*

17 *Iuramentum calumniæ hodiè sublatum est, & ipsius loco successit cautio expensarum.*

18 *Iuramentum calumniæ quarè fuit remissum ex* cap. 1. §. Sacramentum, de consuet. rec. feud. *& an sit idem, quod remittitur in* cap. 1. §. si verò feudum, si de feud. fuer. contr. inuest.

19 *Iuramentum calumniæ an sit Domino remissum? vbi nonnulla elucidantur Iura feudalia.*

20 *Lectura* Andreę de Isernia in cap. 1. §. Sacramentum, de consuet. rec. feud. *tanquàm deficiens, supplenda est, & quomodo.*

21 *Iuramentum calumniæ nùm de consuetudine tolli possit?*

22 *Decretum Pro-Regis, ac Visitatoris iussu emanatum in anno 1630. quòd Aduocati huius Ciuitatis calumniæ sacramentum subire tenerentur, memoratur; & cùr visum fuerit, vt illud suspenderetur? traditur.*

23 Capitulum Detestantes, *intèr* Ritus M.C.V. *insertum, seruandum est in toto Regno.*

Rescriptum, tametsi vni directum, cùm positum est in volumine legum, facit ius quò ad omnes.

24 *Causæ in Regno cognoscuntur, & definiuntur summariè, & de plano, ac sola facti veritate inspecta, vigore* Cap. Detestantes.

Barones in Regno committere valent causas summariè, simpliciter, & de plano.

25 *Lites cum plurima mala producant, idcircò Legislatores, vt illis finem imponeretur, summoperè incumbuerunt.*

Respublica læditur ex litium multitudine, vbi memorantur plura notabilia ad rem.

26 *Veritas, & Aequitas in quibuscumque Curijs, & præcipuè in M.C.V. ac in S.R.C. exuberare debent.*

27 *Ciuitas Neapolis, prater cætera ornamenta, habet plura Tribunalia rectè ordinata, multis legibus Municipalibus, ac Ministris munita.*

Collæterale Consilium est à latere Excell. Pro-Regis.

28 *Sacrum Regium Consilium est Tribunal Supremum, & institutum fuit ab Alphonso Rege Aragoneo.*

Pragm. 6. de offic. S.R.C. *malè Ferdinando filio Regis Alphonsi tribuitur.*

29 *Rex Alphonsus semper præfuit S.R.C. Vnde idem Consilium* Sacri *pranomen habet, & libelli, qui offeruntur, hoc titulo*: Sacræ Regiæ Maiestati, *pranotantur.*

Digitized by Google

30 *Iudex secretum seruare obstringitur, & in medium proferens arcana causæ, qua pœna afficiendus sit?*

31 *Supplices libelli, qui S.C. Præsidi dantur, inscriptione* Sacræ Regiæ Maiestati, *prænotantur.*

Sacrum Regium Consilium Illustris *tantùm titulo exornat Pro-Regem; & cum in sententia nominat aliquem Cardinalem, quo titulo illum decorare debet.*

Præses S.R.C. quando causas Consiliarijs demandat, eis dat titulum Magnifici. *Cæteri verò Tribunalium Præfecti, quando causas committunt, titulo* Domini *nuncupant.*

32 *Præses S.R.C. in suffragiorum paritate abire debet in sententiam eorum, qui fauent, in capitalibus causis, cùm de morte agitur.*

33 *Præses S. R. C. præcedit Locumtenentem Regiæ Cameræ Summariæ.*

34 *Sacrum Regium Consilium est Senatus præstantior, ac maior Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ; vnde Consiliarij in cunctis consessibus præcedunt Præsidentes, licèt tempore adeptæ possessionis priores.*

Comprimitur, quando Consiliarij essent adiuncti in Regia Camera, & vna illic conueniunt.

35 *Sacrum Regium Consilium, & Regia Camera Summaria, si simul conueniunt in Collaterali Consilio, S.C. dexterum occupat locum.*

36 *Iuncta Regiæ Iurisdictionis quando in Collaterali Consilio cogitur, Decanus Præsidens tantùm sedet in latere lauo, & quomodo inibi præstetur suffragium?*

37 *Qui in dignitate constitutus est, si aliâ est adeptus dignitatem, non relinquit priorem, & illius præcedentiam in quolibet munere retinet.*

38 *Prærogatiua consistit etiam in sedendo, vt honorabilior sit, qui primo loco sedet.*

39 *Altercatio pro dignitatum ordine spectat ad conseruationem societatis humanæ.*

40 *Dictum* Iustiniani in Auth. de Monach. §. ordinationem, cap. 9. no-

uell. 5. *explicatur.*

Officialis nec debet, nec potest præiudicium inferre his, quæ tendunt ad ipsius officij dignitatem.

Clausula Citrà præiudicium *sat est in controuersia de præcedentia, cum agitur de re graui, quæ dilationem non patitur.*

41 *Fisci Patronus M.C.V. quando est Regij Consiliarij dignitate præditus, in Iuncta Regiæ Iurisdictionis coràm Pro-Rege, sedet post Regios Consiliarios antiquiores.*

42 *Fisci Patronus M.C.V. debet loqui, ac sua iura proferre ante Fiscalem Regiæ Cameræ.*

43 *Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ quando conueniunt in S. C. sedent in postremis locis post Regios Consiliarios in vtroque latere adsedentes.*

44 *Præsidens Regiæ Cameræ quando eligitur Consiliarius, sedet vltimus, tanquàm nouissimus.*

Præditus aliqua dignitate quoties ad explendum aliud munus transfertur, ei seruatur locus.

45 *Adiunctio vnius ad aliud, quando fit principaliter, quem effectum producat.*

46 *Regij Consiliarij, & Præsidentes R.C. quando conueniunt in Regia Camera, vel in Collaterali Consilio, tunc inspicitur incorporatio; sed extra dictos locos, Regius Consiliarius præfertur Præsidenti ante ipsum electo.*

47 *Quis dici valet maior, & minor diuersis respectibus.*

48 *Præsidens Regiæ Cameræ Summariæ, qui vti Consiliarius refert aliquas causas sibi commissas in S.C. præcedit omnes Consiliarios post ipsum creatos, etiam si esset Caput Aulæ.*

49 *Procurator Fiscalis Reg. Cam. quando accedit ad S.C. ob impedimentum Fisci Patroni, pro aliqua causa, loquitur in Aula coopertus.*

50 *Regius Consiliarius Regens renunciatus, si accedat ad S.C. licentiam petendo, quem locum obtineat.*

Visitator deputatus per Suam Maiestatem in hoc Regno, quomodo ibidem recipiatur.

51 *Ar-*

Digitized by Google

51 *Arma gestare in S.R.C. vetitum est; secùs verò in Collaterali Consilio, & ratio traditur.*

Cárcerari haùd potest quilibet in Sala magna S.C. absque licentia D. Præsidis.

52 *Sacrum Consilium in causis litigantiũ, etiam feudalibus, quoquomodo procedit; & quid de Magna Curia Vicariæ.*

Iurisdictio censetur concessa cumulatiuè, non autem priuatiuè, quò ad ordinariam iurisdictionem, nisi expressè de intentione concedentis constet. Sed limitatur, quando iurisdictio conceditur cùm ipso feudo.

Barones de Iure habent iurisdictionem priuatiuè ad Regia Tribunalia.

53 *Articulus, an res sit feudalis, vel nè? etiam inter partes, ad Regiam Cameram remittitur.*

Causa quando expediatur in S.C. cum assistentia Regij Fisci.

Tribunalia S. C. & R. C. vniuntur, quando agitur de interpetratione alicuius priuilegij.

54 *Sacrum Regium Consilium est Superior Magna Curia Vicaria, & illius Consiliarius Decanus tradit possessionem Regenti ipsius M.C.*

Suspiciones, quæ proponuntur in personas Consiliariorum, qui assistunt in M.C.V. expediuntur in S.C.

55 *Prouocatio fit à M.C. ad S.C. & indifferentèr procedit in causis ciuilibus; imò S.C. auocare potest ad se causam priùs motam in M.C.*

Auocatio causarum à Senatoribus Supremis fieri non potest, nisi ex magna causa.

56 *Sacrum Consilium in causis criminalibus se tantùm immiscet in gradu appellationis, quando M.C. procedit ordinariè.*

57 *Magna Curia quando capere debet informationem de re ab actis ciuilibus S.C. dependente, non procedit, nisi obtenta priùs venia ab eodem S.C. in ea Aula, in qua Commissarius causæ ciuilis residet.*

Id ipsum, quando producti sunt falsi testes in processu S.C.

58 *Informatio capta à M.C. de re dependenti à processu S.C. non obtenta venia iuxtà stylum, nulla est.*

Stylus recipiendus est, quottes consuetudine est probatus, & vti lex est seruandus.

Sacrum Consilium admittere valet informationem captam à M.C. de re dependenti à processu eiusdem S.C. absq; sua licentia.

59 *Regij Consiliarij qualitèr præstent suffragia, cum agitur de danda venia M.C. pro capienda informatione; & qualitèr, cum aguntur causæ in S.C. ad relationem M.C.*

60 *Actor, vel Reus quis dicatur, vt proferri possit pro Reo paritas in causa vertente in Regia Camera Summariæ, per dispositionem* text. in l. inter pares, 38. ff. de re iudic.

61 *Exceptio incompetentiæ est proprium Reorum remedium, estque merè incidens causæ principalis, & exclusiua intentionis agentis.*

62 *Reus in exceptione nùm propriè Actor sit?*

63 Text. in l. libertus, D. de in ius vocand. *expenditur.*

Reus, non autem Actor, dicitur, quando quis non venit principalitèr ad ius suum defendendum.

64 *Sententia licèt in pari causa pro Fisco ferenda sit; secus tamen est, quando agitur cum persona priuilegiata.*

65 *Sententia vt pro Reo feratur in pari numero dissidentium Iudicum, necessè est, vt Reus odiosam causam non habeat.*

66 *Causa diminutionis gabellæ dicitur fauorabilis, atq; pro ea in dubio iudicandum est.*

67 *Possessorium, & petitorium simul cumulari possunt in iuribus, siue in rebus incorporalibus.*

68 *Possessio tempore litis mota attenditur in interdicto* vti possidetis, *& ille possessor, & Reus existimandus est, qui tempore motæ litis possidebat.*

In interdicto vti possidetis, *cum Iudicum vota sunt numero paria, non potest sententia pro vlla partium proferri; sed recurrendum est Principi*

pro Iudicibus aliunctis.

69 *Actor censetur ille, qui primus ad iudicium prouocauit, vt aduersùs illum sententia prævaleat, cum Iudices Ordinarij diuersas, vel contrarias ferunt sententias.*

70 *Actor per accidens vt verè Reus sit, procedit in remedio* l.diffamari,C.de ingen.& manumiss. *non verò in interdicto* vti possidetis.

71 *Exactio facta post litem motam dicitur attentata, & vitiosa, nec propterèa in iudicio possessorio manutenendæ attenditur.*

Possessio tempore motæ litis necessaria est ad obtinendum.

72 *Scientia, & patientia aduersarij exquiritur, ad obtinendum quasi possessionem iurium, siue rerum incorporalium.*

73 *Votorum paritas orta inter Dominos Regiæ Cameræ in casu contingenti, recensetur, ad interpetrationem* text. in l.inter pares, 38. ff.de re iudic.

74 *Senatores in suffragijs præstandis mutuo sese prosequi amore debent, tanquàm fratres.*

Senator, qui diuersa sentit à Collega, tenetur in Senatu suam sententiam promere, & rationes pandere.

75 *Procliuitas ad dissentiendum facilis est hominum.*

76 *Vnusquisque suam sententiam veriorem putat.*

Ratio vera gubernandi ex diuersis Senatorum sententijs colligitur.

77 *Dissentio suffragiorum minimè fieri debet, vt æmuli fortasse sententia reijciatur; sed vt nitidiùs veritas eluceſcat, consilijque præstantia colligatur.*

Ingenium perspicax ostenditur, tàm in edendo, quàm in sequendo bonũ consilium.

78 *Senator edendo suam sententiam ab alijs dissentientem, modestè id agere debet.*

79 *Consiliarius Aulæ Præfectus M. C. V. qualitèr se gerere debeat, cum mane visitantur, qui die, vel nocte antecedẽti detrusi fuerint in vincula iussu Regentis ipsius M.C.*

80 *Votorum paritas cum accidit, quando moderatio practicari valet, nè petantur Adiuncti ad eam paritatem dirimendam.*

81 *Fisci Patronus debet modestè pro Fisco querelas instituere.*

82 *Sacrum Consilium, aùt quilibet ex Consiliarijs iubere valet, vt capiantur, si res tulerit, in Aula ipsa ædium Vicariæ, Scribæ Fiscales, vel alius quilibet, & in vincula detrudantur, nulla data ab executoribus notitia Regenti eam.*

Regens M. C. V. non parens decreto Præsidis S.C. potest carcerari, & ab officio suspendi; vbi adducuntur exẽpla; & recensetur id seruatum etiam quò ad Iudices eiusdem M.C.V.

83 *Sacrum Consilium non alligatur Ritibus M.C.V. verùm obseruat Regni Sanctiones, si, & quando ei visum fuerit expedire.*

Leges Imperiales seruantur, quando rationi seruiunt, non vt leges, sed quia rationem continent.

84 Pragm.vnic. ad S.C. Velleian. *mandans, vt ipsam ad vnguem obseruet S.R.C. quomodò intelligatur quò ad alios Officiales Regni.*

Sacrum Consilium obseruare debet Ritum M.C.V.circà liquidationem instrumentorum, ac omnes alias Pragmaticas huiusmodi materiam concernentes.

85 *Sacrum Consilium sæpè motum ab opinione clarissimi I. C. decreuit contrà communem.*

86 *Sacrum Consilium quandoque in decretis solet addere:* ex causis in S.C. discussis.

Magna Curia Vicaria non valet in decretis his vti verbis: ex causis in Banca discussis.

Sacrum Consilium cum in decreto addit: ex causis in S.C.discussis, *haùd pati potest, vt illæ causæ exprimantur, & si quis declarari peteret, non leuem promereret pœnam.*

87 *Regij Consiliarij in decretis domi factis non valent addere:* ex causis.

Appellatio datur à decreto domi facto per Regium Consiliarium, vt in S.C. illius validitas differatur.

88 Re-

Digitized by Google

88 *Reclamatio denegatur à decreto lato* ex cauſis, *ſed aduersùs illud impartitur reſtitutio in integrum.*

Appellatione prohibita, non cenſetur prohibita reſtitutio in integrum, aùt nullitas.

Reſtitutio in integrum non dicitur reiecta, excluſa qualibet exceptione.

89 *Totus terrarum Orbis veneratur deciſiones Sacri Regij Conſilij.*

Deciſiones S.C. ſuccedunt in cauſis dubijs loco Imperialis interpetrationis.

90 *Sacrum Regium Conſilium verè Senatus appellatur, & Senatores, qui in eo reſident, non ſunt inferiores antiquioribus.*

91 *In Senatu optimè coniunguntur ſenes cum iuuenibus.*

92 *Qui ad Senatoriam dignitatem aduocantur, debent eſſe viri laurea Iuriſprudentia decorati, & docti; quicumque tamen electi ſint, nemini licet de eorum ſufficientia diſputare.*

93 *Sententia S.R.C. ab iſdem Senatoribus reuidetur, nec ab ea datur appellatio, ſed reclamatio.*

94 *Reclamatio quando ſuſpendat exequutionem ſententiæ S.R.C.*

Exequutio ſententiæ in re vendenda quando differenda ſit, pendente reclamatione?

95 *Reſtitutio pretij rem non præſtat.*

Locus pius quando careat priuilegio cogendi vicinos ad vendendum iuſto pretio prædium, vel ædes, pro conſtructione, vel ampliatione Templi.

96 *Reclamatio abſque clauſula:* exequuto decreto, *qualitèr à S.C. Præſide decernatur.*

97 *Reclamatio abſque dicta clauſula:* exequuto decreto, *nùm poſſit exerceri in ſententijs definitiuis.*

Decretatio D. Præſidis S.C. habito colloquio verbum faciàt, *quando locum habeat? & an procedat quando Reo ſupereſt remedium nullitatum.*

98 *Sententia S.R.C. poſt inſtantia peremptionem valida eſt, etſi decreta ipſius S.C. & aliarum Curiarum, nullitati ſubiaceant.*

Princeps derogare poteſt Iuri Communi.

Rex Hiſpaniarum eſt Monarcha, & totum continens in ſuis Regnis.

Princeps tollere poteſt exceptiones alicui competentes de Iure Ciuili.

99 *Præſes S.C. abſque vlla cauſæ diſcuſſione inſufflat vitæ ſpiritum inſtantiæ peremptæ, & hoc priuatiuè quò ad omnia Tribunalia, vel Curias Regni; exceptis Rigijs Audientijs Hydruntina, & Barenſi.*

Pro-Rex inſufflare valet ſpiritum vitæ inſtantiæ peremptæ, quamuis nullus Pro-Rex ea vti conſueuerit poteſtate.

100 *Spiritus vitæ inſufflatio quando in actis non eſt præſentata, ſi partes de peremptione inſtantiæ opponant, vel cauſæ Commiſſarij id aduertant, nùm ad cauſæ expeditionem procedi valeat.*

Inſufflatio, ſeù inſtantiæ reſtauratio fit cauſa cognita de Iure Communi: ſecùs verò de Iure Regni.

In inſufflatione ſpiritus vitæ quando apponatur clauſula: ſolutis expenſis.

Dictio, Niſi, *poſt negatiuam negationem, oppoſitionem illam in affirmatiuam reſoluit.*

101 *Inſtantia reſtauratur, quamuis ante illam reſtauratam pars de peremptione oppoſuerit.*

102 *Lex poſtquàm lata eſt, iuxtà ipſam, non autem de ipſa, iudicandum eſt.*

Inſtantia non currit de Iure Canonico.

Statuta humana quandoque variantur ſecundùm varietatem temporum.

103 *Acta ordinatoria pereunt ex peremptione inſtantiæ.*

Diſcrimen adeſt inter lucrum non facere, & damnum pati.

104 *Oppoſitio de peremptione inſtantiæ, tàm ſi voce, quàm ſi in ſcriptis fiat, impedire nequit inſufflationem ſpiritus vitæ.*

Ea, quæ in actis non reperiuntur, non adfuiſſe dicuntur, & extra Mundum diudicantur.

Iudicialia non niſi per ſcripturam probari poſſunt.

105 *Sacrum Conſilium, quinquaginta diebus elapſis, reuidet ſententias ex eiſ-*

Digitized by Google

eisdem actis, etiam facta præuentione à parte aduersa, petendo appellationem declarari desertam.

Fatalia an currant in S.C.

106 Sententia non est exequenda, quando euidenter apparet malè lata, & iniustè.

Acta inducunt Iudici notorium, & in notoryis Iudex supplere obstringitur.

107 Sententia S.C. absque lecta lata haùd est nullitati obnoxia.

108 Iudex ius reddere non valet super nõ petitis.

109 Sacrum Consilium decernere potest super non petitis, & secundùm conscientiam iudicare valet.

Text. in l. habebat, de instit. act. est correctus per Rit. 288. & seq.

Leges Iustiniani, ac aliorum Imperatorum, ex consuetudine, & ex tacito nostrorum Regum consensu seruantur in hoc Regno.

110 Sacrum Consilium an possit sententiã proferre super non petitis?

111 Explicatur, quando S.C. ferre valeat sententiam super non petitis.

112 Agens ex stipulatione, obtinere potest ex confessione.

Sententia se referens ad instrumentum inter partes mentionatum, quamuis in actis non productum, valida est.

Confessio facta in Aula S. C. reuocari non potest.

113 Iudex appellationis supplere valet in sua sententia illud, quod ex facti narratione colligitur, licèt expressè in libello non petitum.

Adducuntur clausulæ, quæ operantur, vt in accessoryis, & consequutiuis sat sit generalis petitio.

114 Sacrum Consilium iudicare non potest contrà liquidas probationes. Sed valet iudicare ex lato arbitrio, & adhibere fidem bÿs, quæ de per se fidem non faciunt.

Verisimilitudo tollit suspicionem fraudis, & simulationis.

115 Testes non citata parte examinati nõ probant.

Testis simplicitèr dicens, contenta in articulo esse vera, eadem minimè specificando, non probat.

116 Testis nullitèr examinatus, vt probet in depositione, debet per extensum deponere.

Testis nullitèr receptus quando possit de nouo recipi, & an etiam post dicita testificata.

117 Probationes omnes sunt arbitrariæ in hoc Regno.

118 Sacrum Consilium neminem capite damnat, vel absoluit, nisi priùs Reus statuatur ante oculos votantium.

Physiognomia an sit facultas vtilis? examinatur.

119 Physiognomia non rarò fallit.

Iudex quando niti valeat physiognomia.

120 Recensetur sententia prolata coràm Rege Alphonso contrà Thomam Caracciolum, Marchionem Hyeracÿ, & Comitem Terræ Nouæ.

121 Scripturæ tùm publicæ, tùm priuatæ, recipiuntur in Regno instructo processu, etiam tempore expeditionis causæ.

122 Iuramentum suppletorium in defectũ probationum, post conclusum in causa, etiam Iudicis officio præstatur.

Sed cui non sit deferendum? enucleatur.

123 Pactum, quòd solutio debiti non possit testibus probari, sed per scripturam, nùm validum sit, & quando?

Ex hoc pacto non excluditur probatio per præsumptiones Iuris.

124 Excussio non requiritur in Regno vigore Ritus M.C.V. 288. ex quo limitatur text. in l. 2. C. de pignor.

Clausula, quòd generalis hypotheca non deroget speciali, nec è contra, in omnibus instrumentis apponitur.

125 Clausula prædicta, quòd generalis hypotheca, &c. facit cessare dispositionem text. in l. 2. C. de pignor.

Clausula prædicta, etiam si in instrumento non legatur, apposita censetur.

126 Assistentia contrà tertium possessorem præstatur in Regno, nulla facta priùs discussione bonorum debitoris, licèt in

in instrumento non adsit clausula constituti, & precarij.

127 *Dispositio* text. in l. 2. C. de pignor. *est exorbitans, nec propterea extenditur ad alios casus.*

128 *Dispositio dictæ l. 2. procedit in secundo creditore pignus possidente.*

129 *Eadem dispositio procedit in creditore, cui priùs specialis hypotheca, & postmodùm generalis fuit constituta.*

130 *Itidem procedit in beneficium secundi creditoris, qui sibi de speciali hypotheca prospexit.*

131 *Extentio ex rationis identitate an fiat in exorbitantibus, & correctorijs.*

132 Text. in d. l. 2. *aduersatur pluribus Iuris principijs.*

Non est nostrum leges extendere sub æquitatis prætextu.

Possidens plus iuris habet, quàm qui non possidet, & possidenti facilius datur retentio, quàm non possidenti actio.

Hypotheca specialis magis afficit rem, quàm generalis.

133 *Creditor anterior est melioris conditionis, quàm posterior.*

134 Text. in d. l. 2. *non habet locum in instrumento publico.*

135 *Constitutum operatur, vt creditor agere possit ad bona obligata, nulla facta priùs excussione.*

Fideiussor conueniri potest, quando principalis est difficilis accessu.

136 *Pactum exequutiuum appositum in instrumento locationis an possit exerceri pro tacita reconductione? arguitur pro negatiua.*

137 *Sed contrarium adducitur decisum per S. C.*

Terminus prorogatus est idem, ac primus.

Locator in relocatione præfertur creditoribus, qui post inhitum locationis contractum contraxerunt.

138 *Nouus emphyteuta tenetur ad canones decursos, & debitos pro tempore præterito, quo ipse non possedit.*

139 *Ordo* text. in l. à Diuo Pio, S. in venditione, *seruatur in exequutione facienda in ciuilibus.*

140 *Ordo prædicti* textus *quando non seruetur.*

141 *Exequutio pro maiori summa quantitatis debiti, sustinetur pro quantitate verè debita.*

142 *Rescissio contractus an locum obtineat, si res vendita pro franca, & libera, reperiatur obnoxia?*

143 Text. in l. congruit, C. de locat. prœd. ciuil. lib. 11. *procedit in quolibet conductore antiquo.*

Aequitas specialis præfertur regulis generalibus Iuris Communis.

144 *Conductor antiquus an præferatur nouo?*

145 *Exceptio dominij notorij in promptu contrà spoliantem agentem ad restitutionem admittitur in quocumque possessorio.*

146 *Exceptio præscriptionis an locum obtineat in Regno?*

147 *Exceptio reseruata ad merita causæ quando est compatibilis, vt de ea tractetur simul, & semel cum causa principali, tunc etiam de ea cognoscitur.*

148 *Adducitur scitum S. C. quo expedita fuit causa principalis, & simul, ac semel declaratum, obstare exceptionem ad merita causæ reseruatam.*

149 *Cumulatio actionum admittitur in Regno.*

150 *Reus potest opponere plures contrarias exceptiones.*

Reus obijcere valet, vt Actor declaret, qua actione experiri intenderet, alias à iudicij limine excludatur.

151 *Actiones dicuntur contrariæ triplici modo.*

152 *Instrumentum continens repugnantiam vitiatur.*

153 *Actiones plures quando in eodem libello cumulari possint? est Iudicis arbitrio remissum.*

154 *Sacrum Consilium compellere valet partes ad compromittendum.*

155 *Sed hoc limitatur, quando lis esset inter Magnates, ad euitandum scandala, & nè quies publica turbetur.*

156 *Pro-Rex, ac etiam Iudex cogere potest subditos ad pacem faciendam.*

157 *Syndici Terrarum compellere valent*

ciues

Digitized by Google

ciues inimicos ad faciendam pacem coràm Officiali.

Summus Pontifex compellere potest Principes Christianos ad concordiam, treguam, & inducias.

158 *Officialis mandare valet, nè quis per plateam, & domum alterius transeat.*

159 *Familia conceditur alicui, nè à suo offendatur inimico, & ei impartitur licentia deferendi arma.*

Cautio de non offendendo quando præstari mandetur?

160 *Sacrum Consilium tueri debet libertatem, etiam non petentis.*

161 *Sacrum Consilium fauet piæ causæ, & inquirit in eos, qui bona pauperibus diuidenda, vel eroganda vsurparint.*

162 *Sacrum Consilium in tutorem, aùt curatorem suspectum ex officio inquirit.*

Curator bonis datur, etiam parte non petente.

163 *Sacrum Consilium an impartiri debeat curatori fatuæ potestatem erogandi decimam dotis in pia opera ad illius animæ suffragium.*

164 *Curator cùr fatuæ subrogetur.*

165 *Curator dare potest decimam dotis ei, qui fatuæ inseruit.*

166 *Procurator valet exigere pecuniam creditam, ad soluendum æs alienum, propter quod aliquis in carcere detinetur.*

167 *Hæres, qui data opera impedit, quo minùs ægrotus testetur, nè pijs legatis hæreditatem minuat, peccat grauiter.*

168 *Differens solutionem piorum legatorum, grauiter peccat.*

169 *Voluntas virtualis, & interpetratiua, quam habet homo circà beneficia suæ salutis, sat est ergà fatuos, & phreneticos.*

170 *In dubio tenenda est sententia, quæ humanior, & benignior est.*

171 *Disponens vbicumque verisimiliter disposuisset pro anima sua, ità disposuisse censetur.*

Solutio decimarum est de Iure naturali, & Diuino.

172 *Fatua per fatuitatem è viuis dicitur erepta.*

173 *Discrimen inter mortem naturalem, & ciuilem adducitur.*

Fatuus, prout & pupillus, habet integrum, ac plenum dominium suorum bonorum; & per curatorem acceptare potest hæreditatem.

174 *Episcopus Religiosus nùm testari valeat?*

175 *In dubio iudicandum fauore piæ causæ.*

Triens hæreditatis pro anima morientis ab intestato disponi potest.

176 *Sacrum Consilium quia Sacrum dicitur.*

177 *Iustitia sine misericordia crudelitas est.*

178 *Furiosus, aùt fatuus nequit facere testamentum.*

179 *Nec per curatorem.*

Testamentum ex propria voluntate proficisci debet, nec in alterius voluntatem conferri valet.

180 *Furiosus, aùt fatuus non valet donare causa mortis.*

Tutor, aùt alius Administrator largitionem sui principalis exercere non potest.

181 *Nec etiam disponere ad pias causas.*

Iura fauore piæ causæ supplent defectū inhabilitatis, secus verò in hijs, in quibus defectus est mentis.

Bartol. *dictum in* l.1. num.16. C.de Sacrosc. Eccles. *enucleatur.*

Pupillus testari non potest, etiam de authoritate tutoris.

182 *Curator fatui non potest manumittere.*

183 *Curator nùm aliquid pro anima donare valeat?*

184 Baldi *dictum* in l.ab agnato, ff.de curator.furios. *examinatur.*

Discrimen inter donare, & dedicare traditur.

Damnum maius infertur ex vnius animæ amissione, quàm mille corporum.

185 *Decisio S.C. in proposita hypothesi adducitur.*

186 *Plura de cumulationibus actionum remissiuè.*

Rei-

Digitized by Google

1 REipublicæ perniciosissimum est, Aduocatos cauillationibus vti, quibus Iustitiæ veritas obnubilatur, quasq; detestatur Rex Carolus, Roberti filius, in *capit.* ordine Reginæ Ioannæ, hoc in *Ritu* inserto. Expendebat fortassè id *Tertullianus*, cùm plus à toga, quàm lorica lædi Rempublicam, testatus est. Haùd tamèn sic indefinitè respondit noster *Alphonsus* Aragoneus, huius Regni primus Rex, qui rogatus, plus nè armis, an libris deberet? clamauit, ex libris arma, & armorum iura se didicisse. Ex quo paruipendendum venit effatum apùd *Franciscum de Mendozza in viridar. sacra, & prophana script. lib. 4. de florib. philos. problema 3. num. 15.* ipsum Regem, vti literarum auidissimum, Regni curam non habuisse. Imò idem summæ prudentiæ Rex dicebat, Regem illiteratum (& Ego addo cũ *Thoma Lansij in consult. de Principatu inter Prouinc. Europæ, in oratione contra Italiam, pag. 936.* quemlibet Nobilem talem) nihil aliud esse, nisi asinum coronatum, *Aen. Sylu. in Paral. Alphonsi lib. 1. cap. 6.* atq; asinum ferratum, vt vtar verbis *Palacios in repet. cap. per vestras, §. 1. notab. 2. sub num. 13. in fin. de donat. inter vir. & vxor.* Vnde *Cicer. 1. officior.* Plus, inquit, *agere, qui sapientia, & consilio Rempublicam dirigunt, quàm qui iacalis hostium corpora exponant.* Qua de re *Barthol. Philip. in tract. del Conseio, y Conseieros, discurs. 3. §. exornat, Bouadil. in polit. lib. 1. cap. 10. nu. 19. Ayala lib. 2. de iur. belli, & discipl. milit. cap. 2. num. 8. & 9. Calist. Ramirez de lege Regia, §. 8. ex num. 5.*

Quidam verò iniqui cùm lucri spe
2 causas, vel protrahant, vel falsis defensionibus tueantur: Vrbem subuertunt, Ciues spoliant, & præuaricatores etiam denominari valent, vt habetur ex *Iorde Deo in prax. lib. 1. cap. 7. num. 6. & lib. 3. cap. 24. num. 3. Iodoc. in prax. ciuil. cap. 96. num. 22. Afflict. in const. Aduocatos, num. 4. Muscatel. in prax. S. C. lib. 1. par. 3. glos. dilatorias, num. 11. Cassan. in catal. glor. Mundi, par. 4. consid. 51. in fin.* Hinc meritò vereri possimus, ad Vrbium nè tutamen, an potiùs excidium, tàm magnus Aduocatorum numerus in Orbe excreuerit? idemque dici nunc posset, quod & non multis ab hinc annis, quando detecta recens America libellus supplex Regi Lusitaniæ oblatus fuit, petens, vt decem millia Aduocatorum in nouum Orbem oblegaret; cumquè Rex perquireret, quid tanta Causidicorum copia illic ageret? responsum fuit, quòd numerus superstes adhuc sufficeret ad Lusitaniam opibus exhauriendam, diripiendamque: de qua re *Pegas. tom. 4. Comment. ad ord. Reg. Port. lib. 1. tit. 48. ad rub. num. 13.* cum quæ sibi prosunt, non quæ iurgium dirimant, aucupentur quidam ex libris, iuxtà illud *Poetæ* cuiusdam:

Iurisprudentes prudentes iure vocentur,
Tam benè cum studeant, prouideantquè sibi.

Non ingenioſi est, sed auari potiùs
3 cauillationibus veritatem obtegere, & ambagibus, ac stratagemate, quæ luce ipsa clariora sunt, intexere, quibus tamen in causa iusta aduersùs calumnias vti valeant, notarunt *Gagnol. in l. ea potest, ex num. 12. ff. de regul. iur. Conarr. var. lib. 1. cap. 2. de Petris festiu. lection. lib. 2. cap. 4. n. 3. Viu. decis. 122. num. 7. lib. 1. Reg. de Philipp. dissert. fiscal. 9. ex num. 4.* & de Iudice, post *Angelicum Doctorem 2. 2. quæst. 55.* loquitur *Afflict. in Constitut. inter cætera, ex num. 4. de Marsil. singul. 77.* Doctos non dixerim, qui verum non detegunt, nec exponunt, iuxtà *Baldi* sensum *consil. 254. lib. 1.* Eiusmodi Aduocatis aptè diceretur, quod Academicus quidam Atheniensibus olim respondit; à quibus rogatus, cur veteres Athenienses, tàm benè literis imbuti fuissent, recentiores verò tàm stupidi, ac stolidi? nimirùm, quia illi studebant scientiæ, vos opulentiæ, quibus linguam compararunt,

Digitized by Google

Marc.Anton.Camos. in microcos. par. dialog.17.pag.204.Gregor.Sayr.in Claui Regia lib.12.cap.22.ex num.10.Cassan. in Catalog. glor.Mund.par.7. consid.28. Bouadill. lib.3. cap.14.num.65. Calist. Ramirez de lege Regia, §.11. el 2, num. 21. pag.99. lit. C. memor Caranit. in ritu 99. cum duob. seq. qui ideò, si impij sint, nimisque solertes absque lingua à sæculo recedere solent, vt in eo plectantur, in quo peccauerunt, vt notat *Accurs. in §. item surdus, verbo Amittunt, Instit. quib. non est permiss. facer. testam. Bustos in eius Rosar.serm.8.par.1. Burg. de Paz in proœm.leg.Taur.num.385. Franc.de Petr.festiu.lection.lib.2.cap.9. sub nu.9. vers.vt meritò.* Et nimis verbosis officij priuationem indixit *text. in l. ex ea ff.de postul.Roman.& Addit.sing.746.* & post *Marant.Asin. de execut.cap.86. 88.& 191.* quos audire voce nolebat Pontifex Clemens IV.propter verba aliquando impertinentia,teste *Apostill. ad Lap. alleg.55.* ex *Nenizan. in sylu. nuptial.lib.1 in proœm.num.18.* contra quos inuehit *Seneca* apùd *Lap.cit.alleg. 55.& alleg.58.*ac *Barclai in sua Argeni lib.3.pag.661.*qui Ibburanem Consiliarium Regem monẽtem introducit verbis, quæ rescribit *Larrea alleg.fiscal.118.n.19. lib.2.* & dixerant *Andr. de Isern.& Affl. in Const.Regni rub.44. de caus.in indic.cit.decid.num.2.*

4 Decet quidem Aduocatum compendiosè,& Laconum more breuitèr loqui, & breuitati tàm in scribendo, quàm loquendo studere: qui enim hac vtitur verbositate,præsumitur malus, & inscius, *Bartholom. Agricola Bartomius de qualitat.& offic.boni Aduocati, in relect. l. Aduocati 14. C. de Aduoc. diuers.indic.* & Rabulæ nomen non euitabit, vt quasi radat, & offendat audientium aures verborum multiloquio, *Cuiac.lib.4.obseru.cap.40.*vel canis rabidi in Curia oblatrantis, *Tiraquel.de nobil.cap.29.ex num.8, Gratian.cap.186.à num.59.Xamar.de offic. Indic.& Aduoc.par.2.qu.1.n.27.*& requisita Aduocati indicaui in *Rit.101. ex n.56.lib.1.& alibi,*& tãgit *Decian. in apologia pro Iuris prudentibus*, impressa post *tom.5. consilior.* Sed notandum, veluti frequens, Aduocato, qui à Iudice impetrauit, vt vnum verbum possit dicere, licebit infinita, quia intelligit vnum verbum, idest vnum factum, *Rebuff.in l.si quando*, C.*de bon. vacant.lib.10.*

Doctissimi verò Patroni, qui nostris in Senatibus intercedunt,doctrina, veritate, ac omnium virtutum genere pollentes, & glorioſæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt, quorum oculorum pupillæ sunt Religio, & Veritas, ac Clientum iustitiam tueri numquàm deserunt, & si consilium dumtaxàt in vnam partem præstitere, ad alteram tuendam non accedunt,

Quamuis soleat quandoquè Iudex
6 compellere aliquos eorum patrocinari pro vna parte,quando aduersa pars meliores, aùt omnes Aduocatos præueniſſet,vt diximus in*Rit.99.n.3.lib.1.* addimus *Guttier. lib.1.pract.quæst.30. num.4.*ex *text.in l.prouidendum,in fin. C.de postul.*ibiquè *Paul.de Castr.Axum meum ad Grammat.decis.103.num.35. de Rubeis forens.certam.6.nu.57.* perpendentem *text. in l.20. C. de probat. & l.7. C. de postul.* Nisi sit clara iustitia istius partis,& altera careret,fraude cessante, & præuio Aduocati iureiurando, declarat, & intelligit *glosa in illo text. Guttier. cit.loco, Fermosin. de indic.& for. compet. ad capit.pastoralis, 14. quæst. 10. num.5.* Quamuis si callidus litigator allecto principali Aduocato,in principio causæ,vt illius patrocinium contra se euitaret, illum deserat, & alterius vtatur opera; derelictus absque nota præuaricationis partem poterit aduersam tueri,vt decreuit *Rora in Romana patrocinij 15. Decembris 1632. coràm Coccino inter volantes,*teste *Camill. Capucio in prax. Iudic.tom.1. par.1.cap.5.art.12. n.323.* A conuitiandi studio, quod frequentissimum olim fuit, ex *Cicer. Tacit. Apuleio, Marcell. Cassiod.* & alijs notat *Marquad. Frehet. lib.3.de æstimat. cap.13.*

Digitized by Google

*cap.*13.*num.*4. nostri Neapolitani Aduocati prorsùs se abstinent, nec ægrè ferunt, si quando in causa succumbunt, iuxtà *Tiraq.* monitum *de nobilit.cap.*29. *nu.*18. exemplo Pauli I.C. qui in causa ab ipso postulata non obtinuit, eodem teste in *l.quæsitum est*, §.*cum vir*, *ff. de leg.*3. nec comprobatur *Philosophi* effatum 7. *ethic.* quòd vincentes tantùm gaudeant, & tristentur victi, & Iudices, si sententiæ eorum infirmæ appareant, & reuocentur, *D.Thom.*2.2.*quæst.*138.*art.*2. *Balzaran.ad Const.Regn.statuimus*, *nu.*28. *de offic.maior Iustit.*

Quorum Aduocatorum laudes indi-
7 cant *Vin. opin.*27.*n.*10.*lib.*1. *commun. opin.* à nobis adductus in *Rit.*99. *n.*4. *lib.*1. *Tasson.de antefat.obser.*1.*vers.*7. *nu.*27.*pag.*375. *Reg.de Philipp. dissert. fiscal.*12. *num.* 78. quosque immeritò carpit *D.Præs. D.Franc.Merlin.* quòd nihil ad rem pro decisione causarum allegent, *centur.*1.*controu.*16.*num.*11. *& centur.*2.*cap.*2.*num.*10. *cap.*31.*n.*4. *circa fin.cap.*32.*num.*18.*cap.*46.*cap.*52. *in princ.& cap.*53.*num.*1. *in fin.* notatus propterea ab *Alphonso de Olea in* subtili *tractat.de cession.iur.tit.*5.*qu.*11. *n.*1. Idcircò ex his pleriquè passim ad summos Regios Magistratus euehuntur, paruipenso *Alciati* monito *lib.*12. *pareg.* non expedire Iudices creare, qui Aduocati fuere; cuius effato dissentiunt *Costa in domo supplic.ann.*17. *num.*19. *Pegas add.loco tit.*48.*sub n.*4. *pag.* 152. alijquè à me laudati in *Ritu*14.*num.*9.*tom.*1. quin non sufficere, ait *Mich. Vulc. de regim.Mun. par.* 4. *quæst.*1.*num.*11. esse, qui ad iudicandi munus aspirat, laurea in aliqua publica Academia, Doctorumque insignibus decoratum; nisi & in Aduocationis palestra optimum, exercitumque Athletam se præstiterit, inuehens in eligentes ad Subsellia eos, qui in postulando se non probarunt expertos: cum ex mala hac electione pleraque mala erumpant, & ad hoc profectò respexisse *text.in* §.1. *vers.vetus igitur*, *Auth.de iudic.vt nullat.* vbi Iudices Iustinianus elegit, quos aduocationis munus eos iudicandi dignos demonstrauit. Et perperàm nostros Aduocatos offendit *Consil.Paul. Staiban. in obseru.ad resol.*1.*num.*71.*lib.*1. *& resol.*156. *à num.*1. *lib.*2. quem se ipsum potiùs lædere, aduertit *Carol. Rota in add. ad Rouit. cons.*89. *num.*3. *lib.*1. Doctorum enim Virorũ propriũ est, Aduocatos laudibus extollere, vt obseruat *Fontanell. decis.*392.*nu.*7. *tom.*2. ibi: *Vt tradit Anton. de Gam. decis.Portugal.*185. qui asserit: *Sic Senatui visum: & loquens de Aduocato, qui contradicebat, nihilominus doctum appellat: sic de Aduocatis loquuntur integerrimi viri cum modestia, & laude.*

Inter cœteras autẽ illorũ virtutes
8 illud mirabile cernitur, quòd qui in nostris Rostris causas dicere consueuerant, aptissimi, & integerrimi nedùm sunt in illis dicendis; sed in decidendis quoque. Nec militat, quòd *Mastrill.* ait ex *Thesaur.in præfat. decis.num.*26. *de Magistrat.lib.*2.*cap.*12. *num.* 3. doctissimos à se multos visos in patrocinandis litibus semper laudandos, ad iudicandi tamèn munus euectos inhabiles euasisse, & è contra. Ipsis nàmque quis non debitos persoluat honores? de quibus in *tit. C.de Aduocat.diuersor.Iudic. Borrell.in summ.decis.tom.*1.*tit.*65.*à num.*1. *Velasc.de privil. pauper. cap.*3.*quæst.*17. *à num.*14. *Salzedo ad l.nou. Recop. l.*34. *tit.*16.*lib.*2. *Parexa de edition.instrum. tit.*6.*resol.*1.*num.*6. *Amaya in l.vnica*, *C.de infam.lib.*10.*num.*87.*& in l.*1.*C. de Aduocat.diuers.Iudic. Perez de Lara in compend.vitæ homin.num.*14. *Solorzan.tom.*2.*de iur. Indiar.lib.*4.*cap.*4. *à num.*18. *Ferdin.Adduens. lib.*2. *explicat. pagina mihi*, 165. *Ioh. Rundinger. obseru.*10.*centur.*1. *Christin. decis.Belgic.*99.*&* 100.*vol.*2. *Cuiac. lib.*16. *obseru.cap.*22. *Fab.de error.pragm.tom.*1. *in epistola ad Ducem Sabandia*, *Griuell. in salut.ad lector.in decis. Dolani Senatus*, *Censal.ad l.vnic. C. si quis Imper. maledix.ex num.*36. alijque à me ipso coaceruati in *Ritu* 58.*&* 101. *ex n.*1. *lib.*1. quem locum laudat *Luc.ad Gratian.*

tian.lib.1.discept.forens.cap.186.n.18. & à Reg.de Philippo fiscal. dissert.2. ex nu.1. & Carolo Rota in tract.1. de muner. ex num.46. ac tract.2. ex num.67. scientia nàmque facit nobilissimos, *Salyc.in l.7.C.de postul.* inquiens, quòd nobilitas sit ipsius scientiæ filia. Nequam proinde meritò, mulierem illam Ianuensem nobilem omnibus infamiæ pœnis dignam existimauit *Alb.Gentil. de nupt.lib.4.cap.13.* quæ vxori cuiusdam Doctoris nullis imaginibus claro, impurissimo, ac petulanti ore dixerat: *Non esse pennam, quæ faceret nobilitatem, sed penem.* Illisq; præterea persoluuntur honoraria, vt dixi in *Ritu* 58. *ex n.9.lib.1.* ac dicebat ad rem *Cassan. in consuet. Burgund. des droicts, rub.4. §.23.in princ.in 9.concl.n.16.* vt agnoscas, quòd tunc, sicut, & nunc, volebant I.C. satisfieri in suis laboribus, nè ijs, qui nunc viuunt, in posterum vitio vertatur, si sine debitis stipendijs nolunt labori incumbere: *Fui interrogatus his diebus, & ita dixi, & quia nullæ erant pecuniæ, nihil scripsi,* refert *Fontanel. tom.2. de pact. nuptial. clauſ.7. glos.2.par.4. num.35.pag.318.* & indicaui in *citat.Rit.58.nu.8.ex glos.in cap. infames, 3. quæst.7.*

Hinc aduotare libet, quæ currenti calamo scripsi pro cœtu ipsorum Aduocatorum (inter quos ego tunc minimus) nè scilicèt ij cogerentur Tribunal adire ad campanæ sonitum, qua in Castro Capuano singulis diebus, festiuis exceptis, in ingressu S.C. pulsatur, & est vocationis signum, *cap. solent, 50.de consecr.dist.1.* ac per illam vocati in multis casibus, si non venerint, graue perpatrant delictum, *Menoch.lib.4.præsumpt.44.num.1. Cyriac. tom.1. contro.forens.26.num.2.* & dicitur ministrorum lingua, *Pater Herrera de orig.offic.diuini, lib.1.cap.9.n.7. Pegas ad ora.Regn.Portug.li.1.tit.§.5. glos.50. Bonadil.in politic. tom.2.lib.3. cap.7.nu.61.* & dixi in *Rit.12.lib.1.* nec propterea nostri Aduocati pœnis afficiendi, quòd designata hora nõ adsint.

Gaudebam mihi, congratulabar Collegis meis, cum ea perlegerem, quæ de Aduocatorum dignitate, & præstantia honorificè scripserant eruditissimi Viri; idquè mihi potissimùm ad tàm præclari muneris rectè obeundi amorẽ, stimulos admouebat, cùm ex edicto, quo amplissimus Præses S.C. (erat tunc D. Don Bernardus Zufia, de quo memini in *Rit.1.sub num.21. lib.1.*) alijque Senatores præstantissimi è cœtu nostro, laureis nostris insigniti, ad eximia promoti munera, opprimi acerbiùs nos, quàm par sit, & veluti in seruitutem redigi iubent, deturpari dignitatem omnem, & Iuris peritorum nobilitatem emancipari video, atque etiam doleo.

Equidèm aduocationis munus, dum venale non est, quod maximis studiorum laboribus, tot diuturnæ praxis in foro exercitationibus ab incunte ætate susceptis, vix senectutis ærũnis emitur, seruile illud minimè existimo; quid est igitùr, vt mulctari pœnis eos, qui sponte illud exerceant; prædefiniri tempus, quo præsint Tribunali, quouè accedant ad forum, quàm diù interfuturi sint ex inopinato decreuerint? Ad quid defudassent Iura tantam Aduocatorum cœtui nobilitatem addentia, *l.prouidendum, C. de postul.* tantam claritatem, *l.1.C.de Aduoc. diuers.Iudic.* dignitatem, *l. fin. C.de offic.diuers.Iudic.* comparationemque Stellarum, *cap.super specula, extra de Magistr.* si vti seruos sub pœnarum vinculis mancipare præcipiat Sac. C. Præses, adeòque eos exuat libertate accedendi, vel non accedendi ad S.C. quę communi omnium viuentium voto cœteris alijs bonis præfertur, *l.libertas, ff.de reg. iur.* Ad quid tantam titulorum congeriem Aduocatorum cœtui coadunare, de quibus *II.CC.* à nobis adducti in *Ritu* 58. *&* 101. *ex num.2. lib.1.* quem pluries laudat *D. Cons.Altimar.ad Rouit. conf.8. tom.3.* diximus in hoc *Ritu num.anteced.* tantasque præeminentias à Principibus impartiri, quas indicauimus in *Ritu* 273. *ex num.83.* memorès *num.88.* de dictis Imperatoris Sigismundi, & Augustini Suessani: addimus Actium veterem

Digitized by Google

terē Poetam, qui venienti Iulio Cæsari ad Poetarum Collegiū nunquàm assurtexisse fertur, non Maiestatis quidem eius immemor; sed quòd in comparatione omnium studiorum aliquanto se superiorem esse existimauit, ex *Valer. Max. Cassan. in catal. glor. Mund. par. 7. consid. 36.*

Nec eorum dignitatem, libertatemque imminuit, quòd cogi possint
11 à Iudice, vt patrocinium suscipiant, ex *leg. nec quicquam, 9. §. Aduocatos, & §. fin. ff. de offic. Proconf.* susceptumque explendum, *l. inuitus, C. de procur.* Intelligendus est enim *text.* ille in sensu, quo loquitur, quo fuit communitèr ab omnibus intellectus: nempè, vel quando legitima subesset causa, *l. penult. §. qui autem, ff. de vacat. & excus. muner.* putà si quis per potentiam aduersarij non inueniri pro se Aduocatū dicat, citata *l. nec quicquam, §. sed etsi quis,* & parte ipsa instante, §. *Aduocatos, eiusdem l. nec quicquam,* mediante honorario pro modo litis, proque Aduocati facundia, & fori consuetudine, *l. 1. §. in honorarijs, ff. de var. & extraord. cognit. glos. in l. 1. §. ait Prator, verbo non habebunt, ff. de postul.* sine quo Aduocatus non obstringitur, neque tenetur pro eo venire ad locum iudicij, *Specul. in tit. de Aduocatis, §. obijcitur, num. 25. in fin.* Vel tandèm in causis pupillorum, aliorumquè debilium, *cit. l. nec quicquam, §. obseruare, verbo Aduocatos,* quibus etiam si non cogerentur, tenerentur præstare gratis patrocinium, *Sot. de iust. & iur. quæst. 8. art. 1. ex pag. 488.* secùs læthalem culpam incurrerent, *D. Thom. 2. 2. qu. 7. art. 1. Gaill. pract. obseru. 43. lib. 1. Couarr. pract. qq. cap. 6. sub num. 4.* opusque misericordiæ negligerent, *Scacc. de appellat. quæst. 15. num. 51. pag. 212.* ex quo in adeptione laureæ Doctoratus ęgentibus patrocinia pręstituros iurisiurandi religione se obstrinxerūt, & dixi in *Rit. 23. à num. 10. & 99. ex num. 6. lib. 1.*

Præter quàm quòd multiplici ex
12 causa nequit Aduocatus cogi ad patrocinium suscipiendum: nimirùm contra amicum, vel pro inimico, *glos. in l. 1. §. ait Prætor, verbo, Non habebunt, ff. de postul. l. humanitatis, C. de excus. tutor. Tiraquel. de pœn. temper. cauſ. 22. Bouadill. lib. 3. politic. capit. 14. num. 56. Azeued. l. 13. tit. 9. lib. 3. nu. 20. & l. 22. tit. 16. num. 1. lib. 2. recopil.* vel contra clientem, quem solitus est tueri, *Villadieg. in polit. cap. 5. num. 55.* vel quando commodè accedere non posset, quia scilicèt esset morbo correptus, *glos. in l. 1. §. Diuus Seuerus, in verb. repet. ff. de var. & extraord. cognit.* vel nequiret valdè mane accedere, quia noctem insomnem traduxisset, quibus in casibus Doctores, Aduocatorum deferendum commoditati, dixerunt, præsertim *Specul. in add. §. obijcitur, num. 25.* ibi: *Si commodè venire potest,* vel si nesciret eam causam agi, in qua suo patrocinio opus sit, *Specul. ibidem,* ibi: *si scinerit causam agi, Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 7. de postul.*

Quapropter cum tot, tantisque ex
13 causis non teneatur Aduocatus; non est cùr hodiè mandetur ipsis genericè, nulloque habito discrimine causarum, casuum, & personarum, ac temporum, vt quotidiè, talique hora accedant. Quod verò *Reg. Rouit.* tradidit in *add. pragm. 1. num. 7. de postul.* licèt potissimùm Aduocatis fauere videtur, tamē haud officit: cum ex ipsius verbis non deducatur, quòd Aduocati susceptum munus explere, & in omnibus causis quouis tempore, & euentu, parte non instante, nec stipendijs constitutis, ad Tribunal accedere teneantur; eo quòd terminis habilibus insignis ille vir loquutus est his verbis: *Nota, quòd postquàm Aduocatus seruatis seruandis*: nimirùm quòd vltrò ad causam accedere teneatur, etiam non requisitus, quando nouit causam tractari, ac clienti defensione sua opus esse, & in casibus videlicèt, in quibus Aduocati munus suum susceptum explere debent, & possunt, vt sentire videtur *Specul.* ab eodem *Reg.* adductus.

Delendum insuper est edictū, quia
14 Aduocati non solùm in Supremo Sacro Consilio, sed in alijs Regijs Tribuna-

bunalibus, in Supremo præsertim à Latere Consilio occupantur, in quibus, vt rerum necessitas petit, in dies interesse cernitur. Nequit igitùr vnius Tribunalis detrimento alteri opem ferri, cum in omnibus causis defensio spectanda sit, & clientum bonum procurandum; omnes sunt Curiæ Regis; omnes subditi; & diù receptum est, vt Aduocati indiscriminatim, non ad vnum restricti, Curias omnes, & Tribunalia inuiserent, & quæ rerum fuisset necessitas, modò vni, modò alteri occurrerent.

Nec audiendus est *Io. Laganarius ad*
15 *Rouit. in pragm. 1. num. 18. de custodia reor.* autumans, prærogatiuis prædictis minimè frui nostrorum temporum Aduocatos; sed priscis Iuris Consultis tantùm indulta priuilegia, Imperatorumque tempore florentibus. Siquidem nulla inter veteres, & recentiores Aduocatos differentia ostendenda est, eadem vtrisque definitio competit: nempè, qui in iudicio apùd eum, qui iurisdictioni præest, desiderium suum, & amicorum exponit, vel alterius desiderio contradicit, *Aloys. de Leo in l. 1. num. 2. C. de Aduoc. diuers. iudic.* Imò nostrorum magis temporum, Aduocati præstantioribus sunt priuilegijs vallandi, qui opus magis laboriosum agunt, voluminosos processus perlegunt, allegationes in iure, & in facto edunt, Iudices instruunt, in Aulis edisserunt, maiori labore, quàm prisci Aduocati, vt adamussim obseruat *Fontanell. de pact. nupt. clausul. 1. nu. 24. lib. 1. pag. 16. & in dec. 155. ex num. 3. lib. 1.*

Quamobrèm, nè edicti huiusce no-
16 uitate tàm vtilis aduocandi modus, & ordo, nèue consuetudo hæc liberè in omnibus Tribunalibus causas defendendi diutiùs obseruata diluatur, (quod sanè non sine legum violatione fieret, cum omnis mutatio in Republica, adhùc in melius, maximi detrimenti sit, vt monent *Terul. aduersùs Marc. lib. 4. pag. 541. lit. D. S. August. epist. 118. tom. 2. lit. A. Angelicus Doctor par. 2. quæst. 97. art. 2. Marc. Anton. Mureto ad l. 2. de constitut. Princip. pag. 153. Altamiran. in l. 3. C. de fil. Official. Milit. cap. 21. ex num. 1. Philipp. Knipchildt de iur. & priuil. Ciuit. lib. 3. cap. 5. nu. 55.* & alij nouitèr apùd *Reg. de Philippo fiscal. dissertat. 21. ex nu. 2.*) nostræ supplici assertioni Sacrum Senatum annuendum fore, Aduocatos in pristinam libertatem vindicando, in spem ducimur; ex quo fiet, vt maiori animi conatu munus suscipiant, & alacriùs exerceant, cum nobilitati suæ, & laudibus liberalissimè indulgeri viderint.

Memoratus ordo, benignitate mixta cum iustitia DD. Præsidis, & Senatorum, fuit reuocatus, vt egit tempore, quo illi præerat D. Regens, & Præsidens D. Petrus Iordanus Vrsinus, calamumque pro totius Aduocatorum cœtus tutela arripuit insignis *I. C. Antonius de Philippo*, pater *D. Regentis Io. Hieronymi*, vt ipse Regens fatetur *fiscal. dissert. 2. num. 4.*

An autem iuramentum calumniæ
17 requisitum ex *pragm. 6. incip. si Reus, de ord. iudic.* sit sublatum ex *cit. pragm. dispendia litium, eod. tit.* attento quoque nostro *Ritu*? inquirit *Carauit. nu. mer. 34.* illudque hodiè recessisse, & cautionem expensarũ ipsius loco successisse, indicat *Mangrell. ad Bart. in l. qui bona fide, §. si alieno, ff. de damno infect.* & absque illius propterea præstatione procedi in causa, monet *Reg. Rouit. in indic. pragm. 6. nu. 1.* referens *Carau.* hoc differentem; & miror cur *Reg. Rouit.* non meminerit *de Muscatel.* qui in sua *praxi* de huiusmodi quæstione differit, *par. 1. glos. contendat, ex num. 14.* & tuetur, quòd nè parte quidem expetête præstare teneatur, quòdque processus valeat, rationibus ductus sub *num. 17.* authoritate *Paris. de Put.* ac *Vrsill. sub num. 17.* & *Marant. in cap. de iuram. calumn.* (quod quidem tempore suo fortè erat in vsu, teste *Muscatell. sub num. 21.*) concludit, huiusmodi iuramẽtum à litigantibus temerè præstari, & paruipendi, ex *Bald. in l. si potest, C. de euict.* cum potiùs de calumnia committenda, quàm vitan-

da

Digitized by Google

da iurent, & propterea penitùs illud à iudicijs eliminandum, nè tot periuriorum nexibus animę litigantiũ fœdè illigentur. Vnde reiectis disceptationibus, an in Regno per huiusmodi *Ritum*, aliaque iura sit hoc iuramentum deletum? putarem fuisse obliuioni traditum, ac derelictum ex malitia, & litigantium proteruia, qui vt aucupentur sibi iura, foueantque, parui habent, vel millies peieraſſe.

Et quamuis *Regens Rouit. citat. loco*
18 *num. 3.* dicat, huius iuramenti omissionem fuisse introductam ex *cap. 1. §. Sacramentum, de consuet. rect. feud.* tamèn remissio, de qua in *cit. §.* fuit ob reuerentiam, quam Domino vasallus debet, fuitque statutum ad instàr Patronorum in *l. ius iurandum*, 33. *§. qui ius iurandum, de iur. iur.* quam legem allegat *glos.* feudalis ad ostendendum, quòd in hoc Dominus est similis Patrono, & ista Iura æquiparare libertos vasallis, dixit ibi *Andr. & in tit. quib. mod. feud. ammitt.* etsi aduersùs hanc æquiparationẽ arguatur ex multis, præsertim ex eo, quòd si Patronus à suo liberto iuramentum exegerit, nequit libertus Patronum mutuò ad iurandum compellere, vt sustinet *Aluar. in indic. §. in quibus, sub num. 21 vers. apponitur ab extrà*, & sub *num. 3.* vbi cum *Salyc. in mem. §. qui ius iurandum*, aduersante dictis *Bart.* expressè resident, prout etiam Domino ex eadem æquitate remittitur in *cap. 1. §. si verò feudum, si de feud. fuer. contr. inest.* vbi *Isern. sub num. 4.* profert rationem, quia Domino hoc iuramentum fuit remissum per Fridericum apùd Roncaliam, vt dicitur in *addit. §. Sacramentum, de consuet. rect. feud.* sed tamèn iuramentum, quod remittitur in *cit. §. si verò feudum*, non est calumniæ, de quo loquitur memoratus *text. in §. Sacramentum, vers. in quibus*, sed Sacramentum litis decisorium, quod alio vocabulo dicitur defensio in *tot. memor. tit.* & ibi *DD.* ac præstatur pro veritate detegenda, cùm perperàm veritas tegatur, tàm à Vasallo, quàm à Domino, vt in *cap. 1. vers. etsi Dominus*, & ibi *glos. & Isern. de controu. inuest. int. Domin. & vasall.* ex quo *text.* Præsul *Liparul. in add. §. si verò feudum, verbo, Dominus iurare*, dicit, huiusmodi decisionem esse omninò veram, quatenùs de iuramento cum duodecim sacramentalibus loquatur, qui sacramentales qui sint, & an à longobardis, vel Iure Canonico, aùt Ciuili ortum habuerint? differit *Cons. Io. And. de Georg. in repet. cap. huius autem generis, in quib. feud. ammitt. c. 19.* & nos supra in *Rit. 280.* & infra 293.

Quatenùs verò simplex, & omni-
19 nò iuramentum negaret, dubius existit de decisione per *text. in cit. cap. 1.* Etsi *Liparul.* anceps sit, innuatque quòd Sacramentum à Domino *textus* minimè tollat; tamèn non discedendum, reor, à litera, quia esset destruere *text.* & legendum intrepidè, quòd à Domino omnem auferat iurandi necessitatem; atque hic casus longè distat à casu *cap. 1. vers. si verò Dominus, de controu. inter Dom. & vasal.* ac ab alijs Iuribus, quæ iuramentum Domino deferendum sanciunt: nàm cum in ijs casibus esset de feudo contentio, cum illo, qui vasallus declaratus adhùc non erat; hic verò ille à Domino Sacramentum petebat, qui iam vasallus erat pro feudo, de quo minimè controuersia extabat, & aliud petebat, de quo iuramento Domini stare volebat, & propterea sicuti Patronus in lite, quam cum liberto habet, iurare non tenetur, propter reuerentiam; ità paritèr isti Domino; nàm maior reuerentia est exhibenda illi, qui verè est Dominus, quàm ei, quem adhuc Dominum esse non constat, vt *arg. §. primi, de mil. vasal. qui Cont. est*; dicit *Aluar. ibid.* & alium ponit casum, quando Dominus de calumnia iuramentum prẽstare se offerret, an tunc vasallum ad sibi iurandum adstringere posset? & contra opinionem *Iacob. de Beluis*, negatiuæ incumbit sententiæ *num. 3.*

Vndè, vt ad *Isern.* incœptus redeat
20 sermo, putarem, *Isern.* lecturam, tanquàm

quàm deficientem, esse supplendam, videlicèt, quia Domino similitèr ius iurandum de calumnia remittitur, & sic *Isern.* aliud *ibi* adducere voluit simile, in quo Dominus iurare non tenetur.

Proindè dicendum, quòd quamuis
21 nec de consuetudine huiusmodi calumniæ iuramentum tolli possit, talisque consuetudo minimè valeat, ex *textib.in cap.constitutus,de fideiuss.& in cap.certum, de iuram.calumn.* quos recenset *Matthes. sing.*65. *Roland. consil.*71.*num.*10.*vol.*1. *Afflict.in pralud. constit.quæst.*12. *num.*8. *Anus mens ad Capyc.decis.*207. *Antonel.cons.*61. memores *Carau.in hoc Rit.* etiam in causis summarijs, & in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *tom.* 1. integra *quæst.* 26. Tamen hæc toleratur consuetudo, cum animarum detrimentum ab huiusmodi iuramento præstando fieri in dies viderit. Et Gentiles hac perspecta temerè iurandi facilitate, vt peierandi ansam tollerent, solo ducti naturæ lumine, id lege vetarunt, quam à Radamanto latam ferunt, qui propter incorrupta iustissimæ vitæ iudicia à Poetis vnus ex tribus Tartari Iudicibus fingitur, vt refert *Plato in libr.de legib. dial.*12. de quo meminit *Cons.de Georg. capit.*17. *num.*11. qui docet,quid sit iuramentum? quarè inuentum? quotuplex; & cur Ius feudale potiùs, quàm Romanum,in causis decidendis iuramenti fidem sequatur.

Anno 1630.iussu Pro-Regis simul,
22 & Visitatoris prodijt decretum,quòd causarum Patroni huius nostræ Ciuitatis hoc calumniæ iuramentum subire tenerentur. At aduersùs illud decretum insurrexere Viri insignes,nempè *Franc.de Petris cons.*1.*Camill.Tambrus in suo opusculo, Tasson.de antefat. vers.*3.*obseru.*1.*ex num.*11.scribentes, non responsa dixerim legalia, sed penè tractatus integros, eo refertos eruditionum, ac doctrinarum munimento, vt quamuis nostrum non sit, Principis actionum causas rimari, & æstimare,cum summum Principi Deus iudicium dederit, nobisque obsequij remaneat cura. Visum tamen meritò fuerit, vt ordo suspenderetur ob consuetudinem tàm vetustissimam, ac diuturnam in oppositum militantem, quæ in Aduocatis de non iurando de calumnia (quicquid sit in principalibus litigatoribus)introduci validè potuit, *glos. in l.rem non nouam*, §.*Aduocati*, *C.de indic.* & *Bald.in cap.cæterùm*, *de fideiuss.* dicit, discrimen esse inter litigatores, & Aduocatos, quia non in causa, sed circa causam Aduocati iurant, & proindè in ipsis consuetudinem operari, & expressè ante *Bald.* sensit *Isern.in pralud.feud.n.*27. nectens,quòd desuetudo legem abrogat, *l.de quibus*, *C.de leg. in fin. Inst. in proœm.* §. *igitùr*, & absque dubio tollet, & abrogabit, quando in contrarium actum est, & ponit exemplum in Sacramento Aduocatorum,*C.de indic.citata l.rem non nouam*, §.*Patroni*, quam in consuetudinem non vigere dixit ex *Bulg.* quia lites sine tali Sacramento agitabantur. Maximè quia nostrorum Aduocatorum probitas his aculeis non eget, vt benè operentur, & in iudicijs, ac causis agendis præoculis habeant rectitudinem, quæ eis perpetuò præsto est; dirimunt enim ambigua facta causarum glorioſæ vocis, ac legum confisi munimine, non clypeis quidem calumniarum;tùm;denique,quia vel secluso Sacramẽti vinculo exploratissimum est, eos, si qui fortè abiecti, ac degeneres, inter viliſſimos quosque numerandi iniustas causas tuendas susceperint, turpe cõpendium, stipemque deformem potiùs, quàm laudis augumenta quærentes, obstringi ad restitutionem, & damnorum omnium refectionem, si æternæ animarum suarum beatitudini consulere velint, præter quod malè parta, quàm citissimè dilabuntur,cum lamentabili domorum excidio,& non sine dignitatis familiarum dedecore, concinitque apùd *Diu. Io. Crisostom.* effatum *sup.*1.*ad Cor.hom.*40.*Quipluſquàm permissum erat, colligebant, non*

man-

Digitized by Google

manna, sed vermium plus, & putredinis retulerunt.

Istud autem Capitulum M.C.eiusque Regenti Ioanni de Haia directũ, & à Regina Ioanna præsentes inter *Ritus* insitum, nulli dubium est, instàr cæterorum *Rituum*, seruandum esse in toto hoc Regno, *Andr. in reper. ad Cõst. Regn. vers. Ritus. Cons. Capyc. in inuest. feud. verb. Officialium, de Franch. decis.* 143. *n.* 7. *Alciat. cõs.* 25. *in fin. lib.* 5. *Cappell. Tholos. decis.* 115. *Molin. lib.* 1. *primog. cap.* 2. *num.* 18. Præterquam quòd ex regula à nobis constituta in *Ritu* 275. *n.* 36. *lib.* 3. rescriptũ etiã vni directum positum in volumine legum, facit ius quoàd omnes. Addimus hanc regulam confirmantes *Reg. Rouit. consil.* 93. *ex num.* 2. *lib.* 2. *Rebuff. ad constit. Gall. tom.* 3. *de salar. tax. per visit. proces. art.* 1. *glos. vnic. nu.* 15. *&* 16. *Cons. Carleual. tom.* 2. *de iudic. lib.* 1. *disp. inr. tit.* 2. *disput.* 8. *num.* 10. memorem ad rem *pragm.* nostræ, 40. §. 5. *in fin. de offic.* S.R.C.

Ex hoc itàque Capitulo, eiusque
24 verbis ibi: *Ex defectu omissa solemnitatis iudiciaria,* & ibi: *De pura substantia veritatis*, prodijt decantatum illud, in Regno causas cognosci, atq; definiri posthabitis solemnitatibus, sola facti veritate inspecta, summariè, & de plano, quam notoriam cantilenam vocitat *Muscatel. in praxi* S. C. *par.* 1. *lib.* 1. *glos. libellus, num.* 4. cuius mèminit *Mari ad Grammat. decis.* 15. *num.* 7. Hinc fortassè in hoc Regno causas omnes summarias, præter feudales, iudicari, scripsit *Iacob. Schultes* Elbingensis *observ. forens. 3. num.* 249. qui latissimè agit de causis summarijs, & in quibus neque libelli, neque litis contestatione opus est. Atque huius *Capit.* vigore valent Barones in Regno committere causas summariè, simpliciter, & de plano; quamuis Iure Communi nequeant, *Paris. de syndic. verb. sententia, vers. est tamèn, Ruend. in cap.* 6. *Prætor. num.* 3. *Reg. Tapia lib.* 2. *iur. Regn. rubr. de offic. & author. Baron. num.* 4.

Porrò Legislatores nihil aliud im-
25 pensiùs optarunt, nisi finem imponere litibus, quæ domus pessundant, familias perdunt, odia, rancores, atque inimicitias pariunt. Vtinam non, & animarum iacturam! Idq; ipsum summoperè fuit quoque cordi Reginę Isabellæ, quæ dispositis in hoc *Ritu* robur addidit in sequenti *Rit.* 289. Regi itidem Ferdinando in *prag. incip. Odia litium, de ord. iudic.* nostrisque Serenissimis Austriacis Regibus. Quamobrem conditi fuere hic, alterque *Ritus* 289. & tot promulgata municipalia Iura, vt obseruat *Carauit. in hoc Ritu ex num.* 29. cuius meminit *Donad. de renunciat. cap.* 32. *nu.* 73. *lib.* 1. *Calà de modo articul. glos.* 1. §. 1. *ex n.* 4. *Troyss. in proœm. mem. pragm. sub nu.* 15. *Borrel. in prag. odia, de arbitr. in princ. Camp. in cap. frequens, num.* 1. *Iodoc. in prax. ciuil. cap.* 27. *in princ.* Quin *Carau.* & *Reg. Rouit.* ille in hoc *Ritu*, alter in *comment. ad mem. pragm.* multa ad illorum elucidationem congerunt, necnon *Præs. Ricc. collect. decis.* 1118. *Musc atel. cit. par.* 1. *glos.* 1. *ex num.* 6. *& glos.* petitur, *à vers. secundo quæro, sub nu.* 4. Regis enim est, lites resecare, *l. properandum*, C. *de Iudic. cap. finem litibus, de dolo, & contumac. Solorzan. de iure Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 7. *& tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 82. *ac emblem.* 68. *nu.* 25. *& tom.* 4. *in exort. ad Aduocatos, numer.* 27. ac *Ioann. Nenizan. in syl. nupt. lib.* 6. *num.* 8. *Eman. Aluar. Pegas ad ordin. Regn. Portugall. tom.* 1. *ad proœm. glosa* integra 57. *Beterlinch. in theat. vit. human. tom.* 4. *pag.* 222.

Vndè Rex D. Iayme de Aragon litibus, & litigiosis semper infensũ se præbuit, ac in exilium misit insignẽ, & celebrem Aduocatum, qui multas lites excitabat. Rex Galliæ imposuit tributum depositandum à lites mouentibus, quod victoribus restituebatur, & si victi, acquirebatur Fisco. Hoc consuluit *Mæcenas* Augusto, teste *Dio lib.* 52. his verbis: *Optimum verò inimicitias omnes, & ambitiosa certamina prorsùs excindere, atque adeò nec nomina noua, aùt aliquid, ex quo oriri discordia possit, illis permittere.* Cla-

Digitized by Google

mat propterea *Cicero lib.1.de legibus. Et ea salus, litium multitudine, maximoperè laditur.* Nam clari iuris est, dicebat *Alex. cons.* 171. *lib.*7. extinctionem litium ad conseruationem Congregationis humanæ pertinere, & saltim ob tempus amissum euenit, quod scribit *Senec.epist.*1.*ad Lucil.* ibi: *Persuade tibi, hoc sic esse, vt scribo, quædam tempora surripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt, & si volueris attẽdere magna pars vitæ elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus.* Multi assimilantur Hyperbolo, de quo *Iacobus Goreno in Clypeo Patientiæ, lib.*2. *cap.*11, sic loquitur: *Hyperbolus fuit mirum in modum appetens litium; hinc adagium, vltra Hyperbolum, quod de eo dicitur, qui causas, processusque, quos vocant, plusquàm par sit, suscitat, & qui similis est his, de quibus Hesiodus, multi inquit litigant in foro, non tàm vt aliquid consequantur, quàm alios vexent, atque molestent.*

Quamobrèm si veritas inspicienda
26 est, & æquitas in quibuscumque Curijs, ac Iudicijs, potissimùm in Subsellijs M.C.V. cui vtpotè luminari maiori ex dictis à nobis in *Ritu* 1.*ex numer.*22.*lib.*1.*&* in *Rit.* 278.*ex num.*6. *hoc* 4. *tom.* quod oppressorum lacrymas exiccat, iustitiæque fonti, qui iniuriarum sordes detergit, directè loquutus est Rex Carolus in hoc *Ritu*; Eadem quoqi fortiùs exuberare debet in supremo Sacri Consilij Senatu, qui, & Regem ipsum representat, iudiciaque iudicat, vt Deus, de quo infra. Vnde haud inutile duxi, hic perstringere nonnullos casus, effectus, & prærogatiuas erutas ab huiusce *Rit.* aliarumq; nostrarum Sanctionum dispositione, Iure Cõmuni, ac Praxi. Quorũ plerique quia conueniunt non solùm S.C.& M.C. verùm & cunctis Curijs, Tribunalibus, ac Ius dicentibus. Nonnulli autẽ præcipui sunt S. C. Describam porrò eos ordine tumultuario. At quos, perspexero, spectare ad S.C. de illis specificã mentionem faciam, vt innotescat, eas prærogatiuas ad ipsũ Supremũ Senatũ priuatiuè pertinere.

Perspicuum quidem est, Parthenope
27 pem nostram, si iustè gloriari licet, tot, tantisque ornamentis, honoribusque à Deo, Natura, Regibus, & hominibus certatim ornatam, in hoc potissimùm suas glorias pandere, quòd habeat tot Tribunalia tàm rectè ordinata, tot legibus municipalibus, tantisque Ministris munita, *Reg. de Philippo differt.fiscal.*20. *num.*14. Etenim præter Collaterale Consilium, in quo Consiliarij à latere Excell. Pro-Regis residunt, de rectè administranda Republica statuentes, de quibus eloquuti sumus in *Rit.*1.*ex num.*7. *lib.*1. addimus *R.Sanselic.dec.*223.*lib.*2. *Gizz. ad Capyc.Latro dec.*187.*lib.*2. *D.Marchion.de Centelles*, Locumtenentẽ Regiæ Cameræ, *in controuers.de honores, y precedencias sub num.*57. me citato, mea rescribentẽ verba. Est etiam pro administranda Iustitia Supremum omniũ inter Magistratus Regni Subselliũ: nempè S.R.C. *prag.*2. *de offic.* S.C. ibi: *Igitur Sacrum eodem in Regno, Supremumq; Consiliũ ordinauimus*, cuius tantus est dignitatis, authoritatisq; splendor, tantaque potentia, vt admiratores omnes ad sui laudes, ac debitam vndique reuerentiam concitet.

Quantum enim decus (dissimulatis
28 consultò cæteris pluribus ornamentis) S. huic C. à solo sui Authore descendit? palàm est, quia Institutorẽ habuit Alphonsum Aragoneum Regem, semper omnibus commendabilem, de quo plenę sunt Historię, & indicaui in mea *Paraneśi Excell. D.Petro Antonio ab Aragonia, Regni tunc habenas sustinenti, de transferẽdis cineribus Alphonsi huius Regni Primi Regis à Neapolitana Vrbe ad Basilicum Maiorum tumulum.* Hic enim cum sibi Ditionem hanc: nempè rem suam, iustissimè vendicasset, Renato Rege repulso, postquàm tertia Iunij 1564. pompa triumphali in Ciuitatem nostram exceptus est; Supremum hoc Consilium ordinauit eodem anno, Aragonium nempè regimen imitatus: probè enim intelligebat, non tàm in præsidijs, in-

pro-

Digitized by Google

propugnaculis, in copiarum, armorumq; munimentis Regna consistere, quàm in æquissima Iustitiæ administratione. Quarè aduersùs eos, qui Ferdinandum filium Sacri huius Consilij Authorem, & non veriùs Adauctorē faciunt, sexcenta Historicorum hominum grauissima testimonia palàm reclamant, ac Diplomata in Regijs Archiuijs asseruata, necnon eiusdem S.C. forensia acta contradicunt, quæ ipsum amplificasse solùm, non induxisse inter nos huiusmodi regimen, constantissimè comprobant. Hinc *pragmat. 2. de offic. S.R.C.* non Ferdinando filio, sed Alphonso Patri tribuenda venit, atq; demū Typographi peccantis incuriam nomina perperam commutasse, censendum est: quomodo enim eiusdem *pragm.* sensus, ac verba Ferdinando accōmodari valeant, cùm tantùm paterni Imperij hæres fuit? Alphonso certè patri congruentiùs quadrant: ipse enim rem totam armis confecit, Regnumque hoc legitimo, ac hæreditario iure sibi destinatum pugna iustissimè assequutus est. Quō circa *Nicolaus Top. de orig. Tribunal. par. 2. lib. 1. cap. 2. ex num. 10.* solertissimè perspicit, eamdem *pragm.* inter Constitutiones ab Alphonso post triūphalem ingressum, Regniquè huius æquissimam consequutionem, sanctas, primum locum tenere.

Non solùm ergò Alphonsus, potē-
29 tissimus æquè, ac sapientissimus, ad huius Ciuitatis, iam diù exulē tranquillitatem, totiusq; Regni optimum statū firmandum, infeliciissimis mille perturbationum motibus iam collapsum, huiusmodi Consilium instituit; sed eidē ipsemet semper præfuit. Quamobrèm hęc cōsecrati Capitis Præfectura Consilio *Sacri* prænomen fecit: sicuti olim omnia Imperatores Sacra nuncupabātur, vt Sacrum Scrinium Conciſtoriū; Sacra Cognitio, Largitio, Sanctio, teste *Iuret. ad Symmach. lib. 2. epist. 30.* cuius meminit *D. Garcia Barionueuo* Marchio Cusani in *panegyrico Excell. Lementium Comiti, pag. mihi,* 178. & meritò vocatur S. C. non Tribunal,

quia illud Regem respicit, hoc Iudices inferiores, *Bouadill. tom. 2. lib. 3. capit. 14. num. 23. Conrad. in Templ. omn. Iudic. lib. 2. c. 1. Tasson. de antef. verf. 3. obser. 3. num. 36. & 72.* Ac præterea libellos, qui offerebantur, hoc titulo prænotatos voluit: *Sacræ Regiæ Maiestati*. Sed cum Reges perpetuis curis detenti, varijsque magni ponderis negotijs præpediti, in hunc Senatum venire continentèr non possent, egregios quosdā Viros perspectæ virtutis delegerunt, qui Regio nomine; Regiaq; authoritate inibi præsiderent, prout hoc tēpore præsidet D.D. Fœlix Lanzina y Vlloa, qui postquàm magnificentissimo quouis munere laudabilitèr functus fuit, communi omnium plausu, & commendatione, incomparabilis prudentiæ suæ, integritatisquè meritis exigentibus, eximia hac dignitate, vtinam perennatura, ornatus est: inter cœteras enim Virtutes illa est admirabilis, quòd in causis animi sui votum non pandit lingua, aspectu, vel vultu, vt Consiliarij liberiùs suum proferant: prœcipuum sanè requisitum, testibus *Paleot. de Sacr. Consist. 5. p. q. 2. pag. 229. Michael Martinez de Villar. in tract. de Iuncta Regni Aragon. fidelit. §. 9. pag. 261. Petrus Callisto in analytico tract. de leg. Regia, §. 10. num. 32. Rara enim temporum fœlicitas*, inquit *Tacit. lib. 1. hist. 5. vbi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere licet.*

Hoc præcipuè exquiritur in inte-
30 gro, rectique assecla Iudice: nempè continere secretum, adeò seuerè exigitum à Iure, tùm Communi, tùm Municipali, *pragm. 5. de offic. Iudic. 17. de offic. S.C. 1. de cauſ. decid.* & scripsi in *Rit. 265. ex nu. 178. tom. 3.* Nec mulcta vlla excogitari potest, qua afficiendus non sit Minister in medium proferens arcana causæ; cui rei seriò animum appellare debent Principes, eo enim in apertum ducto, quòd præter periuriū, maxima oriuntur incōmoda, ac detrimenta inenarrabilia, ad quæ reparanda Iudex tenebitur; Verùm, quando, aùt qua ratione huiusmodi reparationes fieri vnquàm poterunt?

Digitized by Google

Diximus in *Ritu* 3. *num.* 10. *lib.*1. *ex Borrell.* hanc ob causam *Marin. Frecciam* è Senatoria dignitate deturbatum fuisse,cui opponitur improbando *Io.Bapt.Mucci ad Reg.Sanfelic. dec.*79. *num.*10. *lib.*1.monens, quòd *Anna in singul.* 383. cum nomen non profert, neque sermonem habet de Senatore, quem fuisse *Frecciam* argui posset;sed de pluribus Senatoribus, qui proindè fabulam autumat traditionem: maximè quia id in historijs non legitur,vbi cõmemorantur aliorum suspensiones, quorum non pauci in integrum restituti fuerunt, de quibus *Costus part.*3. *lib.*3. *histor. Neap.* & *Summont. par.*4. *lib.*12. *anno* 1584. *&* 1587. At *Frecciam* dignitate denudatum fuisse prætextu,quòd suffragium palàm fecerit, vero verius est, adduciturque Arrestum R. C. latum anno 1560. die 1. Martij apùd *R.de Marin.arrest.*63.*to.*3. *pag.*797.Equidem autẽ spero credendum fore, notam *Freccia* immeritò inustam fuisse, tùm quia Vir ille fuit qua morum integritate, qua Nobilitate originis, qua omni Scientiarum genere eximius(Trahit enim originem è Ciuitate Rauelli, Dominus Ciuitatis Litterarum, & Castri Abbatis, à Consilijs Caròli Quinti semper Augusti, in hoc Neapolitano Regno, ac S.C. Pro-Præsidens egregius,Professor de feudis in publico huius Ciuitatis Lycæo,quod idem ipse asserit in *præf. ad lib. de subfeud. in cap.de feud. orig.* de rebus,quæ vetustatem præferunt, apprimè edoctus,cui Antiquitas omnis, imò, & Iura ipsa quam maximè debent) tùm etiam quia, & integerrimi adhuc Iudices illi subiacent fato, vt sœpè sœpiùs calumniarum imber aggrediantur acritèr, & quandoque etiam miserrimè obruantur. Mirum enim videri non debet, si vbi è Solio imperat prauitas,ibi conculcetur integritas; & qui iniquum pro æquo facit, quid mirum, si iniquam duxerit æquitatem:*Laudabiles,& probanda actiones, graues inuidias, & acres calumnias costare solent*,ait *Polyb.* 1.*hist.*& *Ann.Rober. rerum indic.lib.*2. *cap.*2. *An veluti Cantharides*, inquit, *etiam florentibus rosis sæpe innascuntur, sic,& calumnia, nè quidem à pietate abstinent, imò eam probris, & maledictis frequentèr exagitant. Luc.de Penn. super text. in l.si grauiùs,*16. *C.de dignit. lib.* 12. *quia homines*, ait, *qui habent de alijs iudicare, sæpe propter iniustitiam multos aduersarios habent, vndè non est passim credendum contra eos.*

Prænotantur adhùc eadem inscrip-
31 tione *Sacræ Regiæ Maiestati*,supplices libelli, quotquot S.C.Præsidi dantur, vtpotè qui Regiam adhibeat authoritatem. Et hanc ob causam idem S.C. vt mos Regum est, Illustris tantùm titulos exornat Pro-Reges; quare quoties in Collaterali Consilio, Sacrum Consilium causam aliquam agit, seruare semper solet in sententijs hanc formulam: *Facta relatione coràm Illustri Vice-Rege*; quam causam si ageret idem Collaterale Consilium, magnificentiùs diceret: *Facta relatione coràm Illustriss. & Excellentiss. Vice-Rege*, vt dixi in *Ritu* 1.*sub num.*21.ex eadem ratione, cum in sententia nominandus fortè est aliquis Cardinalis, non alio titulo decoratur, nisi *Admodum Reuerendi*,quo eũ ornat Rex tàm voce,quàm scripto,vt obseruat *Casar. in specul.peregr.quæstione* 12.*num.*181. Hinc cum lecta fuisset coràm D. Andrea Marchesio Præside S.C.supplicatio pro interesse Principis Italię Superiorem (præter Imperatorem) non recognoscentis, cuius initium erat: *Exponit Serenissimus Dux*, fuit decretum: *reformatis titulis prouidebitur*,teste de visu *Casar.loco cit.nu.*21. Propterea quando S.C.Præses causas Consiliarijs demandat, dat eis titulum *Magnifici*,quo solet eosdem honorare Rex, de quo titulo nonnulla edissertaui in *Rit.*273. *nu.*86. *lib.*3. Quando verò cœteri Tribunaliũ Præfecti causas committunt:scilicèt Præsides R. C.Iudices M.C.Auditores Prouinciarum,titulo *Domini* nuncupant:etenim illa Tribunalia proferunt eorum, vel prouisiones: nempè R.C. sub nomine Magni Camerarij. M.C. sub M.Iustitiarij.

tiarij. Quamuis enim sint Regia Tribunalia, Rex tamen illis non præsidet, neque ipse iudicium profert, sed vnus ex suis cõspicuis Ministris. Non sic S.C. cui Rex, eiusq; Præses præest. Ideò in suffragiorum paritate, Præsidentem, aiebam, debere in eorum sententiam abire, qui fauent, in capitalibus causis, cum de morte agitur, quia ipse Regem representat, ex cuius suffragio nemo debet vltimum supplicium pertimescere, exemplo Regis Ioannis III. de quo meminit *F. Io. Marq. in Gouernat. Christian. lib. 1. capit. 19.* & Regis Ioannis II. de quo testatur *Rezende in sua Chronica cap. 99.* quod ipsum indicaui de Pro-Rege in *rit. 274. num. 154. lib. 3.* etsi displiceat *Pasqualino tom. 2. ad pragmat. Regni Neap. 11. de condemn. pro delict. nu. 27.*

32 Verùm gaudeo summoperè reperisse Authorem, qui hoc adamussim dixerit in Præside, & is est *Emanuel Aluarez Pegas in Comment. ad ordin. Regn. Portugall. lib. 1. tit. 1. §. 9. glos. 67. num. 5. pagina mihi*, 275. qui quippè *Pegas* vtitur verbo *tenetur*, quod importat præcisam obligationem, *Paris. cons. 19. num. 21. & 132. lib. 2. Marta cons. 104. num. 12. Ciarlin. controu. forens. 9. num. 56. & controu. 38. num. 25. Quesada controu. 22. num. 25. Daniel de Nobilibus disput. 66. num. 24. Magon. decis. Florent. 7. num. 11. Barz. decis. 74. n. 16. Franc. Ant. Tanchredini consult. 10. nu. 39. Fontanel. dec. 9. nu. 16. lib. 1.*

Antecedit propterea S.C. Præsi-
33 dens Locumtenenti Regiæ Cameræ, & si ambo fuerint Consiliarij Status, Præsidens S. C. præcedit eumdem, etiam electũ Consiliarium Status ante ipsum, *Io. Andr. de Georg. in alleg. 25. num. 11. Reg. de Ponte decis. 8. num. 15. Fab. de Ann. cons. 22. num. 43. Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 202. num. 22.* Si verò ambo essent Regentes creati, ille præcedit, qui fuit primò Regens renuntiatus, *Surg. de Neap. Illust. cap. 37. sub num. 22. Reg. de Ponte in tract. de potest. Pro-Reg. tit. 5. §. 8. num. 35. tit. de elect. Official. pag. 125. Tasson. de antef. obser. 3. vers. 3. post num. 125.*

Exemplo Capitis, noster S.C. Se-
34 natus præstantior est, ac maior Tribunali R.C.S. atquè adeò Dom. Consiliarij cunctis in actibus, consessibusuè antecedunt Dom. Præsidentes, licèt tempore adeptæ possessionis priores, *Surg. de Neap. Illustr. cap. 27. num. 24. in princip. vers. Regij Consiliarij, Reg. Constant. in repet. l. 1. C. de Consulibus lib. 12. num. 57. circa princ. Reg. de Pont. de potest. Pro-Reg. tit. 3. de elect. Official. §. 8. num. 35. vers. & maius est, Regens Rouit. cons. 102. num. 1. & 2. lib. 2. Reg. Io. Camill. Cacacius* inter allegationes à *Regen. de Marin.* collectas *alleg. 85. n. 61. Cafar. peregr. quæst. 12. ex n. 22. Anich. de prauent. instrum. cap. 2. qu. 5. dubio vnic. num. 73. Carol. Rota ad Rouit. cons. 102. num. 14.* citans me ipsum in *ritu 265. num. 118. tom. 3.* & dixi in *ritu 1. ex nu. 12. tom. 1.* atque ita fuisse perpetuò seruatum in cunctis actibus, si vnum excipias: nimirùm Consiliarios, qui in ipsa adessent adiuncti, & vnà conueniunt in Reg. Camera, considere in læua, Præsidentes in dextera, tanquàm domi suæ, vt diximus *citat. in rit. 265. & in ritu 273. num. 76. to. 3. Aequum est enim*, inquit *Bodinus lib. 1. de Republ. cap. 7. pagina mihi*, 70. *lit. C. quemquè domi suæ Principem locum obtinere, & in dissert. de praced.* addit: *Neque enim absurdum est, in maiori dignitate constitutum ratione loci postponi minori, arg. capit. à collatione, 11. de appell. in 6.*

Etiam si simul conueniunt S. R. C.
35 atque R.C.S. in Collaterali Consilio, S.C. dexterum occupat locum, læuum R. C. Cum verò contenderent Dom. Præsidentes veterem hunc ordinem inuertere, cùm accedunt domũ D. Locumtenentis, vnà cum Dom. Consiliarijs datis adiunctis in causa vertente in R. Camera, Excell. D. Pro-Rex iussit, adiunctos præcedere, *Cafar. peregr. quæst. 12. lib. 1. ex num. 1. Rocc. de offic. tit. de praced. §. 4.*

Ac ita seruatur, quando in Colla-
36 terali Consilio coràm Pro-Rege cogitur Iuncta Regiæ Iurisdictionis, quæ conflatur ex Dom. Regentibus, S.C.

Præ-

Digitized by Google

Præsidente, Locúmtenente Reg. Cam. quatuor aularum S.C. Præfectis, Reg. Consiliario Assessore Cappellani Maioris, Decano Præsidente Reg. Cam. vtroque Fisci Patrono, tàm Reg. Cam. quã M.C.V. In ea enim Decanus Præsidens dum taxàt in læuo sedet latere, qui vbi desierint loqui Fisci Patroni Reg. Cam. & M. C. V. qui & in læuo consedent, prius Præsidens Decanus Reg. Cam. præstat suffragium, deinde Regij Consiliarij ex ordine proferunt suffragia, inchoante iuniore in officio. Verùm in materia gubernij, & Status, antiquior incipit votum proferre, *Ann. sing. 6. in fine*, *Surg. de Neapol. Illustr. lib. 1. cap. 1. ex nu. 10. Reg. Sanfel. dec. 140. num. 1. tom. 1.*

Cumquè suborta fuisset quæstio,
37 an & ego, qui non tanquàm Regius Consiliarius, sed tanquàm Reg. Cappellani Maioris Assessor aderam, prior Præsidente Decano deberem suffragium ferre, dixi, me retinere præcedentiam Reg. Consiliarij in quolibet munere, non enim poterat dignitas hæc à me abdicari, ex *l. 1. C. de Consul. lib. 12. Fab. de Ann. cons. 40. lib. 1. n. 43.* ibi: *Quia dignitas est inseparabilis à persona, & propterea, qui in dignitate est constitutus, si adeptus est aliam dignitatem, non relinquit priorem, & ob id alteri habenti aqualem dignitatem præferri debet, cum prior erat maior, quam secum habet annexam, licèt in Consilio interueniat ratione secundæ*, & duo vincula magis, quàm vnum, ligant, *§. Sed hodie, Instit. de adop. Baldus in l. sed, & melius, in princ. ff. de excus. tutor. Reg. Constant. in l. 1. n. 32. C. de Consul. lib. 12.*

Et si prærogatiua consistit etiam in
38 sedendo, vt honorabilior sit, qui primo sedet loco, *l. decernimus*, & ibi *Glos. C. de Sacros. Eccles. Anton. Quetta consil. 1. num. 4. Gama decis. 1. num. 2. Reg. Rouit. dec. 77. num. 1. Reg. Sanfelic. dec. 140. de Pisa de Curia Pisana lib. 2. cap. 4. num. 2.* & ibi *Alphons. de Azenedo num. 10. Mastril. de Magistrat. to. 2. lib. 5. cap. 4. num. 48.* sedetque ipse Consiliarius tanquàm Assessor ad dexteram post quatuor DD. Consiliarios Aularum Capita; ad læuam verò D. Decanus Regiæ Cameræ; cùr petat prærogatiuam in loquendo, quando ea caret in sedẽdo. Quinimò monstruosum foret, sinere, vt non loquatur quintus Consiliarius, qui adest tanquàm Assessor, & loquatur Præsidens, qui sedet in minori loco, deinde regredi, vt loquatur Consiliarius Assessor, qui in sedendo præcedit, vt perpendit *Francisc. Bordonus tom. 4. in theatro præcedentiarum, quæstion. 218. num. 259. pag. 601.* his verbis: *Vndè ridiculum est, quòd quis sedeat secundo loco, & sententiam suam proferat tertio loco, & tertio loco sedens, priùs loquatur, quàm habens priorem locum.* Conferunt à me tradita in *ritu 267. n. 72. tom. 3.*

At quia eo die non venit Decanus R.C.D. Dominicus Petrone, deinde Regens, stetit cóntrouersia, quæ si progredietur vlteriùs, antequàm hæc typis mandentur, describetur; sed mecum ad præsens cessat, cum Dei summa benignitate in memorata Regia Iuncta interueniam, nedùm vti Consultor Regij Cappellani Maioris, sed etiã vti Decanus vnius ex Aulis S. C.

Non æstimanda tamèn petitio hæc
39 ostentatio, sed necessaria tuitio spectans ad humanæ societatis conseruationem: siquidem sicuti ordo concordiam parit; ita graduum diuisio vnionem, & pacem alit, *Menoch. cons. 51. ex num. 2. & cons. 126. nu. 1. Christian. 1 sing. de promotionib. honor. capit. 5. num. 107. Feliman. de titul. honor. lib. 2. cap. 25. à num. 7.* Discrimina Ordinum, Dignitatumq; custodias, scripsit *Plin. lib. 9. epist. 5. pag. 238.* quæ si confusa, turbata, permixta sint, nihil est ipsa æqualitate inæqualiùs, vel Deus hierarchias, graduisquè in Cœlis constituit, *cap. fin. §. nouem, de pœnit. dist. 2. cap. in domo patris mei, de pœnit. dist. 4. cap. fin. 89. dist. 5. Gregor. lib. 4. epist. 51. & Diu. Clemens Alexandr. in epist. 1. Diui Petri cap. 3.* Hinc *Theodor. Grasuinckel in dissert. de iure præcedentiæ inter Serenis. Venet. Rempubl. & Serenis.*

Digitized by Google

nisi. Sabaud. Ducem, cap. 37. pag. 317. & ante ipsum *Menoch. memor. cons. 51. num. 3. & cons. 126. num. 1.* dixerunt, nil aliud efficere altercantes pro dignitatum ordine, nisi seruare, quod constituit Deus, qui non minus in Cœlis, quàm in Terra omnia voluit rectè ordinata, *Quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij Ecclesiastes, cap. 5. vers. 7.*

Cũ verò dixit Iustinianus in *Auth.* 40 *de Monach. §. ordinationem, c. 9. nouell. 5.* summum fuisse artificium Naturæ, vt non omnes forent inter supremos, neque omnes forent inter infimos, nil aliud dicere voluit, nisi hanc ordinum discrettionẽ fuisse dispositionem Dei, Natura enim Deus est, *Senec. lib. 4. de Beneficijs, cap. 7. Quid enim aliud est Natura, quàm Deus, & Diuina ratio toti Mundo, & partibus eius inserta? Hilligerus in notatis ad Donellum, lib. 1. capit. 6. lit. A.* Maximè quia his, quæ tendunt ad dignitatem officij, quo quis fungitur, nec debet, nec potest præiudicium inferre, tanquàm vi Iuris publici, & fundata in Iure Naturali, Diuino, atque Humano, quæ ad hoc inspexerunt, disponentia, alios præesse debere, subesse alios, *cap. solita, de maior. & obed. cap. vt debitus, de appell. cap. ex ore, de priuil. tot. tit. C. vt dignitatum ordo seruetur, lib. 12. Iacob. Gothofr. in comment. ad C. Theodosian. to. 2. lib. 6. tit. 5. fol. 69. Crusius in tract. de præemin. & præced. lib. 3. capit. 12. ex num. 12. Decian. resp. 19. à num. 40. volum. 3. Cephalus consil. 615. num. 86. Nolden. cap. 9. ex num. 9. Archiepisc. Germonius lib. 2. de Legat. Principum, cap. 13. num. 6. Anton. Faber definit. 16. in fin. C. de dignit. lib. 9. tit. 29. Simon. Maioli continuat. dier. canicular. tom. 5. colloq. 5. pagina 891. lit. C. Bodinus lib. 1. de Republic. capit. 9. fol. 144. lit. A.* Hoc agnouit D. Reg. de Marinis quem redarguit *D. Reg. Marchio Io. Anton. Centell. in disceptacion legal. y bistorica, con el Reg. Donato Antonio de Marinis, n. 4.* qui *de Marinis in obseruat. ad decis. Reuert. 446.* dixit, huiusmodi controuersias de prælatione loci esse vanas, quando in illa, quam ipse habuit, de sua præcedentia cum præfato Marchione acerrimè disceptauit. Cum verò agitur de re graui, quæ dilationem non patitur, haud expedit, eam cum prærogatiuarum disceptationibus interuertere, satisque est obtestatio clausulæ citra præiudicium, & seruandum prudentissimum effatum Vlrici Ducis Vittenbergici ad Principes de sessione disceptantes: *Collocate*, aientis, *me post fornacem, dummodò id efficiamus, ad quod congregati sumus.*

Eadem mane in Regia Iuncta ser-
41 uatum etiam fuit, quòd Dom. D. Ianuarius de Andrea, nunc emeritissimus Regens in Supremo Italiæ Consilio, cum esset Consiliarius, & Fisci Patronus M. C. V. sedit post Regios Consiliarios antiquiores, instante Fisci Patrono R. Cam. Io. Baptista Rocco, quod sederet post ipsum in scabello in læuo latere iuxta solitum, vbi residet Decanus Præsidens Reg. Cam. qui tunc non interfuit, atq; sufficere aiebat, quòd sederet ipse, qui tanquã Fisci Patronus R. Cam. representabat illud Tribunal. Neque præcedere poterat ipse D. Consiliarius de Andrea Fisci Patronus M. C. sedendo à dexte-
42 ris cum cœteris Consiliarijs. Tamen quamuis indubitati sit, quòd Fisci Patronus M. C. V. debeat loqui, ac sua iura proferre ante Fiscalem Reg. Cameræ, *Reg. Cac. ac. alleg. 85. recollect. à Reg. de Marinis tom. 3.* & ante ipsum *Tasson. vers. 3. obseru. 3. num. 145.* ac dixi in *ritu 2. num. 25. lib. 1. Rocc. de offic. tit. de præced. §. 7. pag. 61.* in eo autẽ congressu prior sermonem habuit Fiscalis Reg. Cameræ, quàm M. C. cum esset ille Senatoria Regij Consiliarij dignitate præditus.

Quoties verò in S. C. conuenirent
43 Præsidentes R. Cam. etiam Decanus sedet in postremis locis post Regios Consiliarios in vtroque latere adsedentes, vt seruatum fuit in causa Ducis Lauriti, in qua dati fuerunt tres Præsidentes ad dirimẽdam paritatem, de qua memini in *ritu 265. sub nu. 68.*

Digitized by Google

tom.2. & teſtatur *Rocc.in tract.de offic. in add. num.6. & 7.* me adducens in eodem *ritu num.24.*

Quamobrèm ſi Reg. Cameræ Præ-
44 ſidens eligatur Conſiliarius, vltimus ſedet, tanquàm nouiſſimus, vt vidimus noſtris hiſcè temporibus. At ſi quis ex Regio Conſiliarío renuntietur Præſidens Reg.Cameræ, occupat locum debitum ex die, qua Conſiliarius electus fuit, præcedens omnes alios Præſidentes poſt ipſum electos, excepto Decano; nec immeritò, quia quoties aliqua præditus dignitate ad explendum aliud munus transfertur, ei tanquàm veterem dignitatem præferenti ſeruandus erit locus, per *text. in l.omnes priuilegia,2.C.vt dignit.ord. ſeruet. lib.12.* vbi, cum Germano vice Magiſterij militum fuiſſent demandatæ bellicæ expeditiones: ac Propentadio loco Præfecturæ commiſſa cura commeatuum militibus in expeditione, vt Adminiſtratores habiti fuere, ibi:*Et inter Adminiſtratores illos etiam numerari decernimus, quibus illuſtribus in Sacro noſtro Conſiſtorio cunctis aliquid ordinariæ dignitatis, vel ante commiſimus, vel poſtea cõmittemus peragendum, v.g. ſi vacantium Magiſtro militum belli cura committatur. Cur enim, aut vir Magnificus Germanus Magiſter militum vacans appelletur, cui bellam contra hoſtes mandauimus? aut cur Excellentiſſimus Propentadius non egiſſe dicatur Præfecturam; cuius illuſtribus cunctis diſpoſitionibus miles in expeditione copia commeatuũ abundauit.*

Hinc elegantèr *Iacob. Cuiac. ibidem lit.E. verſ.Illuſtribus*, inquit: *Et Illuſtribus Adminiſtratoribus adnumerantur vacantes, qui non ſunt otioſi, ſed ordinariam dignitatem aliquam gerunt, veluti Germanus Magiſter militum vacans, contra Vandalos Dux magna claſſe miſſus à Theodoſio, iam non pro vacante illuſtri, ſed pro Adminiſtratore habetur.* Idque ipſum aureis quippè verbis exornat *Dionyſ.Gothofr.in not. ad eamd.l.2.lib.6.* ibi: *Illuſtribus adnumerantur vacantes, qui non ſunt otioſi, ſed ordinariam aliquam dignitatem gerunt, licèt ea dignitas non ſit illuſtris, ſed clariſſimatus, vel perfectiſſimatus,* & tamen dignitates clariſſimatus, ac perfectiſſimatus, illuſtrium dignitate inferiores eſſe, non ambigitur, vt ex *Otom.Cuiac. Gothofr.* alijſque probant *Io.Caluin. in Lexic. verb. Dignitatum gradus, Anton.Perez.in cit.C.de dignit. lib.12.num.3.cum ſeq. & Chriſtin. deciſ.103.num.2.vol.5.*

Ratio autem, cur alijs non præce-
45 dant? eſt, quia fit quædam per viam acceſſionis incorporatio, ex qua principalitèr Reg. Cam. Tribunal aditur: ac proinde eiuſdem legibus, ac priuilegijs, quibus Præſidentes reguntur, tranſmiſſos Conſiliarios ſubijci oportet. Et ſicuti inter Præſidentes temporis prioritas attenditur; ita paritèr inter ipſos Conſiliarios, eoſdemque Præſidentes primo loco creatos, & in poſterum renuntiandos, temporis ratio ſolummodò haberi debeat, vt poſt *Bart. in l.ſi conuenerit, §.nuda, ff. de pignor.actio.* ait *Reg.Rouit.cit.conſ.102. num.16.& 17.*

Itaque cum conueniunt in R.C. vel
46 in Collaterali, inſpicitur incorporatio; attamen extrà memoratos locos Reg. Conſiliarius prefertur Præſidenti ante ipſum electo, quamuis in Tribunali hic illum præcedat, *text.in l.1. verſ. quod ſi quis, C. de Conſul. lib.12.* vbi *Gloſ.in verb.Poſthabitus, l.vnicuique, verſ.niſi, C.de proxim. ſacr.ſcrin. eod.lib. cap.ſtatuimus, de maior.& obed. Gloſ. in can.placuit, verſ.præponemus, 16.diſt. Luc.de Penn.in rubr.C.eod.lib. tit. vt dignit.ord.ſeru. Reg.de Pont.deciſ.8.num.5. Reg.Conſtant. in repet.cit. l.1. C.de Conſul.lib.12.num.33.& 34. Burgen.de Neap.illuſtr.cap.27.num.20. Tap.deciſ.ſupr. Conſ.Ital.21.num.26. Reg.Sanfel.deciſ.223.num.9. cum ſeqq. tom.2.Rouit.deciſ.77.num.3.cum ſeqq. Maſtrill.de Magiſtr.lib.5.cap.4.num.4. cum ſeqq.tom.2. Ricc.collect.par.4. collect.1446.Ann.conſ.40.num.14.& 17. Caſtill.quotid. controu.iur.lib.6.cap.41. num.29.cum ſeqq.* in ſpecie *Reg.Cacacius allegat.85.num.61. Larr.alleg.51. num.8.par.1.*

Haùd

Haùd quidem implicat, in R.Cam.
47 & Collaterali Consilio, incorporatos Consiliarios temporis ordinem sequi, in cæteris verò consessibus propriam, præcipuamque retinere dignitatem: cum valeat quis dici maior, ac minor diuerso respectu, *l. inter officium*, 54. *ff. de rei vindic. l. tutorem*, 22. ibi: *Discreta sunt enim Iura, quæ plura in eadem persona deuenerint, aliud tutoris, aliud legatarij. S. August. in epist. 19. ad D. Hieron.* vt in *can. quanquam*, 34. 2. *quæst.* 7. ibi: *Quanquam secundùm honorum vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, Episcopus maior Præsbyter sit, tamen Augustinus in multis Hieronymo minor est.* Cõcinit *can. quæritur*, 36. *eod. caus. & quæst.* vbi *Glos. verb. Non æquamus*, ait: *Item arguitur, quòd aliquis, potest esse maior, & minor diuerso respectu*, & confert *Surg. de Neap. illustr. cap. 27. num. 23.* vbi reddens rationem, cùr in R.C. & Collaterali ita se res habeat, extra verò secus, inquit: *Et certè potest quis diuersis respectibus, & locis maior esse, vel minor.*

Præses R. C. Summariæ, qui vti
48 Consiliarius refert aliquas causas sibi commissas in S.C. an præcedat omnes creatos post ipsum, etiamsi Consiliarius esset Caput Aulæ? controuersum fuit his temporibus, & nõ decisum, ac affirmatiuè respondi ex decreto Collateralis Consilij.

Al Pro-Regente Diego Lopez Suarez del Consejo Colateral de Su Magestad, y Pro-Presidente del Sacro Consejo.

HAuiendose tratado en Colateral sobre la pretension, que tenia el Consejero Salinas Presidente de la Regia Camara de precedencia con los Consejeros del Sacro Consejo, que han tomado possession despues del, oydas las partes, se ha resuelto, que quando el dicho Consejero Salinas fuere necesario en Consejo para la expedicion de las causas del dicho Sacro Consejo, que se le han cometido, preceda à todos los Consejeros, que han tomado la possesion despues del, aunque el Consejero sea Cabeça de la Rueda, y dandose parte desto à S.E. ha mandado, que assi se execute, lo auiso à V.S. para que de orden, que assi se tenga entendido, y obserue en esse Sacro Consejo. De Cancilleria à 22. de Setiembre 1625.

El Baron de S. Arcangel.

Quod quidem rescriptum asseruatur à *D. Francisco de Mercatis in lib. 1. de obseru. & stylo* S.C. recollecto à tunc ipsius S. C. à Secretis, Francisco Antonio de Mercatis, qui in *obseru. 106.* sic aduertit, notans in calce sua manu: *Et sic pro exequutione ordinis Suæ Excellentiæ obseruaui, & vidi non solùm prafatum Præsidentem Regiæ Camera Didacum Salinas retuliss aliquas causas in S.C. vti Regium Consiliarium præcedendo Regium Consiliarium Petrum Antonium Caranitam, qui erat Caput Aulæ, sed etiam vidi Dominum Præsidentem Regiæ Camera Scipionem Rouitum, qui fuit Regius Consiliarius, & multoties referebat in S. C. aliquas causas vti Regius Consiliarius, & sedebat in sede Capitis Aulæ, qui erat Dominus Consiliarius Angulus, ex quo dictus Consiliarius Angulus erat Consiliarius creatus post ipsum.* Pergit ulteriùs in eadem *obseru. Vidi etiam referre in d. S. C. Dominum Præsidentem R. C. Camillam de Marra, & post eius mortem Dominum Præsidentem dictæ Regiæ Camera Ioannem Vincentium Corcionum, causas Monasterij Monialium S. Claræ huius Ciuitatis, vti Delegatos, qui sedebant in dictis Aulis S.C. in vltimo loco, & decreta conficiebantur in forma S.C.*

Procurator Fiscalis Regiæ Came-
49 ræ quando accedit ad S.C. ob impedimentũ D. Aduocati Fiscalis pro aliqua causa, loquitur in Aula coopertus, vt seruatum anno 1616. testatur idem *Francisc. Ant. de Mercatis lib. 1. de stylo S. C. obseruat. 173.* qui *obseruat. 237.* meminit de titulo dando Electis huius Fidelissimæ Ciuitatis in decretationibus, quæ fiunt à D. Præside S.C.

Quem autem locum in S. C. obti-
50 neat Regius Consiliarius Regens renunciatus, si accedat ad Sacrum Consilium licentiam petendo notat *Fran-*

iscus Antonius de Mercat. vit. lib. 1. observat. 147. D. Reg. Io. Baptistam Valenzuola Regentem publicatum sedisse in sede Decani, & Illust. Conf. Felicem de Ianuario Marchionem Sancti Maximi Decanum sedisse à sinistris in vnione quatuor Aularum, sicque fuisse obseruatum testatur in personis DD. Consiliar. Ferdinandi Brancię, & Io. Francisci Sanfelicij ad præfatum munus assumptorum. Idem *de Mercat. in observat.* 119. refert modum, & formam, quibus fuerunt recepti in S.C. DD. Visitatores deputati per Suam Maestatem in hoc Regno annis 1581. 1607. & 1628. ac hisce nostris temporibus, & in *observat.* 120. modum, quo fuit receptus Visitator pro Regno Siciliæ, quando voluit videre hunc Senatum.

In hoc verò S.C. cum iustitiæ causæ dumtaxàt peragantur, vetitum est, 51 arma gestare, ex *pragm. 2. de offic. S.C.* etiam Titulatis, & Magnatibus, teste *Ann. in repet. Constit. Regni si quis aliquem, num. 32. post 1. volum. Consil. Fab. de Anna*, quem laudat *Tasson. de antef. vers. 7. observ. 3. ex n. 68.* & seruari in Regno Castellæ tradit *Cresp. de Valdaura observ. 13. num. 65.* ac de iure procedere concinunt *Giurba consil. 63. num. 22. Benedill. lib. 3. capit. 7. num. 63. & cap. 1. n. 51. ac cap. 14. n. 25.* etiam si haberet quis facultatem illa gestandi propter inimicorũ timorem, ex *l. qui dolo, §. item qui cuttello, ff. ad l. Iul. de vi publ.* aduertit *Pegas ad ord. Regn. Portugall. lib. 1. tit. 1. §. 38. gl. 33. num. 4.* Non ita in Collaterali Consilio, in quo agũtur causæ status, *Ann. cit. loco num. 32. ex Frecc. de subfeud. lib. 2. in 40. differ. feud.* Nec cancerari potest quilibet in Sala magna eiusdem S.C. absq; licentia D. Præsidis, *Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap. 179. n. 9. Reg. Sanfelic. decis. 67.* qui testantur obseruatum anno 1618. & 1628. & alios casus refert *de Meratis add. lib. 1. observ. 231.*

Exploratum omnibus est, quoti- 52 diana experientia, & inueterata consuetudine confirmante, in causis litigantium quoquomodo S.C. procedere, etiam feudalibus, quamuis hæc prærogatiua cognoscendi de feudo quaternato, vel de eius quota, M.C. antiquitùs fuerit tributa, ex *Ritu 50.* & *Const. Dina memoria, Statuimus vt magna, Const. Præsides, Iustitiarij nomẽ, & normam, ac Cap. Regni 258.* secundùm ordinem *Nigri incip. Iniunxit*, quod sextam præeminentiam ipsius M.C. præconizat *Carauit. in cit. rit. 46.* post *Afflict. & Frecc. in thesibus ibidem num. 1. in fin.* indicatis, quibus addo *Andr. in cap. 1. §. propterea si inter, n. 83. de prohib. feud. alien. per Frederic.* & ibi *Liparul. in add. incip. in Regno, lit. A. Afflict. in memor. Const. Dina memoriæ, num. 64.* vbi *Ann. num. 290. Cumia in rit. Sicil. cap. 76. ex num. 26.* Verùm quamuis *Carau. cit. loc.* placuerit asserere, ex *pragm. 3. §. 2. de offic. S.C.* causas de feudo inter partes cognoscere dũtaxàt S.C. & minimè M.C. nisi feuda sint valoris minus quàm vnciarum vigintiquinque, tunc namq; vt etiam de causis huiusmodi feudalibus cognoscant cœteræ Regni Curiæ inferiores, neutrum illius effatum laudari potest; ex prætata enim *pragm.* haud feudorum S.C. iurisdictio priuatiuè conceditur, sed cumulatiuè, vt luculentiùs obseruaui in eodem *ritu 50. num. 3. lib. 1.* quem locum laudat *D. Altimari ad Ronit. cons. 39. num. 21. lib. 3.* quotidiè propterea M.C. de ipsis feudalibus causis inter partes pertractat, inhibetque inferioribus Curijs, quibus minime quoque licet procedere, si fuerit feudum minoris valoris, quàm vnciarum vigintiquinque; quicquid alitèr ex *Carau.* voluerit *Io. Bapt. Mucci ad Reg. Sanfelic. decis. 70. ex num. 5.* refellens mea dicta in memorato *rit. 50.* nectens sub *nu. 7.* non mirari à me M.C. accerrimè tunc defensam; par enim erat, vt M.C. tunc me ipsum Iudicem haberet Aduocatum; sed certo certiùs est, non bene *Mucci* nos taxare, semperque vera existit regula à nobis in citato *Rit.* indicata, & constituta in *rit. 46. ex num. 9. lib. 1.* quòd iurisdictio censetur cumulatiuè

latiuè concessa, non autem priuatiuè, quòad ordinariam iurisdictionem, nisi expressè de intentione concedentis constet, siue concedatur generalitèr, *Menoch.* post alios *de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 40. num. 8. & præsump. 18. lib. 2. Surd. cons. 1. num. 74. cons. 56. num. 15. lib. 1. Gratian. lib. 1. discept. forens. capit. 154. nn. 33. & lib. 2. cap. 270. nu. 13. Mart. in tract. de claus. claus. 7. num. 17. par. 2. Reg. de Ponte de potest. Pro Reg. tit. 2. §. 1. num. 15. Burs. in cons. 391. n. 1. lib. 4. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 16. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 2. ex num. 220. Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 213. Castill. decis. Sicil. 39. in add. Giurb. decis. 82. num. 6.* siue concedatur specialitèr in certum genus personarum, *Borrellus 41. num. 76. lib. 1. Dec.* post antiquiores *in cons. 3. nu. 3. Cam. in ritib. Sicil. cap. 92. num. 4. Gratian. & Marta in locis relatis, Farinac. cons. 51. num. 3.* Sicq; reuocatur in dubium axioma *Præs. de Franchis in decis. 417. & dec. 722. & 723.* quòd concessa iurisdictione in certũ genus personarum, censetur concessa priuatiuè, non cumulatiuè: cum sit contra communẽ DD. aleam, quæ procedit etiam quòd adessent clausulæ taxatiuæ, vt puta *Eu solus, & tantummodò cognoscat*, quia adhuc intelligitur iurisdictio cumulatiuè, non autem priuatiuè, vt scripsit originalitèr *Bald.* quem sequitur *Dec. in cit. cons. num. 3. Surd. in memor. cons. 56. num. 18.* communiorem dicit *Bursat. cons. 391. num. 15. lib. 4. Reg. Reuerter. in decis.* quam de verbo ad verbum refert *de Franch. in decis. add. 723.* quæ in recollectis à *Reg. de Marinis* est *decis. 526.* Est tamen aduertendum, quòd *Menoch. in addit. quæst. 40. num. 8.* insequitur hanc magis communem, deindè in citat. *præsumpt. 18. num. 13.* dicit contrarium, & propterea pro antinomia vitanda, est dicendum, quòd memorata verba taxatiua excludunt iurisdictionem æqualem, non autem maioris Iudicis, & Superioris, respectu cuius censetur concessa iurisdictio cumulatiuè; item dicta verba taxatiua includunt æquam iurisdictionem concessam à lege, non autem ex consuetudine, *Gratian. cit. cap. 154. ex nn. 20.* Restringitur tamen eadem conclusio, vt non procedat, quando iurisdictio cõceditur cum ipso Feudo, seù Castro, quia tunc licèt sit concessa specialitèr in personas Feudi, vel Castri, censetur concessa priuatiuè, nõ autem cumulatiuè, *Bald. Lauden. Abb. Fœlin. Curt. sen. Gramm. Socin. iun. Crauet. Rolan. & Thes.* quos *Menoch. in cit. præsumpt. 18. num. 5.* refert, *Vrsill. decis. 41. num. 3. Regens de Ponte decis. 33. num. 7. Mastrill. citat. tract. lib. 3. cap. 2. n. 46. & lib. 4. cap. 16. num. 35.* & propterea Barones de Iure habent iurisdictionẽ priuatiuè ad Tribunalia Regia, de quibus diximus in memorato *ritu 50.* & alibi.

Verùm si agatur, an res sit feudalis,
53 nec ne? hic articulus etiam inter partes ad Regiam Cameram remittitur, vt aduerit *Constant. Pupa in add. ad Caran. in mem. ritu 50.* & nos scripsimus ibidem *num. 7.* Si autem adsit interesse Regij Fisci, cognitio ad Regiã Cameram pertinet, & S.C. est Iudex penitùs incompetens, ac propterea remittitur ad Reg. Cam. etiam Fisco non instante, *de Franch. decis. 601. Reg. Sanfelic. decis. 192. ex pragm. 61. & seq. de offic. Procur. Cæsar.* Si verò non adest interesse formatum Regij Patrimonij, sed potest prætendi aliquod haberi, expeditur causa in S.C. cum assistentia Regij Fisci, si velit; idem *de Franchis decis. 116. num. 14. & decis. 117. num. 2. vers. nouissime*, habet; quòd quando agitur de interpetratione alicuius priuilegij inter partes, vniuntur Tribunalia S.C. & R.C.

Sacer hic Senatus Superior est Ma-
54 gna Curia Vicariæ, & illius Consil. Decanus tradit possessionem Regenti ipsius M.C. vt testatur *Franc. Ant. de Mercati tom. 2. manuscript. de stylo S.C. observat. 189.* Et aduertendum, de quo præsenti die interrogatus fui, quòd suspiciones, quæ proponuntur in personas DD. Consiliariorum, qui assistunt in M.C.V. sunt expediendæ in S.C. sicuti seruatum testatur *de Mercati*

cati in scepiùs *cit. tom.1. obseru.69.* in suspicione proposita ab Oratio Prence Actorum Magistro M.C.in D.Consil.Io.Thomam Vespolo,& de hoc asseruat rescriptum Excell. Comitis de Oliuares sub die 30. Octobris 1598.

Ab ipsa verò M.C.ad S.C. rectè fit
55 prouocatio, & in ciuilibus causis indifferentèr procedit, vel in prima instantia;imò tanquã Tribunal Principẽ ipsum Supremum representans,potest ad se auocáre causam motam priùs in M.C.vt Iudice inferiore,sibique obsequente, etiam non iustificato grauamine, *Consil.Staiban.in obseruat. ad resol.134. nu.1.lib.2.* quem laudat *Luca ad Gratian.discept. forens. lib.1. cap.6. num.6.* & de stylo Rotæ Romanæ loquuntur *Vestrius in prax. lib.3. cap.9. num.11. Scacc.de appellat. quæst.17. limit.47.num.29.* Quod tamen effici debet maxima prudentia, ac modo:nec temerè,& absque solerti causæ cognitione:agitur enim partium incommodum, quibus tolleretur appellationis beneficium iis competens à M.C. decreto,cum nouo termino ad non posita ponendum, ad *text. in c.cum Ioannes, de fide instrum. cap. fraternitatis, de testib.l.per hanc, C. de temp. appell. l.Seia, ff.eod. Roman. cons.381.num.3. Anan.cons.26.num.44. Albert.Olinar.in Rit. Cur.Archiep.Neap.22.num.12.* & ibi *Præsul Campanil.* ac in *Rit.56. sub num.40.* & tollerentur emolumenta Scribis, & Actorum Magistris M.C. qui illud munus emerũt:nàm si viderent se causis,licitisque lucris exutos, ad meditandum illicita, eaque, quæ eorum officium exuperant, animum adijcerent. Vnde cum commissæ fuissent, expetentibus Actoribus,qui in M.C. comparuerunt, ad multòsque actus processerant, mihi causæ à Domino S.C.Præside, vrgentibus Reis, vt procederetur in M.C.in qua fuerant priùs introductæ, pluriès prouisum fuit,quòd M.C.procederet.Auocationem enim causarum haud fieri, nisi ex magna causa, tàm à Senatoribus Supremis,quàm ab ipsoPrincipe, fatentur *Surd.cons.52. num.52. Tusc. lit.I.concl.87. Rebuff.in tract. de euocat. causar.quæst.6.nu.57.& quæst.7.nu.66. Couarr.pract.cap.10. Auend.in cap.10. Pretorum,nu.2. Benadill.in polit.lib.2. cap.16.nu.100. Mastrill.de Magistrat. lib.3.cap.4.ex num.122. Azeued.in l.6. cum seq. tit.14. lib.4. recop. Fab.in C. lib.3.tit.1.defin.1. Castill.lib.3. controuers. cap.25. num.40.* maximè quia iniuria irrogatur Iudici, à quo illa aufertur, *Reg. Valenz.cons.85.& consil.171.num.12. Pegas ad ordinat.Reg. Portugall.tom.2. ad Regim. Senat. Palatin.§.44.glos.106.num.18.* Et quando possint causæ auocariẽ pertractant *Solorzan. de iur. Indiar. tom.2. lib.4. cap.12. num.4. Crespi obseruat.13. ex n.75.Baron.de effect.inimic. post tract. ad reclamationes,ex num.89.& in to.2. de citat.in princ. sing.98. Phæb. 1.par. arrest.63.* loquens etiam de Iudicibus inferioribus.

Quòad causas autẽ criminales cul-
56 men S.C. non se immiscet in prima instantia; sed tantùm in gradu appellationis, *de Franch.decis.358. num.5. Reg.Capyc.Latro dec.200. num.4.lib.2. Grisp. in prax. crimin.tract.8.cap.2. de Officiolib.S.R.C.* si proceditur ordinariè: etenim cùm M.C. procedit tanquàm delegata Principis, penitùs se abstinente S.C. agitur reclamatio in Collaterali Consilio. Fateor tamèn, quòd in omnibus capitalibus causis indiscriminatim deferẽda esset appellatio, vt fieri antiquitùs consueuit,& de facto à tanto Tribunali aliquorũ delictorum cognitio in gradu appellationis fuit auulsa, vt ingemit *Constant.Cæsar. in spec.pereg.quæst.12.§.2. num.33.* ac ita sperõ Regem nostrum aliquando iussurum.

Si quando deberet M.C.capere in-
57 formationem de re,quæ ab actis ciuilibus S.C. dependet, non procedit, nisi obtenta priùs ab eodem S.C.in ea Aula, in qua Commissarius causæ ciuilis residet, venia, quæ interdùm denegatur, interdùm conceditur, vel simplex, vel sub conditione, quòd ea capta, iterùm referat, & tandèm aliquando decernitur,esse expectandum

exi-

Digitized by Google

exitum causæ ciuilis, *de Franch. deciſ. 147. in fin.* attestans, productis testibus falsis in processu S. C. non licere M. C. procedere, nisi priùs impartita licentia ab eodem S. C. vtens verbo *Impartiendi*, vt facilè intelligatur, non sufficere petitionem, sed impetrationem insuper requiri facultatis, ex *text. in cap. tua*, ibi *Accepta licentia, de Cleric. non reſident.* vbi *Host. num. 1. verb. Licentia, Io: And. num. 2. verb. Accepta, Butr. num. 7. & Abb. num. 3.* excepto casu in *cap. licet, de regular.* vbi in ingressu religionis ad ordinem strictiorem sat est, fuisse petitam licentiam. Conferunt disposita in *l. 2.* vbi *Gl. & de in ius voc. cap. non oportet, il primo*, & ibi *glos. penult. de conſecrat. diſtinct. 5. capit. cum ex eo, de electio. in 6.* quod pro regula memorat *Rip. in tract. de preſcript. de priuil. cener. peſt. num. 140. & ſeq.* Horum omnium rationem subducit *Abb. in cap. vt ſuper, num. 12. extr. de reb. Eccleſ. non alien.* quia vt Superiotis requiratur licentia, videtur reseruata cognitio, an casus sit licitus? nè aliquid indiscretè agatur.

Informationem propterea à M. C. 58 captã de re dependẽti à processu S. C. non obtenta venia iuxta stylum, nullam S. C. declarauit, sub die 6. Octobris 1678. relatore D. Consil. D. Iosepho Ledesma Iudice M. C. & Aulæ Decano, in causa Venerabilis Monasterij Virginis ab Angelo salutatæ, Ciuitatis Cosentiæ, Ordinis Carmelitani, hæredis Io. Baptistæ Gabrielis, cum Philippo Lombardo, & alijs, in Banca de Feo, decreuitque, *quòd ſuſpenſis omnibus actis, atq; ſignanter informatione capta, impartiatur licentia M. C. quæ informationem capiat, qua capta, rursùm referat.* Proinde si stylus, qui ordinem iudiciorum tangit, licèt à Iuris Communis semitis abscedat, ne litium seges nascatur, recipiendus est, quoties consuetudine est probatus, & vsu, *Rat.* apùd *Farinac. vol. 5. deciſ. 225. à num. 2. Merend. lib. 19. contro. 40. à num. 2. Barboſ. ad Ord. lib. 3. tit. 64. num. 4.* atq; vti lex seruandus, *l. nàm Imperator, ff. de legib. clem. ſepè, de verbor. ſignif. cap. ex literis, 11. de conſtit. Gratian. dec. 237. num. 18. Valenz. conſ. 182. nu. 30. tom. 2. Fontanel. deciſ. 296. num. 5. Tapia deciſ. Suprem. Senat. 12. num. 6. Creſpi de Valdaur. obſerv. 10. num. 46. Afflict. & Vrſil. deciſ. 79.* idem *Vrſil. ad Afflict. dec. 135. de Marſil. ſing. 118. Ludouicus Diether. diſput. in augur. habita ag. 651. Ariſmin. Tepat. deciſ. tit. 57. Camill. Borrell. par. 1. deciſ. tit. 14. Martin. Fran. tom. 2. conſ. 73. Ludouis. dec. 36. Nebelkre deciſ. 11. par. 6. Guid. Papæ deciſ. 30. 188. & 292. Ricc. par. 1. deciſ. 119. & 301. deciſ. 1608. Dom. Rodericus ad Reg. de Marinis reſolut. cap. 71. num. 16.* ego ipse in *Rit. 1. num. 60. tom. 1.* & sententiæ contra ordinem iudiciorum, vel lege præscriptum, vel consuetudine, qui est stylus, ex *Farinac. cit. loci* sei iudicatæ authoritatem non habent, *l. prolatam, C. de ſent. & interloc. omn. Iudic. cap. omnibus dilecta, extr. de reſcript. Petr. Greg. ſyntag. iur. lib. 47. ſyntag. 6. num. 6. Conſil. Stribau. cent. 2. reſ. 176. num. 108.* quanto maiori nullitatis defectu laborabit cognitio M. C. absque licentia S. C. contra stylum, & consuetudinem illius Tribunalis, qui à communi tramite non discedit, sed ad Iuris Communis sanctionem collimat. Licebit tamen S. C. si voluerit, admittere huiusmodi informationem absque sua licentia captam, & confirmare actum, quamuis nullum, *arg. text. in l. licèt verum, 56. ff. de Iudic. lege Barbarius, ff. de offic. Prætor.*

Haùd tamen hic omittam, quòd 59 quando de danda venia fit sermo, priùs suffragium præstat in ea re Consiliarius Commissarius causæ Ciuilis, quamuis antiquior, licèt alioquin, cum agantur causæ in S. C. ad M. C. relationem, præstet prior, qui est in munere recentior, prout seruatur in decisione causarum in eodem S. C. in quibus priùs suffragiũ præstat Commissarius causæ, licèt sit antiquior, deinde sequuntur iuniores, vt diximus in *Rit. 98. à num. 1. ex prag. 13. de offic. S. C.* & seruari apùd Hispanos, testes sunt *Bouadil. in polit. lib. 3. cap. 8. n. 179.*

Gabed.

Digitized by Google

Cabed. par. 1. dec. 6. n. 8. Cost. in tract. de mus supplicationis, annot. 2. num. 15. Solorzan. in polit. Indian. lib. 5. cap. 8. pagina 816. Pegas ad ord. Regn. Portugall. tom. 2. lib. 1. tit. 1. §. 9. glos. 66. num. 13. qui *tit. 1. §. 6. 7. & 8.* mirificè pertractat, qualiter reducēda sint ad concordiam discordantia Senatorum, Iudicum, Arbitrorum, & Arbitratorum vota? quidue si sint paria? Et de votis ad diuersas summas, seu penas condemnantibus, ad exornatum eorum, quæ dixi in citato *Ritu 98. lib. 1. & in Ritu 274. num. 137. lib. 3.* perbellè agit *Antonius de Sousa decis. Lusitan. 70.*

Qua in thesi, consulto memoro quæ-
60 stionem, quæ iterùm interaneudinem, & malleum crutinata fuit, quis dicatur Actor, vel Reus, vt proferri possit pro Reo paritas? in celeberrima causæ discussione in Reg. Cam. vertentis inter Venerabilem, ac Sacram Domum A. G. P. vnà cum Regio Fisco, ex vna parte, & Arrendamentum, vulgò, *del grano, e mezzo à rotolo*, ex altera, & cum in dicto Tribunali Regiæ Cameræ paria hinc inde extiterint vota: Vnaquæque partium in eiusmodi iudicio contendebat, se Ream esse, consequenter in pari calculo sententiam illam prævalere, quam sibi fauorabiliorem esse constiterit, ex dispositione tùm Iuris Cæsarei in *l. inter partes, 38. ff. de re iudic.* tùm Iuris Pontificij in *cap. fin. de re iudic.* de qua diximus in *Rit. 53. ex num. 10. & in Rit. 98. num. 5. lib. 1. ac in Rit. 263. num. 55. lib. 3.* & fatentur, præter *Reg. Tap. in loc. ibi adduc.* idem *Tap. de iur. Reg. lib. 2. sup. prag. 22. de offic. Proc. Cæsar. Reg. Galeot. respons. fiscal. 29. num. 38.* & nostrates passim: Tres etenim ex DD. abierunt in sententiam, spectare ad Sac. Domum exactionem dericus, & nullum ius Arrendamento competere, salua prouisione facienda quòad restitutionem quantitatum exactarum. Tres autem in hanc dumtaxàt, quòd partes adeant Collaterale Consilium, vt agnoscere habeat, si interesse Fisci in lite sit tanti momenti, vt Reg. Camera procedere debeat, vel remittenda sit ad Arrendamenti Delegatum.

Pro pario ipsius Arrendamenti il-
61 lud in medium asserebatur, se in principali iudicio ill. eum esse, vtpotè ab ipsa Sacra Domo A. G. P. conuentum, & aduersùs Fiscum agentem, vt Arrendamentum ipsum damnaretur ad restitutionem eius, quod amplius vectigalis nomine prætendebatur exactum, in qua aduersùs Fiscum proposuerat incompetentiæ exceptionem, quod proprium Reorum remedium est: exceperat enim, probauerat que in termino, nihil Fisci hanc causam interesse, quapropter, illo excluso, causam, vtpotè vertentem, & à Delegato nocentem; eidem Delegato restituendam fore, eiusdemque Tribunali remittendam, tùm per regulam *leg. vbi cæptum, ff. de iudicijs*, tùm etiam, quia Regiæ Cameræ Tribunal eatenùs procedit in causis, in quibus de Regij Patrimonij agitur interesse; cum itaque prædicta incompetentiæ exceptio aduersùs Fisci actionem proposita sit merè incidens causæ principalis, & exclusiua intentionis agentis, ex *Vlpiani* responso in *l. 2. ff. de exceptionibus*, ibi: *Exceptio dicta, & quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiuscumque Rei solet, &c.* & incidentia omnia, ac emergentia iudicij secundùm sui principalis naturam regulentur, ex omnium Interpretum doctrina post *Bartol. in l. 1. & 2. C. de ordine iudicior.* præsertim quando talia incidentia non sunt penitùs separata; videtur affirmandum, & aduersùs Sacram Domum, & aduersùs Fiscum, prælatum Arrendamentum Reum esse, ac proindè ei in votorum paritate fauendum.

Etsi autem quantum ad probatio-
62 nē suæ exceptionis excipiens fit Actor, vt est commune effatum; id tamèn non intelligitur, nisi minus propriè, ac largè, vt denotant verba *text. in l. in exceptionibus, 19. ff. de probat.* ibi: *Fungitur vice Actoris.* Similiter *text. in l. 1. ff. de exceptionibus*, ibi: *Agere etiam is videtur, qui exceptione vtitur*: nàm Reus in exceptione Actor est, vbi ly *videtur* à Consulto ponitur, vt demon-

stra-

straret, impropriè Actorem esse, pro vt egregiè declarat *Glossa ibidem in verb. Videtur*: *Dic ergò*, inquit, *agere officium Actoris exercere, non autem est Actor*, ad quod *Pauli* verbum adducit *in l. verbum*, 8. §. *actionis*, *ff. de verb. signific.* ibi: *Actionis verbo non continetur exceptio*, ibidemque eadem *Glossa in verb. Non continetur*, itàq; re vera excipiens semper Reus est, Reusque reputandus; id quod consultatissimè docuere *Baldus in l. frustrà*, *C. de probationibus*, *Bart. in l. 1. in princip. C. de Iuris*, *& facti ignorant. Alex. in l. libertus*, *ff. de in ius vocando*, *Decius in l. age*, *in princ. C. de transact.*

Huiusmodi conclusionem satis euidenter confirmari dicebatur ex *text. in add. l. libertus*, *ff. de in ius vocand.* vbi si libertus conueniatur, licèt aliquas proponat exceptiones, in quibus Actoris vice fungatur, non per hoc veniam impetrare tenetur, quia re vera Reus excipiendo non nisi impropriè dicitur Actor, alioquin venia per eum petenda esset, ad *text. in l. 2.* cum concordantibus, *C. eod. tit.* Indè egregiè *Reg. de Ponte cit. decis. 31. n. 2. & seq.* hanc in Iure certissimam deducit conclusionem, scilicèt vt semper, nè quis veniat principaliter ad ius suum defendendum, dicatur Reus, non Actor, idque sexcentis illustribus firmat exemplis, præsertim in terminis *l. diffamari*, *C. de ingen. & manum.* de qua dixi in *Ritu* 190. *num.* 4. *lib.* 2. quem locum adducit *Luca ad Franch. decis.* 637. *num.* 1. cui conferunt delineata per *Menoch. in tract. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 90. *num.* 11. vbi probat, præsumptionem pro Reo locum obtinere etiam in illo Reo, qui per accidens est Actor, per rationem, quam innuit *Abb. in cap. si quis contrà Clericum*, *de for. compet.* dicens, causæ naturalis originem attendi debere, minimè autem, quod accidentaliter contingit: nàm causa naturalis accidentalem superat, ad norata in *l. qui habent*, *de tutel.* cum alijs, de quibus *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. num. 4.*

63

His adiungebatur, minimè esse 64 omittendum, quòd scripserat *Peregrin. de iure Fisci*, *lib. 7. tit. 3. num. 43.* quòd licèt in pari causa sententia pro Fisco ferenda sit; id secus est, quando agitur cum persona priuilegiata: tunc enim ista prę ualet, ad quod vltra add. *text. in l. inter pares*, *& cap. fin.* ponderat *text. in l. Iulia*, *ff. de manumiss. & l. si pars*, *ff. de inoff. test. Couar. var. lib. 1. cap. 16. num. 3.* & tale in proposita specie considerandum esse dicebatur Arrendamentum ipsum, vtpotè comprehendens quamplures, vsque ad bismille priuilegiatas personas, quales sunt Viduæ, Pupilli, Ecclesiæ, & id genus aliarum; quapropter ijs Fiscum cedere, Iuri consonum est.

Ex diuerso verò, ex parte ipsius Sa- 65 cræ Domus, ac Regij Fisci adducebatur, quòd adhuc dato Arrendamentum Reum esse in principali negotio (id quod mordicùs negabatur) nihilo seciùs in pari numero dissidentium Iudicum, vt sententia pro Reo feratur, minimè sufficiens est, vtcumque Reum esse, & possessorem; sed vlteriùs opus est, vt odiosam causam non habeat: etenim si ex aduerso Actor fauorabilem præseferat causam, tunc potiùs Actori fauendum est, quàm Reo in sententia ferenda, ac interpetranda, *cit. l. inter pares*, vbi *Glossa*, *& Bart. num.* 1. *& 2.* ac cum eo DD. communitèr, vltra *text. in cit. cap. fin. de sentent. & re iudic.* ibique *Glossa* singularis in *verb. Proferentibus*, qua de re *Reg. Reuerter.* omninò videndus in *decis.* 155. secundùm ordinem *Reg. de Marinis*, & longè meliùs in manuscriptis in *decis.* 145. alias 68. *in fine* 2. *vol.* & Iura ad absoluendum promptiora sunt, tunc quando cessat causa fauorabilis ex parte Actoris, vt ex *leg. Arrianus*, 46. *ff. de act. & obligat. cap. ex literis*, 3. *de prob.* probat *Glossa in dicto cap. vlt. verb. Proferentibus*, *Duarenus prælectione* 31. *ad d. l. inter pares*, *Zasius in l. duo ex tribus*, *num.* 6. *ff. de re iudic. & in d. l. inter pares*, qui *nn.* 2. *vers. præterea puto*, aduertit, ac rel inquit cogitandum, quòd sententiæ,

vel

vel probationum data paritate inter petentem, se declarari de certa familia Nobilium, & eamdē familiam negantem, pro eo esse iudicandum, qui petit se censeri de familia, quia huiusmodi sors habet maiorem fauorem, cum ei prosit, & alteri minimè noceat.

66 Quod verò causa, de qua altercabatur inter dictam Sacram Domum, & præfatum Arrendamentum, sit apprimè fauorabilis, nemo est, qui ambigat; Agebat enim de diminutione Gabellæ, quæ præcœteris fauorabilior videtur, itaut in dubio pro ea omninò sit iudicandū, ex traditis *à Bartol. in l. si Papillus*, 21. *in fine, ff. ad leg. falc.* cuius doctrinam communitèr approbatam esse testantur *Aymon. Cravetta in cons.* 231. *num.* 17. *in fin. Rim. cons.* 724. *num.* 102. *Vmmius in Processu iudiciario, direct.* 19. *num.* 56.

67 Vlteriùs dicebatur, quòd adhuc si dicta Sacra Domus A.G.P. & Regius Fiscus fauorabilem non agerent causam, neque etiam in relata paritate sententia pro Arrendamento ipso ferenda, interpetrandaque esset: etenim in causa principali non poterat Arrendamentum considerari, reputarique, vt Reus, nec fauoribus, ac priuilegijs gaudere Reis ipsis à Iure concessis, quandoquidem iudicium principalitèr intentatum erat de possessorio manutenendæ, & quamuis Delegatus pro tempore dicti Arrendamenti decreuisset, vt caperetur summaria informatio, & interim Gubernatores dicti Arrendamenti manutenerentur in possessione exigendi deritus ad dictam Gabellam spectantes, pro caseis, & recoctis; Nihilominùs quia huiusmodi acta gesta fuere cum conductore tunc temporis dictæ Gabellæ; secus verò cum ipsa Sacra Domo legitima Domina, fuit præfatum decretum reuocatum, atque prouisum, quòd Sacra Domus audiretur ex integro, & deindè fuit datus simpliciter terminus vtrique parti ad probandum incumbentia, ità quòd dictus terminus æquè militauit super possessorio, ac super petitorio, qui possunt simul cumulari in iuribus, siue in rebus incorporalibus, vt explorati Iuris est.

68 In quo interdicto *vti possidetis*, cum attendatur possessio tempore litis motæ, adeòut ille sit existimandus possessor, & Reus, qui tempore motæ litis possidebat, §. *retinenda, Institut. de interdictis*, ideò semper, ac in eiusmodi interdicto fiat votorum paritas, incertum redditur, quinàm ex litigatoribus tempore motæ controuersiæ possideat, & consequentèr in eiusmodi interdicto cum vota sint numero paria, siue Iudices sint Delegati, siue Ordinarij, haùd potest sententia pro vlla partium proferri, sed erit omninò Superiori, seù Principi recurrendum pro Iudicibus adiunctis, secundùm auream *Glossam in l. duo Iudices, ff. de re iudicata*, cuius doctrinam communitèr approbari, ac mirum in modum à DD. commendari testatur *Benderus de reuisione, concl.* 19. *ex num.* 30. qui rationem reddit his verbis: *Nàm cum dicta lex inter pares*, 38. *ff. de re iudicat. & d. cap. final. extra eodem, cessante causa fauore sententiam pro Reo latam prævalere velint; In his autem non appareat, quis verè Actor sit, quis Reus, l.* 3. *post princ. ff. vti possidetis, l. in tribus*, 13. *ff. de iudicijs, vtramque sententiam in pendenti esse, neutrius partis iustitia, vel fauore præponderante necesse est.* Quod totum patet ex *Mattesil. singul.* 109. *Iason. in d. l. duo Iudices, num.* 14. & forsàn meliùs in *l. si idem*, §. *fin. ff. de iurisdict. omnium Iudicum.*

69 Etsi autem *Petr. Barbos. in l. in tribus*, 13. *ff. de indic.* verba faciens de iudicijs duplicibus, in quibus vterque Actor est, & Reus, opinauerit, etiam quò ad hunc effectum, illum censeri Actorem, qui primus ad iudiciū prouocauit: vt nimirùm aduersùs illum sententia præualeat, cùm Iudices Ordinarij diuersas, vel contrarias ferunt sententias: & eamdem opinionem aduersùs illum, qui primus prouocauit ad iudicium, etiam in interdicto *vti*

possi-

Digitized by Google

possidetis tenuerit, *Vinnius in process. iudiciar. direct. 19. num. 56. circa fin.*

Nihilosecius etiam attenta isthac
70 opinione dicebatur, sententiam proferendam esse aduersùs Arrendamentum, in beneficium dictæ Sanctæ Domus, & Regij Fisci, ex quo in probatis extat, quòd Gubernatores eiusdem Arrendamenti quolibet tempore priùs ad iudicium prouocarunt. Vndè inanum etiam redditur illud, quod de Actore per accidens, qui in origine Reus est, ex *Menochio* adductum est aduerso; Siquidem id nec intelligi valet de interdicto *vti possidetis*; sed dūtaxàt in eo, qui verè Reus est, ac possessor, & agit remedio *l. diffamari*, C. *de ingen. & manumiss.* veluti cum is, qui alioqui Reus esset, petit imponi perpetuum silentium alicui, qui se creditorem esse iactaret; aùt si instrumentum cancellari peteret, sicuti expressè loquitur idem *Menochius in add. præsumpt. 90. num. 11.* ac itidèm *Petr. Barbosa in cit. l. in tribus, num. 63. & 64.* In interdicto enim *vti possidetis*, ad hoc vt aliquis ex litigantibus, esse verum Reum, & possessorem, existimari valeat, id Iudicis decreto declarandum est, probata possessione tempore litis motæ, siue litis contestatæ; & dumtaxàt dubia in re, siue cùm possessionis probationes per idem tempus essent pares, incidit quæstio, an tunc proferenda sit sententia aduersùs illum, qui primus ad iudicium prouocauit? de qua plenè agit *Menoch. de retinend. possession. remed. 3. num. 759. & 760.*

Quibus, licèt Gubernatores Ar-
71 rendamenti actualitèr exegerint relatæ Gabellæ dirictus, nec quidquam obstat, ea etenim exactio facta fuerat post litem motam, litisque contestationem, quapropter attentata, ac vitiosa erat reputanda, & prout talis in iudicio possessorio manutenendæ minimè attendenda, *Anna allegat. 65. num. 43. Rot. Roman. decis. 288. num. 1. par. 6. recentior. Fontanel. decis. Cathal. 516. num. 3. & 5.* Atque eo fortiùs, quia nedùm in interdicto *vti possidetis*, quod est ordinarium; sed etiam in possessorio summarijssimo, quod *interim* Hispani vocant, necesse est ad obtinendum, vt quis motæ litis tempore possideat, ità vt discrimen adsit inter ea possessoria de probanda possessione tempore litis contestatæ, vt scribit *Gouarr. pract. quæst. cap. 17. num. 3. & 6. vers. duodecimò*, vbi tamèn, quòd in incorporalibus sat est, probare possessionem certi temporis, & proximi ante litem motam, vt ex alijs pluribus *Vinnius ad §. retinenda, num. 4. in fin.*

Quamobrèm Arrendamentum ipsū,
72 allegare non posse videbatur, se Reū, & possessorem esse, vt pro eo in dubio sit iudicandum; præsertim quia, cum agatur de re incorporali, vt possit Arrendamentum iudicari possessor, opus esset scientia, & patientia aduersarij, hoc est Fisci, qui potuisset eiusmodi exactionem illi prohibere; sine qua scientia, & patientia aduersarij non acquiritur quasi possessio iurium, siue rerum incorporaliū, vt in termino exactionis Gabellæ animaduertit *Afflict. decis. 400. num. 12.* & clarè *Capyc. decis. 57.* ac post alios tradit optimè *Natta cons. 408. num. 15. & 16.*

Hæc sunt, vt cætera mittā Iura, &
73 argumenta, quæ exaduerso pro vtraque parte conferebantur, ingeniosa quidem, & animaduersione non indigna in puncto difficillimæ antinomiæ ad interpetrationem decantatæ *l. inter pares*. Super quo articulo iterùm fuit inter Dominos Regiæ Cameræ orta votorum paritas, ad quam dirimendam ab Excellen. Domino selecti sunt tres ex DD. Consiliarijs, pendetque decisio.

Et quidem in suffragijs præstandis
74 quamuis Senatores mutuo sese prosequi amore debeant, tanquàm fratres, atque vt ait *Cicero in orat. pro Plancio: Vetus enim est lex illa iusta, veraque amicitia, qua mihi cum illo iam diù est, vt idem amici semper velint, neque est vllum certius amicitiæ vinculum, quàm consensus, & societas, consiliorum, & voluntatum*, conscriptique ad vnam, eamdemque, vel Rei

Digitized by Google

publicæ gerendæ, vel cuique Iuris sui reddendi metam Patres vnanimi consensu vires intendere; quando tamen quis diuersa sentit à Collega, in Senatu suam sententiam promere, ac rationes, quibus ductus ita senserit, pandere tenetur, & ita seruatum priscis illis temporibus, de Vitellio dissentiente ab Heluidio, testatur *Corn. Tacit. 2. hist. cap.91.* inquiens: *Nihil noui accidisse, quòd duo Senatores in Republica dissentirent, solitum se etiam Trassea contradicere.* Hoc enim, si citra dolum prauum, callidamque æmulationem fiat, non modò veræ amicitiæ vinculis non aduersatur, vt *Cic. in orat. de prou. Consul.* de Iulio Cœsare ait: *Postea quàm sum penitùs in Remp. ingressus, ita dissensi ab illo, vt in dissunctione sententiæ, coniuncti tamen amicitia maneremus*, & de Q. Fusio in Philip. 10. *Amicitiam non minuebat perpetua licentia; & magis cum causa, quàm cum homine dissidebam.* Verùm etiam vtpotè Reip. proficuum, iustitiæque administrãdæ consentaneum commendandum est, vt annotauit *Apollon. Thian.* referente *Philostrato lib.4. cap.2.* ibi: *Album quidem, & nigrum vnum fieri idem nunquàm possunt, neque amarum dulci rectè commiscetur. Concordia verò quandoque dissentiens salutem Ciuitati affert.*

Facilis enim est hominum ad dis-
75 sentiendũ procliuitas; non rarò enim, quod vni commendabile videtur, alter reijciendum arbitratur, vt innuit *Horat. lib.2. epist.2. ad Flor.*

Denique non omnes eadem mirantur, amantque:
Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis,
Ille Bionets sermonibus, & sale nigro.
Tres mihi conuiua propè dissentire videntur,
Postentes vario multùm diuersa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter;
Quod petis, id sanè est inuisum, acidumque duobus.

atque elegantèr in quodam *Emblem. Ioan. Sambucus pag. mihi 63.*

Quadam anus in sacrũ portabat cranta collem,
Ossibus humanis nè minuatur honos:
Sed titubans agris pedibus, cum verticem adiret,
Concidit, ac varium crania versat iter.
Illa videns labi diuersè cũcta retrorsum,
Quodque adeò discors semita ferret onus.
Quid mirum, si tot sensus, quot in Orbe figuræ,
Sunt, ait, in viuis? nam ossibus una via est?

& *Cic. 1. offic.* dissimilitudines humanorum corporum, animorum varietates comparans, ait: *Vt in corporibus magna dissimilitudines sunt: alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itemque in formis, alijs dignitatem inesse, alijs venustatem; sic in animis existant etiam maiores varietates*: & *Pers. satyr.5.*

Mille hominum species, & rerum discolor vsus:
Velle suum cuique est: nec voto viuitur vno.

& varietatem hanc persequens *Plin. iun. lib.1. epist.20.* ait: *Varia sunt hominum iudicia, varia voluntates: inde qui eamdem causam simul audierunt, sæpe diuersum, interdum idem, sed ex diuersis animi motibus sentiunt.*

Quinimò, & vnus quisque suum
76 dictamen, suamque sententiam veriorem putat, veritatique magis concinentem, vt ait Poeta latinus *Anthol. 1. Billij.*

Nemo suos mentis motus non æstimat æquos,
Quodque volunt homines, se bene velle putant.

qua de re *Pegas ad ord. Regn. Portugal. tom.1. lib.1. tit.1. §.6. glos.54. & §.9. glos.65.*

Sicuti autem in humano corpore, ex longè diuersis artubus decora hominis species cõsurgit; ac demũ in mu-

sica

sica ex planis, acutis, aeromaticisque vocibus dulcior harmonia exauditur; ità planè ex diuersis Senatorum studijs, ac sententijs vera gubernandi ratio colligitur, vt innuere videtur *Senec. in declam. & lib. 7. natur. quæst. c. 27.* ibi: *Totam huius Mundi concordiam, ex discordibus constare; non vides quàm contraria inter se elementa sint, grauia, & leuia sunt, frigida, & calida, humida, & sicca.*

Fiat autem hæc suffragiorum dis-
77 sensio, non quidem, vt æmuli fortasse sententia reijciatur, vt de Cæsonio Peto ait *Cornel. Tacit. 15. annal. qui ne aliena sententia indigere videretur, in aduersa, & deteriora transibat*, & vberiùs *in lib. 1. histor. cap. 26.* de Lacone, qui ideò consilium quamuis optimum respuebat, quia non ipse illud attulerat; neque vt proprij ingenij acies ostentetur: *satis enim*, (ait *Sidonius Apollin. lib. 5. ep. 1.*) *eminet ingeny proprij meritis, qui fuerit fautor alieni; magnumque hoc est, & literarum viro conuenientissimum, cum studijs ipse maximis pollens, ea in alijs etiam minima complecti ex quo ipso cumulatissima tibi gloria respenderetur.* Idem enim ingenium perspicax ostenditur, & in edendo, ac in sequendo bono consilio, vt *Herod. lib. 7.* testatur, dicens: *Apud me, Rex, tantundem valet bono sentire per se, & alteri bonam dicenti sententiam accedere*, quod comprobat etiam *Cic. lib. 1. de finib. & in proem. 2. ad 4. Tusc.* Sed eò debet vela dirigere hæc suffragiorum dissentio, vt nitidiùs veritas eluceſcat, consilijque præstantia colligatur, quod monuit *Corn. Tacit. in dialog. de orator.* dicens: *Hanc esse huiusmodi sermonum legem, iudicium animi citrà damnum affectus proferre*, & dictum *Plinij lib. 7. epist. 17.* veritate comprobatur: *Opinor, quia in numero ipso est quoddam magnum collatum consilium*, refert *Suelbes consil. 4. num. 4. & cons. 28. num. 42. cap. sequicent.*

Debet tamen Senator suam edere
78 sententiam ab alijs dissentientem modestè, pro vt potest, nè vel suam maximè extollere videatur, quod notant *Plin. iun. lib. 1. epist. 20. & Sidon. Apoll. in epist.* vel oppositam aliorum contemnere. Idque maximè, quando Præfecti alicuius Tribunalis sententiæ repugnaret; & si sequatur Commissarij sententiam, nihil aliud dicat, nisi, ità mihi videtur, nè tempus frustrà teratur in multiloquio, vt disponit *pragm. 13. de offic. S. C.* & mirificè consulit *Rebuff. ad leg. Gallic. tit. de supplic. num. 80. pag. 308.* ac tradunt *Petr. Greg. syntag. iur. par. 3. lib. 47. cap. 45. nu. 15. Brant. in Senat. lib. 2. c. 17. Pegas cit. loc. §. 13, glos. 87.*

Hinc disertissimus *D. Reg. Carolus*
79 *Tapia lib. 2. iur. Regn. tit. de offic. Reg. M. C. V. in annot. ad rit. 39. sub num. 2. pagina, mihi*, 284. aduertit, quòd cum mane visitantur, qui die, vel nocte antecedenti detrusi fuerint in vincula M. C. & Consiliarius Aulæ Præfectus videt aliquos iussu Regentis ipsius M. C. leui ex causa coniectos in carceres, vti debet ea prudentia, ac moderatione, qua potest, maxima, Regentem monens, vt eos dimittat, vel aliud quidpiam suggerens, quod ipsi Consiliario videtur; nè si acriùs se gerat, suboriantur inter ipsos discordiæ, vincula detectis protracturę, damnaque maiora parituræ. Hinc fiet, vt Regens mollibus verbis auditis, & re solertiùs perpensa, biduo, vel ad summum triduo elapso, illorum sponte permittat excarcerationem. Præstat enim quandoque in his, quæ parum damni inferunt tertio, conniuentia, ac dissimulatio, aut aliquid de rigore flectere, quàm scrupulosis subtilitatibus odia, rixasque suscitare, ex quibus simultates oriantur inter Collegas, quæ eorum authoritati, & decori plurimum detrahūt, *Luc. de Penn. in l. quicunque, C. de exact. & exeq. lib. 2. Magon. decis. Lucens. 56. num. 67.* propterea cauenda nimia subtilitas, *P. Ludouic. de Miranda de ord. iudic. quæst. 4. artic. 11. concl. 1. & quæst. 28. art. 7. conclus. 5. vers. his omnibus, Pegas cit. loco tit. 2. ad Rubr. glos. 4. num. 3.*

Addit idē *R. Tap. ibid. n. 3.* eamdē sanè
80 moderationē necessariam esse, quando pari-

paritatis votorum accidit casus; & quòd expediat magis parti, aliquid ex sorte deperdere, quàm lite dilatata petere adiunctos ad dirimendam paritatem, itaut, & vitæ tempus interim terat, bonaque sumptibus litis insumat; non facilè propterea dandos adiunctos monet *Afflict. in Const. Regni sæpè contingit. ex num.* 1. inquiens: *Malus est mos addere Iudices vnius Tribunalis ordinarijs constitutis, quia ex hoc causatur difficilis congregatio, vt docet experimentum, & sic causa prolongantur*, qua de re *Cassan. in addition. in fin. procem. consuet. Burgun.* Hæc tamen locum vendicant in ijs, quę sũt Iudicum arbitrio remissa, atq; si dubia sint iura, non vero certa.

Id ipsum seruandum esse à Fisci pa-
81 trono, pergit idem *Reg. Tap. cit. lib.* 2. *tit. de offic. Aduoc. & Proc. fiscal. in annot. ad pragm.* 39. *de offic. Mag. Iustit. pagina mihi* 289. vt curet semper cum Iudicibus concordiam, eorum dignitatem tueatur, querelas pro Fisco modestè instituat; & qua modestia, ac prudentia vti debeant Senatores in suffragando coràm Rege, eiusque menti resistendo? ostendit *Solorzan. emblem.* 49. *ex num.* 57. *pag.* 402.

Sacrum prætereà Consilium, aùt
82 quilibet ex Consiliarijs iubere valet, vt capiantur, si res tulerit, in Aula ipsa ædium Vicariæ, Scribæ Fiscales, vel alius quilibet, & in vincula detrudantur, nulla data ab executoribus notitia Regenti eam, qui vice Magni Magistri Iustitiarij residet. Sic in anno 1645. cum vnus ex Reg. Consiliarijs capi præcepisset, quemdam Scribam fiscalem in Aula magna M.C.V. conijciendum in vincula, nulla priùs data de hoc notitia Regenti, qui tunc erat Aloysius Ponçe de Leon, ira succensus Regens, executores captos damnauit, transmisitque ad Regias triremes. Qua de re S. R. C. innotis omnibus Classibus elegit DD. Consiliarios D. Gasparem Sotum, & Antonium Miraballum, deinde Regentes, qui Pro-Regem de ingenti, absoluta, omnimodaquè ab omnibus independentia S.C. docerent. Detulerunt potissimùm ad Pro-Regem, quòd S.C. in eo culmine constituit Alphonsus I. vt ipsum decreuerit Iudicem appellationum omnium suorum Regnorum: nempè Siciliæ vltra Pharum, Aragoniæ, Valentiæ, Murciæ, Insularum Maioricæ, Minoricæ, ac Sardiniæ, Comitatus Barcinonæ, Rusinionis, & Cæritaniæ; ostensis hac de re antiquissimis processibus, in quibus pro libito sententias Tribunalium prædictorum Regnorum S.C. irritabat, vel confirmabat. Hinc Pro-Rex, ereptis birruarijs à triremibus per apparitores S. C. & capta informatione contra ipsum Regentem à D. Antonio Miraballo iussu D. Præsidentis, mandauit, quòd idem S.C. prouideret super omnibus: ac de Regente M.C. carceribus mancipato, & suspenso ab officio, ex quo non paruit decreto S.C. Præsidis, & Actuario denuncianti respondit irreuerentèr, meminit *Tasson. de antefat. vers.* 3. *obser.* 3. *sub num.* 116. *vers.* 16. *Præsidens*, necnon *Reg. Sanfelic. decis.* 63. *sub num.* 5. *vers. & obseruatum*, *lib.* 1. & notatur plenè à *Francisc. Anton. de Mercat. in lib.* 1. *manuscrip. de stylo S.C. obser.* 185. nàm cum anno 1621. Spectabilis Regens M. C. V. noluisset obedire quidam supplicationi expeditæ per Dom. Marcum Antonium de Ponte, Marchionem S. Angeli, Præsidentem S.C. Viceque Prothonotarium, fuit ei per actorũ Magistrum S.C. Hieronymum de Amico iniunctum, vt pareret, cumque renuisset, certiorato Ill. Locumtenente Cardinali Zapatta, & remisso negotio S.C. fuerunt congregatę quatuor S. C. Classes post prandium, & manauit decretum: *Die* 23. *Martij* 1621. *Neapoli. Audita relatione Hieronymi de Amico Actuarij S. C. Decreto S.C. prouisum est, quòd Magnificus, & Circumspectus Regens M.C. detineatur Domi, & suspendatur ab exercitio, donec aliter per Ill. Dom. Locumtenentem fuerit mandatum. De Ponte Præses, & Vice Prothonotarius, Fœlix de Ianuario, Cæsar Freccia, Iacobus de Franchis, Didacus Lopez Suares, Pyrrus Paganus,*

Pom-

Digitized by Google

Pomponius Saluus, Ioannes Andreas Giorgius, Villalobus, Didacus Salinas, Cæsar Alderisius, Alfonsus Vargas, Ioannes Baptista Melior, Ferdinandus Brancia, Ioan. Franciscus Sanfelicius; Franciscus Antonius de Mercatis Secretarius. Et alio decreto eiusdem S.C. sub die 26. Martij prædicti, fuit carceribus M.C. mancipatus Io: Baptista Innelli Actuarius eiusdem Regentis. Qua suspensione durante idem D. Locumtenens hoc diplomate mandauit, quòd Decanus Consiliarius residens in M.C.V. in criminalibus fungeretur officio Pro-Regentis.

Al Conſ. Pedro Antonio Caranita.

EL Cardenal mi Señor dize, que mientra dura la ſuſpenſion del cargo del Regente de la Vicaria, V.S. como Conſejero mas antiguo, que aſſiſte en ella, ſirua de Pro Regente de la Vicaria haſta otra orden de Su Señoria Illuſtriſſima, que para ello dà à V.S. toda la poteſtad, que ha de meneſter. Dios guarde à V.S. Palaçio à 25. de Marzo 1621.

Iuan Beltran de Oracta.

Deinde S.C. visis suis decretis exequutioni iam ritè mandatis, suæ insitæ æquitatis vestigia sectando, libertatem restituit Regenti, & munus pristinum; ad quod annùit D. Locumtenens hoc diplomate.

Al Marques de S. Angel Preſidente del Sacro Conſejo.

EL Cardenal mi Señor dize, que por la inſtançia, que V.S. le ha decho paraque ſe alze la ſuſpenſion, y priſion del Regente de la Vicaria, per eſtar çierto, que en lo venidero tendrà el Cuidado, que es raçon de hauir, que es juſto para no reçeder en coſa ninguna, que ſea perjuiçio de la autoridad deſſe Sacro Conſejo, ha tenido por bien Su Señoria Illuſtriſima de que ſea ſuelto el dicho Regente de la priſion en que eſtà, y exerca ſu cargo, como haſta à qui, y me ha mandado auiſe dello à V. S. y que ya ſe ha embiado la orden al Regente en eſta conformidad. Dios guarde à V.S. de Palaçio à 29. de Marzo 1621.

Iuan Beltran de Oracta.

Idem aliàs accidit anno 1637. & decreto S. C. fuerunt Iudices in suis Aedibus detenti, eisque interdictũ iudicandi exercitium. *Die 16. mensis Octobris Neap. 1637. Congregatis Regijs Conſiliarijs quatuor Aularum ordine Spectabilis Regentis Petri Iordani Vrſini Præſidentis S.C. Decreto ipſius Sac. Conſilij prouiſum eſt, quòd Magnifici Thomas Brandolinus, Ioannes Arcamonius, & D. Aloyſius Vargas, Iudices M.C.V. in Ciuilibus carcerentur Domi, & durante dicta carceratione non exerceant uſque ad aliam ordinem; verùm ante exequutionẽ præſentis decreti certioretur Illuſtriſsimus D. Pro-Rex, hoc ſuum, &c. Vrſinus Præſidens S.C. Didacus de Salinas, Petrus Antonius Caranita, Ioannes Franciſcus Sanfelicius, Varela, D. Thomas de Carleual, D. Frãciſcus Sanius, Andreas Prouenzalis, Scipio Theodorus, D. Didacus Medietta, D. Flaminius Coſtantius, Andreas Marcheſius, Franciſcus Antonius Muſcettula, Hector Capycius Latrus, D. Didacus Soria Morales, Franciſcus Antonius de Angelis, D. Franciſcus Merlinus. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius.*

Et mense Februarij 1677.me Aulę Decano Præfecto Consil. in M. C. V. cum vnus ex D. Consiliarijs mandasset, vt caperetur quidam Scriba fiscalis, & conijceretur in vincula, quia duriùs responsum dederat cuidam ordini ipsius D. Consiliarij, statim ei obtemperatum fuit, & captus, vt moris est, fuit descriptus in albo carceratorum, additumque, illum detineri ad dispositionem S.C. At vnus ex porterijs insolens, ac plus nimis loquax retulit S.C. non tàm facillimè, vt decuit, per M. C. V. sibi licuisse carceribus mancipare Scribam. Quamobrèm cum congregassent se se cunctæ quatuor S.C. Aulæ, me aduocarunt; retuli omnia, sicut gesta erant, & dixi, porterium rem longè alitèr retulisse; quibus dictis S.C. acquieuit. Dum autem

autem S.C.properaret decernere, qua pœna puniendus foret ipsemet Scriba iàm carceri manciparus ? obortafuerunt quædam iurgia hac super re inter apparitores, hinc S. C, inde M. C. V. de quibus nihil conscij fuerunt Iudices causarum capitalium M. C. cumquè de prædictis capta esset informatio iussu S.C.annuente D.Pro-Rege, à Regio Consiliario Carolo Vergara, fuit præscripta duobus Iudicibus propria ipsorum domus pro carcere aliquos dies; mox cognita rei veritate, Iudicum innocentia, debitaque obedientia, qua fuerat S.C.obsequutũ à M.C.fuerunt Iudices dimissi, annuente S. C. iussu Excell. Domini Pro-Regis, mandatumque vt perpetuum imponeretur silentium. Demùm S.C.decreuit, Scribam fiscalem in pœnam audacioris calami quatuor torturæ ictibus torquendum, & eidem exercitationem muneris Scribæ fiscalis prohibendam; at summa ipsiusmet Senatus clementia factum est, vt dum ab Aedibus S.C.abiret domum D.Preses, iam iam funi applicandum, iuberet per gratiam impunè dimitti, & mora paucorum mensium interiecta, fuit etiam Scriba in officio restitutus.

Vlteriùs Sacrum Consilium non
83 alligatur Ritibus M.C.V.ex *Frecc.in tract. de præsentat. instrum. par.15. ex nu.7. Thor.par.1.compend.decis. verb. Ritus M.C.V.*, quippè M.C.V. cum sit Subsellium Magistri Iustitiarij, ac Vicarij Regis, nullatenùs valet Vicarius legem imponere ipsi Regi, cuius est Vicarius, *Bald. in Auth.sed nouo iure, col.2.C.de seru.fugit.* nè inducatur absonum illud, quòd inferior Superiorem soluat, vel liget; & filius potestatem habeat in parentem, vt ait *text. in cap.cum inferior, 16.de maior.& obedien.& in clem.nè Romani, de elect.* ac innuit Regina Ioanna, dùm præcepit Ritus seruandos à M.C.V.vt in *Rit.1.* ibi: *Quòd omnes infrascripti Ritus obseruantiæ in nostris M.C.V. Curijs, & qualibet earum de cætero inuiolabiliter obseruentur.* Verùm S.C.obseruat Regni sanctiones, si, & quando ei visum fuerit expedire, prout de legibus Imperialibus dicunt Galli: hoc est, quando rationi seruiunt, tunc enim seruantur leges, non quidèm vt leges, sed quia rationem continent, quæ suadet; Et hoc tàm respectu Constitutionum Regni, quàm Rituum, ac Pragmaticarum, probant *Tasson. obseru.2. ex nu.21. Anichin.de præuent.instrum. cap.3.quæst.5.n.12.* & notauit ante ex *Alex.in l.1.in princ.ff.quod quisq; iur. Affl.in Const. Reg. Diuorum Principũ, sub num.2.vers.& hoc ideò, rub.42. de expens. quæ fiunt in litib. Cæsar. quæst. peregr. 42. num.22.* & videndus *Reg. de Philippo dissertat.fiscal.4. ex nu.58.* Quod quidem colligitur ex *pragmat. vnic.ad Senat. Consult. Velleian.* quæ propè finem mandatur præcipuè S.R.C, vt ipsam pragmaticam ad vnguem, & inuiolabiliter obseruare habeat, ac debeat, abdicando iurisdictionem in oppositum iudicandi, ac declarandi. Itaque si opus est, vt S. C. abdicetur iurisdictio per pragmaticam, nè in oppositum iudicet, declaretur, optimè arguitur, quòd iurisdictio aderat; non enim potest abdicari, quod non inest.

Neque dicas, posse idem dici de
84 omnibus, & quibusuis Regni Officialibus, de quibus in eodem contextu fit mentio in *pragm.* nempè quòd omnibus abdicata fuit iurisdictio in oppositum iudicandi, adeòque omnibus inerat ea iurisdictio; Etenim cum ibi Officialibus duo imponantur, & quòd seruent sancita in ea *prag.*& quòd oppositum non iudicent, abdicando potestatem; debent singula singulis referri: scilicèt Officialibus, quòd seruent; S. C. quòd non iudicet in oppositum; secus superflua fuissent quòad M. C. V. vel alios Iudices inferiores ea verba: *abdicantes iurisdictionem*; certò enim certiùs est, quòd tàm M.C.V. quàm cæteri Iudices inferiores hac iurisdictione carent, quippe qui iurant iudicaturos iuxtà Pragmaticas, aliasque Regni Constitutiones. Id quod agnoscens Cardinalis Zapata Locumtenens Generalis in hoc Regno,

Digitized by Google

gno, anno 1621. mandauit S.C. quòd omninò obseruaret Ritum M.C. circà liquidationem instrumentorum, ac omnes alias Pragmaticas huiusmodi materiam concernentes, vt ex diplomate sub die 28. Septembris 1621. penès *de Mercatis tom. 2. de stylo S. C. obseru.* 188.

Non mirum S. C. sœpè motum ab
85 opinione Prudentis, & Clarissimi I.C. *Afflict. dec.* 111. *num.* 4. *Capyc. dec.* 194. *de Petris festiu. lect. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 15. contra insulsas DD. opiniones, licèt communes, sœpiùs decreuisse *Afflict. dec.* 204. *post num.* 2. *de Franch. dec.* 30. *& 49. de Petris add. cap.* 6. *num.* 23. humaniorem insequendo sententiam, ad *text. in l. proximè, ff. de his qua in testam. delen. l. si fuerint, §. fin. l. quoties, ff. de reb. dub. de Petr. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 13. *Theodor. alleg.* 34. *num.* 9. *in fin. Prat. discept. cap.* 25. *n.* 10. *Haud dubie enim Deus gubernat consilia eorum, qui clementem, & humaniorem dicunt sententiam*, dicebat *Philipp. Comineus lib.* 2. *commentar.* Non est nouum, inquit *Cassiodor. decis.* 1. *num.* 26. *de empt. & vendition.* quòd Rota, & Signatura quandoq; teneat contrà communem, quando contraria opinio est æquior: Rota enim ex laudabili stylo solet cõtrà communem opinionem habentem in se rigorem iudicare: cum æquitatem potiùs, quàm rigorem soleat amplecti, *Paul. Rub. in resol. pract. cap.* 22. *n.* 5. *& de validit. legat. controu. forens. cap.* 5. *num.* 46. *& cap.* 24. *num.* 39.

Propterea consueuit S.C. quando-
86 que in decretis addere, *ex causis in S.C. discussis*; idque quia Regem repræsentat; secus enim præter Principem vix vlli alteri, quàm Parlamentis, & Curijs Supremis licet vti his verbis in rescriptis, vel arrestis, *Guilielm. Anton. de rescript. morat. conclus.* 49. *sub num.* 119. *lit. Q.* 3. His autem verbis vti in decretis nequit M.C.V. putà: *ex causis in Banca discussis*, quia non est Supremum Tribunal, vt posset leges deferere; licèt quandoque Iudices, huius clausulæ vim non perpendẽtes, perspecto vsu S.C. ea vsi fuerint.

Nec potest à S.C. expeti, vt exprimantur illæ causæ, *Guilielm. Anton. cit. tract. concl.* 49. *sub nu.* 119. *lit. Q.* 3. post *Georg. Acac.* quem refert in *tract. de priuileg. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 32. *& lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 6. *& cap.* 10. *nu.* 9. *Io. Ferrar. in comm. ad l.* 3. *vers. rectè itaque, ff. de reg. iur.* quia potestatis plenitudo efficit, vt non sit exquirenda causa in Principe, cùr ita agat? *Marta de claus. par.* 1. *claus.* 259. *num.* 1. Imò, & si quis causam sibi declarari peteret, non leuem promereret pœnam, sicuti ait *Maynard. decis.* 85. *lib.* 3. *num.* 2.

Haud rectè tamèn hac clausula vte-
87 rentur DD. Consiliarij in decretis factis domi; longè enim alius honos est, qui debetur singulis Consiliarijs domi sedentibus, quàm simul in Aula assidentibus, ibique vicem Præfecti Prætorio implentibus; tanto magis, quia cum detur appellatio à decretis factis domi, vt in S.C. differatur eorum validitas, debet vtique Consiliarius causam aperire, quæ eum impulit ad ità decernendum; vt perspecta causa S.C. confirmet, aùt improbet decretum domi latum. Fruſtrà igitùr legitur, quod mox palàm reuelandum erit.

Ab huiusmodi verò decretis latis,
88 *ex causis*, reclamatio denegatur, ac proinde rarò interponenda (dicebat enim *Franc. Marc. dec.* 13. *in fin. par.* 1. quem laudat *Ant. Sala in Const. nou. Sabaud. tit. de mod. & form. suppl. à sent. Senat. glos.* 2. *num.* 6. orandum esse, vt Deus nos præseruet ab expedienti Magni Consilij, & ab æquitate Parlamenti) Restitutionem tamèn in integrum impartiendam aduersùs hęc decreta, respondimus D. Præsidi in Aula D. Consil. Muscettula, in qua tunc residebam, interroganti in causa Ill. Principis Hieracij, cum fratribus secundogenitis, in Banca de Martino: prohibita namque appellatione, haud prohibita censetur in integrum restitutio, & nullitas, *Gl. in l.* 3. *C. si de mom. posi. fuer. appell. Castr. in l. si finita, §. postèà quàm, ff. de damn. infect. Marsil. in l. unica, num.* 168. *C. de rapt. virg. Rebuff.*

Digitized by Google

buff. de rest. in integr. art. 1. glos. 1. in fin. & art. 2. glos. 4. num. 16. Puteus de sindic. §. an si statuto, num. 4. pag. 55. etiam prohibita reclamatione, supplicatione, atque recursu, *Cyn. in l. 2. C. si pend. appell. Glos. in l. 4. in fin. C. de pact. Alciat. in l. cum filius, §. in hoc, num. 15. de verb. oblig. Boss. tit. si aduers. rem iudic. num. 24. Tiraquel. de utroque retract. par. 1. §. 35. glos. 4. num. 42. Marsil. in pract. crim. §. opportuna, num. 58. Gram. sup. Const. Regn. tit. de restit. minor. num. 12.* & excluſa qualibet exceptione, reſtitutio in integrum haud eſt reiecta, *Iaſ. in l. poſtquàm liti, n. 58. C. de pact. Mangrell. ad Bart. in Rub. l. Prator, verſ. legitimè, ff. quod vi, aùt clam*, propterea quòd reſtitutio eſt beneficium ſpeciale conceſſum, quod generali legis ſanctione auferri non dicetur, ex *glos. in cap. coràm fœlicis, de reſtit. in integr.* & alijs *Sfortia Oddus de reſtit. in integr. quæſt. 15. artic. 2. ex num. 31. & art. 6. num. 44.*

Huius inquàm Senatus decisiones 89 totus terrarum Orbis veneratur, eiuſque authoritas adeò eſt eminens, vt terruerit Decium Iuris Conſultorum omnium, qui ea ætate floruerunt, facilè Principem, vt ipſe *Dec.* teſtatur *conſ. 379.* & notant *Prat. to. 3. diſcep. c. 8. n. 1. & cap. 31. in princ. ac obſer. 32. n. 1. Ruginel. de appellat. §. 6. glos. 7. capit. 2. num. 36.* Magnum Conſilium appellans: cum in eius hemicyclis continuò reſederint Iuris Prudentiæ Coriphæi, legum Anteſignani, æqui, bonique ſtudioſiſſimi, qui ſpreto omni timore conſueuere plus obedire Deo, quàm hominibus, ſeù Principibus, teſte *Viuio lib. 2. opin. 638. n. 9.* qui *opin. 461. ex n. 3.* ſic loquitur: *Deciſiones S. C. Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine Regis, ſuccedunt in cauſis dubijs loco Imperialis interpretationis, de qua in l. fin. C. de legib. vt per Affl. dec. 166. col. fin. Et hinc eſt, quòd Rota Neapolitana, tanquàm Spiritus Sancti tuba, & vera legum mater, meritò in Regno generaliter nuncupatur refugium oppreſſorum, & lucerna ſupra montem poſita, per quam tanquàm mons montium totus Orbis illuſtratur*, vt de Senatu Mediolanenſi dicebat *Cefal. conſ. 364. in fin. & Franciſc. Redenaſc. conſ. 84. num. 16. lib. 1.* Adeò quòd amplificatum dicterium eorum, qui ſententias inter caſus fortuitos crediderint recenſendas, de quo ex noſtratibus *Reg. de Ponte deciſ. 24. de Petr. feſtiu. lect. lib. 1. cap. 6. ſub num. 3. & lib. 2. cap. 9. ſub num. 7. Prat. lib. 1. cap. 27. num. 93. & cap. 1. tom. 2. Staiban. reſol. 119. n. 3. & 5. & reſol. 186. num. 60. cent. 2. Praſul Afflict. controu. reſol. iur. cap. 50. n. 8.* & dixi in *Rit. 269. num. 35. tom. 3.* in his ſententijs locum non habet; vt in ſimili dicebant *Dec. conſ. 7. num. 2. verſ. nobis*, & alij penès *Sebaſt. Medic. de fortuit. caſ. par. 2. quæſt. 12. num. 2.*

Qui verò, & hoc tempore in noſtro 90 reſident Senatu, antiquioribus nõ ſunt inferiores, vt de illis ampliſſimi R.C. Tribunalis loquitur *D. Reg. de Philipp. diſſert. fiſcal. 9. num. 12.* ita vt verè Senatus poſſit appellari, non Iuuenatus, vt de Burdegalenſi Senatu, & deciſionibus Nicolai Boerij dicebat *Pariſ. in tract. de diuid. vel indiuid. in 3. par.* quem refert noſter *Præſ. Vinc. de Franchis deciſ. 346. numer. 9. in fine*. Quandoquidem licèt ibi aſſideant nonnulli iuuenes; ac Senatus à Senibus, Patribuſque nomen mutuetur; nihilominùs quando iuuenes ſenectutem moribus præſeferunt, debent ad Subſellia admitti; quippè anni virentes alacriores eos, paratioreſque pollicentur ad inſanos fori labores ferendos, lenique animo ſuſtinendas importunas litigantiũ ſollicitudines ſub galli cantum, vel cum maximè calet meridies, ad *text. in l. 37. de Aedil. edict.* Quamuis autem ætatem Conſiliarijs ferè annorum quinquaginta optare viſus ſit *text. in l. 2. §. Seruius autem, propè finem, verſ. ergò S. bino, de origin. iur.* & *Platon. tract. de Repub. lib. 5.* de quo *Conſ. Staiban. cent. 1. reſol. 100. n. 275.* Carolus tamèn V. anno 1528. Cœſarauguſtæ in *for. Arag. cap. 2.* trigeſimum annum ſatis eſſe decreuit; vigeſimum quintum ſufficere, voluit *Gubernat. Chriſtian. lib. 1. cap. 5.* Hinc

Digitized by Google

Ioachim. Mynsinger. lib. 4. obseruat. 92. scribit, se anno vigesimo primo docuisse in Academia Ferrariensi. *Cicero in orat. pro A. Cecin. circa final.* se adolescentulum contrà hominem dissertissimum Cottam publicè causam egisse, & obtinuisse. *Kirchn. lib. 1. de leg. 4. nu. 63.* meminit C. Valeri Petronium, qui non dum vigesimum tertium annum ætatis expleuerat, quinquies Legationis munere perfunctum esse. Quò pertinet Venetorum exemplum, qui cum duos Iuuenes ad Cæsarem oblegassent, & Cæsar hoc improbaret; Legatos respondisse ferunt: Si Venetiarum Respublica sapientiam non in corde, sed in canis, & barba sitam esse credidisset, ad Cæsaream Maiestatem duos vetulos, & barbatos hyrcos misisset, *Ampl. Dn. Arum. 1. P. p. 2. disc. 3.* Et indignante Turcarum Tyranno Gallorum Legatis iunioribus, vnum ex his respondisse, refert citatus *Kirchn. 1. de legat. 4. num. 60.* non esse ex barba virum, nec pilosо mento, mentem hominis iudicandam fore; alioquin cum barbatiores hyrci sint, prudentiores etiam hominibus censerentur, *Christoph. Besoldi de legat. & legation. num. 30. pag. 17.* qua de re *D. Caietan. Ageta in fori feudal. epitom. in princ. in apologia pro iuuentute contra senectutem.* Vnde immeritò *Cons. Staiban. ad resolut. 1. num. 57. cent. 1.* ait, fuisse hunc Senatum terrori; at olim dum vigebat Afflictus, cæterique nostri maiores ius dicebant. Præsenti enim æuo minimè desunt Ministri, ex quorum præiudicijs, vera desumi potest iudicandi methodus. Optimè igitur coniunguntur senes cum iuuenibus, vt iuuenilis feruor senili grauitate temperetur, & senilis tarditas iuuenili alacritate promoueatur, *Kirchn. 1. de legat. 4. num. 67. Menoch. de arbitr. cas. 540. num. 13. Xamar. de offic. Iudic. 1. par. quæst. 1. num. 23. Portugal. de donat. reg. par. 2. lib. 1. cap. 12. num. 32. Gizz. ad Capyc. Latro dec. 199. num. 27. lib. 2. de Petr. festin. lect. lib. 3. cap. 5. num. 2.*

Hinc non inutilitèr adsunt in Co-

91 mitijs suffragia laturi iuniores cum senibus; celeres, præcipitesque cum cunctatoribus copulati; flegmatici cũ colericis: hic enim præceps alterius cunctationem stimulabit, cunctator pernicioſam illius festinationem compescet, atque ita extremis, vitiosisque hinc inde temperatis, atque vt ita dixerim, cõcordatis discordibus, exurget virtus vtrinque reducta, adeòque consilia salutaria Reipubl. vt obseruant *Marquez. lib. 1. cap. 5. §. 2. pag. 26. Saauedr. embl. 30. pag. 204.* Non enim omnes debent esse ingenij ignei: hæc enim ingenia sunt, veluti cultri acuti, qui facilè scindunt, facilè hebescunt, *Varsauic. in orat. de Legat.* & dum nimis properant, ac ingenij dotibus cõfidunt, facilè in errorum scopulos impingunt, ex *Curt. Schonborn. 3. polit.* Non tardi ingenij, quibus res arduas solùm demandare, idem esset, ac asino chordam committere, *Christophor. Bisold. tract. de Legat. & Legation. nu. 50. pag. 23.* Et etiam expedit iuxtà annosas arbores alias implantare ætate minores, vt post interitum illarum in veterem succedant locum, *Cruger. disput. polit. 6. th. 10.*

Debent tamèn esse viri laurea Iu-

92 risprudentiæ decorati, docti, graues, seueri, insontes, mites, iusti, faciles, lenesque, vt dicitur in *pragm. 2. n. 4. de offic. S. R. C.* qui eiusmodi honoris apicem non ambitione cõquisiuerint, sed probatæ vitæ testimonio promeruerint, *l. sancimus, 6. C. ad l. Iul. repet.* Docti inquàm sint, oportet, qui ad hanc Senatoriam dignitatem aduocantur: in eorum etenim manu sunt vita, & opes hominum. Quicumque tamèn electi sint, nemini licet de eorum sufficientia disputare: *sacrilegij enim instàr est dubitare, an is dignus sit, quem Rex elegerit?* inquit *text. in l. disput. 3. C. de crimin. sacrileg.* concinit *l. sacrilegijs, 5. C. de diuer. rescript. Andr. in cap. 1. n. 5. qui succes. teneant.* licèt si qui suam inhabilitatem, imperitiamque nouerint, debeant vltrò hac se dignitate abdicare, *Gubernat. Christian. lib. 1. c. 6. col. 7. pag. 33.* Sciant,

Digitized by Google

ad ipsos confugere,tanquàm ad Iustitiæ Templum, ex semotissimis Regni partibus homines recta iudicia speratantes, *Arist.5.Ethic.* In iudicijs exercendis non precibus, non pretio, non amicitia, non odio, non denique vlla re corrumpantur, vt ab æqui, rectiq; deijciantur sede,memor. *prag.2. de offic.S.R.C.* Exuant priuatum, veteremque hominem, priuatas affectiones, propensionesque, & cum toga, induant publicum, cui nihil magis sit curæ, quàm Reipublicæ salus, *Plat. in Euthyd.* & redditio vnicuique iuris sui.

Inter prærogatiuas verò, quibus
93 præexcellens Senatus hic effulget, ea est, quòd eius sententiæ, quæ nomine Regio proferuntur, ac decreta, ab ijsdem Senatoribus reuidentur,neque datur appellatio, sed reclamatio, eaque semel tantùm, deinde perpetuum causæ imponitur silentium; imò neque reclamatio admittitur, nisi exequuta sententia, vel decreto, dummodò sint, monitis, auditisque partibus, prolata, *pragm.79.§.9. de offic. S. C.* cui collimat edictum *Iustiniani Cæsaris in leg.fin.C.de leg.* ibi: *Quis tanta superbia fastigio tumidus est, vt regalem consensum contemnat? Marant. cons.25.num.2. Imbrian.de 1. & 2. benefic.consid.2.n.41. Prat.tom.4.cap.17. num.62. Staiban. cent.1.resolut.50. & num.3. & cent.2. resol. 154. num.19. Capyc. Latro decis. 72. num. 17. lib.1. Reg.de Philippo dissert.fiscal.3. num.5. & 12.num.58. Gusar. quæst.12. nu.35. Ego in Ritu 250.ex nu.1.*quem locum laudat *D. Luca ad Franch. decis. 641. num.6.in fin.*& iterùm Ipse in *rit.252. tom.2.* adductus ab eodem *de Luca ad Franch.decis.603.num.5.D.Cons.Altimare ad Rouit. cons.15. in fin. lib.3. & D.Caietano Ageta in epit.for.feudal.assert.11.num.119.pag.232.* idem *Dom. Cons.Altimare de nullit. rub.4. qu.39. ex num. 16.* me citans etiam in *rit. 6. num.5. D.D.Raphael. Vilosa dissert.6. §.7.n.42.* ac vnanimi consensu ceteri nostrates, & ex exteris *Guid. Papæ quæst.50.& 554.Cassan.in proem.Consuet. Burgund. verb.De nos parlement de Grassali. de regal. Franc. lib.1. §.& quia, pag.166. Osasc. decis.1. num.44. Gemin.cons.34. Menoch. cons.53.lib.1. Gamm. decis. Portug.228. num.1.* qui de sententijs eorum Senatuum fidem adhibent, & *Regens Valenz. cons.40. num.55.* loquens de illa Reg.Audientiæ, & Senatus Valentini.

Dummodo tamèn sententia, vel
94 decretum non sit irretractabile:secus enim reclamatio eorum exequutionem suspenderet,quod fieri ait *Cons. Staiban.resol.50.lib.1.ex n.39.* & antè *Præs.de Franch.decis.139.Thesaur.decis.181. num.3. Anna alleg.63. lib.1. & sing.179.* in causis capitalibus, vel in ciuilibus, si agatur de exequenda persona, subdens, quòd si de re vendenda agatur, quæ vendita non possit redhiberi, retractata sententia, licèt supersit actio ad pretium, iuxtà *decis.S.C.* apùd *Franc.decis.660.* non ideò impediendam fore venditionem. Idque summa veritate inniti, fatetur *Præsul de Afflict.contron.iur.cap.1.n.8.* in rebus venundari solitis, in quibus nulla potest perpendi ratio peculiaris affectus, propensionisque. At verò, si res vendenda in iudicati exequutionem, vel speciosa, spectabilisque foret, quippe, quæ antiqua alicuius familiæ,eius nobilitatem,antiquitatemque ostentaret;vel feudum antiquum, decoratũ titulo;vel demùm locus delicijs affluens, ac famosus: tunc differendam,pendẽte reclamatione,exequutionem sententiæ in re vendenda, vel vendendam, addito pacto de retrouendendo, si quando sententia retractaretur.

Atque optimo quidem iure, cum
95 sit actus irretractabilis,restitutio enim pretij rem non præstat; At quis compescat lacrymas,vel certè summa non afficiatur tristitia conspiciens rem suorum maiorum ad exteras familias properasse, ad *text.in l.lex, quæ tutorem, C.de administr.tutor.*cuius similem eo, vel etiam maiori pretio emi foret impossibile, ac conferunt scripta à *Cons. Staiban. mem. cap.50. num.57.* & hùc

sem-

Digitized by Google

semper Iura tantoperè respexere, vt Interpetres denegarint locis etiã pijs priuilegium cogendi vicinos ad vendendum iusto pretio, pro constructione, vel ampliatione Templi, prædium, vel ædes, quæ fuerint Magnatum, aèt antiquæ, *Rot. Rom. decis. 372. par. 1. tom. 2.* apùd *Farinac. Reg. Sanctic. decis. 413. nu. 16. Novar. quæst. forens. 32. num. 1. lib. 1.*

Non rarò, petentibus partibus, re-
96 clamationem absq; clausula: *exequnto decreto*, consueuit S. C. Præses id proponere in Aula, in qua lis agitatur, atque audito Consiliariorum sensu, quid dicendum? decernere: *habito colloquio cum DD. Consiliarijs de Aula, verbum faciat loco reclamationis*, neque addit: *exequnto decreto*. Quamque praxim etsi reprehendat *Episcop. Afflict. cit. cap. 1. ex num. 15.* inquiens, non posse fieri, perpensis verbis *pragmat.* omnimodam inducentibus impossibilitatem, atque resistentiam actus, omnem potentiam auferentibus, omnemque modum remouentibus, quo effici res prohibita posset, & nequire Consiliarios, neque vna simul, neq; seorsim dispensare *pragmatica*, qui si vellent aliquod declarare motiuũ, quod ipsos impulit ad ita decernendum, subdit, *ijs* obstare dispositionem Iuris: nimirùm Iudicem nequire suam sententiam reuocare, nec declarare, quando declaratio non concernit res substantiales; neque posse dicere, ipsos non intellexisse illum articulum decidere, vel huiusmodi, vel alia ratione nixos esse, vt perpendit *Reg. Galeota controu. 35. lib. 2. nu. 18. & ex nu. 42. ad nu. 47.* Nihilominùs hanc eiusdem *Episcopi Afflict.* hæsitationem iamdiù conspicio inoleuisse, atque oppositum praxi inductum, quod nec ipse inficiatur in *additionibus ad cit. cap. 1. pagina* 457. ac meritò propter tanti Senatus præexcellentiam, & vniti cum Præside; tùm quia casus hic non fuit à *pragmaticis* prouisus, tùm etiam quia, quoties de iniustitia constat, remoranda est exequutio, vt pluries in his *Comment.* diximus, & notat *Nig. Cyriac. controu. 187. num. 10. lib. 1. & controu. 416. ex num. 42. tom. 3.*

Difficultas verò magis vrget, an
97 & in sententijs definitiuis id ipsum possit exerceri? Accidit hoc disceptandum, in causa D. Hieronymi de Constantio, cum Don Caietano Bonito. Hic enim damnatus ad relaxandos aureos quatuor mille sortis, super vectigali, quod aiunt (boni nummi) cum fructibus, vtpotè re supposita fideicommisso condito à D. Reg. Fuluio Constantio, alienataq; ab Octauio, qui quidem Fuluius suo vltimo in elogio reliquerat Octauio aureos decem mille pro omni portione legitimarum, deindè corrigens elogium in codicillo, vinculum fideicommissi imposuit aureis quatuor mille, ad quos suos descendentes in infinitum vocauit. Hic inquàm Caietanus aiebat, quòd non poterat damnari: tùm quia omne vinculum respuit legitima: tùm etiam, quia afferebatur, distractos fuisse, vrgentibus fideicommissi creditoribus, aureos bis mille, & quincentum sortis prædictę aureorum decem mille, atque adeò non poterat ad peius damnari ad relaxandos omnes integros aureos quatuor mille, quia debebant supereſſe liberi aurei sex mille legitimæ, quos non receperat propter distractionem aureorum bis mille, & quincentum; vel saltèm faciendam deductionem pro rata. Quapropter cum proposuisset D. Præses nostra in Aula, an posset dari: *habito colloquio verbũ faciat?* Dicebatur, praxim, qua in decretis vtimur interlocutorijs, vel vim definitiui habentibus, non posse exerceri in sententia definitiua, quæ nomine Regio profertur, quando Iudex Commissarius, ea prolata functus est officio suo, *Franch. decis. 398. nu. 2.* reclamationem, licèt illa reuideatur ab ijsdemmet Senatoribus, committi alteri eiusdem Aulæ Ministro, *Franch. decis. 665. num. 5. Consil. Staiban. centur. 2. resolut. 154. ex num. 1.* Commissionem hanc non posse fieri, nisi exequuta realitèr sententia, ideoque dici: *notetur dies, & facta*

exequutione prouidebitur. Dicebatur insuper, non admittendum, quando Reo supererat aliud remedium remorandæ exequutionis sententiæ: nempè nullitatum hoc irregulare, atque exitiosum, cum sit prægraue, ac lamentabile, quòd quando litigator tandèm aliquando post casus varios, post multa rerum discrimina, vbi annos, ac lustra, nè dicam penè sæcula, insudasset, salutem, opesque profundisset, aliquam sententiam sortitus est, notoriæ iniustitiæ prætextu, obtineantur huiusmodi decretationes, vt plurimum parte inaudita, & cum credat vicisse, litem inchoet, quo nihil fœdiùs, exitiosiùs nihil, vnde exclamat *Conf. Staiban. resolut.* 156. *ex num.* 1. *cent.* 2. post *Præsid. Merlin. contr.* 52. *in princ. lib.* 2. in mores, temporaq; præsentia. Antiquitùs enim obtenta sententia, canebat quisque, non modò victoriam, sed triumphum; hac tempestate, obtenta sententia, tantum abest, quòd victoria litigator possit gratulari, quinimò ex tunc incipiat litem inhire. Etsi autem, quando notoria est iniustitia, exequi non debeat, & possit, vel ex officio Iudex præpedire, idem *Staiban. obseru. ad resol.* 50. *à num.* 5. & cœteri nostrates; Si hoc potest terminis habilibus fieri, cur debet aditus ad singularia reserari? Neque prodest, nullitates à *Pragmatica* ad duos casus cõtrahi: nempè si fuerit decisum, vel contra expressum textum; vel contra documentum publicum; ex hoc enim non excluditur iniustitia notoria, quæ euidenti nullitati æquiparatur, ex dictis à *Conf. Staiban. cent.* 2. *in obseruat. resol.* 107. *ex num.* 96. *& obseruat.* 154. *num.* 50. declarando quæ perfunctoriè scripsit *resolut.* 114. *num.* 51. *eadem centur.* 2. His quidem rationibus nixi sunt Domini S.C. die 24. Iulij 1681. ad denegandã prouisionem super supplicatione porrecta, & ad decernendum, adesse satis, abundèque efficax ibi remedium nullitatum, in quibus haberetur ratio oppositorum, an militarent, nec ne? in Banca de Neapoli.

Huiusmodi proindè Sententię pro- 98 latæ post instantiæ peremptionem nullitati minimè subiacent, vt edisertauimus in *ritu* 248. *sub num.* 3. *lib.* 2. & me citato, scribit *de Luc. ad Franch. decis.* 643. *num.* 4. Decreta verò S. C. & aliarum Curiarum, nulla esse, *ibidem* indicauimus, & notant *Grauet. consil.* 170. *num.* 7. *Gram. decis.* 81. *num.* 4. *Marant. in prax. par.* 4. *dist.* 16. *num.* 49. Sententia siquidem nomine Regis profertur, & illam promulgando derogare videtur Iuri Communi, quod Principi licet, *l. digna vox, C. de legib. l. Princeps, ff. eodem*, qui & supra leges est, *Auth. vt propon. nem. Imp. circa med.* licèt sub pedibus Iuris Gentium, dicat *Barb. in cap.* 1. *vers. simile, col.* 2. *de Const.* quæ Iura, etsi de Imperatore sermocinentur, ac propterea hanc facultatem Regibus, Ducibus, alijsque inferioribus deneget *Const. Roger. de legis potentia, par.* 3. *num.* 12. attamen cum Rex Superiorem non recognoscat, omnia Imperatoris Iura in suo exercet Territorio, *Panorm. in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 6. *de const.* & esse ipsum in Regnis suis, tanquàm Imperatorem, monet *Rosental. de fend. cap.* 10. *concl.* 1. *num.* 6. *& in cap.* 5. *concluf.* 10. *Glos. A.* dixit, plus iuris habere, quàm Imperator in Imperio, ex *Freec.* & alijs; sed non est Imperator, qui vnus est, idem *Rosental. cap.* 8. *concluf.* 15. *lit. E. vers. quia Monarcha, Crot. in tract. de test. par.* 9. *num.* 75. *vers. ex prædictis*, & in specie quòd Rex Hispaniarum est Monarcha, & totum continens in suis Regnis, aduertit *Corset. in tract. de potest. & excell. Regn. qu.* 45. quem ad hoc laudat *Io. Redin. de Maiest. Princip. cap.* 1. *num.* 7. & nos infra, ac *de Franch. in memor. decis.* 643. pluribus ductus auctoritatibus nectit, posse Principem exceptiones alicui competentes de Iure Ciuili tollere.

Instantiæ autem peremptæ, absque 99 vlla causæ discussione, vitæ spiritum insufflat D. Præses S.C. & tunc instauratur instantia, ac reuiuiscit, *de Franch. decis.* 250. *in fin. & decis.* 643. *sub nu.* 5. priuatiuè quò ad omnia Tribunalia, vel Curias Regni. Nec ab ipso Præ-

side

Digitized by Google

fide consuetum esse potestatem hanc delegari, aduertit *Frecc. lib. 3. de subfeud. cap. 1. num. 8.* Idque quia representat Regem, *Franch. dict. decis. 643. num. 5. Tasson. in obseru. vers. 3. obs. 3. num. 62.* cui soli competit ex peculiari potestate, *Afflict. in cap. 1. nu. 96. tit. quæ sint regal. Tuschdit. l. concl. 215.* (exceptis R. Audientijs Hydruntina, & Barensi, ratione à me adducta in memorato *ritu* 248. *nu.* 43. quem locum ad hoc laudat *D. Scoppa in add. ad Nicolin. in prax. ciuil. pag. 127. num. 140. & in annot. ad Sarn. in prax. ciuil. p. 1. §. 18. sub num. 8.*) quia cum perijssent ipso iure acta, instantia perempta, Regali beneficio opus est, vt reuiuiscant ea, quæ sunt ipso iure nulla, *l. sed hic videtur, 2. ff. de reb. eor. l. adoptio, ff. de adopt. can. hoc quippe 3. quæst. 5. can. in primis 2. quæst. 1. cap. 1. 19. quæst. 1. cap. ad petitionem, de accus. Glos. in l. Aemilius Largianus, ff. de minorib. Afflict. in tit. quæ sint regal. num. 41.* Licet etiam Pro-Regibus insufflare spiritũ, *Franchis decis. 250. sub num. 5. in fin. Tasson. loc. cit. num. 212. & vers. 2. obser. 2. num. 45.* etenim in commissis hoc habere solent à Sereniſſimis nostris Regibus, vt liquet in commissionibus datis olim Duci Ossunæ, apùd *Tasson. dicto vers. 2. obseru. 2.* quamuis nullus Pro-Rex ea potestate vti consueuerit; sed semper aditur Præses S. C. vt indicaui eodem in *Rit. 248. num.*

Dum verò *D. Præses de Franch. in mem. dec. 643. sub num. 5.* subiungit, quòd quando partes de peremptione opponunt, vel causæ Commissarij id aduertunt, ad causæ expeditionem non procedunt, nisi præfata spiritu vitæ insufflatione in actis præsentata: videtur esse opinionis, quòd quamuis partes de peremptione opponant, adhùc si pars insufflationem obtinuerit, ad causæ expeditionem procedi poterit, vt aduertit etiam *Reg. de Pont. cons. 143. num. 3. vol. 2.* ex eadem *decis. de Franch.* & dicit hoc ex *Prag. 1. de instãt. caus. rest.* super qua *Troyss.* notat, ex ipsamet *Pragm.* in hoc Ius Commune corrigi: nàm licèt illo Iure insufflatio, seù instantiæ restauratio causa cognita fiebat, *l. sed si per Prætorem, cum seq. ff. ex quibus caus. maiores*, de quibus causis videndus est *Paris. de syndic. in Rub. sententia, capit. 6. à num. 5.* Attamen de Iure *pragm.* ista restauratio, etiam sine causa, imò data negligentia impartitur, quod idem ante *Troyss.* dixerat *Paris. cit. loco n. 6. vers. vbi autem*, & isthæc causa, vel non causa, aduertit ipse *Paris.* deseruire potest, ad hoc, vt cum causa illam impetrans expensarum solutionem euitare possit: cum è conuerso sine causa impetrata, ad expensas parti aduersæ reficiendas impetrantem cogit Iudex, arg. *l. properandum, & l. eum qui temerè*, & ita sentire notat *Isern. in Constit. sponte volentibus à lite discedere*, atq; consueuisse Regiam Curiam istas restaurationes concedere; & hodiè expresè cauetur in citata *prag.* ac in insufflationibus semper ista apponitur clausula: *solutis expensis*, & *Parid.* allegat, ac insequitur *Marant. in prax. in verb. Et omnia fiant durante instantia, à num. 32.* vbi est adnotanda *Fœl. additio*, dùm restatur, temporibus suis semper fuisse illis personis, quibus beneficia conceduntur, restaurationem concessam absque expensarum solutione. Tales enim insufflationes fiunt in forma solita, non aduertentes Magistri actorum, quòd nõ cum omnibus eadem est obseruanda decretationis forma; & clausula, *solutis expensis*, habet tacitam conditionem, si ad earum condemnationem tenetur, ex præsumpta Principis voluntate, quæ contra ius rescripsisse non præsumitur, *l. rescripto, & l. damnosa, C. de precib. Imp. off. & in l. humanum, Cod. de leg.* & circà illud *Dom. de Franchis* effatum, vt haud obstante partis oppositione de peremptione instantiæ, possit spiritus vitæ insufflari, perpenditur ipsamet *pragm.* dùm mandat, quòd instantia, quæ ex negligentia fuerit decursa, non nisi refectis expensis, restauretur. Legislator igitùr eius est mentis, vt instantia, ob negligentiam decursam, restauretur, solutis

Digitized by Google

tis tamèn expensis : dictio enim *Nisi* post negatiuam negationem, oppositionẽ illã in affirmatiuam resoluit, *Iacob.de Nouell.de Iure prothomisf.in verb. Quod si fortè, ex num. 261. vsque ad num. 270.* vbi *de Gerard. in sing. 46.* de alijs Doctor. mentionem facit ; ac proindè ad nihilum deseruire partis oppositionem de perẽptione, ex mente ipsius *Pragmat.* clarè dignoscitur, atque ità illa insufflatione in actis presentata, potest, & debet Iudex ad vlteriora procedere ; maximè cum Iudicis non nisi obsequij cura relicta sit.

Vndè semper anceps extiti de theo-
101 rica apùd *Reg.Rouit.in cit. pragm.1. num.7.* & eius Assecias, vbi singulariter nectit, quòd si ante restauratam instantiam pars de peremptione opposuerit, non possit vlteriùs restaurari, ductus ex similibus, quæ adducit *Caualc.de Tut.& Curat.n.21. & Alex. conf.237.num.13.vol.6.* ad quod possem multa plura exempla, & authoritates de his similibus adducere ; sed nil ad hypothesim, cum illi casus sint prorsùs impertinentes ad thesim nostram, in qua legem claram habemus, vt in restauratione instantiæ, causæ cognitio minimè sit adhibenda, quodque etiam ex negligentia sit concedenda, & ita DD. interpetrati fuere illam consuetudinem, stylum, ac ordinariam praxim sic vigere ; & quid, rogo, hoc denotet? nisi quòd quamuis pars negligentiam opposuerit, aliasque narrasset causas, ob quas instantiam instaurandã non esse, exponeret, adhuc, quo minus concedi deberet, nõ impedirent, cum sine causa, vel ex negligentia impetrata restitutio, non nisi ad expensarum condemnationem impetrantem deuictum reddat.

Nec est quærendum de ratione, cùr
102 ita ex memorata *prag.* fuerit dispositum ? nàm leges postquàm sunt latæ est iuxtà ipsas, non autem de ipsis, iudicandũ, vt notat *Lancell.Gall.de Stat. præfat.5. n. 3.* & eruditè tradit *Vasq. controu.illust.cap.46.num.1.* ex *text.in capit.erit autem lex*, vbi hoc deciditur ad literam, *4.dist.* ex sententia *D. August. de vera religione*, & Iura adducit *Michael. Vlcurt. de regim. Mund. par.1.quæst.4.num.34.* eo magis, quòd præfata *pragm.* est iuxta stylum antiquum R.Curiæ ; quinimò de Iure Canonico instantiam non currere, firmat *Guttier. de actib.iuram.capit.3.num.3. Prosd.de Comit.de differ. Iur.Canon. & Ciuil.num.46.Vermigl.conf.crim.144. num.12. Guazzin. ad defens. reor. defens.2.cap.6. num.3. Melchior. Clinch. in cap.venerabilis, de Iudic.Episc.Campanil. in diuers.Iur.Can.Rub.8.cap.3. n.7.pag.170.* & dixi *cit.rit.num.13.* ibique etiam *Guttier.num.4.* monet, quòd hodiè de consuetudine ista instantiæ peremptio sit ab omnibus Curijs deleta, authoritate *Gregor.Lopez.* in pluribus ibi citatis locis, & testatur de praxi Placentiæ, vbi Aduocati munere fungebatur, ac nectit, hoc benè fuisse introductum, cum per hoc partium laboribus, atque expensis parcatur, & breuiori via Iustitia administretur, & verè illa vtilitas, de qua in *l.properandum, C. de iudic.* cum fuisset postmodùm, non vtilitatem, sed damnum afferre visa, cum litium renouationem inducat, meritò potuit per sequentes leges noua, circa ipsam instantiam, promulgari sanctio : non enim debet reprehensibile iudicari, si secundùm varietatem temporum, Statuta quandoque varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcat, quoniam ipse Deus ex his, quæ in Veteri Testamento statuerat, nonnulla immutauit in Nouo, vt in *cap.non debet*, cuius sunt formalia verba, *de consanguin.& affin.* & lex quæ vtilis non est, noxia est, clamat *Vasq.controu.illust. cap.29. num.22.* & concinunt ea, quæ adducit in *dicto capit.46.num.15.in fin.*

Nec est attendendum, quòd ex illa
103 instãtia acta ordinatoria pereãt : nàm lucrum, quod ex illorum peremptione Reus consequitur, nullum ipsi dammum infert, cum acta probatoria remaneãt, vt dicit *Marant. loc.cit. num.55. Lancell. de attent.cap.20. lim.52. num.10.*

&

Digitized by Google

& *Mar. Socc. de Iudic. nu. 39.* ac dixi in eodem *Ritu* 248. *ex nu. 29.* & proinde in nihilo lædi Reus dicitur: cum aliud sit lucrum non facere, & damnum pati, *l. Proculus, de damn. infect.* & ibi *gloss.* nectit, leges dicentes, non esse eamdem rationem de lucro non facto habendam, sicuti de damno, licèt adducat Iura dicentia, damnum pati, qui lucrum non facit, *l. 2. §. meritò, ff. ne quid in loc. publ.* & dispungit in lucro cessante *Anton. Fum. in tract. de eo, quod interest, cap. 1. num. 9. vers. Alciatus*, & aliqualem de lucro distinctionem facit, vt damnum non sit, *Roland. à Vobl. de dot. quæst. 39. num. 16.* & maximè cum ista instantiæ peremptio ex dolo, & Rei dilationibus causetur, non ideò lucrum consequi debet, vt dicit *Ant. in cap. cum olim, num. 8. de off. deleg. cap. 2. de cogn. spir. num. 24.*

Atq; ex his occurri potest obiecto, 104 quod *Ronit. ibidem* dedit præfatæ *de Franch. decisioni*, quòd scilicèt ibi *de Franch.* de illa oppositione, quæ voce fit, non autem de ea, quæ fit in scriptis, intellexit, sicque voce se explicasse secum D. Præsidentem: nam præfata distinctio amplexa à nobis minimè fuit in citato *Ritu* 248. *ex num. 48.* siquidem, si sine causæ cognitione, si data negligentia, si indistinctè hæc spiritus vitæ insufflatio concedatur, sequitur, quòd, vel in scriptis, vel voce, oppositio illa insufflationem impedire nequeat, & de oppositione in scriptis intelligere opportebat ille oculatus Præsidens: nam obiectio, vt de ea ratio haberi possit, opus est, vt nedùm sit in scriptis redacta, sed penès acta præsentata; ea enim quæ in actis non reperiuntur, non adfuisse dicuntur, ac extra mundum diudicantur, *Prat. resp. crim. 32. ex n. 76.* & non nisi per scripturam ista iudicialia probari possunt, vt scribunt *Vit. de claus. in verb. De errore Notarij, num. 6.* & DD. quos allegat *Mand. de inhib. quæst. 43. num. 2.*

Concinunt à nobis tradita in se- 105 pius citato *Rit. 248. ex nu. 25.* quòd præeminentia S. C. reuidendi sententias ex eisdē actis, quinquaginta diebus elapsis, de qua est memor quoque *Consil. Carleual. tom. 2. de indic. in add. ad primum tom. cap. 8. pag. 17.* se extendat, etiam facta præuentione à parte aduersa, petendo appellationem declarari desertam, ex *Reg. de Marinis ad Reuert. decis. 535. num. 3.* dummodò tamèn interim super opposita fortassis desertione pronunciatum non fuerit, vt me insequendo firmat *D. Reg. de Philippo fiscal. dissert. 12. sub nn. 13.* his verbis: *D. Iudex Petra, dictum D. Reg. de Marinis in obseru. cum decis. D. Reg. Reuert. 530. in fin. alioquin infirmum, in hunc sensum rectissimè distinguens in Ritu M. C. 260. num. 28. lib. 2.* confirmat *D. Consil. Staib. in obsern. ad ref. 94. num. 7. lib. 1. Luc. ad Franch. decis. 643. num. 4.* qui in *decis. 646. num. 5.* non approbat effatum *Reg. de Marinis ad Reuert. decis. 535. num. 2.* sententiam nempè latam post reclamationem desertam esse nullam; & de fatalibus si decurrant in S. C. scripsi in citato *Rit. 248. ex n. 34.* quem locum adducit idē *D. R. de Philip. disi. fiscal. 12. sub n. 15.* Typographi errore in *Ritu* 148.

At hæc omnia intelligenda sunt, si 106 sententia euidentèr nō appareat malè lata, & iniustè, vt sentit idem *Staib. num. 8.* ex *Sigismund. Scacc. de appellat. quæst. 15. num. 205.* memore praxis nostrorum Tribunalium, quem refert *de Leo decision. 107. num. 14.* Etenim, vt pluries dixi, si nullitas, vel iniustitia appareat euidentèr, constetque ex actis, debet Iudex ipse nullitatis exceptionem pandere, atque exequutionem denegare, si victor exequi exposcat, victusque nullam sibi nullitatum opem prodesse sciat, *text. in l. vbi pactum, 40. C. de sentent. Bald. in l. vnica, C. ne liceat in vna eademque caus. Lanfranc. ab Orian. in tract. de interloc. & appell. vers. videamus de aliquibus, num. 7.* quia dum ex actis constat, acta inducunt Iudici notorium, *Imol. in cap. per tuas, de testib. cap. insinuatione, de appell. l. Sancimus*, vbi *Glos. verb. Contumacia, C. ad Trebell.* & in notorijs obstringitur Iudex supplere, *l. fin. ff. appell. l. bonem, §. aliquando, ff. de edilit. edict.*

Digitized by Google

edict. Innoc. in cap. per tuas, de testib. & in cap. ex insinuatione, de appell. Angel. in l. si quis ff. de inoff. testib. & in leg. planè, ff. de petit. hared. Asin. de execut. cap. 259.

Quin sententia S.C. vti Regia, si non
107 appareret de lecta lata, nullitati non est obnoxia, *Ann. singul. 73.* quamuis enim sint de stylo, talis stylus est Iuris positiui. Immo illis omnissis sententia non diceretur contra stylum, sed sine stylo; at quantum sit discrimen inter vnum, aliterumque casum? *Muscatell.* non cognouit, notatque *Gratian. discept. forens. cap. 33.* cum alioquin aliæ sententiæ absque lecta lata sint nullæ, vt dixi in *Rit. 76. num. 2.* quem locum adducit *Maioran. in Opopraxi criminal. cap. 14. sub num. 3. Scialoy. in prax. foriudic. cap. 12. num. 5.*

Prouidentia huius *Ritus*, & *prag. 1.*
108 *de ordin. iudic.* (quam præter *Rouit. Troyssus*, & *Berard. Pandi.* exornant *Palm. in diuers. Iur. Comm. & Regni, Marcell. Calà in tract. de modo articul. in 1.* qui super ea illum edidit tractatum, & in §. 1. *glos. 2. num. 14.* declarat, in quibus causis mixtis hæc *Prag.* admittatur, de quo etiam *Marant. in in specul. par. 4. num. 94. vers.* vbi paritèr istam *Pragm.* intuetur, & *par. 5. sub num. 50.* ac *Campan. in cap. Item statuimus, quod tàm Iustitiarij, sub n. 48. & in cap. de violentijs, num. 19. Alb. Oliua in Ritu 23. Cur. Archiepisc.* & ibi *Episcop. Campanil. in addit. Muscatell. lib. 1. par. 1. glos. libellus, in princ. & lib. 3. glos. partis, ex num. 45.*) multi pro bono Reipublicæ exoriuntur effectus, quorum nonnullos enarrabo, potissimùm, quòd licèt nequeat Iudex super non petitis ius reddere, *Aym. Grauet. cons. 271. nu. 6. Berous cons. 48. num. 11. vol. 3. Corn. in l. quoniam, n. 2. C. vt in possess. legat. Bald. in l. vicinũ, ff. si cert. petat, & in l. hunc titulum, n. 6. de postul.* quia vltra id, quod in iudicium deductum est, Iudicis potestas excedere non potest, inquit *Iaholenus in l. vt fundus, 18. ff. comm. diuid.* secùs sententia nullitatis labem oleret, *cap. Heli, de simon. clem. sæpè, de verb. signif. add. l. vt fundus*, & Iudex tanquàm stultus argueretur, *l. fin. C. de fideicomm. liber. Abb. in cap. licèt causam in 4. col. vers. vltimo nota, de probation. Andr. Barba in cap. nisi speciali, col. 6. de offic. Deleg. Azeued. in l. 10. ex n. 115. tit. 17. lib. 4. recopil. Barbos. in l. si cum dotem, num. 44. ff. solut. matrim. Barz. decis. Boxon. 33. num. 9. Afflict. dec. 32. num. 1. Valasc. de iur. emphit. quæst. 6. num. 12.*

Attamèn nostris Tribunalibus, ex
109 hoc *Ritu*, alijsque municipalibus Iuribus, licere decernere super non petitis, scripsit *Afflict. decis. 95. in fin.* notans, esse Iure Ciuili sancitum, vt factum narrare sat sit, ex *l. penul. ff. de author. tutor.* & de Iure Canonico, ex *cap. dilecti, de iudic.* quibus probatur, sufficere super facto narrato petere iustitiam: nàm intelligitur omni modo meliori, ac via sibi spectante; quinimò subdit plus, quòd si fuisset vnũ petitum, & aliud inter partes discussum, valeat super illo discusso, & non petito, pronunciari, authoritate *Innoc. & Abb.* ibi adductorum, quod tradit quoque *Reg. de Ponte cons. 137. num. 12. lib. 2.* & de Curijs Supremis loquens, *Franc. Marc. decis. Delph. 13. lib. 1.* hocquè maximè in Regno verum esse ex hoc *Ritu*, & *seq.* fatetur *Gramm. decis. 15. num. 2. & in decis. 19.* vbi *sub num. 12.* (cuius nostrates memores sunt, præsertim *Præs. Merlin. c. 34. lib. 1. contr. Prat. lib. 4. discept. for. cap. 12.*) plura adducit de authoritate S.C. prout etiam dicit in *decis. 62. à num. 20.* subdens sub *num. 32.* quòd S.C. secundùm conscientiam iudicare poterit ex adductis à *Bart. in l. vnica, C. vt quæ desunt Aduoc.* & si alitèr faceret, peccaret, iuxtà Theologos, & ex hoc *Ritu*, ac sequenti, satis clarè sanciri, veritatem rei in iudicio deductæ esse per Iudicem prospiciẽdam; ex quibus *Ritib.* esse correctam *l. habebat, de instit. act.* qua deciditur, quòd qui se ad vnam causam petendi coarctatur, si non probat, succumbit, vt notat *Marant. in 4. par. dist. 9. num. 17.* cuius meminit *Anus meus ad Gramm. decis. 19.*

Digitized by Google

decis.19.nu.1. qui sub *nu.33.* correctas nectit ex clausula, *sola facti veritate inspecta*, vt in Regno nostro, *citat. l.vt fundus, Com.diuid.& l.fin. C.de fideicomm.lib.* respectu regulæ, quæ ex hisce Iuribus eruitur: nempè sententiam conformem libello esse debere; nec mirum, quòd hi *Ritus* potuissent corrigere leges: nàm Reges in hoc Regno sunt Monarcha, Iuraq; Imperialia habent, & ab Imperio sunt exempti, *Bald.in cap.Imperialem, §.fin. vlt.col. Iacob. in prælud. feud.31.col. Capyc. in inuest. feudal. verb.Reges etiam in feudis, pag.151. Cafar.in spec.pereg. quæstion.12.num.36.quæst.18.sub num.21. & quæst.50. num.24. Thomas Maulius in tract.de homag.tit.11. n.5.* & isthæc leges Iustiniani, ac aliorum Imperatorum, ex Consuetudine, & ex tacito nostrorum Regum consensu seruantur; ac de dignitate huius Regni videas *Andr.* relatum per *Parid. de syndic.verb.Sententiam, cap.4. vers.final.* vbi subdit, ideò illas Imperatoris leges abrogare, & *illis* derogare Reges posse, ac decernere super non petitis, *Afflict.decis.95.in fin.*

Negant verò alij, & colligi aiunt
110 ex decisione eiusdem Sacri Consilij, apùd *Gramm. citat. decis.15.* vbi licèt *Grammat. ex num.3.* contendat, hanc præeminentiam venerando Senatui S. C. appingere, atque in hac sententiam abierit ipse cum duobus alijs Consiliarijs; cæteri tamen oppositum senserunt, qui & obtinuerunt, reuocata sententia, per quam decreuerat S.C. super petitorio non petito; & ità receptum in Regno Franciæ ex hac decisione refert *Boer.decis.42.à num.13.* ac adnotauit *Muscatell.in prax. par.1. Glos.petitur, num.55.& 56.* nectens, numquàm consueuisse, neque S. C. neque Collaterale, proferre sententiam super non petitis, quamuis *numer.66.* sentiat, id licere Consilio Collaterali, sicuti, & Principi, cui assideret, liceret, *Specul. tit.de act.seù petit. §.super, vers.sed quid, Bart. in l.Aemilius, ff.de minor. Franc.Marc.dec.13. par.1. num.5. & 6.* qui *num.8.* ita iudicatum, ait, si plenitudine potestatis vti vellet, quæ par est vtriquè, *Reg. de Ponte in tract. de potestat. Pro-Reg.tit.de legat.caus.num.18. Reg.Tap. de præstan. Reg.Cancell.tit. de prærogatiua Reg. Cancell. num.3.* Nemo verò est, qui meminerit, quòd hac potestatis plenitudine vsum sit vnquàm, neque Sacrum, neque Collaterale Consilium, vt iudicauerint vltra petita. Imò est, si quando fuisset vltra petita iudicatum, tàm Domini Consiliarij, quàm Regentes, admissa hac nullitate, retractarunt semper, quod decreuerant, atque exequutionem denegarunt. Et *D.Reg.Tap.* recensens omnia, quę ad Regiam Cancellariam, adeòque ad Collaterale Consilium pertinent, nè vllum quidèm verbum effundit de hac potestate iudicandi vltra petita; fortassè quia nunquàm ea DD.Regentes vtantur. Potest autem suum officium impertiri, & procedere sola facti veritate inspecta, ac sententiã ferre ex causa non deducta, neque allegata, sed probata, si de re viduarum agatur, *Alex.in l.stipulatus, §.Grisogonus, ff.de verb.oblig. Socin.sen. consil.11. num.12. vol.3.* vel aliarum miserabilium personarũ, *l.nec quicquam, §.fin.ff.de offic.Procons. Bart.in l.4.§.hoc autem iudicium,* & ibi *Ripa num.40. ff.de administr. tutor. Alex. consil.121. num.5.vol.1.Franc.Viu.in comm.opin. vers. Iudex non potest, num.6. Montan.in specul.in 6.& vlt.par.num.109. Nouar. de grauam. vasal. tom.2. grauam.125. & de priuil. miser. person. priu.149.*

Hæc tamen omnia intelligas, quan-
111 do causa, quæ de nouo pendente iudicio deducitur, omninò noua est, nec vllam connexitatem habet cum his, quæ in libello expressa sunt, sed in totum sit omissa, nec sit proposita in tempore, quo pars poterit se tueri, tunc non valebit super ea ferri sententia, nisi super ea nouo dato termino Reo ad se defendendum; secus verò si noua causa, pendente iudicio deducta, dici possit aliquo modo in primo libello contenta, vel quia ille

Digitized by Google

sit generalis, vel vigore verborum, vel quia causa noua veniat ex eodem fonte, cum ea deducta in libello, siue virtualitèr in ea comprehensa, siue connexa, tunc probata, sequi potest condemnatio, & sic conciliantur decisiones *Afflict. & Reg. de Ponte conf. 36. ac conf. 137. num. 12.* maximè quando Reo nulla omninò competeret defentio aduersùs nouam causam in libello non expressam, vti perpendit idem *Afflictus in cit. decis. 372. n. 8.* & *Guttier. pract. qq. cap. 206. sub num. 8. lib. 1.* & ante *Corn. in cit. l. quoniam, num. 2. ex text. in l. si quis missum, 17. §. Iudex, ff. de damn. infect. Soccin. consil. 160. num. 21. vol. 2. Ramon. conf. 50. nu. 34.* memor *Afflict. decis. 204. num. 5.* & attento simili Statuto *Anton. de Virgil. de legitimat. person. cap. integr. quæst. 3.* & id quod mirificè explicant, attentis nostris municipalibus iuribus, *Præses Merlin. lib. 1. controu. cap. 34. Conf. Vargas Machuca decis. 55. Franc. Maria Prat.* integra *obseruat. 67.* expendens *Io: Vinc. de Anna sing. 322.* & *decis. Afflict. 23. 60. 83. & 272.* & *Gramm. decis. 15. 19. 62. & 103.* & ipsemet *Prat.* retigit ad *Muscat. in praxi, glos. Petitur, & num. 54. Consil. Hodiern. controu. 12. Consil. Ioseph de Rosa consultat. 23. ex nu. 24. Danz. tom. 2. de pugn. DD. cap. 1. & 2. de sentent. an debeat esse conform. libello.* Vnde si in libello fuerit vna via actum, & alia in articulis probata, qui forsàn fuerint notificati, quia in M.C. & S.C. minimè noti fiunt, nec eorum copia datur, poterit proferri sententia, ex quo se tueri poterat, vt iudicauit M. C. ex *conf. Loffred. 29. num 9. & Claud. in l. 1. ff. de offic. Assess.* & ad rem *Muscatell. cit. glos. petitur, ex nu. 42.* & hoc casu articuli habentur loco petitionis, adeò vt non solùm in illis possit actor petitionem suam pleniùs explicare, sed etiam nouam deducere, ex qua poterit obtinere, *Merlin. controu. 34. nu. 6.* ex *Gauens. in comment. ad pragmat. dispendia. Camunc. dec. Bonon. 16. ex n. 1.*

Ac insuper si petita sunt talia, quæ
112 procedunt ex eodem fonte cum expressis, pronunciari potest, ac si petita essent, ex aurea *Baldi* doctrina in *l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. arg. l. contra negantẽ, C. ad l. Aquil. D. Conf. Marcian. consil. 4. num. 15. Camill. de Medic. conf. 150. Regen. Galeot. respons. fiscal. 30. num. 22. & controu. 34. lib. 2. Fontanel. decis. 126. num. 27. Salgad. de retent. Bull. cap. 12. n. 22. Castill. lib. 5. cap. 104. num. 28.* Quo fit, quòd si quis agat ex stipulatione, obtinebit ex confessione, *Alex. conf. 176. in fin. lib. 6.* facta viua voce coràm Iudice, *Marsil. sing. 266.* ante ipsum *Bald. in l. 1. col. vlt. vers. quæritur numquid, C. mandat. Cotta mem. verb. Iudex debet Iudicare, Auus meus ad Gramm. decis. 19. num. 9.* nectens conclusionem, quòd valeat Iudicis sentẽtia se referens ad instrumentum sæpiùs inter partes mentionatum, quamuis in actis minime productum, de qua *Salyc. in l. 3. C. de sent. ex breuil. recit.* & de effectu confessionis, idem *Auus meus ad Capyc. decis. 179. Reg. Galeota lib. 2. contro. 6. ex num. 40. Barbagal. ad Rit. Sicil. capit. 8. pag. 94.* & coràm Iudice incompetenti, *Marsil. sing. 274. & 310.* ac notandum quòd licèt confessio verbalis non redacta in scriptis statim reuocari valeat, non tamen illa facta in Aula S.C. *Ann. sing. 67. Auus meus ad Capic. decis. 71. n. 3.* quidue si in ea nõ assistant omnes, sed duo dumtaxàt Consiliarij? respondeo ex dictis per *de Marsil. sing. 309.* Si agat ex mutuo, & probet ex cõmodato, obtinebit, arg. *l. bona, §. aliquando, ff. de Aedil. edi. Bald. in l. 1. C. de vsufruct. Roman. conf. 2. Boer. decis. 42. Capyc. decis. 10. ex nu. 2.* notans, quòd quando ex facti narratione plures elici possunt actiones, quarum vna sit apta, alia inepta, poterit super apta sententia proferri, etiam deficiente clausula: *ius, & iustitiam ministrari,* maximè existente illa: *omni meliori modo*, ex *Iason. in §. omnium, Instit. de action.* qua de re *Muscatel. in praxi par. 7. glos. condemnando, ex num. 67.* Et Iudex valet condemnare partem in fructibus, interesse, & expensis, licèt illa à partibus non petantur, & hoc saltèm

saltèm ex memorata clausula : *ius, & iustitiam ministrari*, notauit *Guidon. Papa dec.405. Ricc.collectan. dec.1019. Mynsinger.obseru.55. cent.4. Bernard. Greu.ad practic. Camer.Imperial.lib.1. conclus.61. consider.3.num.4. Boer.decis.18. Magon.dec.Lucens.53. num.18. Cappella Tholos. decis. 194.* & sufficit rem petere, vt Iudex valeat condemnare in rescissionem contractus, ex *Glos.Virgil.cit.quæst.3.num.12.*

Hinc Iudex appellationis, vel alius
113 quiuis, ex suo officio poterit supplere in sua sententia illud, quod licèt non fuerit petitum expressè in libello, colligitur tamen ex facti narratione: tunc enim non corrigeret primi sententiam, sed illi adderet, sinitque hoc legum authoritas, vt in *rubr. & l.1.C.vt quæ desunt Aduoc.cap.cum dilectus, de consuetud.cap.bona memoria, il 1. de postulat.Prælat. Imol. in cap.ex tenore, de rescript. Angel. cons. 123.* Et si in libello fuerit facta mentio de actione hypothecaria, & personali, si solùm fit concluſum in vna, videtur etiam in alia concluſum, *Caualc.decis. Finiz.3. ex nu.20.* & de clausulis: *Petens ius, & iustitiam ministrari; Deducens omne ius; Omni alio meliori modo*, loquuntur *Muscatel. lib.1. par.1. glos. libellus, ex num.17. Ludouic.decis.Perus.112.num.2.& 30. de Rubeis de valid.legat. cap.48. num.114. in fin.283. Berett.cons.51.num.6.de Ponte cons.2. vol.2. Tepat.lib.1.var.sentent.tit.125. Auus meus ad Capyc. decis.96. Borrel. in summ.decis.tit.23.num.7.par.2.Sesse decis.Aragon.27.Gallup.in prax.par.2. sup. 1.num. 40.* & de illa : *Sine figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, Roman.singul.792.nu.2.Marant.par.4. dist.9.sub num.11.Calà glos.4.num.45.* quæ quidem clausulæ operantur, vt in accessorijs, & consequutiuis sat sit generalis petitio, *Rot.Roman.dec.247. par.1.diuers.Nouar.in collect.sup.pragmat.174.num.4. Mari ad Gramm. decis.15.num.6. Monac.ad Minad. decis. vlt.nu.16. Episcop.Marant. tom.4. respons.76.num.21. Ann.cons.45.num.49.* & illam: *Omni modo meliori*, esse herbam bethonicam, quæ omnibus prodest, ex *Iason.in l.petens, C.de pact.* & *Vrsill.ad Afflictum decis.144.* aduertit *Auus meus ad Gramm.decis.62.n.11.*

Propterea ex dicterio, quòd S.C.
114 iudicet secundùm propriam conscientiam (de quo dixi in *Ritu 284.ex nu.11. hoc 4.tom.*) non sequitur, quòd possit iudicare contra liquidas probationes, *Prat.cit. obseru.67. à num.35.* atque *Muscatell.cit.glos.petitur, par.1. num. 45.* vbi plura ad materiam, & *num.62.* dicit, quòd iudicare debito modo secundùm veritatem, prout requiritur ex huius *c.detestantes*, dispositione, S.C. nullum potest Parti præiudicium contra probationes, & defensiones inferre : nam tunc Iudex legitimis argumentis, & coniecturis animi sui motum confirmare valet; quando liquidò, & directè deficiunt probationes, ex sententia Iurisconsulti in *l.hoc carmen, §.fin.ff.de testibus*, ad tradita per *Præsid.de Franch.decis.105. à num.13.* vbi *num. 14.* dicit, Iudicem absque probatione, licèt aliud esse sciat, absoluere non potest; & tamen causa illa adhùc in S.C. agebatur: quia S.C. principalitèr ad veritatem attendit, non ad inuestigationem, vel subtilitatem indagandam, prout sentiunt *Reg.Lanar.cons.6.num.80.& 81.Prat. mem.obser.67.num.39.Hodiern.cap.25.* Quoniam iudicare vt Deus, nihil aliud est, quàm Ius Diuinum, humanumque attendere, soli innitendo veritati, prout satis dilucidè fatetur *Viuius decis.340. num.1.* & ex dispositione nostri *cap.detestantes*, nil aliud Iudicibus tribuitur, quàm non seruare iudiciarium ordinem, teste *Muscatell.in citat. glos.petitur, nu.58.* vbi notat, per clausulam *sola facti veritate inspecta*, tolli rigorosum processum de Iure introductum, & illum modum procedendi secundùm Iuris apices, non autem substantialia iudicij, prout sunt probationes, defensiones, &c. *Marant. cons.34.num.10. Consil. Hodiern. controu. forens. cap. 12. à num.7. Marott. discept.forens.cap.38.num.46. Mari ad Gramm. decis.62.num.7. Pratus in cit.*

*obſeruat.67.num.*43.à quo non diſſentit *Conſil.Staiban.reſol.*111.*nu.*1. probans, S. C. vti Supremum Tribunal, non iudicij ordinem, ſed Iuſtitiam proſpicere: quod idem ratum habet *reſol.*55.*num.*51. Ex quo Iudex, quæ in facto conſiſtunt, de Iuris cenſura ſcire non præſumitur, *Vinius deciſ.*44. *num.* 4. nec poteſt ſupplere ea, quæ ſunt facti, *Bald.in l.*1. *Cod.quæ Aduoc. def. Iud.ſuppl.* quod fallit, ſi concernat publicã vtilitatem, poſt *Bart.Vilhelm. Radelantius deciſ.Traiect.*97. *num.*36. & 37. nec licet fidem Teſtium diminuere, niſi quando ex actis notoriò, & manifeſtè aliquid talitèr conſtaret, ita quòd fides diminuenda eſſet, ex ſententia *Angeli in Auth.de Teſtibus*, §.*ſancimus*, *col.*1. *Lanfranch.in repet. cap.quoniam*, *in verb. Teſtium depoſitiones*, *extra de probat.* Vnde non immeritò tradit *Reg.Capyc.Latr.dec.*179. *num.*59. quòd quis non poteſt iudicare, quod nunquam vidit; & in hunc ſenſum moralem puto intelligenda, quæ ex *Decio conſ.* 632. *in fin.* arguit *D.Reg.Fab.Capyc.Galeota lib.*1.*controuerſ.*37.*num.*67.& 68. S.C. iudicare ex lato arbitrio, & poſſe adhibere fidem etiam ijs, quæ de per ſe fidem non faciant, & ſic vltimo teſtamento etiam non ſolemni, ac ſecundùm conſciẽtiam ius dicere, & ſcripſere *Franc. de Petris conſ.*34.& 62. *Staiban.in obſeru.ad reſol.*87.*cent.*2. & *obſeru.*150. *n.*67. *cent.*2. ac dicterium illud, quòd Senatus, qui procedit ex æquitate, valeat iudicare ſecundùm veriſimile, *Aretin. conſ.*126. qui enim habet veriſimilitudinem, dicitur habere caſum legis pro ſe, *Caphal.conſ.*287.*num.*23. *Bec.conſ.*101.*num.*46. *Crauett.conſ.*61. *num.* 9. *Cacluer. deciſ.*170. *num.* 8. & ante eos *Oldrad. conſil.* 13. quem ſequitur *Rimiald.iun. conſ.*362.*nu.*18. & in dubio Iudex debet applicare animum ad id, quod eſt veriſimile, *Bald. in l.ſcripturæ*, *col.*2. *C. de fide inſtrum.* & *conſ.*61. *lib.*3. *Dec. conſ.*11. *num.*5. quod debet haberi pro probato, *Baldus conſ.*180.*lib.*5. *Oldrad.cit.conſ.*13. Veriſimilitudo propterea omnem ſimulationis, & fraudis ſuſpicionem tollit, *Caphal.conſ.*325.*num.*25.*lib.*3. alioſque parit effectus, *Card. Tuſch. in concluſ.lit.V.concluſ.*161.& *ſeq.* Dicebat propterea *Fab.in C. plus valer. quòd agit.* arbitrariũ eſſe Iudici quantum, & quibus coniecturis tribuendum ſit, pro perſonarum, rerum, ac temporum varietate, *Gothofr.in l.*114. *de regul.iur. Afflict.deciſ.*13.& dixi in *Rit.*265.*num.*26.*lib.*3.

Hinc teſtes parte non citata exami-
115 nati, non probant, etiam coràm Iudice ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ac ſola rei veritate inſpecta, & eius arbitrio procedente, *Roland.conſ.*12.*n.*35. *lib.*3. *Marſil.conſ.*12.*ex num.*6.*Grammat.vot.*30.*num.*8. & *conſ.*15. *num.*3. nam Iuris Ciuilis, haudque Diuini, & naturalis ſolemnitas remiſſa cenſetur, *Cæſar Barz.* latè *deciſ.Bonon.*144. Sic non iurati non probant, *Marſil. conſ.*2 *num.*25. *Menoch.de arbitr.lib.*1. *quæſt.*26.*num.*2.*Maſcard.de probation. concluſ.*1362.*num.*4.*lib.*3. *Scacc.de iudic. lib.*2. *cap.*8. *num.*412. cumque ex eorũ depoſitione damnum non ſequitur, non puniendos pœna *leg. Cornelia de falſis*; ſed extraordinariè dumtaxàt *ſtellionatus*, pluries iudicauit M.C. ex *Bald.in l.iuris iurandi*, *C.de teſt. Plot. de in litem iurand.* §.43. *ſub num.*11. *Gabriel.in concluſ.lib.*7.*tit.de malefic.concl.*5.*ſub num.*17. & alijs relatis *Scacc.lib.*2.*de iudic.cap.*8.*nu.*464. qui contrarias ſententias refutat. Teſtis ſimplicitèr dicens, contenta in articulo eſſe vera, eadem minimè ſpecificando, non probat, vt voluere *Iacob. Aegid. de teſtib. num.*25. *Bertachin. in repert.verb.Teſtes*, *Piſanel. in rubr.de refrenat.teſt.verſ.examinatio*, *pag.*434. aſſerens, nec probare, ſi ſe referat ad proximam alterius teſtis depoſitionẽ. Oppoſitum verò ſuſtinẽt *Bald. conſ.*10. *num*,6.*lib.*5. *Soccin.conſ.*56. *n.*12.*lib.*4. *Gregor.XV.deciſ.*578.*nu.*3. *Burat. deciſ.*817.*num.*4. maximè ſi ſui dicti rationem reddat, *Farinaccius de teſtibus*, *quæſt.*80. *num.*102. qua de re *de Angel. ad Gizzarel. deciſ.*53. *de Luca ad Franch. deciſ.* 668. & decreuit M.C.

me

me relatore. Hinc deponens, contenta in apoca sibi ostensa esse vera, probat *Angel. cons. 25. num. 4. Card. Tusc. conclus. iur. verb. Testes deponentes, conclus. 190.* ampliationes, & restrictiones subiungens; si deponat vltra articulum, an fidem faciat? *Manr. iun. al. leg. 57.* Deponens de mutuo, quamuis de tempore non dicat, intelligitur deposuisse de tempore contento in libello, & benè probat *Iacobin. in l. testamenti fides, num. 29. ff. de testib. Ann. singul. 14.* Si examinatus dicat nescire, vel nō recordari, & coactus dicere veritatem in secundo examine dicat scire, & recordari, probat, valetque suum dictum: stant enim ista simul, quod hodie nesciam, vel non recorder, cras sciā, & reminiscar, *Bartol. in l. qui bona fide, §. si quis stipulaturus, ff. de damn. infect.* latè *Tusc.* declarans *conclus. 258. verb. Testis, qui examinatus*, & nùm probent testes singulares? *Gratianus decis. 68. numer. 8. & 16.*

Nullitèr autem examinati, vt pro-
116 bent in depositione, nō sat est, quòd se referant primæ inualidæ, & nullæ, simplicitèr, sed debent deponere per extensum, ex *Carauit. in rit. 72. num. 14.* dixit *Anus meus ad Gramm. decis. 60. num. 29. ac decis. 103. ex n. 33.* & notaui in eodem *Rit. num. 5.* quem locum citat *de Luc. ad Franch. dec. 668. sub num. 6.* Qua in re aduertit idem *Anus meus in cit. dec. 103. sub num. 54.* quòd in Regno ex dispositione nacta ex hoc nostro *Ritu*, testes in monitorijs inducunt animum Iudicis, licèt non repetantur cum iuramento, qua de re *Regens Sanfelic. in prax. quæst. 9. Viscont. ad Franch. decis. 366. Fab. in C. tit. de testib. definit. 40. Andreol.* qui *Anum meum* laudat *controu. 270. Episc. Campanil. in diuers. Iur. Canon. rub. 11. cap. 15. num. 121. Danz. de pugn. DD. tom. 1. tit. de testib. cap. 2. & tom. 2. test. repet. cap. 4.* & quando testes nullitèr recepti possint de nouo recipi? *Farinacc. de testib. quæst. 66. num. 304. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. p. 4. num. 105. Tesaur. decis. 28.* testaturque determinasse suum Senatum, posse repeti, etiam post didicita testificata, quamuis alij de nouo miscea ntur, insequitur *Fontanell. citat. loco num. 115. Cons. Hodiern. ad Surd. decis. 59. nu. 12.* quod vltimum displicet *Reg. Rout. in pragm. 2. de test. refren.* & refert *de Luc. ad Franch. decis. 371. & 716.* ac ex officio Iudex poterit semper testes interrogare, dixere *Capycius decis. 61. de Franch. decis. 371. Reg. Sanfel. dec. 313. num. 6.* & in hac re valdè periculosa dat suum iudicium *Cafar. quæst. peregr. 47. in quæstiuncula, num. 24.* & confert *Faber in C. tit. de testib. definit. 2. & 32.*

Verùm vbi proceditur sola facti ve-
117 ritate inspecta, vt in hoc Regno, præsertim in S. C. omnes probationes esse arbitrarias, & in manu Iudicis extare, ex *Scaccia de mercat. tit. quom. in caus. mercat. proced. sit, sub rubr. de probat. & Reg. Capyc. Latro decis. 60. ex num. 6.* aduertit *Staiban. in obser. ad resol. 132. num. 18. & 19. cent. 2.*

Hinc non nisi laudabile sanè vide-
118 retur, si S. C. capitis causam alicuius non ageret, nisi eum Aulæ in medio priùs constitutum aspiceret, intentisque oculis contemplaretur: nàm cum verè sit subsellium Regis, suadet ratio, vt Rex sciat, quem damnet, nè damnet, quem nollet. Senatus enim hic, ad instàr ipsius Regis, non se astringit necessariò ad allegata, sed secundùm conscientiam, solaque facti veritate inspecta iudicium proferre aliquādo valet, modo quo tàm supra, quàm in add. *Ritu 284.* insinuauimus. Foret proinde hæc specialis pietas Sacri huiusce Senatus, vt scrutetur vultum, qui, heù quàm difficile est, quòd crimen non prodat, colligat prauos, vel bonos Rei mores ex aspectu, trepidationem cordis, vel trucitatem consideret, ac demùm omnia ad condemnationem, vel absolutionem magis impulsura; potissimùm animi indicem extrinsecam artuum physiognomiam, quæ, iuxtà *Io. Baptistam Porta* in peculiari *tract.* de ea agentem, *est morum inspiciendorum natura ratio ex ijs, quæ corpori insunt fixis signis, &*

acci-

Digitized by Google

accidentibus, quæ signa mutant. Quam non omninò vacuam, ac futilem facultatem debemus appellare, si de ea disserit *Aristot.* cum quo conueniunt Hippocrates, atque alij Physici fatentes, ex corpore pleraque inspici, quę morum qualitatem in animo indicant. Vnde legitur, quòd Zopirius physiognomus profitebatur, mores hominum, ac naturas, ex oculis, fronte, vultu, corporeque dignoscere. Et *Paris.de Puteo in tract.de syndic. verb. Mandauit.col.8. vers.quando delictum*, dicit, bis se iudicium feciſſe ex physiognomia: nempè censuisse bona prędituin physiognomia innocẽtem, praua verò nocentem, & furem. Inde est quòd mala parit præsumptionem in Reum de procliuitate ad malum, in genere saltèm, licèt non in specie, putà de speciali, ac determinato delicto, *Bald.in l.2.verb.Qua autem, quor. appellat.non recip.in l.Moysis, cap.19.Ecclesiast.* ibi: *Ex visu cognoscitur vir*, *& cap.3.Isaiæ*, ibi: *Agnitio vultus eorum respondet eis*. Inde est, quòd si paria indicia sint contra duos Reos, alterum placidæ, tranquillæque, alterũ trucis physiognomiæ, debet primò quæstionibus subijci ille, qui trucem, ac ferocem præsefert vultum, propter præsumptionem, quæ eum vrget, *Franc.Casoni de indic.& torment. tract.1.cap.6. de physiognom. num.2.* vti dicendum de hominibus natura signatis, qui frequentèr pessimi sunt, ac vulgò circumfertur: *Ab homine signato libera nos Domine, & si sapis semper cauuto*, *Albert.Brun.in tract.de forma, & solemnit. actus, rubr.de generali cognit.formæ, §.rerum, vers.& hic etiam, Rebuff.in l.ostentã, de verb.signif.p.287.*

Veruntamen, sicuti artes omnes
119 coniecturales fallere posse, exploratissimum est; ita & physiognomiam non rarò fallere, ambigere non debemus: sæpè numero enim experimur oppositum, quia visus hilaris feritatem tegit, & ferus hilarem animum, ex *tex.in cap.16.Reg.1.* ibi: *Nè respicias vultum eius, quoniam abieci eum, nec iuxtà intuitum hominis ego iudico*. Et licèt proditum sit, Magnum Nanzianzenum ex inspectis Iuliani Apostatę artubus, perperàm, dissonumque in modum coagulatis, exclamasse in sua *4. erat. Oh! quodnam monstrum alit Roma*; iuuat tamèn credidisse, ex moribus potiùs (nisi malimus dicere ex cœlitùs immisso flamine) motum fuisse illum ad huiusmodi exclamationem proferendam. Dicamus igitùr, Iudicem, vt errorem caueat, non posse niti physiognomia, etiam vt aliqualis mala præsumptio deducatur, nisi & ea cum praua ante acta vita, malisque moribus consentiat, vt lepidè perpendit *Anton.Crespi*, à Secretis Sereniss.Ducis Hetruriæ, in opere: *Il Giudice Criminalista, lib.2.cap.34.*

Hac quippè prærogatiua S.C.vsum
120 fuisse, innuit mihi adhùc puero quidam Aduocatus senex, qui interrogatus à me (cum viderim aliquando quemdam vinctum compedibus per magnam Aulam S.C. duci) quid hoc esset, quòd captiuus illac duceretur? respondit: Huius fortasse capitalis causa trastãda erit à S.C.& quia consueuit iste Senatus neminem capite damnare, vel absoluere, nisi priùs Reus statuatur ante Consiliariorum votantium oculos, puto idcircò duci ad Aulam. Nusquam verò authoritatem vllam, qua eiusmodi Aduocati effatum niteretur, inuenire potui. At ad rem profectò videtur illud, quo vsus est Alphonsus huius Regni Primus Rex, Aragoneus V. in sententia contra Thomam Caracciolum Marchionem Ciuitatis Hyeracij,& Comitem Terræ Nouæ, sub die 13.Decembris 1458. prolata coràm ipso Rege in Solio Maiestatis pro Tribunali sedente in Castro Nouo huius Ciuitatis in æde Turris, dictæ, Aureæ, à suis Consiliarijs, & Baronibus, non modò præsente Rei Patrono, sed etiam ipsomet Reo. Quod tanquàm rem dignam, quæ annotetur, & vt nihil antiquitatis penitùs ignoretur, ex qua vsus hic, prærogatiua, ac specialitas incrementum recipiat; & conspiciatur, qua vigilantia, qua rectitudinis cupidita-

Digitized by Google

ditate, ac Dei timore fierent iudicia, ciusdem sententiæ nonnulla verba hic subtexenda, censui, à me excerpta ex priuilegio concessionis factæ Ciuitatis prædictæ, aliorumque feudorum, à Rege Alphonso, Marino Curiale, die 6. Ianuarij 1458. transcripto ab originali regesto R. C. Summariæ, vbi inscriptio est: *Quinternionum quintus, fol.* 192. cuius quidèm priuilegij copia authentica fuit exhibita in S.C. die 13. Iulij 1567. penès acta causæ inter Baldaxarem Milanum, & Ducem Suessæ, in Banca Actorum Magistri, tunc Io. Petri de Capua. *Visis, &c. Aduocatis, & Procuratore præfati Thomæ Caraccioli, per Maiestatem nostram publicè, præsente nostro Sacro Consilio, in conspectu Comitum, & aliorum Baronum huius nostri Regni ibi existentium in multitudine copiosa, pluribus diebus, & ad plenum auditis in his, quæ dicere, & allegare voluerunt, & signanter, sicut prædicitur, audito Magnifico Antonio de Cafarellis, Ciue Romano V. I. Doctore, præfati Thomæ Aduocato, cuius allegationes in scriptis datæ fuerunt, illis de nostro Sacro Consilio, facta pluriès relatione in conspectu Maiestatis Nostræ de processu inde confecto, & de omnibus, & singulis in eo contentis, per prænominatum Nicolaum Sillach alterum ex Commissarijs prædictis, auditis per Maiestatem Nostram votis Magnificorum Consiliariorum Nostrorum in vtroque Iure peritorum, nec non Ducum, Comitum, & Baronum ibi existentium, Dominum Deum præoculis habẽtes, einsq; Sacrosanctis quamplurimis Euangelijs coràm nobis positis, & per nos reuerentèr inspectis, vt de ipsius vultu nostrum rectum procedat iudicium, & oculi nostri videre valeant, quod est iustum, instante dicto Procuratore fiscali, necnon ipso Thoma Caracciolo præsente, ad nostram diffinitiuam sententiam procedimus in hunc modum. Quia non solùm per merita, & acta dicti processus, quæ sufficiunt, sed etiam alia, de quibus Nostræ Maiestatis, ac multis eorum de nostro Sacro Consilio constat, quæ bonis moti respectibus hic exprimere omittimus, clarè constat, & euidentèr apparet, intentionem dicti Procuratoris fiscalis, & Coadiutoris, ac Curiæ nostræ, fundatam, & probatam fuisse, & esse, & præfatum Thomam Caracciolum multa enormia, grauia, & detestabilia præparasse, tractasse, conspirasse, fecisse, commisisse, & perpetrasse aduersùs, & contrà Maiestatem Nostram, honorem, statumque prosperum nostrum, ac in offensam Maiestatis Nostræ, ex quibus apertissimè infertur, & resultat natura, conditione, & qualitate criminis læsæ Maiestatis, & eius priuilegijs, & prærogatiuis inspectis, ipsum Thomam Caracciolum læsæ Maiestatis crimen cõtrà Nos commisisse, & perpetrasse, &c.* Sic Pitagoras ex faciei inspectione discipulos admittebat, ac repellebat, *Aul. Gell. lib. 1. Noctì. Att. cap. 9. Torreblanc.* latè *lib. 1. de magia diuinatrice, cap. 9. de diuinat. physiognomica.*

Hinc ex hoc *Ritu* recipi scripturas
121 tùm publicas, tùm priuatas, siue per Actores, siue per Reos exhibitas instructo processu, tempore quoque expeditionis causæ, deducit *de Luca ad Franch. decis. 631. ex num. 1.* Nostrates adducens, & me ipsum in *Ritu* 238. Imò Iudex ex officio valebit semper recipere probationes sigillorum, & scripturarum in actis existentium, ex *de Franch. decis. 371. & Ranchin. ad Guidon. Pap. decis. 204.* notant *Regens Sanfelic. decis. 312. ac Luc. ad eamdem decis. de Franc. 631. sub num. 3.*

Iuramentum quoque suppletorium
122 in defectum probationum post conclusum in causa, etiam Iudicis officio præstari, aduertunt DD. à nobis laudati in *Rit. 240. num. 4. lib. 2.* & notat *Dom. Carol. Rota in florileg. practicabil. conclus. 24.* in feudis itidem, si causa sit modica, *Afflict. lib. 3. feud. rubr. 19. de controu. inter mascul. & fœm. versic. item est faciendum, num. 5.* Quod non deferendum verisimilitèr peieraturo, & sic aliàs periuro, ex *Ripa resp. 119.* aduertit *Auus meus ad Capyc. decis. 35. num. 1.* & sic nec vsurario, ex eodem *Auo meo ad Grammat. decis. 60. num. 4.* scribit *Nouar. par. 2. quæst. forens. 43.*

latè

Digitized by Google

latè *Barbagall. super Rit. Regn. Sicil. tit. de iuram. eius differ. & vsu, pag.* 294. Hac eadem ratione crederem, non esse huiusmodi iuramentum præstandum ei, qui barbam, & capillos sibi inficit, siue tingit, tanquàm infidus, indignusque videatur, cui fides adhibeatur. Vnde Iudex, qui hoc facit, (quod vulgò, *farsi la tenta*) iustè venit à Iudicum numero remouendus, iudicandique munere repellendus, *Iacob. Simanc. de Cathol. institut. tit.* 46. *nu.* 59. vbi ex *Plutarc.* refert, Philippum Alexandri Magni patrem, Iudicem hac de causa officio priuasse, quòd diceret, eum, qui in capillis infidus esset, dignum non esse, cui in negotijs fides haberetur. Simile est, quod Archidiaconum Lacedemoniorum Regem dixisse, testatum reliquerunt *Aelianus*, alijque ab eodem relati. Quid hic sani dicet, cuius non solùm animus; verùm etiam caput fucis contaminatum est. Id ipsum post *Simanc.* commemorat *Scaccia in tract. de iudic. Causarum Ciuil. Criminal. & haretical. cap.* 101. *num.* 22. *in fin.* Hodie verò cò iam per summum æui infortunium, nè dicam, vitium? deuentum est; vt è sepulchris ipsis ornamenta capitis emendicentur; nec pudet mortuum eradere, vt viuat in fronte luxuries; iam caput, imò mons supra caput geritur, vt altior emineat, aùt species sanè indecora, aùt capillata superbia; & vt illud tandèm clarum, apertumque sit, quòd nesciat humana stultities superbire, nisi alieno.

Pactum, quòd solutio debiti non
123 possit testibus probari, sed per scripturam, minime sustineri, vti contra omnem æquitatem, dixere *Consil. Hodiern. ad Surd. decis.* 277. & alij à me laudati in *Rit.* 166. *num.* 168. & in *Ritu* 175. *num.* 6. *lib.* 2. adeò quòd valeat Iudex, illo minimè refragante, ex officio testes examinare, voluerit *Galler. de renunc. cent.* 2. *ren.* 161. *num.* 7. Oppositum tamèn placuit *Alex. in l. iubemus, C. de indic.* nectenti modum probandi per testes, *Aym. cons.* 216. ex *text. in l.* 1. *§. si conueniat, ff. depos. Vrsill. ad Afflict. decis.* 398. *num.* 4. *Apostill. ad Frecc. in tract. de præsent. instrum. fol.* 97. *Franch. decis.* 361. *num.* 4. *Regens de Marinis ad Reuert. decis.* 445. *num.* 2. & alij *ibid.* à me adducti. Quod coarctat idem *Freccia in cit. tract. par.* 26. *qu.* 3. *fol.* 197. *num.* 3. non procedere, vbi testes essent legalissimi, ex *Bart. & Imola*, videndi *Thesaur. & Addit. dec.* 260. *num.* 5. *Sesse decis. Arag.* 28. *tom.* 1. *Ruiz decis. Lusitan.* 4. & *D. Consil. Altimar. ad Rouit. cons.* 13. *lib.* 2. *num.* 50. loquentes de testibus Sacerdotibus; maximè si fuerint numero quinque, vel recepti parte minime contradicente, *Anus meus ad Gramm. decis.* 89. Haud autem ex hoc pacto excludi probationē per præsumptiones iuris, decisum tradidi in memorato *Rit.* 175. *sub num.* 7. quod insequuta fuit M. C. sub die 6. Iulij 1669. in causa Francisci Sica cum eius creditoribus, mecū Commissario suffragia præstantibus DD. tunc Iudicibus, D. Petro Cortes, D. Fuluio Caracciolo, ad præsens Consiliarijs, & D. Camillo Barone, in Banca Ardiæ, qua de re *Asin. in prax. indic. §.* 19. *capit.* 2. Ac etiam posse solutionem probari testibus, & scripturis publicis simul, quia est casus mixtus, aliàs iudicauimus ex *Vrsill. ad Afflict. dec.* 271. *num.* 2. Quin ad rigorem *Ritus* 166. & liquidationis iudicium temperandum, pœnamque remorandam, productis testibus Curia pro Tribunali deponentibus de solutione, recipi, vt agatur ordinarie, scripsit *Cusar. peregr. quæst.* 47. *num.* 11. & inhæret *de Luca ad Franch. dec.* 366. *sub num* 4. *vers. conuenio*.

Itidem ex huiusce *Ritus* dispositio-
124 ne coarctatur Sanctio *text. in l.* 2. *C. de pignor.* vt notāt *Cons. Staiban. res.* 67. *ex num.* 27. *& resol.* 96. *ex num.* 20. *Reg. Capyc. Latr. consult.* 142. *num.* 3. *& consult.* 148. *ex num.* 13. *lib.* 2. *Marott. discept. forens. cap.* 28. *ex num.* 47. *Donad. lib. de renunc. cap.* 29. *num.* 24. & in Regno Siciliæ affirmat *Castill. decis.* 98. *num.* 4. ex *pragm.* id ipsum disponente, qui propterea inquit, quòd vbi sic agitur, excussio non requiritur, ex *Mynsing. Duen. Ioseph. Ludou. Caualc.*

&

Digitized by Google

& Roland. ibi adductis, *Mastrill. decis.*109.*n.*4. *Grass.de except.except.*10. *n.*49. Qua de re dici valet cum *Fontanell.de pact.dotal. claus.*4. *glossa* 18. *num.* 86. legis huius obseruantiam à Palatijs relegandam esse: cum vix sit, quòd possit in praxi contingere, de hoc dubitari: in omnibus enim obligationibus, & instrumentis semper apponi solet clausula, *quòd generalis hypotheca non deroget speciali, nec è contra*; prout hanc clausulam passim à Notarijs adhiberi solitam, nedùm testes sunt *Grivell.in dec.*79. *n.*6.*& Rodriq.de priuil.cred. par.*2.*art.*1.*n.*5. qui eam appellat ordinariam clausulam Notariorũ, seù Tabellionum, qua protestantur, nolle partes hypothecam specialem derogare generali; sed etiã scribit *Fab.de error.pragmat.decad.*6. *err.*2.*num.*9. necnon *err.*3. *num.*7. ac paritèr *Cost.de remed. subs. remed.*11. *num.*5.

Cumquè apùd omnes inconfésso
125 sit, huiusmodi clausulam operari, vt non sit locus dispositioni legis prędictæ, prout in S.C. decisum testatur *Præs. de Franch. in decis.*5. In Senatu Pedemontano *Cacheran. in decis.*156. In Senatu Dolano *Grivell.in decis.*79. qui refert, ità eius Senatum iudicasse concordi omnium suffragio. In M.R.C. & Tribunali Consistorij Regni Siciliæ *Castill.in cit. decis.*98. De iure eadem clausula, vti passim adhiberi solita, etiam si in instrumẽto non legatur, censetur apposita: sic nàmque colligitur ex *Vlpiani* responso *in l.quod si nolit*, §.*quia assidua*, *ff. de adil. edict.* vbi hæc habentur: *Quia assidua est dupla stipulatio; idcircò placuit, etiam ex empto agi posse, si dupla venditor mancipij non caueat: ea enim quæ sunt moris, & consuetudinis, in bonæ fidei iudicijs debent venire.* Cui conuenit etiam *Imperatoris* rescriptũ *in l.fin.C.de fideiuss.* ibi: *Si enim in pactis conuentis hoc fieri conceditur, & in usu quotidiano semper hoc versari aspicimus*, & ibi *Bald.*ex eo *text.* expressè notat, illud, quod quotidiè consueuit apponi in instrumentis, debere haberi pro apposito; & meritò: Notarius enim censetur rogatus de apponendo in instrumento omnes clausulas consuetas, adeò vt si per illius simplicitatem non sint appositæ, æquè habeantur, ac si essent appositæ, vt ex *Menoch.* alijsque ab eo adductis, tradit *Cancer. lib.*1. *var. cap.*14. *num.*42. *& seq.* & comprobatur ex ferè innumeris DD. relatis per *Tiraquell. de constit.pos.par.*3.*lim.*31.*num.*7. quem refert, ac insequitur *Surdus decis.*265. *n.*63. & dixi in *Rit.*166.*n.*11.*tom.*2.

Id quod in praxi in S.C. seruatum
126 agnoscimus in clausula constituti, & præcarij, quæ licèt præcisè necessaria sit in instrumento, ad hoc vt illius vigore assistentia contra tertium possessorem, nulla facta priùs discussione bonorum debitoris, pręstari possit; nihilominùs quia passim à Notarijs apponi consueuit, tametsi in instrumento non legatur, pro opposita nihilominùs habetur, atq; ideò absq; clausula prædicta fuisse per S.C. præstitam assistentiam, referente illius Præside Seuerino, in anno 1553. testis est *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 139. quod comprobant *Præs.Merlin. lib.*1.*contr. cap.*35.*Consil.Marcian.cons.*65.*lib.*2.

Quatenùs autem fortè hæsitari pos-
127 set, an clausula prædicta censeri debeat pro apposita, atque ideò posset esse locus dispositioni prædictæ *leg.*2. *C.de pignor.* In dubium tamèn reuocari non valet, vt huius legis dispositio vti exorbitans, sit restringenda in proprio casu, in quo loquitur, nec vllo modo veniat extendenda: vtpotè quę ab Imperatoribus benigna interpretatione magis, quàm ex Iuris ratione fuerit constituta, vt inquit subtilis *Fab.lib.*8.*Cod. tit.*8.*defin.*27. quod & idem *Fab.* testatur *lib.*6.*coniect. capit.* 13. Quarè *Paulus in l.quod verò*, *ff.de legib.* inquit: *Quod verò contrà rationem Iuris receptum est, non est producendum ad consequentiam.* Hypotheca enim specialis, quæ in creditoris fauorem, & pro eius vberiori cautela fuit adiecta, in illius odium retorqueri non debet, vt in *l.quod fauo-*

re, C. *de ll.* nec ad augendum inducta operari debent diminutionem, vt in *l. legata inutilitèr*, *ff. de adimen. legat.* Quibus cum aduersetur dispositio legis prædictæ, vtiquè tanquàm exorbitans, non est trahenda extrà suos terminos, nec extendenda ad alium casum, sicuti in puncto docuerunt *Soccin. conf. 198. col. pen. vers. præterea arbitror, vol. 2. Paris. conf. 51. num. 29. vol. 1. & conf. 103. in princ. vol. 3. Negusant. de pignorib. in 2. membr. par. 5. num. 51. Couarr. lib. 3. var. cap. 18. n. 2. Cacher. in dicta decis. 159. num. 4. Surd. in decis. 44. num. 11. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 21. num. 23. Roland. à Valle conf. 36. nu. 4. lib. 4. & Guttier. conf. 50. num. 6.*

Atquè hinc, si prædicta *l. 2.* est in-
128 telligenda strictè, & in casu suo, in quo formalitèr loquitur; quoties thesis, de qua agitur, est diuersa, in ea lex habere locum non potest. Hinc cum aliàs de hoc disceptari contingisset in facto, diuersitatē adducebam ex pluribus, & signantèr ex eo, quia dispositio adductæ legis procedit in secundo creditore pignus possidente, quod ei interim à primo creditore auferri, non facta priùs excussione specialis hypothecæ, prohibet Imperator; prout hoc in casu legem prædictam locum habere, apertè suadent illa eiusdem Imperatoris verba: *Ea, quæ postèà ex ijsdem bonis pignori accepisti, interim tibi non auferri, Præses Prouincia iubebit.* Quæ verba cum dirigantur ad secundum creditorem, cui interim auferri prohibet ea, quæ ex ijsdem bonis pignori accepit; non obscurè indicat, à secundo creditore pignus possideri; alioquin ei à primo creditore auferri non posset; sicuti in specie legem ipsam intelligunt *Cuiac. in commentar. ad d. leg. lit. D. Faber de fin. 27.*

Itidemque ex eo, quia Imperiale
129 rescriptum adductæ *l. 2.* processit in creditore, cui priùs specialis hypotheca, & postmodùm generalis fuit constituta, vt patet ex illis eiusdem legis verbis: *Quamuis constet speciali-ter quædam, & vniuersa bona generaliter aduersarium tuum pignori accepisse.* Qua proinde eadem lex nequit locum obtinere, vbi priùs apposita fuerit generalis hypotheca, ac postmodùm specialis, prout expressè aduertit *Cuiac. in Comment. ad l. prædictam* I. C. & priùs etiam docuerunt *Petrus de Bellapertica, Alberic. & Angelus in d. l. 2. ac Gremens. in fing. 54.* reddentes diuersitatis rationem inter vtrumque casum: nimirùm, quia quando præcedit specialis hypotheca, & subsequitur generalis, videtur quodammodò, quòd ea fuit contrahentium intentio, vt ex hypotheca speciali primò apposita creditori satisfiat, & sequens hypotheca generalis postèà addita, videtur conditionalis, & subsidiaria, si ex speciali hypotheca priùs apposita creditori satisfieri non possit; quando verò præcessit generalis, non potest censeri apposita in subsidium, & in defectum specialis; dum generalis ipsa hypotheca priùs apposita fuit, antequàm specialis subijceretur.

Altera præterea aderat diuersitas,
130 eaque potissima, inter facti speciem contentam in *dicta l. 2.* & eam, de qua in illa hypothesi disceptabatur; siquidem lex prædicta procedit in beneficium secundi creditoris, qui sibi de speciali hypotheca prospexit; quę specialis hypotheca in beneficium posterioris creditoris in illa facti contingentia non aderat, prout sic legem ipsam explicat *Accursius ibi in verb. Quamuis*, & iterùm *in verb. Accepisti*, vbi explicat: *Specialitèr tu secundus creditor*, sic etiam expressè in figuratione casus legis prædictæ declarant *Bald. & Salycet in ead. l. 2.* & eodem modo adductam legem intelligūt *Donell. in d. l. 2. num. 3.* & *Ant. Fab. lib. 6. coniect. cap. 13.* & ad rem *Surd. dec. 44. Magon. dec. 124. Ricc. collect. 73. & 198.*

Etsi autem nonnulli DD. contra
131 I. C. præceptum *in l. quod verò, ff. de leg.* haud negare valentes, prædictam *l. 2.* esse exorbitantem; extendere eam conentur, etiam in casu, quo secundus creditor, nec pignus possideat, nec

super

super eo specialis hypotheca fuerit constituta, sub prætextu, quòd etiam in exorbitantibus, & correctorijs, ex identitate rationis fiat extentio.

Hæc tamen opinio sua diluitur ma-
132 cerie: Tùm quia extentio hæc Iure non probatur; præsertim cum præfatum Imperiale rescriptũ pluribus Iuris principijs aduersetur, & signantèr auferat priori creditori arbitrium à Iure concessum, ex *Modestini* responso *in leg. creditoris arbitrio, ff. de distr. pign.* & ideò rectissimè præcitati DD. rescripti illius extentionem clamant esse prohibitam. *Quæ enim à Iure Communi exorbitant, nequaquàm ad consequentiam sunt trahenda, cap. quæ à Iure, de reg. Iur. in 6.* Tùm etiàm, quia altera opinio illud extendi permittens, infirmo satis nititur fundamento: nempè quòd eadem ratio vigeat, & proinde ipsamet æquitatis ratio, qua Imperatores ducti ad rescribendũ in fauorem posterioris creditoris specialem hypothecam habentis; nos paritèr impellere debeat ad extentionem prædicti rescripti, etiam si posterior creditor speciali hypotheca sit destitutus, & soli generali innitatur. Constat herclè præfatum fundamentum in vtraque parte titubare, & dùm supponit, licitam esse Imperialis rescripti extentionem; ac etiam dùm affirmat, eamdem rationem concurrere ad extentionem prædictam. Primum nàmque maximam patitur antinomiam, cum non sit nostrum sub æquitatis prætextu leges extendere; nec liceat à Iure scripto recedere ob æquitatem non scriptam: id enim soli Principi reseruatur, prout apertè *Constantinus* rescripsit *in l. 1. C. de leg.* Alterum verò: nempè, quòd hoc in casu eadem æquitatis ratio pro extentione concurrat, est omninò negandum. Aequitatis nàmque ratio, quæ Imperatores mouit ad rescribendum in beneficium posterioris creditoris ea fuit, nimirùm, quia posteriore creditore pignus possidente, quod est eidem specialitèr hypothecatum, videtur quodammodò secundus creditor in pignore prædicto ius quoddam præcipuum habere, magis quàm primus, qui eamdem rem in genere tantùm habet hypothecatam: nam vt *Faber dicta defin. 27.* aduertit, semper plus iuris habet, qui possidet, quàm qui non possidet. Faciliùs siquidem est, vt possidenti detur retentio, quàm vt non possidenti actio, *l. 1. ff. de pignor.* Nec non specialis hypotheca magis rem afficit, quàm generalis, adeò quòd *Merlin. cit. lib. 4. quæst. 21. num. 23.* tradit, specialem hypothecam afferre plus iuris, itaut habens specialem, & generalem hypothecam, censeatur habere in re specialitèr hypothecata duplicem obligationem, ac duo vincula magis stringere. Aequum igitùr Imperatoribus visum fuit, nè hoc in casu priori creditori liceat, posteriori in pignore eidem specialitèr hypothecato molestiam inferre, si certum sit, priori creditori posse satisfieri.

Quæ quidem æquitatis ratio pror-
133 sùs deficit, cum secundus creditor nec pignus possidet, nec illud est sibi in specie hypothecatum; sed vterque eiusdem pignoris simplicem, ac solam habet generalem hypothecam; tunc enim cum in pignore prædicto nihil specialiùs secundo creditori competat, quàm primo; quænàm æquitatis vnquàm ratio suadere poterit, vt prior creditor posteriori in pignore vtrique in genere tantùm hypothecato cedere teneatur? nulla profectò. Imò maxima inde resultaret iniquitas, maximumque paritèr sequeretur absurdũ: nempè quòd cæteris paribus, contra notissima Iuris principia, deterioris conditionis esset prior creditor, quàm posterior, quod scribente *Fabr. in sup. cit. defin. 27. iniquum sanè foret, & ab æquitatis perinde, atque à iuris principijs alienum.* Vt proinde corruente hoc fundamento, corruat quoque opinio fauens extentioni prædictæ *l. 2.*

Cæterùm quatenùs dispositio præ-
134 fatæ legis extendi posset extra terminos, in quibus loquitur, nec etiam in illa facti specie locum sibi vendicare poterat, ex pluribus restrictioni-

Digitized by Google

bus à II.CC. eamdem legem communi consensu traditis, præsertim, vt non habeat locum in contractu guarentigiato, seù in forma Cameræ, quę in Regno sunt instrumenta publica, vt obseruat *Castill. decis.98. num.3.* ex *Paris. cons.103, num.3 lib.3. Asin. dicto §.7. cap.7.* & *Card. Tusc. concl.117. in verb. Hypoteca, vol.4. num.13.* addens, vt licèt *Surd. in decis.44. nu.18.* dicat, quòd *Paris.* nihil allegat, & dura aliquibus forta sse videatur hęc restrictio; nihilominùs ipse *Surd.* eam confirmat, & licèt *num.19.* annuet, cum casus eueniret, esse meliùs hunc articulum examinandum; attamen in *cons.513.* post prædictam decisionem confecto, *n.20.* simplicitèr adductam limitationem admittit, quam probat *Consil. Staiban. in in resol.71. num.11.* vbi id procedere affirmat in quocumque instrumento habente exequutionem paratam, vt est in Regno nostro, nectens sic decisum per Rotam Romanam, & seruari.

Insupèr coarctatur, vt lex prædicta
135 non procedat, quoties in instrumento adest cõstitutum; cuius virtus operatur, vt possit creditor agere ad bona obligata, nulla facta priùs excussione, *Bald. Angel. Imol. Alex. Negus.* & alij relati per *Surd. in dicta dec.44. num.12.* & in terminis, quòd non requiratur excussio stante constituto, etiam vbi res agitur inter duos creditores, tradunt *Paris. cons.103. num.8. vol.3.* & *Crauet. cons.892. num.4.* Et quamuis *Surd. ibidem* asseruerit, huic limitationi eum non facilè acquiescere, ex rationibus hæsitandi ab eo allatis; illis tamèn satisfacit *Merlin. in mem. qu.11. num.30.* & limitationem prædictam probat *Consil. Staib. cit. resolut.71. ex num.15.*

Ad materiam obitèr nota *Glos.* celebre dictum *in l.2. ff. qui satisdar. cogant.* quòd si principalis sit difficilis accessu, fideiussor priùs conueniri potest, & præposteratur ordo Iuris, quod refert *Pyrrhus Englebermeus ad Constit. Aurelianas, tit. de feud. capit.12. in fin. pag. mihi, 92.*

Pactum exequutiuum appositum in
136 instrumento locationis nùm exerceri possit pro tacita reconductione? Accidit quæstio in S.C. Locauit enim Franciscus Ponti per annum officium Apparitoris S.C. Andreæ Stella, medio publico instrumento, omni solemnitate vallato; permansit deindè Andræas in eodem officio, absque scriptura, anno altero sequenti. Quamobrem cum Franciscus, adito Spectabili Præside S.C. commissaque causa Dom. Consiliario D. Antonio de Ponte, Duce Casæ Massimæ, institisset pro pentione alterius anni tacitæ relocationis, vigore pacti exequutiui appositi in instrumento locationis; excepit debitor nonnulla, petijtque terminum ad ea probandum, dicens, pactum exequutiuum primi anni, quod profluxerat à guarantigia, ac pactis insitis in instrumento, non extendi ad secundum annum tacitæ relocationis, in quo nulla adfuit scriptura, ex *Bald. in l. legem, C. locat. Caroc. de renouat. locat. quæst.14. Afflict. decis.365. n.15.* & expressè de instrumento guarantigiato non extendendo ad alterum annum, *Canalc. decis.44. num.82. Mangil. de euict. quæst.185. num.28. & 29. Boer. decis.284. numer.14. Menoch. lib.3. de præsumpt. præsumpt.85. num.46.* Sicuti nec forma Cameræ adhibita pro primo protrahitur ad secundum annum per modum tacitæ relocationis, *Scacc. de appellat. lib.3. cap.1. quæst.17. limit.9. num.17.* etenim cum relocatio sit nouatio primæ locationis, tacito consensu, *l. legem, 16. C. de loc. & cond.* ibi: *Eamdem locationem renouare videtur*, exurgit in nouatione noua obligatio perempta prima, *l.1. ff. de nouat.* ibi: *Noua constituitur, vt prior perimatur*, atque hanc sententiam esse veriorem, tuetur *Reg. Rouit. in pragm.1. num.4. de locat.*

At ea in hypothesi Senatus censuit,
137 cogendum esse debitorem ad exoluendum sine mora pensionem, die 10. Maij 1680. in Banca Lombardi; cum in relocatione perduret pactum exequutiuũ appositum in instrumento locationis, si causa præsertim agatur in

Supre-

Digitized by Google

Supremis S.C. Subsellijs, alijsque, in quibus æquitas, solaque facti veritas inspicitur, ita *Rebuff. tit. de liter. obligator. art. 2. glos. 1. num. 92. Paschal. parte 4. cap. 6. num. 70. in fin.* atque adeò si in locatione adfuit obligatio in forma Cameræ, persistere in relocatione, videtur sentire *Reg. Rouit. in d. prag. 1. num. 90.* cum relocatio sit idem contractus locationis continuatus, seù idem confirmatus, & prorogatus, vt colligitur ex eadem *l. legem, 16.* ibi *Eamdem locationem renouare*, & censetur ab initio vnus, *l. sed etsi manente, ff. de pracar.* sicuti terminus prorogatus, censetur idem, ac primus, *Card. in Clem. 1. §. nos itaque, col. fin. versic. quare quintò, de iure iur. Bald. in cap. quintauallis, de iure iur. Glos. in Const. Regn. pecuniarijs*, vbi *Afflict. num. 46. Rot. decis. 20. in nouis.* & officium prorogatum esse idem, ac primum, voluere *Bald. in l. obseruare, §. proficisci, quæst. 19. ff. de Offic. Pro-Cons. Bart. in l. 4. ff. de damn. infect. Corn. consil. 435. lib. 2.* ac in terminis *Viu. lib. 3. commun. opin. 534. Mocc. in syn. cas. forens. c. 58.* notans, quòd conductio, & reconductio, se habeant tanquàm pars homogenea ad aliam (vt aiunt *Philosophi* de aqua succedente ad aquam) & latè *D. Io. Milazzo Miscellan.* integra *assert. 46.* Vnus etiam ex Dominis addebat, dari quoque in relocatione prælationem locatori aduersùs creditores, qui, post inhitum locationis cõtractum, contraxissent, ex *text. in §. qui impleto, add. leg. legem*, illis perpensis verbis: *Durare obligatio*, de quo Domini non disceptarunt, quia de hoc non rogabantur à collitigantibus.

Tertius possessor rei emphyteuticę,
138 seù nouus emphyteuta tenetur ad canones decursos, & debitos pro tempore præterito, quo ipse non possedit, nulla facta excussione contra primum, *Mastrill. decis. 171. num. 2. lib. 2. Fulgineus in tract. de iur. emphyt. quæst. 31. ex num. 7.* notans *num. 13.* hoc maximè locum vendicare, quando Iudici licet procedere sola facti veritate inspecta, ex *Afflict. decis. 95. in fin. & Surd. de-*
cis. 32. nu. 9. id quod adamussim *Mastrill.* iudicatum tradidit in illis Supremis Tribunalibus Siciliæ; maiorique ratione seruandum in nostro S.C. habẽte maiorem authoritatem, quam memorata Tribunalia, aduertit *Cons. Paul. Staib. in in obseru. ad resol. 176. ex num. 62. lib. 2.* amplians ad laudemia quoque *num. 75.* ex *de Franchis decis. 430.* quam examinat *Luca in eius addit.*

In exequutione faciẽda in ciuilibus,
139 seruandus est ordo *text. in l. à Diuo Pio, §. in venditione*, vbi *Io. de Imol. & Alex. in cap. quòad consultationem, col. 9. de re iudic.* non obstante opinione *Abb. in dicto cap. quòad consultationem, in fin.* & *Bart. in dicto §. in venditione*, dicentes, valere exequutionem, nisi appelletur: nam *text. in mem. §. in venditione*, formam põnit, à qua recedere non licet, secundùm *Imol.* & *Alex.* ac *Fael.* & ex *decis. Afflict. 358.* quam allegat *Maranta* eiusdem opinionis in *6. par. in verb. de exequutione, sub num. 9.* etsi alitèr *de Franch. decis. 441.* de quibus dixi in *Ritu* antecedenti sub *num. 75.* notans huius *textus* dispositionem non vendicare locũ in Regno, vbi proceditur, sola facti veritate inspecta.

In hac materia notandum, quòd
140 in exequutione agenda vigore sententiæ in contumaciam, talis ordo nõ est seruandus, quando exequutio non est facienda vigore sententiæ interlocutoriæ, vt ibidem *Marant. num. 14.* vbi exemplificat contra contumacem, ex *Glos. in §. si verò, Auth. de exhib. Reis*, & ex *Bald. in l. 2. vers. 3. quæritur, ff. si ex noxal. caus. agat.* & *in l. 2. col. 1. in fin. vers. deinde reuoco, C. quando Fisc. vel priu.*

Exequutio pro maiori summa
141 quantitatis debiti, sustinetur pro quantitate vera debita, *Andreol. controu. 159. & 160.* sermonem habens de simili Statuto, ex *Mauson. de caus. execut. ampliat. 23. num. 6. Cost. de portion. & rat. quæst. 138. nu. 17. Mart. vot. 79. num. 6. Viscont. in concl. iur. verb. Captura, & verb. Tenuta, Cons. Hadiern.*

ad

Digitized by Google

ad Surd. decis.65. Præs.Merlin. cent.1. centrou.88.nu.14. de Marin.ad Reuerter.decis.72.num.3. ex quorum dictis resoluitur titubatio *D.Carol.Anton.de Luca ad Franch.decis.630. num.4.* aduersùs à me scripta in *Rit.* 134. *num.* 22.nempè execuutionem factam contrà Nobilem antè ostentionem literarum exequutorialium iuxtà mandatum sustineri, & ipsemet *de Luc.* hanc agnouit veritatem ex dictis per ipsũ, nedùm in mox *cit.decis.630.sub nu.5. vers. nisi dixeris; sed in add. ad decision.415.& 441.*

Imposito censu super re, quam de-
142 bitor asseruit esse liberam, si deinde euicta fuerit, vel reperta obnoxia, siue fideicommisso subiecta, ex quadam æquitate à nostris Tribunalibus recepta, admittitur ad subrogandum alium fundum liberum, capacem, & idoneum, etsi stricto Iure competeret rescissio contractus, ex *l.ex ijs, C. de euict. Gratian. discept.forens. cap.175. ex num.5. Caren.resolut.210. Card.de Luca de censib. discurs.31.num.9. Reg. de Marin.resolut.195.lib.1.Cons.Prat. obseru.28.*

Dispositionem *text.in l.congruit,C.*
143 *de locat.præd.ciuil.lib.11.* intelligi in quolibet conductore antiquo,qui debeat præferri nouitèr conducere volenti, si offert quod ab alio offertur, voluit *Paul.de Castr.cons.4.num.6.parte 1.* insectantur *Rebuff. in comp. alien. rer. Eccles. num.62. Roman. consil.22. nu.5. vers.contrarium, Sarmient. lib.3. select. cap.7.num.1. Guillelm.de Ludouic.singul.65.Greg.Lopez in dicta gl.3. in medio.* Et hoc quippè,quia æquitas specialis semper præfertur regulis generalibus Iuris Communis,*Canalc.decis.44. num.36. par.1.* & præter alios æquitatis effectus mirabilis est, quòd dispositio, quæ nititur ipsa, vti est *d. l.congruit*, extendatur ad omnes casus similes ex identitate rationis, *l.illud, 31. ff.ad l.Aquil. Bald. in l.precibus, in princ.C.de inoffic.donat.Straccha tit.quomodo in causis mercatorũ sit procedendum? vltima particula, num. 6. & 7.Morla in emporio iuris,par.1.tit.1. ff.de legibus, Bald. in l.si quis, num.3. C.de interd.matrim.* dicens, quòd vbi est eadem æquitas, semper debet esse idem ius, *Io.Andr.Georg.alleg.18.n.4. & 5.Reg.Valenzuela cons.75.ex n.17. lib.1.*

Potissimùm in colono Ecclesiæ,
144 cuius Administratores habere debent æquitatem præoculis, vt minime expellant veterem pro eodem pretio, *Canal.quæst.756.num.61. Gamm. decis.299. Gratian.discept.715. nu.20. Reg.de Ponte cons.23.lib.1. Reg.Sanfelic.decis.109.num.3. Donad. de renunciat. cap.30. nu.88.* & concinit *Valasc. consult.40.* Oppositam verò aleam,antiquum nempè conductorem minime præferri nouo, sustinent *de Pont.citat. cons.23. Ann. cons.77. Boer.decis.107. num.4.* nullo interiecto discrimine,inter prædia rustica, & vrbana, vt censuit *Carthar. decis. Genuens, 7.* firmat *Gratian. cit. discept.357. num.3.* Nisi casus esset in hac Ciuitate, in qua Iure consuetudinario, in prædio rustico antiquus præfertur nouo, *Afflict. decis.238. Staiban.resol.42. de Marin.ad Reuert.decis.539. num.3.* ac etiam in Fisco, ex *cit. l.congruit*, quod tamen non vendicat locum in gabellis, *Gizzarell.decis.27. Reg.de Marin.add.loc. & lib.1. resol.147.* qua de re *Reg.Cappc. Latro decis. 159. Luca ad Franch. obseru.406. num.3.* qui *num.2.* extendit quoq; in rebus Ecclesiæ, ex *Riccio decis.184. par.3. Tapp. decis. S.C. 59. Card.de Luca lib.de seruitutib.tit.de locat.discurs.50. num.10.* & taxat suum Antesignanum *Stephanum Gratianum cit.loc.*

Quoniam verò in Regno procedi-
145 tur sola facti veritate inspecta, admittitur absque dubio exceptio dominij notorij in promptu contra spoliatum agentem ad restitutionem in quocumque possessorio, ex solemne *Decij cons.449.* vbi peculiaritèr *n. 20.* cum hoc priùs probauerit in terminis Iuris Communis, addit, tanto magis procedere attento æquali Statuto, de quo in casu suo, ac *Ludouic. decis.17. num.2. Menoch.remed.15.* in casu simi-

lis

Digitized by Google

lis Statuti *num.*477. conferunt, quæ idem *Menoch. consil.*180. *num.*7. *Alex. consil.*4. *num.*3. *Natta consil.*3. *Crauett. consil.*299. *nu.*8. *Bertazol. consil.*31. *vol.*1. *Reg. Rouit. consil.*100. *num.*9. *lib.*2. tradunt, & in eisdem terminis *Regens de Ponte dec.*40. *num.*47. qui ex *Menoch. cit. loco*, laudat *Franc. Sarmien. lib.*2. *select. interpret. cap.*13. *n.*50. scribentem, quòd in foro poli peccat, nedùm possessor, sed etiam Iudex, si restituat rem in possessorio contrà euidentem iustitiam in petitorio, *Ant. Faber in C. tit. quor. bonon. defin. vnic. Argel. de acquir. possess. quæst.*2. *art.*10. *num.*433. *Cancer. var. resol. tom.*2. *cap.*18. *ex num.*28. *Peregr. de fideicomm. art.*46. *num.*35. ampliantes, si posset probari in continenti, ex *Glos. in l. si de vi*, 37. *circ. finem, vers. item quæro, de iudic.* & ibi *Bart. numer.*2. *Castr. num.*75. *Afflict. decis.*14. *numer.*41. Hinc licebit Principi mandare, quòd spoliatus non restituatur in possessione, sed tàm causa petitorij, quàm causa possessorij, simul, & semel iudicetur, *Capyc. in cap. Imperialem, fol.*32. *col.*2. *vers. decimo notandum, D. Reg. Merlin. controu. lib.*2. *cap.*27. *num.*32. *& seq.*

Præscriptionis exceptionem esse
146 sublatam in omnibus Tribunalibus, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, & non attendi in Delphinatu, testatur *Guid. Papa decis.*483. nec in Regno Siciliæ *Castill. decis.*194. nec in nostro S.C. dixit *Vrsill. ad Afflict. decis.*13. *& in decis.*37. *Reg. Rouit. consil.*40. *vol.*2. eo enim ipso, quòd illa deducitur, ostenditur mala causa, *Reg. Rouit. consil.*14. *vol.*2. dicitur enim impijssimum refugium, *Afflict. cit. decis.*13. *Menoch. præsumpt.*33. *num.*45. *lib.*6. & ideò proponens huiusmodi exceptionem assimilatur piscatori anguillarum, qui ob earum lubricitatem semper est incertus; dicebat perbellè *Plotus consil.*59. *n.*3. & ad rem *Crauett. consil.*1. *n.*37. Sed aduersùs hanc propositionem inuehitur *Præs. Anellus Amatus consil.*96. *num.*20. empiricos potiùs, quàm iura callentes, appellans sustinentes, illam non dari in Regno ex eo, quòd sola facti veritate inspecta proceditur, & scripserat in *consil.*38. insequitur *Consil. Franc. Maria Prat. obseruat.*25. dispungens *Rouitum, & Amatum* ex diametro dissidentes, & confirmant *Consil. Staiban. cent.*1. *resol.*5. *ex num.*51. *& resol.*404. *num.*34. *Præsul de Afflict. controu. iur. cap.*49. *de Medices consil.*131. *Theodor. alleg.*78. scribentes, præscriptionem, nempè, bona fide, & requisitis à lege suffultam, admittendam esse.

In nostris Subsellijs non præualet
147 distinctio *Consil. Afflict. in Const. exceptionem filiationis, num.*9. *vers. Tertiò nota*, quòd si exceptio sit reseruata ad merita causæ, debeat, instante parte, ante causę expeditionem explicari; si verò sit reseruata in calculo ferendæ sententiæ, possit simul exceptio cũ sententia determinari: quam distinctionem videntur insequi *Anna singul.*446. *&* 605. sermocinans de exceptione rei iudicatæ ad merita causę reseruata, vt liquet ex eiusdem *Ann. allegat.*48. in causa Vniuersitatis Lauri, *Muscatell. in prax. par.*5. *glos. reseruatis, num.*27. *Carleual. de iudic. lib.*1. *tit.*2. *disput.*1. *num.*28. *Reg. Sanfel. decis.*88. *num.*15. *Thor. in compend. parte* 1. *tom.*3. *verb. Reseruatio exceptionis, Luc. ad Gratian. cap.*170. *num.*8. quibus consentit *D. Consil. Altim. ad Rouit. decis.*21. & ex exteris *Triuis. decis.*2. *Giurba decis.*21. *Anton. de Amat. resolut.*80. *num.*15. *Salgad. de Reg. protect. par.*2. *cap.*18. *ex num.*62. Siquidem regularitèr attenta natura, & qualitate exceptionis, ac quando sit compatibile de ea tractari simul, & semel cum causa principali, tunc etiam de ea cognoscitur, & in eadem sententia profertur, non obstare; idque iure merito, nè ab eodem termino plura decreta diffinitiua emergant; potissimùm ex huiusce *Ritus* dispositione, qua Iudex pronunciare non cogitur super emergenti, seù incidenti, sed simul cum principali negotio incidentia, ac emergentia decidere poterit, *Bald. in l. ait Prator, §. permittitur, num.*1. *ff. de minor. Asin. in indic. prax. §.*3. *cap.*15.

ita

ita declarando, *Afflict.* discrimen sustinent *Reg.Ronit. in pragm.de ordin. iudic.& decis.*21.*num.*13.*Reg.de Marin. ad Reuert. decis.*108. *Conf.Hodiern.ad Surdum decis.*36. *num.*4. *Thor. par.*2. *comp.verb.Exceptio aliqua reseruata*, *Gallup.in praxi par.*2.*cap.*10. *num.*10. *Reg.Sanfelic.in praxi, sect.*43. *num.*3. *Mucci ad memorat. decis. Sanfelic.*88. *num.*2.

Id quod insequutum fuit S. C. in
148 celebri causa D. Philippi Viuas de Cañamas, cum Illustri Marchione Serra, & hæreditate Ginnesij Sanguinetti. Etenim cum petijsset de mense Februarij 1658. D.Maria Castelblanco mater, & tutrix D. Michaelis Viuas de Cañamas filij D.Iosephi, in integrum restitui aduersùs sententiam latam, iunctis duabus S.C.classibus in Collaterali, coràm Pro-Rege, sub die 2.Iulij 1647. qua fuit absolutus præfatus Marchio, de qua re decisionem compilauit *D.Reg.Capyc.Latro dec.*96. *tom.*2. tùm ex edicto minorum, tùm ex clausula generali ex capite scripturæ nouitèr repertæ, qua constabat, venditionem partitæ annuorum ducatorũ bis mille, prçuia cessione iuris luẽdi, fuisse simulatam, ac pignoris loco datam, proponens quoque pignoratitiam directam pro satisfactione crediti ducatorum viginti mille cum interesse super dicta re specialitèr hypothecata, possessa per Marchionem, & etiam pignoratitiam contrariam ex iuribus Ginnesij Sanguinetti debitoris; ex quo dicebatur, Marchionem Serra fuisse satisfactũ de suo credito, & proinde competere actionem ad restituẽdum pignus, his verbis propositã: *Intentando omnem actionem in rem scriptam, & anomalam*, quæ verba coarctarî non possunt ad solam pignoratitiã cõtrariam, quæ est personalis, non realis, *Azo in summa C.de pignorat.act.in fin. Bartol.in l.si Titio, ff.de pignor. Io. Bapt. Spada consil.*340. *num.* 2. *tom.*3. A Curatore hæreditatis Ginnesij Sanguinetti fuit opposita exceptio rei iudicatæ, initio litis, & impartito termino, exceptione rei iudicatæ ad merita causæ reseruàta, illoque compilato, contendit Curator, vt antequàm ad diffinitiuam sentẽtiam progrederetur, de exceptione rei iudicatæ pronunciaretur, tùm ex verbis ipsius decreti, atque ex formula reseruationis ad merita; tùm quòd rectus iudiciorum ordo non patitur, vt præposterè agatur, sanaque iuris ratio requirit, vt ante omnia pronuncietur de illa exceptione, cuius ea vis est, vt si obstet, & aditum ad definitiuam sententiam claudat, ac quicquid vsque eo in iudicio actum sit, reddat inutile. His tamen minimè refragantibus fuit, iunctis Aulis S.C.DD.Scipionis de Martino, & D.Michaelis Muscettola, me relatore, sub die 7.Martij 1687. expedita causa principalis, & simul, ac semel declaratum, obstare exceptionem rei iudicatæ, & fuit absolutus Marchio conuentus à nouitèr deductis, in Barea Andreæ de Martino.

In hacmet thesi S.C.ratum habuit,
149 potissimùm in Regno, admitti semper cumulationem actionum, ad hoc vt quis omni via, qua meliùs potest, consequatur id, quod sibi debetur, ex *Reg.Sanfelic.decis.*92. *num.*20. nisi tamen actiones essent omninò repugnãtes origine, vel exercitio, vt idem *Reg.Sanfelic.* explicat, post *Bolognett.in l.edita, num.*136. *C. de edend. Carleual.de iudic.tom.*2.*tit.*2.*disp.*2.*num.*10. *Cardinal.de Luca tom.*15. *de iudic.discurs.*3.*discurs.*15.*nu.*10.*& discurs.*44. *Canon. de Luca ad Franch. decis.* 582. *Monac.ad Minad.decis.*31.*num.*3. *Consil.Ioseph Resa consult.*23.*num.*31. *Hodiern.controu.forens.cap.*18.

Reo verò licitũ est plures contrarias
150 exceptiones inter ipsas opponere, ex *text.in l.cum de indebito, ff.de iure iur. Afflict.decis.*234.*num.*3. latè *Hodiern. cit. controu. forens.*18. *Reg.de Marin. resol.iur.tom.*2.*cap.*106.*num.*4. *Reg.Capyc.Latr. consult.*114. *num.*9. *de Luca cit.tom.*15.*de iudic.disc.*15.*num.*1. *Scalon.tract.de testam.lib.*4. *c.vlt.ex n.*12. *Aloys.de Leo in l.*3.*num.*39. *C.de eden. vol.*2. *Consil.Marcian. cons.*1.*num.*12. *tom.*2. *Donad.de renunc.tom.*2.*cap.*50. *num.*79.

Digitized by Google

*num.*79. Ego super *Ritu* 129. *num.* 6. & refert, quia si Actor plures non possit cumulare actiones; valet Reus obijcere, vt Actor declaret, qua actione experiri intenderet, aliàs excludatur à iudicij limine? *Angel. in l. Papinianus*, §. *si quis initium*, *ff. de inoffic. testam. Aretin. in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *ff. de acquir. possess. Anton. de Virgilio in tract. de legitim. person. capit.* 28. *num.* 24. *Hodiern. & Rosa citat. in loc.* memores huiusce nostri *Rit.* & decreuit S. C. in causa D. Sebastiani de Saauedra, Aledo, & Auellaneda, cum D. Augustino Escouedo: etenim cum præfatus D. Sebastianus petijsset in S. C. declarari nullam transactionem inhitam inter ipsum D. Sebastianum, & D. Aloysiam Garrillo, ac dictum D. Augustinum de anno 1663. ex causa fideicommissi, seù maioratus instituti à D. Ernando Aledo, & Auellaneda, ac simul instetisset pro exequutione contentorum in ipsamet transactione, impartito termino super omnibus hinc inde prætensis, D. Augustino expetente, prodijt è S. C. scitum, relatore D. Consil. D. Ioanne Brauo de Sobremonte, cũ interuentu D. Præsidis, sub die 23. Iunij 1686. quòd *suspenso decreto lato per S. C. sub die 21. May instantis anni quòad caput, quòd procedatur ad ea, qua incumbunt in causa, oppositis non obstantibus, D. Sebastianus Saauedra Faxardo, nomine vt in actis, declaret, atque eligat actionem, quam prosequi intendit in iudicio moto aduersùs D. Augustinum de Escouedo conuentum*, & confirmatum extitit in gradu reclamationis sub die 17. Decembris 1686. in Banca Licti. Quod si non opponeretur, ad vlteriora procedendum est, cum in non petitis Iudex mutus esse debet, *Prat. obseru.* 67. *n.* 58. *Escob. de ratiocin. cap.* 38. *num.* 9. parte enim non contradicente multa valent, etiam inualida, *Alex. Rauden. decis. Pisan.* 39. *num.* 348. *Fontanell. decis. Cathalon.* 1. *numer.* 10. *tomo* 1.

In cumulationis materia triplex de-
151 sumitur cõtrarietas, originis nempè, exercitij, & exequutionis. Actiones origine contrariè dicũtur, quando vna actio alterius natiuitatem impediret, quia nempè esset impossibile, vt vtraque actionis causa, seù fundamentum, eodem tempore verificetur; exemplificatur in eo, qui testamentum falsum dixit: nam eodem tempore illud vti inofficiosum allegare non potest: quia docens testamentum falsum, negat esse testamentum; dicens verò inofficiosum, affirmat testamentum adesse, sed rescindi debere, de quo *Cancer. var. resolut. par.* 1. *cap.* 6. *tit. de hijs, quibus, vt indig. ex nu.* 21. *Buttigl. dissert. forens.* 2. *Amat. resol.* 36. *num.* 26. *Barrij de succes. lib.* 1. *tit.* 9. *cap.* 19. *Card. de Luca tom.* 9. *de testam. discur.* 55. *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 53. *num.* 3. Contrariæ exercitio sunt, quando pro vna re plures dantur actiones, sed ea lege conceduntur, vt qui vnam elegerit, altera vti prohibetur, ex eo quia vnius electione, altera amittitur. Contrariæ verò exequutione sunt, quando exequutio facta vigore vnius, impedit exequutionem alterius, quia facta in vna, ab alia liberatus remanet, vt dispungunt *Laderch. cons.* 93. *Surd. decis.* 327. *num.* 24. *Honded. consil.* 44. *num.* 36. *Cons. Rosa cit. loc.* 23. *num.* 28. *Hodiern. mem. cap.* 18. *num.* 17. *ac* 109. & istis in casibus cumulatio fieri prohibetur, ratione repugnantiæ.

Hinc est, quòd instrumentum con-
152 tinens repugnantiam, vitiatur, vt ait *Natta cons.* 673. *num.* 5. *& in cons.* 245. *num.* 5. repugnantia enim fidem scripturæ abstulit, *Gargiar. patrocin.* 87. *numer.* 8. *par.* 2. ex *tex. in l. vbi repugnantia*, *ff. de reg. Iur. Andreol. consil.* 15. *num.* 19. & ad rem scribit *controu.* 34. Sed *Papiens. in sua prax. tit. de form. libell. in actione hypothecaria, in epitome, num.* 1. hac vtitur distinctione, aùt plures actiones ita se habent, quòd sententia lata in vna, in alia rei iudicatæ exceptionem pareret, & tunc in eodem libello, eodemq; tempore regulariter proponi non possunt, sed erit electioni locus, ex *text. in l. quod in heredem*, §. *eligere*, *ff. de tribut. & l. cum filijs*, §. *varijs*, *ff. de leg.* 2. Aùt

Digitized by Google

ita se habent, quòd sentẽtia lata in vna, in alia exceptionem rei iudicatæ non induceret, & tunc cumulatio, pluriumq; actionum propositio simul fit, *l.si idem, ff.de iur.omn.Iudic.l.haredes, §.de plurib.ff.fam.ercisc.*

Quod totum discreti Iudicis arbi-
153 trio remittitur, qui amplissimam habet potestatem procedendi, reiectis subtilitatibus vigore huius *Ritus*, & *Pragmaticæ*, de quibus memores sunt *Consil. Hodiern. Rosa cit. in loc.* & alij nostrates, ac simili existente Statuto, *Surd. cons.129. num.45.* quem refert *Anton.de Virgilio de legitimat. person. cap.28.sub num.23.vers.si plures actiones.* Adeo vt nouissimè intrepidè, his patrijs Iuribus perpensis, iudicauimus sententiam nullam posse cognosci simul cum meritis, & declarari validam, stante iustitia, etiam si nullitas exoriatur ex iurisdictionis defectu, ex *Consil.Staiban.resol.55. ex num.47. & in obseruat.ad resolut.64.num.3.Consil. Gizzarell.dec.68. Reg.de Ponte cons.1. num.104. Consil.Altim.de nullit.tom.1. rub.3.quæst.12. tit.coràm quo poss.nullit. propon.* & ex exteris *Gratian. capit.206.num.4. Cancer. var.lib.1.c.57. num.63. Castill.decis.48.Camuncul.decis.Bonon.16.num.8.* ac in suo Senatu decisum meminit *Vilhelmus Radelantius decis.Traiect.45.& 96.*

Potest S. C. compellere partes ad
154 compromittendum, *Reg.de Ponte de potestat.Pro-Reg.cap.1.tit.1.ex num.6.* amplians, etiam in compromisso via facti, non iuris; quod quidem non est aliud, nisi vni demere, & alteri dare, vt communitèr huiusmodi extenduntur compromissa, & de praxi testatur *Gram.dec.9. Carrab.sing.98. Capyc.decis.176. Muscatell.in prax.lib.1.par.7. glos.Condemnando,n.49.* ac decisionem compilauit *Reg.Rouit. decis.95.in fine, n.19.* notans, peculiaribus ordinibus, hodiernis esse vetitum temporibus.

Quod non admitterem, quando lis
155 esset inter Magnates, ad euitandum scandala, & nè quies publica turbetur, ex *Afflict. in decis.49.sub num.6.* qui sub *num.5.* cum anceps extitisset, an S. C. compellere posset partes ad compromittendum? & respondendo Officiali, regulariter hoc non licere, fretus *Glos.* ac *Bart.* doctrina, & ad eum *Add.in l.furti, §.qui iussu, ff.de infam.* & alijs *DD.* ibi relatis, nectit sub *numer. 6.* hanc coarctari regulam pro scandalo vitando, & nè quies publica turbetur, alijsque ex causis, teste *Bart. in cit. §. qui iussu*, multaque *Vrsill. à num.8.ad Afflict. cit. loco*, firmatque regulam ex *text. in Auth.vt litig.lud. §. fin.* Iudices de Iure ad compromissum, & ad concordiam partes compellere nequire; sed debent solùm ad pacem monere, cui sex adiungit restrictiones, potissimùm in Regno nostro. Ad rem *Vilhelm.Radelant. decis. Traiect.122.*

Indubitati tamèn est, nedùm Pro-
156 Regi, & Iudici in summa potestate constituto, pro bono pacis, subditos ad pacem faciendam cogere licere, *Reg.de Ponte add.cap.1.n.22.* sed cuilibet etiam Iudici inferiori, *ex Glos.in Const.pacis cultum*, quæ postquàm dixit, satis Regi conuenire, ita prouidere, vt omnes in pace, gratia Dei, & Regis, viuere valeant, laudans legem Longobardam, subiungit: *Et hoc etiam spectat ad officium cuiuslibet Iudicis, vt ff.de vsufruct.l.si cuius, §.si inter duos*, aliàs allegatur, *l.aquissimum*, & sic illa *Glos.* sentire videtur, quod hic quoq; Iudex inferior posset, mota ex *cit. l. aquissimum*, vbi duobus fructuarijs contendentibus, pati minimè debet Prætor, ad arma, & rixam procedi, idemque sentire videtur *Glos.* ciuilis in *dicto §.si inter duos, in verb. Iurisdictione*, dum dicit, ex memor. §. argumentum sumsi, quòd Potestas, & Iudex, ad pacem, transactionemq; faciendam cogere litigantes possunt. Quinimo ex eodẽ *text.in §.inter duos*, dixit *Montanar.in Pragm.2.de admin. Vniuers.num.48. & 49.* quòd Syndici Terrarum rixantes, vel Ciues inimicitias habentes, ad pacem faciendam cogere possunt; sed quòd ex eorum propria authoritate hoc facere nequeant, negat, prout licet in hac Ciuita-

Digitized by Google

uitate Neapolis Sex à Sedilibus deputatis, qui Sex Sedilium vocantur: illi enim, etiam nè à domu discedant, donec pacem faciant, mandant, teste R. *de Ponte cit. loco n.* 6. ac huiusmodi Sex authoritas fulciri potest doctrina *Bart. in l. ambitiosa, col.* 4. *vers. declaramus, ff. de Decur. ab ordin. faciend.* notantis, quòd partes ad pacem cogere possit Ordo Decurionum, aùt is, cui ipse bonum publicum committeret.

Syndici autem Terrarum, inimicos
157 ciues ad pacem faciẽdam coràm Officiali compellere possunt, vt ipse *Montan.* subiungit *ibid. sub num.* 49. *vers. sic ad præsens*; & ad Capitaneos Terrarum hoc quoq; spectare, dicit *Thor. in addit. ad de Pont. cit. loc.* ex *Intrigl. in sing.* 45. *Caball. cent.* 3. *cas.* 219. *Guazzin. defens. reor.* 12. *cap.* 10. *num.* 12. *& de pace par.* 2. §. 3. *quæst.* 28, quamque aleam amplexus fuisse videtur *Barth. de Capua in præf. Const. pacis cultum*, vbi referendo hoc solùm *Glos.* dictum in relato §. *si inter duos*, scilicèt, hoc etiam spectare ad cuiuslibet Iudicis officium, scribit, illis Iuribus esse dicendum, Papam ad concordiam, treguam, & inducias Principes Christianos cõpellere posse, ac debere, & arguit de minori ad maius, quòd si inferiores Magistratus hoc possunt, & debent, *distinct.* 19. *cap. præcipimus, & cap. attẽdendum, & cap. Prælatum*, tanto magis Pontifex, de quo expressim hoc idem ait *Card. in Clem.* 2. *de reg. Iur. in 6.* & dicit probari *ex text. in capit. nouit, de iud. & Belluc. in spec. Princip. rub.* 11, §. *compendiosus, num.* 6. laudat *text.* cum *Glos. in cap. placuit*, 90. *distinct.* dicitque, non esse aliud probandum, quòd ad pacis concordiam, etiã excommunicationis cruore, compelli possunt, ibique demùm refert dictum *Card. de quo supra*, de Summo Antistite ad pacem Principes compellente, & quòd alij ad hoc per suos Iudices coguntur. Sed *Luc. de Penn.* videndus hoc non sine difficultate transit, & huiusmodi nectens quæstionem, illam ad vtramque partem disserit in *tit. de Irenarch. lib.* 12. *in fin.* post *Iacobum de Butr.* quem odio satis Iura Canonica habuisse dicit, distinguentem, & decidentem, quid in criminalibus? quid verò in ciuilibus?

Multa nàmque, quæ aliàs sunt pro-
158 hibita, ob scandalum vitandum, conceduntur, & proinde licet Officiali mandare, nè quis per plateam, & domum alterius transeat, *Glos. & Bart. in l. quod iussit, de re iud. Paris. de Put. in cap. si sunt duo, in princ. de synd. Viu. decis.* 341. *Reg. de Ponte cit. loc. num.* 13. & *Aflict. in Const. cultus Iustitiæ, nu.* 4. aduertit, quòd sicuti propter populi quietem Iudex certum locum interdicere valet, *Bart. in l.* 1. *C. de pign. vers. sequitur in diffinitione*, ex *l.* 1. §. 1. *seu melius, in fin. ff. de offic. Præfect. Vrb.* ità propter quietem iudicij, Causidici nè postulentur, perpetuò etiam interdici possunt, ac *Paris. in cit.* §. *si sunt duo*, dicit vnum ridiculum, quòd si quis scholarem suspectum habet, nè eius curbitet vxorem, à Iudice inhibitionem impetrare potest, nè per eius domum transeat, ex *Auth. si quis ei, C. ad l. Iul. de adult.* vbi si quis ei, quem de sua vxore suspectum habet, ter in scriptis sub trium testium fide dignorũ præsentia denunciauerit, & posteà eũ cõuenientem vxori suæ in domu sua, vel vxoris, vel adulteri, vel in popinis, aùt in suburbanis eum sine periculo perimat, fretus deinde *text. in l.* 1. *C. de Summ. Trinit. & fid. Cath.* perperam adducto, nisi alitèr sentiant, qui acutiorem visum in Iuribus legendis habent, laudat quoque *text. in dicta l. æquissimum*, quem dicit, esse huius materiæ Achillem pro subditorum quiete, atque pace. Ad quod videnda *Const. Regn. in quæstionibus.*

Hinc alicui, nè à suo offendatur
159 inimico, conceditur familia, sumptibus illam petentis, *Paris. cit. loc. nu.* 1. *Felin. in cap. in præsentia, col. vlt. vers. postremò, de probat. Ann. singul.* 30. *Gomez. lib.* 3. *delict. cap.* 6. & *Octau. Vulp. in tract. de tregua, & pac. tit. de promiss. de non offend. quæst.* 77. *num.* 5. notat, quòd si offensæ timor, & suspicio vigeat, poterit militaris custodia con-

Digitized by Google

cedi, etiam concussoris expensis, si sibi videatur, ex notatis ab *Alc.in l.si super possessione*, C.*de transf.* ac demùm ipsi licentiam impartiri arma ferendi, armatosque secum ducendi, *l.fin.* C. *de erog.mil.ann.* vt scribere nectit *Salyc. in l.denunciauimus*, *n.3. Vinc. de Ann.sing.*302.*Gomez var.lib.*3.*delict. c.6.in fin.* Cautio inquàm de non offendendo, si petitur, præstari mandatur, vt aduertit *de Ponte ibid.sub n.*8. ac *Paris.* videndus *cit. loc.sub num.*1. optimè docens,quando sit prestanda? verba faciendo de cautione respectu timoris personæ, vel rerum, & de timore iusto, atq;vano, ac post eum ex nostratibus *Muscatel.in pract.fid.mod.* 15.atque ante eum *Hercul.in tract.de caut.de non offendend.cap.*1.quæ omnia etiam ad rem, dicunt *Nicol.Moren.de fide, treg. & pac. capit.*169.*sub num.*7. *Clar.lib.*5.*sentent.*§.*fin.quæst.*41.*& Baiard.ad ipsum, quæst.*47.*num.*17.*&* 21. memor *de Franch. decis.* 359. *num.*1. *Farinac.in pract.crimin. quæst.*107.*ex num.*11.eumdem *de Franchis* allegans *Cons.Prat.obs.*57. *n.*61. Et non solùm quando expetitur, Iudex cautionem prestandam,mandat;verùm si differat, Iudex mulctare potest,teste *Nicol.Moren.cap.*170.*num.*4. & an pro se, suisque filijs, consanguineis, & familiaribus? *Octau. Vulp. ibid. in cap.*83.*& Moren. in cit.cap.*170. *num.*8. vbi sub *nu.*9.exornat, qui concurrerentur appellatione familiarium? Nec præterea tantùm parte instante,sed etiam ex officio Iudex ad huiusmodi cautionem compellit, vt affirmat *Vulpell.in quæstione* 73. & propriè sub *num.* 4. improbans illorum opinionem, qui solummodò ad partis instantiam præstandam esse credunt. Hinc nostra M. C. V. & S. C. in dies seruant, etiam ex officio decernere, præstandam esse cautionem de non offendendo querelantem offensum, quamuis sententia fuisset in gratiam inquisiti prolata; iusta tamen concurrente causa, ex decisione *Bart. in l. illicitas*, §. *nè potentiores*, & ibi *DD.de offic.Præsident.* necnon *Pras.de Franch.decis.*359.*n.*1. quem, præcœteris, insectantur *Reg. Sansetic.decis.*142.*num.*10.*&* 13.*Prat. ad Paschal.de patr.potest.par.*4. *capit.*7. *vers. non insulsè quæritur*, optimè de cautione ad inuicem prestanda sermocinans; ità quòd si condemnatus ad illam præstandam fuisset, fit quoque decretum,quòd altera reciproca præstetur, aliàs prima habeatur pro irrita, ac sub *num.* 3. idem *Præs.* subdit multa pro ista reciproca præstanda cautione, prout *Moren. cit.c.*169.*n.*9. atque decisum arctiori casu à S.C. testatur *de Franch.decis.*418. vbi pater, cui filius naturalis hanc fideiussionem præstitit, fuit è conuerso, ad eamdem filio præstare, iure coactus, licèt maior in filio, quàm in patre offensionis timor consideretur; inde cautionem, quam prestare obstringitur extraneus, non tenetur pater,*l.fin.*§.*hoc procul dubio,de bonis,quæ liber.* & in *mem. decis.* 359.idē *de Franch.*explicat restrictionem supradictæ regulæ de reciproca fideiussione præstanda, quando scilicèt est vanus timor, nè offendatur ab illo, à quo reciproca petitur cautio, & decisum meminit in alia causa sub *numer.* 6. ac benè dicit, & confirmat *Franc.Herculan.in tract.de caut.de non offenden. cap.*47. *nu.*10. Sed ex hoc *de Franch.* dicto reuocari in dubiū posse censeo, illam ibi relatam determinationem ab eo factam,de supersedendo in accusando pœnam fideiussionis prestitæ ex causa sequutæ offensionis.

Ex officio S. C. tueri debet liber-
160 tatem, etiam non petentis, *l.mulierem*, 2. C.*si mane ita veni, nè prostit.* ibi: *Mulierem, quam ita venisse allegas, nè prostitueretur; aut si prostituta fuerit, libera esset per officium militare exhiberi apùd Tribunal oportet. Marant.in specul. in 6. & vlt.part. princ. in 2.cas.num.*108.quod,& ad alimentorum consequutionem protrahit *Rip. in l.obligatione*, *num.*31.*ff. de pignor. & hypoth.*ex *text.in l.Diui Seuerus*, & *Antonius*, *ff. ad leg. falcid.* maximè si alendus reperiatur ob æs alienum fortasse vinculis mancipatus: tunc enim nisi creditor alat,eum dimittet Iudex,

Rip.

Digitized by Google

Rip. loc. cit. nu. 32. glos. in l. fin. in verb. Agnoscere, C. *de erogat. milit. ann. libro 12. Asin. de via exequutiua, c. 204. 220. & 301.* & ad rem scripsi *in Ritu 283. ex num. 60. hoc lib. 4.*

Fauet S.C. piæ causæ, atque ex of-
161 ficio inquirit in eos, qui bona pauperibus, & miserabilibus diuidenda, vel pijs aliorum locorum vsibus eroganda vsurparint, *Bart. in l. vacantia, Cod. de bonis vacan. lib. 10. & in l. nec quicquam, §. fin. de offic. Pro-Cons. & in l. seruo alieno, in princ. ff. de legat. 1. Alexand. in l. 4. §. hoc autem iudicium, n. 4. ff. de damn. infect.* dicitur enim S.C. Iudex veritatis, maximè in causis pijs, & Ecclesiarum, *de Franch. decis. 163. num. 10.*

Cumq; maximè interest pupillorum
162 opes custodiri, ex officio in tutorem suspectũ inquirit, ex disertissimis verbis *text. in l. tutor quoque, 3. §. præterea, ff. de suspect. tutor*, ibi: *Præterea videndum est, an sine accusatione possit suspectus repelli? Et magis est, vt repelli debeat, si Prætori liqueat ex apertissimis rerum argumentis, suspectum eum esse, quod fauore pupillorum accipiendum est*; licèt alioquin pro priuata alicuius vtilitate inquisitio non admitteretur, ex *Bart. in dicta l. 3. §. præterea, & in l. si vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. Angel. in tract. de malefic. vers. incendiario, col. 2. DD. in cap. exhibita, de iudic. Marant. in specul. aur. in 6. & vlt. par. princ. in 2. cas. princ. n. 119.* Id ipsum, quo d de tutore, dicendũ est de curatore furiosi, per *text. in l. nec quicquam, §. Aduocatos, ff. de offic. Pro-Cons.* ibi: *Aduocatos quoque debebit indulgere, plurimumque fœminis, vel pupillis, vel aliàs debilibus, vel ijs, qui suæ mentis non sunt, si quis eis petat; vel si nemo sit, qui petat, vltrò eis dare debebit, Bart. & DD. in cit. l. nec quicquam, §. Aduocatos, & in l. 1. §. ait Prætor, ff. de postul. Maran. loc. superius mem. n. 158.* & proinde datur, etiam parte non petente, curator bonis, *Iacob. à S. Georg. in l. si omnes, Cod. si minor ab hared. se abstin. Alex. cons. 100. num. 16. vol. 5. Cassan. super consuet. Burgund. rubr. 1. Messiers, & sergens sunt erucz. §. 6. num. 86. col. 261.* maximè si quis bona sua proijceret, dissiparetque, *Amanell. de claris aquis, in not. 214.* & datum reuocare, iusta causa interueniente, atque alium substituere, *Abb. cons. 91. num. 6. vol. 1.* ex *text. in l. 3. §. præterea, ff. de susp. tutor.* nec obstringitur, oblatum à consanguineis recipere: cum magis sit remouere, quàm non recipere, iuxtà illud: *Turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hospes.* Ad rem *Asin. de via exequut. §. 3. cap. 103. 104. 105. 220. 272. & 301.*

Vnde in S. C. acerrimè hæsitatum
163 fuit, nùm debeat ipse Senatus impartiri curatori fatuę potestatem erogandi decimam dotis (mulieribus decedẽtibus cũ filijs, iure nostro consuetudinario permissam disponere, ex *Consuet. si qua moriens,*) in pia opera ad eius animæ suffragium? cum enim petijsset in S.C. Antonia Pistacchi, quæ germana soror simul erat, & curatrix Dorotheæ Pistacchi fatuę viuentis facultatem sibi concedi posse, vt de decima dotis eiusdem fatuæ disponeret pro anima illius; quin etiam, vt alienaret, ac disponeret inter viuos; præsertim quia ipsamet Dorothea, dùm mentis esset compos, non semel expressit, velle in animæ suæ suffragiũ Missam perpetuã constituere; ac proindè efflagitasset, vt saltim Missam hãc perpetuam super eius dotis decimam firmare posset. Dicebat curatrix, maximum pondus habere rationum momenta, quæ, partem affirmantem, vtpotè veritati, & æquitati consonam, suadent.

Primò enim curator fatuę ipsi sub-
164 rogatur, ità scilicèt, vt quod fatuæ, si mentis compos esset, integrum foret, illud liceat curatori quòad bonorum illius dispositionem; fatuæ autem integrum esset de dotis decima disponere; licebit itaque illud, & curatori mentem fatuæ interpretanti.

Deinde curator iustè posset deci-
165 mam dotis dare ei, qui fatuæ inseruisset, etenim *dignus est operarius mercede sua.* Magis autem quilibet debet

pro

Digitized by Google

pro debitis apùd Deum vindicem, quàm apùd homines cõtractis rependere; quod ergò curator famulis erogare posset, vt eorum famulatui satisfaceret, poterit erogare pro anima fatuæ, vt eius grauioribus debitis satisfaciat.

Accedit, quòd Procuratori inte-
166 grum est, pecuniam creditam exigere ad soluendum æs alienum, propter quod aliquis in teterrimo carcere detinetur; curatori ergò paritèr licebit decimam dotis fatuæ exigere ad suffragandum eius animæ, nè purgantibus flammis excrucietur, *donec reddat vsque ad nouissimum quadrantem*; Ecquis enim mundus à sorde, quando Deus *in Angelis suis reperit prauitatem?* Dignus profectò animaduersione *D.August. serm.44. ad fratres in eremo*, qui dicebat: *Ecce Patrem bonum, pium, humilem, misericordem, castum, & omnibus virtutibus ornatum habui, & eum esse beatum non dubito: cùr ergò orare pro eo volo? cùr eleemosynas dare?* In hunc inuehitur Præsul Hipponensis per hæc verba. *O homo, hæc, quæ dicis, ego nullo modo tibi negare audeo: consulo tamen, vt pro defunctis exorare non desistas. Multi enim reputati fuerunt Sancti, & tamen in conspectu Dei, non boni, sed mali inuenti sunt. Nemo sine crimine viuit.* Hæc *Augustinus* concinens verbis *D. Iacobi* dicentis *epist.1.cap.1. Si dixerimus, quoniam peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*, vti enim docet *D.Thom. in 3. distin.12. art.1. Apostoli viatores existentes, quamuis peccare mortaliter non potuerunt, potuerunt tamen peccare venialiter*. Vndè *S. Ambrosius serm.20. super Psal.118.* clamat: *Omnes oportet transire per flammas, siue ille Ioannes Euangelista sit, quem dilexit Deus, siue Petrus, qui claues accepit Regni Cælorum. Omnes oportet, vt dicant: Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Ex quibus apertè constat, Purgatorij flammas euadere, esse perquam difficile. Vt ijs itaque fatua quantocitiùs eximatur, par est vt curatori liceat pro eius anima decimam dotis disponere.

Et sanè hæres, qui data opera im-
167 pedit, quominus ægrotus testetur, ne pijs legatis hæreditatem minuat, peccat grauitèr, ex *D. Thom.2.2. quæstione 10.art.2.cap.2. Nau.cap.14. n.3. Reginal.lib.26.§.1.num.9. Bonac.tom.2. in 4.decal.præcept.disput.6. quæst.vnic. pun.5. & alijs*; peccaret ergò paritèr is, per quem staret, nè curator pro anima fatuæ decimam dotis disponeret.

Peccat etiam, atq; grauitèr peccat,
168 ex eorumdem Doctorum sentẽtia, qui piorum legatorum solutionem nimiũ differt: cum id sœpe numero in causa sit, vt testatoris anima diutiùs in Purgatorio crucietur. Decreuit proinde *Conc. Gartheginense IV. cap.45.* vt qui oblationes defunctorum, aùt negant Ecclesijs, aùt cum difficultate tradunt, tanquàm necatores animarum, excommunicentur. Quanto itaque grauiùs peccaret, qui curatori fatuæ dictam dispositionem denegaret; non differendo solùm, sed penitùs adimendo suffragium animæ illius. Quinimò si Parens pietatis Ecclesia instituit Tribunal, quod ad piorum legatorum solutionem lentos hæredes compelleret. Sacrum Consilium, quod paritèr pietatis est Parens, curatorem fatuæ ab hac dispositione remouere non debet, quin & vrgere, vt illam à Purgatorij ardoribus, quòad eius fieri potest, liberet; cum D.Cyrillus ad D. Augustinum scribens asserat, à quadam anima Purgatorij sibi reuelatum esse, quamlibet illarum *Malle potiùs omnibus excruciari pœnis, quas omnes homines ab Adam huc vsque tulerunt, quàm vno die in Purgatorio morari.* Et *D.Thom.in 4.dist.25.qu.1. art.1.par.3.* ostendat, damni pœnam, qua animæ in Purgatorio torquentur, *esse infinitam, quia est amissio boni infiniti.*

His adde, receptum communitèr
169 esse apùd Doctores, quòd erga fatuos, ac phreneticos sufficiat virtualis, & interpretatiua voluntas, quam quilibet homo habet circà beneficia

suæ

Digitized by Google

ſuæ ſalutis. Hinc permittitur, Sacramentum Confirmationis illis adminiſtrare, & in mortis articulo abſolutionem Sacramentalem ſub conditione impertiri, ac ſacro ferculo citra periculum vomitus, aùt contemptus, illos munire, ac demum Extremam Vnctionem illis conferre, adeo vt ſi furioſus illam renueret, etiam vinculis comprimendus eſſet, vt illam reciperet: haùd enim præſumi poteſt, quòd ante dementiam voluerit in mortis agone Eccleſiæ Sacramẽtis deſtitui, quod notarunt *D. Thom. 3. par. quæſt. 80. art. 1. Suar. in 3. par. tom. 3. diſt. 35. ſect. 3. Zambran. de caſib. temp. mort. cap. 2. dub. 5. num. 3. Pitignan. 4. ſentent. tom. 1. diſt. 7. quæſt. 1. art. 8. alijque*, & colligitur ex *Concilijs Carthaginenſi IV. cap. 49. Araufícano 1. cap. 3. & Tolet. XI. cap. 11.* ac *ex Can. His qui, & Can. qui recedunt, 26. quæſt. 6.* Quare eũ nec præſumi poſſit, voluiſſe fatuam de decima dotis ſibi permiſſa alitèr diſponere, quàm pro anima ſua; ſatis erit ea virtualis, & interpetratiua voluntas, vt curatori integrum ſit eamdem diſpoſitionem ſtatuere.

Verùm omiſſo, non tamen dato, 170 quòd dubium ſit, nùm fatua, ſi mentis compos eſſet, pro ſe de ſuæ dotis decima decerneret? dubium ſit etiam, nùm id liceat curatori? profectò in dubio ea tenenda ſententia, quæ humanior, & benignior eſt, *l. Nullo Iuris, 25. de legib. & l. ſi fuerit, ff. de rebus dubijs*, quod etiam communitèr Doctores docent cum *D. Thom. 2. 2. quæſt. 60. art. 4. Henriq. l. 14. cap. 3. Layman. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 39. & alijs*; humana autem, ac benigna ſententia, curatori diſpoſitionẽ de decima dotis ad eius animæ ſuffragium, permittit: ſi enim curatori permittitur, vt corporalibus fatuæ neceſſitatibus conſulat, quantò magis ſpiritualibus? In magna autem neceſſitate verſatur anima fatuæ: experientia namque Magiſtra didicimus, hæredes plerumque animæ decedentis ab inteſtato obliuiſci; cum enim piorum legatorum ſolutio ſœpiſſime differatur, ac non rarò etiam iniuſtè negetur; quotuſquiſque inter hæredes erit, qui animæ ab inteſtato morienti ſuffragetur. D. Thomas explanans verba illa *pſalm. 48. Relinquent alienis diuitias ſuas*, ad rem noſtram aduertit, eatenùs Prophetam dixiſſe, *Relinquent alienis*, quamuis diuitiæ filijs, & nepotibus relinquantur, *quia filij, & nepotes tanquàm alieni nihil faciunt pro mortuis*. Idem Angelicus in expoſitione *pſal. 30.* vbi dicitur: *Obliuioni traditus ſum, tanquàm mortuus à corde*, eius rei rationem reddit ſubdens: *quia homo quantumcumque diligat aliquem, ille poſt mortem tradet eum obliuioni*. Quare animæ fatuæ ſumma indigentia laboranti nemo ſubueniet, ni curatori detur, decimam ſaltèm dotis pro illa diſponere.

Hactenùs dictis robur non exiguũ 171 addit, quod ex *l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & poſth.* arguitur: nempè vbicumq; aliquis diſponens veriſimilitèr diſpoſuiſſet pro anima ſua, ita cenſetur diſpoſuiſſe, & *Iaſon. conſ. 51. col. 2.* ac *Bartolus* aduertunt, in dubio fauendũ eſſe piæ cauſæ, *l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. funer. Bart. in l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & *Alexand. conſ. 4. num. 12. lib. 4. & conſ. 190. & 204. n. 17. lib. 6.* oſtendit, in diuerſis opinionibus illam prę ualere, quæ fauet piæ cauſæ; quod etiã docent *Roman. in authen. ſimilitèr*, C. *ad legem falcidiam, Aſinius in d. l. ſunt perſonæ, Couar. in cap. relatum, num. 20. de teſtam. Burgos de Paz. ad l. Tauri, par. 1. l. 3. concl. 2. num. 241. Reg. Capyc. Latro deciſ. 140. num. 8. lib. 2. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 1. qu. 2.* Eſt autem inter pia opera pientiſſimum, animam inter Purgatorij flammas æſtuantem, vel tantiſper leuare; quapropter, vt dubia eſſet talis curatoris facultas, nihilominùs iudicandum eſt in fauorem fatuæ, quippè quæ veriſimilitèr ità diſpoluiſſet pro anima ſua. Præſertim, quia ad ſolutionem decimarum homines iure naturali, & Diuino tenentur, vt pluribus oſtendit *D. Th. 2. 2. qu. 87. art. 1.* conſtat autem, decimas haſce ad aliorum non ſummè indigẽtium temporale ſubſidium ſoluendas eſſe; quan-

to

Digitized by Google

to fortiùs itaque naturali, ac diuino iure tenetur quilibet, quam potest, decimam soluere, vt sibi summè in Purgatorij cruciatibus indigenti consulat? cum autem fatua de decima sibi iure permissa disponere non possit, danda profectò, eodem naturali, ac diuino iure, facultas de ea disponenda curatori, vt illi in summa necessitate constitutę opem præsentissimam ferat. Quis autem insiaciari possit, fatuam, si mentis esset compos, de dotis decima in fauorem suæ animæ disposituram, quando Sanctus Iob apertè testatur, *Cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua?* Negotiator, inuenta vna pretiosa margarita, vendit omnia, quæ habet, & emit eam; quænam autem margarita pretiosior anima? quãdo anima pretiosior est toto mundo, si D. Ioannem Chrisostomum audiamus *Orat. 3. aduers. Iud.* Quare decimam suam fatuam non alitèr, quàm pro sua anima disposuisset; pro eadem ergò illam disponere tenetur curator; atque illi facultatem hanc denegare, est prorsus in mortuam sæuire: cum enim fatua mortuæ comparetur; si illi debitam opem subtrahimus, profectò in mortuam sæuimus.

Iaculum verò illud in intorquen-
172 tem retorquetur. Fatua habetur pro mortua; si ergò curator de rebus minoris disponere neutiquam potest, post eius obitum, nec poterit curator fatuæ, si per fatuitatem illa veluti è viuis erepta est.

Verùm dum iaculum retorquetur,
173 hebetatur, & frangitur. Multum enim interest quòad rem hanc, inter mortem naturalem, & ciuilem, quam patitur fatuus: cum enim hic verè vitam viuat, integrum, ac plenum habet dominium bonorum suorum; non secus, ac pupillus, qui vt loquitur *Apostolus ad Gal. 4. Dum paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est.* Rursus, si fatuo hęreditas de nouo descendat, poterit illam per curatorem acceptare, & sic acquirere, ex *l. finali, ff. de curatore furiosi.* Ac demum, quæcumque curator potestate sibi facta à S. R. C. de rebus fatui disponit, validè disponit, & contractus per curatorem inhiti eam vim habent, quam haberent, si per ipsum fatuum, mentis tamen compotem, celebrati essent; quæ tamen omnia cum mortuo non competant, in comperto est, non in omnibus mortuum fatuo comparandum esse; quod apertè docuit *Alex. cons. 139. n. 4. lib. 2.* dicens: mortẽ ciuilẽ non æquiparari morti naturali, dum non operatur idem, quod mors naturalis, quia mortuus morte ciuili, retinet naturalia, nec amittit vsumfructum suorum bonorum; nec habetur pro mortuo quòad acquirendum, tàm sibi, quàm filijs, ac alijs, & *Caller. cons. 3. & 26. de rescript.* ostendit; mortuum ciuili morte non æquiparari mortuo naturali in eo, quòd voluntas eius dicatur finita per mortem ciuilem, sicut per mortem naturalem. Quare vt rationabilitèr velit, quæ sibi expediunt, curatore opus est, per quem instrumenta, & contractus ineat de S. R. C. authoritate. Quid autem magis expedit fatuæ, quàm vt decimã dotis iure sibi permissam pro anima sua disponat; poterit ergò curator, annuente Sacro Consilio, de talis dotis decima ad eumdem effectum validè disponere.

Luculentiùs, discrimen inter natu-
174 ralem, & ciuilem mortem patefiet, si aduertatur, Episcopum Religiosum ità haberi pro mortuo, vt non possit, sicut Episcopi seculares, testari, ne de bonis quidem patrimonialibus, & propria industria acquisitis: siquidem quicquid acquirit Episcopus Religiosus, Ecclesię acquirit cum sola sui administratione, vt cõstat ex *c. vnico*, 18. *quæst. 1.* & fusè ostendit *D. Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 8. ad 3.* ac alij apùd *Sanchez lib. 6. decal. cap. 6. ex num. 8.* quod autem propria authoritate testari non potest, illud poterit potestate sibi facta à Pontifice, vt idemmet *Angelicus ibid.* ostendit, *Turrecrem. in cap. de Monachis, quæst. 1. num. 1. ad 3. D. Antoninus 3. par. tit. 20. cap. 2. §. 7. & alij.* Quilibet

bet etiam Religiosus Professus, quamuis pro mortuo habeatur, poterit iustis de causis assensum Pontificium obtinere ad testandum, vt notant *Baldus in l. quando, 35. in fine principij, C. de inoffic. testam. & l. vnica, num. 5. C. si seruus exter. Dec. in Authen. ingressi, num. 12. C. de Sacros. Eccles.* & ibi *Iason num. 11. Bertrand. consil. 116.* & alij apud *Sanchez in decal. lib. 7. cap. 8. numer. 45.* Quamobrem etiam fatuus ciuiliter mortuus, poterit per curatorem, facultate à S.C. accepta, de suis rebus disponere, quia præiudicium vllum hæredi infertur, quippè qui, fatuo superstite, ius nullum in eius bona acquisiuit.

Illud deniquè obijci posset, nun-
175 quàm à S.C. definitum, quòd fatui curator possit pro eius anima disponere, ac testari. Sed nec oppositum definitum est; quòd si eatenùs res in dubio posita esset, protritum, atque peruulgatum est, vt in dubio semper iudicandum sit in fauorem piæ causæ. Mirum tamen esse non debet, quòd hactenùs talis causa fatuis adiudicata non sit, quando fatuus ab omnibus deridetur, ac veluti peripsema derelinquitur, vt cum Propheta *psal. 87.* conqueri possit: *Factus sum, sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.* Cum verè, inter eos, qui mortui reputantur, suam vitam etsi despicatissimam viuet. Cum autem non sua culpa fatuus id patiatur, commiserationem à S.C. expostulat, vt tandèm aliquando istud sanciatur. Præsertim quia in Constitutionibus huius Regni Gulielmus Rex summa cum pietate, ac laude decreuit, quòd *si quis sine harede, & sine testamento decesserit, eius hæreditas publicè subhastata vendatur, & tertia pars pretij, pro quo vendita fuerit, pro morientis anima pauperibus erogetur; & residuum prænominati Secreti, & Quæstoris officio nostræ Curiæ reseruetur*, in *Const. præsenti lege, de offic. Secret.* Constitutio profectò digna, quam pietas celebret, & æternitas veneretur. Hinc si iustissimus, ac pijssimus Rex, trientem hæreditatis voluit pro anima morientis ab intestato disponi; quanto magis æquum erit, decimam tantùm dotis, fatuæ propriam, pro eius anima à curatore decerni? & meminit *Afflict. sup. cit. Constit. lib. 1. rub. 59. num. 12.*

Sacrum itaq; Consiliũ, cum Sacrum
176 sit, ab eo statuendo discedere non debet. Est enim Sacrum, quia Sacrosanctũ Diuinę Iustitię Tribunal adumbrat, eiusque Iudices sunt Assessores, & Iudices Tribunalis Dei, cum *Prou. 8.* dicatur: *Per me legum conditores iusta decernunt.* Quòd si vt notauit *D. Tom. in cap. 2. Isaiæ*: *Diuina misericordia mensuram non habet, sed semper superexaltat iudicium.* Si Christus Redemptor, vt animabus Purgatorij validiora conferret subsidia, præter eleemosynas, orationes, ac ieunia fidelium, instituit Venerabile Missæ Sacrificium, ac indulgentiarum thesaurum reserauit. Sacrum Consilium, quod Diuinam Misericordiam, ac Iustitiam imitatur, decernet profectò, vt decima dotis pro anima fatuæ per curatorem disponi possit, vt inter Purgatorij ardores aliquod saltèm habeat leuamen.

Nec poterit non decernere, si men-
177 tis aciem in duo illa præcepta Charitatis ergà proximum intendat, Alterum naturale: *Quod tibi non vis fieri, alteri nè feceris.* Alterum à Christo Domino exaggeratum *Matt. 7. Quæ vultis, vt vobis faciant homines, & vos facite illis.* Quisnàm vellet occurrere districto Iustitiæ ensi, quem non moderetur Misericordia? quando Iustitia sine Misericordia crudelitas est. Vt illum itaque euadamus in tremendo iudicio, morem geramus Misericordiæ: testatur enim Dominus: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*; & *Aug. serm. 44. ad Fratres in eremo*: *Cupis ò homo, vt tui misereatur Deus? fac vt proximo miserearis.*

Oppositam autem aleam sustinebant
178 venientes ab intestato, quoniam in Iure firmum est, furioso neutiquàm testari licere, *§. præterea, 1. Instit. qui-*

Digitized by Google

bus non est permissum facere testamentum, l. in aduersa, 17. qui testament. facere poss. l. furiosum, 9. C. eod. t. 2. ff. de inoff. testam. ea quidèm ratione, quia testamentum est quasi mentis testatio, siue voluntatis nostræ iusta sententia, *l. 1. ff. qui testam. facere poss.* furiosi autem, ac dementes mente carent; atq; ideò quomodò testari possint?

Nec potest furiosus, aùt fatuus te-
179 stari per curatorem: pugnat enim hoc cum ipsa testamenti definitione, quæ est voluntatis nostræ iusta sententia, ex adducta *l. 1.* vbi illud *nostræ* notandum est; quippè testamentum ex propria dumtaxàt voluntate proficisci, nec in alterius voluntatem conferri debet, *l. illa institutio, 32. ff. de reb. instituen.* Quod autem directè fieri nefas est, illud non licet fieri indirectè, *l. 2. l. Seius, & Angerius*, vbi *Bart. ff. ad l. falcid. l. scire oportet, §. mater, ff. de tutor. & curator.* & quod vna via prohibetur, non permittitur altera, *l. quod dictum, ff. de pact. l. etiam hi, §. si cum ijs, ff. de transact.* & quidem iure merito: nàm si curatori liceret, quod fatuo ipsi leges denegant, nonnè rectissimè earumdem legum sanctiones indirectè eluderentur?

Nec præterea valet causa mortis do-
180 nare; siquidè aduersùs testamentum, & hanc donationè eadem prorsùs militat ratio, *l. tàm is, 35.* vbi *glos. verb. Non facit, ff. de mortis causa donation.* A fortiori nec poterit fatui curator donare inter viuos: cum neque tutor, nec vllus administrator, largitionem exercere valeat sui principalis, ex *text. in l. vlt. ff. de curat. furiosi, l. tutor ad vtilitatem, l. huius, §. vltimo, ff. de administrat. tutor. l. pactum curatoris, C. de pact. Escobar. de ratiocinijs, capit. 24.*

Nec tandèm potest ad pias causas,
181 ac pro anima disponere, aùt ipse furiosus, vel fatuus directè, aùt indirectè eius curator; quamuis enim Iura, vt faueant pijs causis, sæpè numero suppleant defectum inhabilitatis; nunquàm tamen supplent in hijs, in quibus defectus est mentis, vt in furioso, infante, necnon in pupillo; quod sanè in eodem *textu* habetur *l. 1. C. de Sacros. Eccl. in verb. Iudicij, & in verb. Voluntatis*, quæ quidem non cadunt in huiusmodi personas, vt in hisce terminis piarum causarum, & animæ loquitur, ac sequitur *Tiraquell. de priuil. pia causa, priuil. 79. vers. sed si primum sequaris.* Apertior est ratio, quam adducit *Arpret. ad Iulium Clarum, q. 5. lib. 3. §. testamentũ, in addit. lit. D. vers. sed an furiosus*, quia scilicèt testamentum furiosi videtur esse contra legem ipsam naturalem: cum desit illi voluntas libera: etenim legata pia iure naturæ, ac gentium stabiliuntur; vnde si basis voluntatis liberæ, qua sustinetur, tollatur, ruant necesse est. Hæc primus omnium docuerat *Bart. cit. l. 1. num. 16. C. de de Sacros. Eccles.* dicens, quòd quamuis per eius legis verba videatur in quacunque inhabilitate dispensari, dùm cuilibet fit potestas disponendi; nihilominùs in eo sensu accipienda sunt, vt solùm intelligatur dispensatum in inhabilitate, quam inducit lex ciuilis, non verò quam lex naturalis, vt accidit in furioso: tuetur sententiam *Paul. de Castro in cit. l. 1. post n. 5. vers. sed si essent defectus prouenientes à Iure naturali, vel gentium, circa illos non censetur dispensatum.* Ideò carentes intellectu, vt furiosus, non possunt testari, relinquendo etiam Ecclesijs. Ratio vlterior, quam affert *Pichard. lib. 2. Instit. tit. quib. non est permiss. facere testamen. §. præterea*, quærens, quarè pupillus non possit tutoris authoritate testari? est, quia dispositio prouenire debet ex arbitrio testatoris, qui pro libito donat, cui magis arridet; atque adeò in testatore requiritur ius iudicandi, quarè potiùs extraneo, quàm consanguineo, aùt affini relinquet bona sua? si tamen optio talis permitteretur tutoribus, procul dubio illos semper facerent hæredes ex asse, à quibus lucrum aliquid, ac remunerationem sperarent.

His accedunt aliæ *textuum* dispo-
182 sitiones, ex quibus habetur, curatorem

rem fatui manumittere non posse, *l.22. ff. qui, & à quib.* consonat *text. in l.13.ff.de manumiss.* & confert *Reg. de Pont.conf.149.n.1.tom.2.* Ratio demùm veluti à priori, quę vniuersim casus omnes curatoris complectitur, est, quia curatori non nisi administratio permittitur, ac proinde qualitercumque disponat, iam non administrat; sed alienat, atque adeò præscriptos sibi fines administrationis prætergreditur, cum alienatio extrà administrationem sit, illique repugnet.

Tandèm concludebant ex *Baldi* ver-
183 bis *in l.ab agnato, ff.de curat.fur.* ibi: *Curatores nõ possunt aliquid pro animâ donare, la. tamen, & Pet. dicunt, quòd possunt soluere votum factum pro recuperanda sanitate Domini, arg.l.consilio sup.eod.*

Verùm huiusmodi *Baldi* dicterium
184 oppugnare videtur eidem *text. in l. ab agnato*, siquidem I. C. Marcellus, legis Author, vtitur verbo *Dedicari*, quod non importat donare, sed consecrare, iuxtà §. *Sacræ, Inst.de rer.diuis.* ibi: *Quæ ritè ad ministerium Dei dedicata sunt*, & concinunt *text. in Auth. ingressi, C.de Sacrosanct.Eccles.l.9.§.1.ff.de rer.diuis.l.3. ff.de furt.* & proinde minimè deduci potest ex illo *textu ab agnato*, vetitum esse curatori donare, sicuti, & dedicare: proprium enim est donationis, reddere locupletiorem donatarium, secùs verò dedicationis, quæ efficit, vt res fiat in bonis nullius, *cit.§. Sacræ, cum duobus seq.* Eo magis quòd Marcellus Gentilis, & stoicæ sectæ Professor, etsi immortalitatem animæ fatebatur, non tamen suffragia pro animabus defuncti admittebat, & sic minùs rectè deducit *Bald. ex add. text.* non licere curatori aliquid pro anima donare. Fortiùs quòd *Caius in l.consilio, 7. ff.de curat.furios.* ait: *Consilio, & opera curatoris tueri debet, non solùm patrimonium, sed & corpus, ac salus furiosi.* Et indubitati est, animæ salutem præferri illi corporis, imò omnibus, *l.sancimus, C. de Sacrosanct.Eccles.* Idemque *Caius in l.Curator furiosi fin.ff.eod tit.* concludit, quòd quamuis curator *donandi causa alienet, neque traditio quicquam valebit, nisi ex magna vtilitate furiosi, hoc cum cognitione Iudicis fiat*, & proinde vt Iura Iuribus concilientur, fatendum, Marcellum, vel non cogitasse de salute animæ, vel loquutũ quidem fuisse de donatione; Iudicis tamèn decreto haud intercedente, de quo sermonem habuit *Caius in cit.l.curator*, quæ quidem donatio dicitur esse in administratione patrimonij propter animæ vtilitatem, quam plùs, quàm corpora nostra, diligere tenemur, vt debitus seruetur charitatis, ac diligendi modus, *S.Thomas 2.2.quæst.26.art.2.3.& 4. S.Anton. par.4.summ.tit.6.cap.3.in princ.& §.8. ad secundum, Nauar.man.cap.14.n.23. Præsul Marant. lib.1. resp.3. num.25. responsa.4.num.67. responsa.9.à num.36. responsa.10.num.41. & resp.20. ex numer.54. ac lib.2. responsa.26. num.31.* maiusque damnum infertur ex vnius animæ amissione, quàm mille corporum, inquit *Glos. in can.ille, qui hominem*, §.22.*quæst.5.* ex *can.si habes*, 1. §. *vnde, & si vna anima*, 24.*quæst.3.*

Peracta re in S.C. sub die 16. Mar-
185 tij 1679. relatore D. Consil. Paulo Iannectasio, manauit scitum: *Non esse locum petitis, salua prouisione facienda respectu suffragiorum sequuta morte D. Dorotheæ Pistacchio.* Et facto iterùm verbo in S.C. loco reclamationis, iunctis eiusdem Aulis, sub die 15. Nouembris 1680. fuit prouisum, quòd *Capiatur informatio super omnibus hinc inde pratensis, & in eodem termino committatur relatio Mag. Secretario S. C. quantitatis patrimonij, & fructuum, & procedatur coràm Commissario computorum in actis deductorum ad visionem illorum, ad finem prouidendi*, in Bãca Figliolæ, & deinde nil aliud actum.

De cumulationibus actionum, præ-
186 ter à nobis adducta supra *ex n.149.* pertractãt *Christin.dec.Belg.154.vol.2. Ricc.collect.636. & 935. Mart.in sum. 1.ff.tit.cumulatio, c.1.cum seq. Rosbach. in proc.ciu.tit.34.* & alij penès *Io.Iacob. Speidelij sylloge qq.iurid. & polit.lib.1. verb.Concursus, cumulatio, & libellus.*

Digitized by Google

RITVS CCLXXXIX.



SABELLA Dei gratia Hierusalem,& Siciliæ Regina, Andagauiæ,Bari, Lotoringiæ Ducissa, Pontis Marchionissa, Prouinciæ Zenomaniæ, Folquarquerij,ac Pedemontis Comitissa: necnon, & pro Sereniſſimo,& Illustrissimo Principe,& Domino coniuge Nostro Reuerendissimo Domino Raynato eadem gratia dictorum Regnorum Rege, &c. Vicario generali, Magnifico Raymundo de Vrsinis,Nolano Palatino, ac Sarni Comiti, Magistro Iustitiario Regni Siciliæ Collaterali, & ærarij Locumtenenti,necnon Regenti Magnam Curiam nostram Vicarię, præsenti, & succeſſiuè futuris, Consiliarijs fidelibus Regijs, nostrisquè dilectis gratiam, & bonam voluntatem, &c. Quantum est possibile cordi nobis est, lites minuère, & eisdem breuem finẽ imponere,expensis,damnis, ac interesse nostrorum fidelium posſetenus obuiare: qua de re calumnias litigantium, subterfugia, & protelationes postulãtium ex debito nostri officij amputantes, hac lege nostra, Deo authore perpetuò valitura, omnes causas, lites, quæstiones, processus, seù controuersias, quæ in nostra Magna Curia Vicariæ Neap. ordinariæ, siue iure delegatæ, aut per modum recursus, querelæ, nullitatis, supplicationis, seù appellationis, tractari, moueri, aut ventilari, ciuilitèr, aut criminalitèr contingat: non obstantibus quibuscumque libelli ineptitudine, ac nullitate: etiam si totum processum respicerent: quæ personas litigantium, aut iurisdictionis, seù iudicis non concernant: dum tamen in processibus ex articulis,positionibus, capitulis productis, aut probatis, seu confessis, narratis, aut conclusis, de veritate illorum, de quibus, seù pro quibus agitur,constet, & appareat secundùm veritatem, & ipsa sola veritate dumtaxàt inspecta,& considerata decidi, diffiniri, & determinari sancimus: quoniam scriptum est (veritati semper locum fore.)Super expensis verò processus vobis, & cuilibet vestrum,vt bonis viris, ac vestrorũ arbitrio duximus relinquendum. Quæ omnia seruari iubemus, non solùm in causis futuris,sed etiam in pendentibus de præsenti. Præsentes autem literas magno nostro pendenti Vicariatus sigillo munitas vobis duximus dirigendas, & concedendas, in testimonium pręmissorum; quas pro ipsarum validiori robore dedimus,& subscripsimus manu propria Nostra. Datum in Regio,Nostroque Castro Capuanæ Neapol. per manus Nostræ prædictæ Isabellæ Reginæ anno Domini MCCCCXXXVI.die decimaquarta mensis Aprilis, quartadecima Indict.Regnorum verò dicti Domini Regis II. De mandato Reginali cum deliberatione, & præsentia Consilij. Vitalis loco Protho. Angelillus Miles.

SVMMARIVM.

1 *Lites minuere, eisdemque breuem finem imponere, mandat praesens* Ritus.

2 *Cogitatio eius, qui lites execratur, verecunda reputatur.*

3 *Aduocati cauilloſi non gaudent priuilegio* 11. CC. *impartito, de ejiciendo vici-*

Digitized by Google

vicinum fabrum malleatorem obstrepentem.

Prout nec tali priuilegio fruuntur indocti, de quibus multa subnectuntur, & de Notarijs ignaris.

4 *In iudicijs criminalibus qualitèr procedatur.*

Quinàm ordo attendatur in iudicio criminali? & in quibus causis talis ordo non seruetur.

5 *Ordo Iuris est multiplex in causis criminalibus.*

6 *Dispositio* text. in l. libellorum, ff. de accusat. *seruatur in Regno, non obstante* Ritu 288. *& alia ad rem.*

7 *Libelli definitio describitur.*

Conclusio præcæteris in quolibet libello attenditur, & ex ea actio intentata cognoscitur.

8 *Libellus quid continere debeat.*

Verba libelli sunt latè intelligenda, vt Actoris intentionem includant.

9 *Libellans valet interpetrare, mutare, emendare, & corrigere suum libellum.*

Verùm etiam illum reuocare, vsque tamèn ad litis contestationem.

10 *Potestas declarandi libellum libellanti tantùm conceditur, non autem eius hæredibus. Procuratori quoque licitum est ex speciali mandato.*

11 *Obscurus libellus reijcitur, qui quinque modis dicitur obscurus.*

12 *Libellus ineptus non admittitur, tanquàm nullius roboris; etiam parte non opponente.*

Sed limitatur in Regno, vbi non admittuntur huiusmodi exceptiones.

13 *Multa de libellis, eorumque formulis remississe.*

1 Deò cordi fuit Reginæ Isabellæ, seù potiùs Isabertæ, lites minuere, eisdemque breuem finem imponere, vt minime voti compos de dispositis in antecedenti *Ritu*, iterùm atque iterùm, veritatem præoculis habendam, amputandasq, litigantium versutias, audactèr mandet hoc in *Rit.* siue in ciuilibus, siue mixtis causis, nec non criminalibus, de quibus vltimis antecedens *Ritus* sermocinatus minimè fuit: litium enim immortalitatem, dispendia, & odia, deplorant Ecclesiæ Patres, Philosophi, Historici, Politici, Poetæ, Medici, Legumque Consulti, quos congerit *Dominus Nicolaus Ioan. Abrusci in tract. fax gemina, prior pro iure possessionis, ex num.* 4.

Verecunda nàmque reputatur co-
2 gitatio eius, qui lites execratur, & non vituperanda, aiente *Consulto in l.* 4. §. *hoc enim, ff. de alien. iudic. mutan. caus. fact.* Dicebat Diuus Yuo, Aduocatorum optimus, quòd qui sæpe credunt obtinere, frequentèr succumbunt, & si obtinent, computatis laboribus, & expensis, nihil acquirunt, refert *Rebuff. ad Constitut. Gallican. in proœm. glos.* 5. *nu.* 154. *Valenz. cons.* 72. *ex num.* 42. *de Ponte cons.* 137. *num.* 16. *lib.* 2. *Prat. tom.* 1. *quæst. forens. capit.* 19. *num.* 49. *cap.* 50. *à num.* 26. *& pract. obseruat. cap.* 69. *num.* 9. Caueant propterea nè prauorum Aduocatorum promissione decipiantur, vt *S. Gregorius* verba effudit *in cap. Paulum, q.* 3. sed opera eorum, qui iusti, & pij sunt, vtã-
3 tur. Impij enim, & cauillosi, qui negãt piper esse nigrum, niuemque albam, *Gramm. decis.* 104. *num.* 1. *Larrea lib.* 2. *alleg. fiscal.* 118. *num.* 21. minime gaudent priuilegio II. CC. impartito, de eijciendo vicinum fabrum malleatorem obstrepentem, *Cons. Staiban. centur.* 2. *resol.* 142. *n.* 101. nec illo fruuntur indocti, *Alciat. de verb. signif. lib.* 1. *pag.* 6. *vers. cui non absimile, Roland. à Vall. cons.* 66. *num.* 41. *lib.* 1. multa de imperitis subnectens, quos taxat *Vent. de Valent. in part. litig.* 2. *c.* 7. *& Dond.* 1. *com.* 1. ex *Bartolo* dicit; eos verba fundere in magna copia, vt capra stercora; quinimò allegant leges, quas non intelligunt, ex repertorijs, lociscque cõmunibus Doctorum: fieri enim per rerum naturam haùd potest, inquit *Angel. cons.* 259. *col. pen.* quòd incapaces auribus capiant ea, quæ sunt de Iuris apicibus, quoniam de subtilibus, & speculatis non gustat asinus,

Bald.

Digitized by Google

Bald. in cap. licèt, de elect. Neuiz. in sylu. nupt. lib.5. num.44. loquens de imperitia Notariorum, qua Mundus destruitur, & bonorum virorum causæ in pericula conijciuntur, *Vilhelm. Antonÿ de rescript. morat. conclus.71. nu.17.* & refert *Angel. cons.250.* quòd cum Notarij nesciant quod scribunt, testatorum voluntates inde peruertunt, iuxtà tritum illud: *Quod non est, fingunt, & quod est, deprauant, quorum fœlix scelus, virtus, Ripa in l.15. num.83. de subst. vulg. Menoch. cons.62. vol.1. & cons.37. num.136. vol.2.* & refert *Christophor. Crisÿ de indic. delict. par.1. cap.56. num.3. ad 17. Peck. in reg. iur. can. pag.72.* & videnda, quæ exarauimus in *rit.161. num.6. lib.1.* ac *ritu 166. num.22. & 188. num.5. lib.2.*

4 In iudicijs autem criminalibus criminalitèr intentatis, proceditur ordinariè, delatiuè, hoc est per quærelam, probatiuè, idest quando delata inuestigatione, vera probantur, exordinariè verò in cognitis simplicitèr, cum res vrget maturationem, vt optimè dixit *Iodoc. in prax. crim. cap.3. in princ.* Hinc colligitur, ordinem esse attendendum in tali iudicio, iuxtà telam iudicij traditam per *Foller. in eius prax. crim.* Tamen in multis causis ordo talis non seruatur, & primò quando de leuioribus causis ageretur, *Foller. in prax. cit. rubr. fiat lit. contest. numer.30.* Secundò in enormibus, vbi nullus ordo Iuris seruatur, hoc est in venenatione, idem *Foller. in rubr. item quod soror. venen. nu.11.* Item in crimine assassinij, *Grammat. vot.8. num.5. & vot.9. nu.17.* Contra notorios proditores publicos, *Gampag. in cap. nuper ad vindictam, num.13. & 46.* In crimine læsæ Maiestatis, *Mar. Laud. in tract. de crim. læs. Maiest. quæst.47.* Incapto in fragranti crimine, *Foller. in rubr. item quod fuit in frag. crim. nu.3.* In notorio crimine *Grammat. dec.36. num.45. & 55. Hypol. cons.5. num.2. Dec. cons.606. num.4. Iodoc. mem. nu.6. And. Gayl. pract. obseru. lib.1. obseru.77. n.8.* Sic in confesso non requiritur ordo iuris, *Afflict. in const. pacis cultum, num.49.* alios casus subnectens *nu.50.* In casu violentiæ illatæ viduis, & miserabilibus personis, & in *Const. Iustitiarÿ non per calendas, num.9.* Contrà hæreticos *Afflict. cit. Const. pacis, num.49. in fin.* Contra famosos latrones, vt in *Capit. iuris censura*, & ibi *Campag.* Similitèr aduersùs exules, & bannitos incedentes per campaneam, *Io. Grand. de bell. exul. in spec.55.*

Ordo insuper Iuris quis sit? notat
5 *Campagn. in capit. item statuimus, nu.3. & 5.* ac multiplex est in causis criminalibus, *Afflict. in constit. causas alias, num.4.* quinimò Iudices in causis criminalibus ordinem iudiciarium seruare debent, monet quoq; *Afflict. ibi n.3.* qui *in mem. Const. pacis cultum, sub numer.49.* censet, hodie vigore antecedentis *Ritus*, ac *Cap. Detestantes*, Iudices procedere posse ad sententiam, dummodò constet de veritate, etiam omissa litis contestatione, qua de re agunt *Marant. p.6. mem.10. n.2. Troyf. sup. prag.1. incip. odia litium, de arbitr.* in specie *Foller. in pract. verb. Audiantur exceptiones proponendæ, ex nu.12. Episcop. Campanil. ad Oliuam in Rit. Cur. Archiep.23. ex num.3. lit.A.*

Attamen, quò ad solemnitatem li-
6 bellorum in causis criminalibus, non obstante *cit. Ritu 288.* in Regno est in more dispositio *l. libellorum, ff. de accusat.* quia in eis nectuntur omnes solemnitates; & quòd prouisio Reginæ Isabellæ sit localis facta respectu solius M. C. quinimmò, nec in M. C. seruari, post de *Nigris in cap. Reg. frequens, sub nu.62. in fine*, obseruat *Carau.* in hoc *Ritu in fin.* Sed contradicit *Cauensis in comment. ad mem. pragm. dispendia, in verb. Sine figura*, testans, hunc *Ritum* vbique seruari, & ex illa *Pragmatica* minimè esse sublatũ; propterea in dictis causis proceditur cum solemnitatibus ordinarijs, vt ait *Paris de Puteo de syndicat. in verb. sententia, cap. incip. An per dictũ capitulum*, idem *de Afflict. decis.250.* & iterum *in Const. lite legitimè contestata, nu.10. notab.6.* quem laudat idem *Caravit. in hoc Rit. Vrsill. ad Afflict. decis.250.* Ac propterea

rea in causis criminalibus regulariter libellus debet esse omninò specialis, & claris conceptus verbis certi criminis, loco, ac tempore circumscripti, vt reus negatiuam coarctatam loco, & tempore verificare valeat, alioquin auferretur illi defensio, atque ita se habere communem opinionem testatur *Soccin.cons.*109.*num.*2.*vol.*3.*Boer. decis.*321.*num.*2. *Clar.* §.*fin.quæst.*12. *num.*6.*& quæst.*31.*num.*11. idque pro indubitabili asseuerandum, & tenendum addit *Bellam.cons.*63.*num.*2. necnon *Roman.cons.*191. *ex n.*1. Vnde illum cõceptum non seruata forma *cit. l.libellorum*, esse ineptum, & iudicium indè nullum, ex nostratibus fatetur *Marant. in specul.aur.*16.*dist.*3.*nu.*30. & 31. & ex exteris *Gaill.lib.*1. *obseruat.*66.*nu.*1. *Reusner. decis.lenens.*18. *ex num.*4. *lib.*3. alijque, quos laudat *Camill.Borrell.par.*2.*summ.dec.tit.*49. *de libell. & illius oblat. ex num.*7. hoc perbellè declarans, P. *Fragos.de regim. Reipubl.par.*1.*lib.*5.*disput.*12. *de form. & partib.iudic.* §.2. *num.*58. & de *Ritu* 288. ac *Carauit. in hoc Rit.* meminit *Præsul Campanil.ad Oliu. super rit. Cur.Archiep.Neapi*23. *ex num.*3.*lit.A.* & in materia syndicatus dicam in *Ritu* 295. quinimò in dictis causis fit litis contestatio, teste eodem *Carauit. sub numer.* 1. cui partes renunciare nullo modo possunt, *Capell.Tholos.* & ibi latè *Anfrer. decis.*352. Quid autem dicendum, cum agitur ciuilitèr ex crimine? DD. non fuisse vnanimes aduerto, quippè intèr affirmatiuam conclusionem amplexantes sunt maximè *Gomes Inst. de act.in princ. post nu.*44. *Roman. consil.* 191. quo loci *Mandos.* adnectit, hanc esse communem, & veram sententiam, quam ipse libentèr amplexarer, quàm alteram commendatam *à Soccin.cons.*109.

Occasionem nacti ex huius *Ritus*
7 verbis: *Libelli ineptitudine*, aliqua breuitèr de libellis in causis pecuniarijs adijcere censuimus. Libelli itaque optimam, ni fallor, definitionem scripsit *Petrus Gregor. Tholos. lib.*5. *partit. Iuris Canon. tit.*7. *cap.*1. *num.* 2. vt sit certa petitio, seù intentio actoris, vel accusatoris in iudicio scriptis concepta, & proposita, aliasque rescribunt *Ioannes Monachus in defensor. iurium tit.*8.*num.*4. *Petr.Terminæus in process. iur.script. cap.*20. *Herman. Vulteius Iurisprudent. Roman. lib.*2.*cap.*29. *Hieronym.Treutler.disput.select.par.*1.*disput.*4. *thesi* 10. *Fragos. de regim. Reip. cit. disp.*12. §.2. *num.* 48. In quolibet autem libello conclusionem præcæteris attendendam esse, atque ex ea diudicandum, quænàm actio intentata sit? docet *Hartham.quæst.*44. *n.*22. *vol.*1. *Iaf.in l.*1.*num.*14.*ff de edend.& §.*1.*num.*116. *Instit.de action.Mathesilan.& addit.singul.*9. *Franc.Marc. decis.*195.*lib.*1. *Fragos.citat.loc. num.*54. adeoque verum erit, conclusioni standum esse, vt subsistat, etiam si præcedentia contradicerent, per *Iason.in §.omnium*, *num.*130. *Instit. de action.* & *Minadous* assentitur *decis.*1. *num.*5.

Libellus autem regulariter conti-
8 nere quippè debet ordinem: scilicèt, priùs petitionem condemnationis, & negotij principalis, deinde exequutionis; nihilominùs si præposteretur, subsistit, quandoquidem intelligitur facta priùs petitio negotij principalis, & deinde exequutionis, ex *text. in cap.* 2. *de offic. Deleg.* inibique *Dec.* addente, communem esse sententiam, cuius etiam testis est *Soccin. in cap. significantibus*, *num.*68. *de libell. oblat.* Quapropter eius verba latè intelligenda esse, vt Actoris intentionem includant, inquit *Mynsinger.obseru.*5.*lib.*1. etiam si prorsùs venirent impropriandа, ex *Bart.in l.sed si possessori*, §.*item si iurauero*, *num.*5. *ff.de iure iurando*, quin si verba ipsa repugnantiam aliquam præseferrent, essent talitèr interpetranda, vt illam pœnitùs excluderent, teste *Soccin. consil.*50. *num.*4. *lib.*4.

Quarè libellanti fas esse, suum in-
9 terpetrari, mutare, emendare, & corrigere libellum, præfatus *Hart.eadem quæst.*44. *sub num.*26. docet, citatusque *Tholos.eod.tit.*7.*cap.*2. *num.*3. nec non, & reuocare, ab eoque retrocedere,

Digitized by Google

dere, ipsumque agentem omninò pœnitere, iuxtà *Glos. in l. unica, C. de petent. plus debit.* & *Glos. in cap. unic. eod. allegat. tit.* Quod verum, vsque ad litis contestationem, monet *Tholosan.* ipse per *text. in cap. libellorum, 2. qu. 8. & l. 3. C. de eden.* deinde verò nequaquàm, ex *l. non potest, de re iudic. l. egi, & l. cum quaritur, ff. de except. rei iudic.* saltèm sine noua citatione, per eamdem *l. non potest*, iuncta *l. heredem*, §. *eligere. ff. de tribut. action.* & *de Franch. decis. 193. n. 13.* Si tamen ad finem defendendi fiat declaratio, etenim postea, si ad finem deliberandi, vt probat *Ann. sing. 316.* quãdo etiam mutatio permittitur, si non actio, sed persona mutetur, ex *Bart. in l. edita, nu. 7.* inibique *Decius num. 45. C. de eden.* & *Magon. decis. Florent. 117. sub num. 53.*

At eiusmodi declarandi potestas, vt
10 libellanti dumtaxàt concedatur, non eius hæredibus, atque hanc esse communem opinionem, quidquid *Dec.* senserit, affirmant *Io. Bolognet. in l. edita, n. 80. C. de edend.* & alij; non secus ac, & procuratori quoque non licet, nisi speciale habenti mandatum, & sequitur *Grauat. ad Vestrium in praxi lib. 5. cap. vlt. post num. 20.*

Obscurum, & incertum libellum
11 non admittendum, deducitur ex *Soccin. in cap. 2. de libell. oblat. Capyc. decis. 10. num. 21.* & cœteris. Verùm vt quinque modis dicatur obscurus libellus, reminiscor, sequutus *Marcum Mantuam sing. 531.* scilicèt ratione æquiuocationis; item ratione generalitatis; nec non ratione alternatiuæ, siue altercationis; præterea ratione loquutiõnis non coarctatæ; ac demum ratione indefinitatis: quas eadem species obscuritatis libelli iterùm tradit, easque sigillatim exemplificat idem *Mantua sing. 273.* Quamuis autem inter adductas species numeretur generalitas; nihilominùs in iudicio vniuersali: scilicèt, petitionis hæreditatis, atque in alijs consimilibus, sufficere libellum generalem, probat *Glos.* pereelebris *in l. 1. vers. vt perinde*, ibique *Alex. num. 20. ff. de edend.* & *Andr. Gaill. obseru. 68. num. 1. lib. 1.* Item in summarijs causis etiam subsistat, adhùc si pars opponat, præsertim cùm generalitas non est tanta, quæ Reo impediat deliberationem, iuxtà *decis. Rota Genuens. 91. in causa, num. 20. & Iaf. in l. vinum, ff. si cert. petat.* atque *in l. 1. num. 5. ff. de edend.*

Ineptus autem libellus reijciendus
12 est, tanquàm nullius roboris, sicuti esset sententia, omneque aliud, quod ex eo prodiret, *Gurt. iunior. cons. 163. num. 2. Menoch. cons. 361. & si num. 8. vol. 4.* quamuis à parte aduersa minime fuerit oppositum, *Andr. Gaill.* cæteros cumulans, *obseru. 66. num. 1. lib. 1. Matheßl. & addit. cit. singul. 9.* Attento quidèm Iure Communi, non autem Regni, vigore nostrorum municipalium Iurium, quibus *ist*hæc reijcitur exceptio obscuri libelli, ac ineptitudinis, ad tradita *à Reg. Merlin. libro 1. controu. forens. 34. Cons. Hodiern. controu. 11. & 12.* & colligunt *Regens Sanfelic. in prax. sect. 1. nu. 1. Reg. Tap. lib. 3. iur. Regn. tit. de iudic. summar. ad Cap.* nostrum *detestantes, pagina 233. Palm. in diuers. iur.* fere per totum, *Donad. tom. 2. de renunc. cap. 41. ex n. 280.* huius *Rit.* memores, & alij à nobis adducti in antecedenti *Ritu*, ac sententia sustinetur non conformis libello, vt ibidem explicauimus, & præter nostrates laudatos, exteri fatentur, vt *Fermosin. de indic. & for. compet. lib. 1. ad cap. examinata, 15. quæst. 1. pag. 393. Io. Baptist. Asin. in prax. iudic. §. 3.* integro *cap. 6.* qui quadraginta capita reseribit circà clausulas summariè, ac de plano, & sola veritate inspecta, multaque obseruat quòad libellorum materiam in *cit. prax. in indice verb. Libelli*, qui quidem *Asin. in tract. de execut. §. 3.* tercentum viginti octo mira methodo enumerat casus, in quibus Iu-
13 dex potest ex officio procedere. Multa alia de libellis explicat *Borrell. parte 1. summ. decis. titul. 49.* & quomodo concipiendi in diuersis causis enarrat *ex num. 192.* nec non *Cigala §. 16. ex num. 22. Inst. de act. & in indice, verb. Libellus.*

RI-

Digitized by Google

RITVS CCXC.

ITem quòd nullus admittatur iure cesso, nisi fuerit causa necessaria, & ex causa non lucratiuè facta.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio præsentis Ritus, vt nullus admittatur iure cesso, nisi fuerit cessio ex causa necessaria, & non lucratiua, in rigore verborum, vetat fieri donationes, alioſque actus voluntarios.*
2 *Huius Ritus verba intelligenda sunt in genere subalterno, quod explicatur.*
3 *Curiales, etsi priuilegio trahendi aduersarios sint muniti; non tamèn ex iure cesso, etiam ex causa onerosa.*
4 *Reliqui priuilegiati, & cessionarij ex causa lucratiua vetantur trahere aduersarios ad M.C. non autem ex causa onerosa.*
5 *Quidnè in Neapolitanis, & miserabilibus personis? disseritur, & examinatur* decisio Præs. Vinc. de Franchis 195. *& ratio ab eo adducta.*
6 *Neapolitani non vigore* Rit. 228. *& præsentis* 290. *habent ius trahendi ad M. C. debitores, sed* Ritus 301. *de specifico eorum priuilegio loquentis.*
7 *Perpenditur* decisio Matth. de Afflict. 74.
8 *Hodiernis temporibus cuilibet priuilegiato licet eligere forum, ac variare pro causa etiam lucratiua, hoc non obstante* Ritu, *aliisque relatis, & fit mentio de attestatione* Decij Fauillæ in add. manuscriptis ad adductam decis. de Franch. 195.
9 *Neapolitani, aliique priuilegiati hac carent prærogatiua, si fraus intercesserit in lucratiua cessione.*
10 *Cedens non transmittit hoc priuilegiũ cessionario.*
11 *Scholares, qui inter miserabiles adscribuntur, trahunt exteros ad nostra Tribunalia.*
12 *Iure proprio agens, & alter iure cesso, ille præfertur.*
13 *Priuilegiatus quando, quibusuè in casibus vti valeat priuilegio contra æquè priuilegiatum? & de maiori, ac minori prærogatiua agitur remissiuè.*

1 ITsthæc *Ritus* verba: *Item quòd nullus admittatur iure cesso*, adeò generica, actorem quemcumque ex iure cesso à iudicio pœnitùs reijci videntur, quouis in Tribunali comparentem, nisi fuerit causa necessaria, & ex causa non lucratiua facta cessio, atque ideò donationes fieri, implicitè vetent, alioſque voluntarios actus, dum illis nequiret donatarius, atque ceſſionarius vti, si veniendo ad iudicium admittendus haùd esset, & audiendus, prout in rigore verborum prohibendo cõcludere oporteret. Verùm
2 si Iura Iuribus cõcilianda sunt, si omnium intellectus ad hunc *Ritum* recipiendus est, vtiquè non illa erunt in genere generalissimo intelligenda; sed in genere subalterno, neq; quòd nullus eligendo forum admittatur in foro, quem eligit, ex iure cesso, nisi fuerit causa necessaria, sicuti, & *Rit.* 228. vbi latè scripsi, apertè fatur, alioquin esset destruere tot leges, easque perdere, de actibus voluntarijs, ac de cessionibus ex causa lucratiua, verba facientibus. In eum itaque sensum si recipimus, aduertimus, primitùs neque in omni priuilegiato subsistere,
3 quandoquidem Curiales, tametsi priuilegiati in trahẽdo aduersarios reperiantur virtute eiusdem *Rit.* 228. non tamen ex iure cesso, quamuis cessio prodierit ex causa onerosa, vt præferunt illiusmet *Ritus* verba, & tradũt *Reg. Cappc. Latro decis.* 54. *lib.* 1. *Consil. Carlenal. de indic. tom.* 1. *disp.* 2. *nu.* 589. *Ricc. collect.* 3312. *Reg. Tap. in constit. statuimus, num.* 14. *Consil. Patinn.* apùd

Reg.Rouit.in prag.15.num.26.de milit. Thor. part 1. compend. verb. Fori priuilegio, & par.3.sect.1.verb.Curialis, Calà de modo articul. glos. 1. num. 90. limit.17. Tasson.de antefat.vers.3. obseru.3. num.176. & alij laudati in eodem *Ritu* 228.*num.9.*

Reliqui autem priuilegiati, & ces-
4 sionarij ex lucratiua causa vetantur quippè illo, & præsenti nostro *Ritu* eligēdo trahere aduersarios ad M.C. si iura habeant ex causa lucratiua,non autem si onerosa, ob quam quippè causam vtriusque *Rit.*virtute trahunt, quod in suo casu decisum tradit *Fab. in C.lib.3.defin.22.sub titul.17.* atque in Neapolitanis speciatim verba faciens, admittit *Afflict. decis.* 74. Sed
5 contrarium in more est, non tantùm quòad Neapolitanos, verùm alios quosdam priuilegiatos, qui quidem suos aduersarios aduocant ad M. C. quamuis donatarij, ac cessionarij ex causa lucratiua:cuius quippe consuetudinis fauentis Neapolitanis, testis quoq;est *Muscatell.in prax.ciuil.par.2. glos.competentes, sub num.*89. & decisum in S. C. meminit *Vrsill.* in Neapolitanis verba faciens,super adducta *decis. Afflict.*74.*sub num.6. Anus meus ad Gapyc.decis.*21.*num.*6.& *ad Grammat.decis.*21.*num.*8. *Carleual.de iudic. tom.*1. *ex num.*668. *Thor. par.*3. *compend.dec. verb.Neapolitanus, & sect.*3. *verb.Remissio causæ intentatæ in M.C. V. ad instantiam cessionarij, fol.*97. *remissio causa intentata in M. C. V. per cessionarium,& verb.Remissio causa intentata in S.C. ad instantiam alicuius, pagina* 111.*&* 112.

Quin in gratiam pupillorum,& viduarum decidisse idem S.C. authoritate *Isern.& Afflict.*testatur *Præs.Vincent.de Franch.decis.*195. Verùm Præses ille meritissimus, si tantùm ita decidisset in pupillis, eo quia casus euenisset in illorum persona, faueret potiùs, nec obstaret alijs gaudentibus eodem priuilegio *l.vnica*, C. *quando Imper.inter pupill.& vid.* nàm, & illis quoque idipsum determinasset, si in eis accidisset casus. Attamen ratio, qua fulcitur, indicat, contrarium sentijsse in alijs: quandoquidem inhians ille respondere *Ritui* 228. nec non præsenti *Ritui* 290.prohibentibus priuilegiatis omnibus pro iuribus cessis ex causa lucratiua trahere, dicit, non procedere, quando cessio est facta miserabilibus personis, quia *And.& Afflict.* ita firmant *in Constit. statuimus, vt Magna*, adnectens,eos dicere,prædictos *Ritus* non obstare, quia non comprehendunt has personas priuilegiatas; quæ verba paululum ampliora videntur, vt comprehendant omnes ita priuilegiatos, nisi articulum illud obstet, *bas*, & consecutiuè referatur ad has personas priuilegiatas, quarum antea meminerat, scilicèt ad miserabiles, & sequitur *Marcell.Calà cit.loc. num.*95. *Capiblanc. de Baron.pragm.*8.*sub num.*171.*in* 1.*edit.in* 3. verò *sub num.* 351. ac in vltima *fol.*92.*par.*1.& *Menoch. de arbitr.cas.* 66.*n.*43.quorum sententia si veritate niteretur, cum strictè recipereturproculdubio Neapolitani, cum donatarij sunt, in M. C. iustitiam petere nequirent aduersùs alienigenas suos debitores, virtute donationum, eo quòd Neapolitani, non omnes sunt miserabiles personæ, & sic non omnes gauderent priuilegio illo,sed tantùm miserabiles, quia miserabiles, non quia Neapolitani,& nihilominùs omnes eo frui, ea dumtaxàt ex causa, quia Neapolitani,constat in more esse.

Quare aduertendum monemus,re-
6 ctè sentijsse *de Franch.*eius autem intellectum non aduersari Neapolitanis, quia non vigore nostri *Ritus*, & alterius 228. prætendere possunt ius trahendi debitores ad M. C. sed *Ritus* 301. de specifico Neapolitanorum priuilegio loquentis, & concedentis, cuius verba, maximè postrema, adeò generica sunt, tàmque ampla, vt eos excludere à tali fauore pro causa lucratiua, nedum suspicari minimè possimus, at citiùs includere, & trahere posse, eo quoque in casu insinuent, additis præsertim priuilegijs amplissimis Neapolitanorum, quorum illic

memi-

Digitized by Google

méminit *Carau. sub num.* 5. de quibus copiosè agemus & Nos in eodem *Ritu* 301. Persistit itaque, & in suo permanet robore generica horum *Rituum* conclusio, vt priuilegiati nequeant suos aduersarios conuenire in Magna Curia. Persistit etiam replicatio, atq; restrictio *de Franch.* nè militet in priuilegiatis miserabilibus. Nec non, & assertio altera, quòd Neapolitani adhuc pro cessione procedente ex causa lucratiua valeãt iura eorum in eadem Curia proponere, & exteros eorum
7 aduersarios vocare. Neque impugnat *Afflict. in add. decis.* 74. non enim restringendo Neapolitanorum fauorem ad cessionem tantùm ex causa onerosa, illius decisionis scripsit verba, sed casum referendo, qui tunc enumerat illius Notarij Neapolitani agentis vigore cessionis ex causa onerosa, nihil inuestigando, si ex causa lucratiua; & millies defendimus, similes leges non restringere ad expressum dumtaxàt casum, vt subsistere in alijs non possint; quin probauimus, quòd in alijs ita paritèr respondissent, quemadmodum fecerunt in eo, qui euenit.

Hæc scripsimus, vt quid virtute
8 *Rituum* dicendum sit? non ignoretur. Cœterùm cuiquam cessionario, adhuc non priuilegiato, licere eligere forum, & variare pro causa etiam lucratiua, minime dubitamus, hoc non obstante *Ritu*, alijsque relatis, quos propter contradicentem praxim vsque ad nostra tempora in desuetudinem abijsse, testatur *Carau. in add. ritu* 228. *sub nu.* 9. & *Ioann. de Amicis cons.* 24. *ver. sicul. non obstat, sub num.* 7. *Gallupp. in prax. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 43. huius *Ritus* memor, *Muscatell. in prax. par.* 2. *glos. competentes, num.* 89. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 54. *Carleual. mem. sect.* 7. *nu.* 615. *Thor. tom.* 3. *compend. decis. par.* 1. *verb. Curialis*, atque decisum memorat *Manfrella ad cit. Capyc. Latrò decis.* 54. *num.* 11. etsi autem *Decius Fauill. in add. manuscript. ad eumdem Præsid. de Franch. citat. decis.* 195. hæc scripserit: *In fine. Cum ista decisione concordat Carauit. rit.* 228. *sub num.* 5. & 6. *cum seq. & sub num.* 9. *tradit, ex generali obseruantia M. C. admitti generalitèr omnes priuilegiatos non miserabiles: putà Neapolitanos trahentes ex iure cessò, ex titulo tamen donationis irreuocabilis inter viuos, & sic illa obseruantia contradiceret huic decisioni, quæ admittit miserabiles tantùm ex iure cessò ob causam lucratiuam, & dicta per Carauit. vidi in viridi obseruantia vsque ad annum* 1584. *postea vidi seruari secundùm notata in hac decisione; sic persæpe mutatur consuetudo; & quod dicitur in d. ritu, quòd Curialis non trahat iure cessò ex causa lucratiua, idem in quolibet simplici Procuratore, vel Aduocato; etiam si cessio fiat ex causa donationis irreuocabilis, & sic seruatur, etiam si essent Napolitani.*

Non tamen negamus, etiam Nea-
9 politanos ipsos, aliosque miserabiles iam dicto priuilegio carere, si fraus interceserit in lucratiua cessione, ex eadem *decis. de Franch.* 195. *Foller. in Constit. Regn. statuimus, sub num.* 74. *Marchis. in Comment. sup. commiss. auocat. caus. par.* 2. §. 2. & alijs, quos laudaui in *ritu* 228. *num.* 11. quem locum adducit *Manfrel. ad Reg. Capyc. Latro cit. dec.* 54. *n.* 10. & scribũt *Thor. loc. cit. verb. Curialis, Reg. Tap. tom.* 2. *iur. Regn. pag.* 255. *num.* 23. & *tom.* 3. *pag.* 2. *Burg. in tract. de laudem. p.* 3. *inspect.* 4. *num.* 9. *Nouar. de elect. & var fori, q.* 4. *sect.* 2. *Ricc.* hunc *Ritum* exornans *collect.* 2202. & de hoc etiam *Ritu* meminit *Paschal. de patr. potest. par.* 2. *c.* 2. *sub num.* 91.

Insuper addimus, quòd si cedens
10 priuilegio isto frueretur, in cessionarium haùd transiret illius fauor, vt in hoc eodem *Ritu* admonet *Carauit. numer.* 15. ex ratione illa, quòd eiusmodi priuilegium est personale: nimirùm propriam insequi personam, atque ab ea non egreditur, ex regula *text. in cap. priuilegium, de regul. iur. in* 6. qua de re *Olea de cess. iur. tit.* 6. *qu.* 11. *ex num.* 38.

Scholares propterea, qui inter mi-
11 serabiles adscribuntur personas, Re-

Digitized by Google

buff. in tract. de sent. pron. art. 3. glos. vlt. Vin. decis. 65. Anus meus ad Grammat. decis. 20. sub num. 9. posse vti actores trahere reum exterum ad Tribunalia huius Ciuitatis, nedum Iure Communi, sed *Ritibus* attentis, decisum tradit *Cons. Staiban. obseru. ad resol. 92. ex num. 66.* maximam connexitatem perpendens *num. 74.* inter Curialem, & Scholarem, confirmat *Horat. Luc. de priuil. Schol. in præfat. ex num. 13. Menoch. cons. 66. nu. 26. Carleual. add. sect. 7. num. 573.* qua de re *P. Benedict. Pereyra de iure Accadem. lib. 3. disp. 4. tit. de priuil. quæst. 1. ex num. 392. Reg Galeot. lib. 1. controu. 51. num. 73.*

Quòd si alter ex miserabilibus per-
12 sonis proprio, alter iure cessо ageret, fauore quippe suo ille vteretur, *Aluar. Velasc. de priuil. pauper. quæst. 52. num. 60. Baron. de effect. minor. ætat. effect. 41 sub nu. 51. vers. idem dicendum.*

Quando verò priuilegiatus, ac qui-
13 bus in casibus valeat vti priuilegio aduersùs alium priuilegiatum, & de maiori, ac minori prærogatiua? scripsimus in *cit. ritu 228.* & in *rit. 233. ex num. 5.* addimus *Reg. Capyc. Latr. decis. 195. & 196. lib. 2. Reg. Sanfelic. decis. 358. dom. 3.* ac videndus *P. Pereyra de iur. Accadem. cit. tit. de priuil. lib. 3. q. 3.* scribens, qualitèr se habeat in foro Accademico priuilegiatus contra parem priuilegiatum.

RITVS CCXCI.

Item quòd pupillis litigantibus in eisdem Curijs, seù altera ipsarum, asserentibus se carere curatoribus: Curia ipsa dat curatorem ad litem, absque aliqua difficultate, & causæ cognitione.

SVMMARIVM.

1 *Minor, etsi contrahere valeat nulla accedente Curatoris authoritate, in iudicio tamen sine illo esse non potest, alioqui iudicium nullum.*
2 *Sed procedit instante minore, secus ipso contradicente.*
3 *Ad recipiendum curatorem compellitur, sed non extra litem.*
4 *Etiam si sit filius familias, in his, in quibus patri non queritur saltim vsufructus.*
5 *Praxis nostri Regni indicatur, etiam quò ad infantes.*
6 *Si tamen minor sit Reus, quidue si Actor.*
7 *Debet persistere sub eadem cura vsque ad maiorem ætatem.*
8 *A quo Iudice sit dandus? inquiritur.*
9 *Curator ad lites satisdare cogitur, etiã data curatela, non autem inuentarium conficere.*
10 *Minor veniam ætatis impetrãs à Principe, curatore non indiget, nec restituitur in integrum, si ladatur in contractibus. Alienare tamen stabilia non potest absque Iudicis decreto. Nec donare, etiam cum Iudicis decreto, & curatoris authoritate.*
11 *A quo die currat quatriennium? quæque ætas attendatur decem, & octo annorum, iuxtà nostram Constitutionem? vel viginti quinque, attento Iure Communi, in alienatione immobilium absque decreto Iudicis? & quando currat quinquennij tempus, ac alia ad rem adducuntur ad restrictionem, & exornatum* text. in leg. fin. C. si maior fact. alien. sine decret. &c.
12 *Iudicium agitatum cum procuratore à minore cum iuramento constituto, an sustineatur?*
13 *Ætas minor an probetur ex curatoris destinatione.*
14 *In causis criminalibus si non fuerit curator constitutus, acta sunt nulla, & an confessio minoris subsistat.*
15 *Incurrat nè in pœnam mandati, quo minor se obstrinxit absque curatore.*
16 *Confessio à minore facta in iudicio cum authoritate curatoris plenè probat in ipsius præiudicium, sicuti facta à curatore.*
17 *Quando confessio facta à tutore, vel curatore præiudicet pupillo, & minori? remis-*

remissiuè, & de scito Rotæ Rom.

18 *Adducitur decisio S.C. qua fuit declaratum, confessionem à tutrice factam, quòd census constitutus pro certo capitali fuerit pro minori summa, non subsistere post ius quæsitum pupillo.*

19 *Axioma legale, quòd mater arceatur ab intestata filij successione ob tutorem in eius transitu ad secundas nuptias non petitum, plures habet restrictiones, potissimùm existente persona, ad quam legitima tutela deferri poterat.*

20 *Perpenduntur* textus in l. omnem, C. ad Tertullian. in l. legitimos, C. de legit. tutorib. & in l. cum iure, C. qui petant tutores.

21 *Occurritur obici, quòd mater obstringatur declarare apùd Iudicem, se tutricem amplius non futuram, vt sit locus legitimo tutori.*

22 *Legitimi tutores an subintrent ipso iure, vel exquiratur Iudicis decretum? inquiritur.*

23 *Examinatur, num in tutela, quæ defertur matri, & auiæ, extraordinaria, vel legitima dicatur.*

24 *Pœna priuationis matri inflicta ob tutorem non petitum, cessat non superstitibus filijs liberis.*

25 *Cui incumbat onus probandi, tutorem à matre non fuisse petitum, & sua culpa? in dubio præsumendum est, petitionem adfuisse, & iudicandum pro ipsa matre, ac decisio S.C. adducitur.*

26 *Quomodo detur curator? & quid in hæreditate iacente? numue possit dari creditor? ac alia ad materiam.*

1 Minor cõtrahere, nulla accedente authoritate curatoris, quãuis possit; in iudicio tamen sine illo esse non valet, alioqui iudicium nullum, *l. de his, & inibi DD. C. de administr. tutor. l. minor. ff. de procur. l. clarum, C. de author. præst.* deducit *Oddus Sfortia in tract. de restit. par. 1. quæst. 3. art. 5. n. 24. Felin. cons. 17. num. 3. Gaill. lib. 2. obseru. 108. nu. 17. Petr. Gregor. syntagm. iur. lib. 49. cap. 2. num. 11. Marant. in prax. par. 4. distint. 16. num. 80. Peres de Lar. in compend. vit. human. cap. 2. n. 28. Afflict. decis. 266. Narbon. de etat. ad omn. hum. act. requis. ann. 21. quæst. 34. num. 27. Clar. quæst. 50. num. 1.* & sententiam inde nullam, clamant Iura in *l. cum minores*, C. *si aduers. rem iudic. Menoch. cons. 100. ex nu. 120. Valenz. cons. 182. lib. 2.*

Instante tamen minore, secus ipso
2 contradicente, monent *Fontanell. decis. 273. ex num. 8. Rub. pract. cap. 19. à num. 675. Cancer. var. cap. 12. de cent. num. 237.* & alij apùd *Franc. Baron. de effectib. minor. etat. effect. 1. ex num. 1.* Ideò illi curatorem dandum ad lites, Iura mandant, & præsens *Ritus* approbat, super quo *Ritu* scripsit *Ricc. collect. 2314.* etiam non petenti, *Mynsinger. obseru. 3. cent. 2.*

Quinimò ad recipiendum compel-
3 litur, *Boer. decis. 92. Gratian. discept. forens. cap. 225. num. 28. & dec. 27. Giurb. decis. 109. Fontanell. decis. 775. ex n. 1.* insinuans praxim; ad rem *Faber in C. tit. de iudic. defin. 33. Guttier. de tutel. cap. 19. num. 17. lib. 1. Mastrill. dec. 174. Borgn. de tutor. & curat. num. 282. Ricc. collect. decis. 843.* adeo quòd minor inuitus extra litem subdere se curæ non cogitur, *Vvesenb. par. de author. tut. nu. 5. Coppen. lib. 1. obseru. 62. sub nu. 7.* etiam
4 si minor ipse esset filius familias; in his tamen, in quibus nil patri quæritur, saltèm quòad vsumfructum. Morem verò nostri Regni indicat *Carau.* nempè, si sint maiores infantibus, dari curatorem, quem petierint, sin autem, Iudex eligit, & constituit eum, & aliquando coguntur ad petendum, *Muscatell. in prax. lib. 1. par. 2. glos. intimato, num. 48. & 57. Vrsill. ad Afflict. decis. 256.* & conferunt *Gaill. lib. 2. obseruat. 108. num. 2. Gramm. cons. ciuil. 124. num. 2.* si verò sint infantes, vel à Iudice constituitur curator, vel vocantur consanguinei, qui possent paritèr cogi, *Verall. decis. 158. part. 1. Gaill. lib. 2. obseru. 107. num. 8. Vrsill. cit. decis. 256. Mynsinger. cent. 2. obseruat. 35. num. 1. Muscatel. loc. cit. ex num. 42. Regens Sanfelic.* remissiuè ad *Carauit. hoc*

in

in rit.in prax.sect.5. Afflict.cit.capit.1. num.30. de milit. vasal. qui contrà est, Mynsing.obseru.35.ex num.2.Ann.singul. 394. Ricc. collect. 1887. Vant. de nullit.rubr. de nullit.ex defect. inhabilit.num.13. Verùm *D. Gons. Altimare tom.2.de nullit.rub.11.quæst.4.ex n.31.* haud assentitur *Carauit.* nec putat ex hoc *Ritu* esse concessum dari curatorem infanti: loquitur enim de pupillis asserentibus, se carere curatoribus, quæ assertio ab infante minime fieri potest. Certum tamen est, licere Iudici dare curatorem, quando pupilli, & infantes tutore carent; vel habent, ac sit absens; vel non adimpleuerit solemnia.

Si tamèn minor ipse sit Reus; si verò Actor, non cogitur præcisè ad recipiendum curatorem, sed causatiuè, 7 post alios *Galter. in prax. tutel. par.2 vers.quod non est, Caren. resolut.200. num.13.Carpan.ad Statut.Mediol.c.34. num.21.lib.1. Baron.mem.loco, n.144.* Minor autem postquàm petijt curatorē, nùm obstringatur sub eadem cura vsq; ad maiorem ætatem permanere? affirmatiuam insectantur aleam *Abb. cons.91. lib.1. Guttier. de tutel. par.1. cap.91.num.18. Spin. in specul. testam. glos.29.num.21.Baez.de decim.tut.c.3. num.16. Escob.de ratioc.cap.6.num.20.* & *Paschal.* remissiuè *de patr. potestat. par.3.cap.9.num.507.* ille verò simplicitèr ad lites datus, ad omnes causas datus censetur, *l.qui habet, §.si pupillus, ff.de tutel. Oldrad. cons.19. lib.2. Virgil. de legitim.pers.cap.1.num.9. & capit.6. num.14. Baron.add.capit.1. ex num.86.* & constitutus generalitèr ad omnes causas, an desistat primus ad certam litem datus? *Carpzou. Iurisp. for.par.2.const.15.defin.29.* & ad rem *Altim. add.quæst.4. à num.146.*

Vtrùm verò Iudex domicilij, vel 8 originis, an litis, seù causæ illum det? digladiantur inter se se DD. & dari ab illo, coràm quo litigium vertitur, videntur sentire *Bald.in l.fin.C.de administr.tutor. Schrad.de feud.quæst.10. sect.19. num.165.* loquens *num.160.* in feudalibus, *Tusch. verb.Tutor con-clus.431.nn.5. Mart.de iurisdict.par.4. cent.2.cas.110. sub num.12.* explicatque *Barbos.in l.admone, num.6. C.qui pet. tut.* & in *l.sancimus, §. sed quis, num.4. & 9. C.de admin.* ac post alios *Baron. cit.effect.1. ex num.76.* Clariùs tamèn concludit *Mynsing. cent.1. obseru.87.* si ad vnam dumtaxàt causam dandus sit, litis Iudex id facere debeat; si tamen talis sit, cui de Iure competat; sin autem simplicitèr detur ad lites, dandum esse à Iudice domicilij, vel originis, insequitur *Coppen.cit.lib.1. obseru.61. num.2.* atque hic non solùm lites, quæ sunt intra dantis prouinciam; sed & quæ sunt extra illam, tractare potest, *Glos. in l.propter litem, §.licet, ff.de excus. tutorum, D.Altim.cit.qu.4.ex num.154.*

Qui quidem curator ad lites, ad 9 instàr aliorum, satisdare compellitur, *Oldrad. cons.59. in fin. Tusch. practic. concl.1108.n.1.Galganet.de tutel.lib.2. tit.1. num.11.* & non seruari de stylo Rotæ, monet *Ridolphin.in prax.par.1. cap.5.ex num.57.* prout in more non est in nostro Regno, & in multis Regionibus, *Ludouic. decis. Perus.48. de Amat.dec.63.Gratian.decis.March.75.* Ac quid in curatore bonis dato? *Fab. in C.lib.5.tit.40.def.10.* Sed an Iudex, qui curatorē dedit sine satisdatione, eam postea ex interuallo possit iniungere? *Faber* inquirit in tutore, *defin.1. C. de magistr. conuen.* & negatiue, nisi parte expetente, censet, insequitur *Christin.dec.Belg.182.n.1.vol.3.* inuētarium tamen conficere non tenetur, *Gl. in l.de creationibus, v.Conscriptio, C.de Episcop.aud.Vant.de nullit.rub.de nullit. ex defect.inhab.num.146. Auus meus ad Gramm.decis.55.num.15.Valenz.cons.14. Coppen. obseru.14.lib.1. qu.63.num.11.* cum eius officium non consistat in administratione, nec ei certè soluitur, *Gaill.lib.2.obseru.118. num.11.*

Si autem minor impetrauit à Prin- 10 cipe veniā ætatis, curatore nō egens, potest agere, ac conueniri in iudicio sine illo, & si in contractu lædatur, non valet petere restitutionem in integrū, nè

Digitized by Google

nè contrahentes cum eo, beneficio legis, & authoritate Principis decipiantur, ac in omnibus alijs actibus pro maiore reputatur, *l.1.C.de his, qui ven. ætat. impetr.* At id comprimitur in alienatione rerum immobilium, vbi opus est decreto Iudicis, cum in ea vice minorum fungatur, *l.2. in fin. cum l.seq. cit. tit. de his qui ven. ætat.* & proindè Collaterale Consilium, in huiusmodi dispensatione, solet adiungere: *Verùm non valeat alienare, nec hypothecare bona immobilia, absque decreti interpositione*, teste *Reg, Sanfelic. in prax. sect. 26. ex num. 11.* Eò minus poterit donare, etiam accedente Iudicis decreto, curatoris suè authoritate, *l. fin. C. ex quibus caus. maior. fact. &c. l. fin. C. de reb. alien. non alienand. l. tutor. ff. de admin. tutor. Menoch. cons. 344. num. 18. lib. 4. Gratian. discept. 781. ex num. 34. tom. 4. Cutell. de donat. tract. 1. disc. 1. à num. 137. Merlin. decis. Rotæ Roman. 745. num. 13.* Donando enim, minor dicitur lædi, *Thesaur. decis. 66. Fab. de error. Pragm. decad. 46. error. 10. ante num. 19. Cyriac. controu. 258. n. 37. lib. 2. & controu. 508. num. 75. lib. 3. Antonell. cons. 60. num. 17. Reg. Valenzuel. cons. 148. num. 29. lib. 2. Cæsar. Caren. resol. 6. num. 1. Baron. de effectib. minor. ætat. circa contract. effect. 3. nu. 205.* accedente quoque iureiurando, *Reg. de Marin. lib. 2. quotid. resol. cap. 136. de Gross. ad c. 78. Caroli V. inspect. 3. integra quæst. 8. Lara de vita homin. c. 22. num. 19. Gratian. discept. cap. 233. n. 16. Scacc. de indic. lib. 2. cap. 12. ex nu. 288. Pereyr. decis. 28. num. 1. Hermosill. in l. 1. tit. 4. partit. 5. glos. 5. num. 2. cit. Pereyr. in l. si curatorem, verb. Contractum feciſti, num. 37. Domin. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. n. 56.* coarctantes, in donatione remunerationis causa, in bonis tamen mobilibus, quæ seruando, seruari non possunt; non verò in immobilibus, vel eorum, quæ illis æquiparantur. Et ad materiam veniæ ætatis, nonnulla obseruat idem *Portugal. par. 2. lib. 1. c. 19.* potissimùm, huiusmodi curatores ad lites minimè legitimos diiudicari ad minorem authorandum, sed esse specificè dandum ad contractum perficiendum, ex *Gama decis. 37. Valeron. de transact. tit. 4. quæst. 1. ex num. 56.* & quatriennium ad petendam restitutionem aduersùs actus gestos ante veniam, ad *text. in l. 1. & 2. C. si maior. fact. rat. habuer.* currere minori à tempore, quo veniam fuit adeptus, & eam Iudici insinuauit, ex *l. ea, quæ C. de tempor. in integr. restitut.* deducit *Afflict. lib. 2. Constit. rub. de restit. minor. nu. 4. Raudens. cons. 8. num. 14. & consil. 10. num. 127. vol. 1. Sforz. de restit. par. 1. quæst. 23. art. 9. num. 41. Fontanell. de pact. claus. 3. glos. 3. num. 60. Portugal. cit. tract. par. 2. lib. 1. cap. 19. num. 39.* Sicuti, & lapsum quinquennij tempore minoris ætatis, vt minor censeatur, ratum habere cõtractum à se inhitum tempore minoris ætatis, ad *text. in l. fin. C. si maior fact. alien. fact. sine decret. rat. habuer.* Quod currit, non à tempore præfixo annorum decem, & octo à nostra *Const. minorum iura*, ad maiorem ætatem complendam, sed Iure Communi annorum vigintiquinque præcluso, vt, exploso *Menochio*, sustinet *Simoncell. lib. 8. de decr. inspect. n. 2.* & ex *de Franch. decis. 650.* obseruat *Moccia in Sylua cas. forens. cap. 64.* ac discrimen inter duos memoratos *tit. C. si maior factus rat. & si maior factus alien.* indicat *Menoch. in 15. remed. recuper. possess. quæst. 15. n. 105. pag. 487.*

Quam quidem Iustiniani Constitutionem in memorata *l. fin.* coarctandam ad alienationem nullam, ob defectum decreti Iudicis, vel ob alium iustæ causæ defectum, vel si dolus in venditione interuenerit, scribunt *Gremens. lib. 2. C. de rescind. vend. Corn. cons. 207. num. 6. lib. 3. Paris. cons. 49. lib. 1. num. 18. Cephal. cons. 31. num. 3. lib. 1. Canalcan. de tutor. num. 146. Menoch. dicto remed. 15. num. 132. Gacher. decis. 58. num. 3. Trentacinq. d. resol. 10. num. 8. Gratian. cap. 513. num. 12. Cenc. de cens. par. 1. cap. 2. quæst. 1. art. 2. n. 26. Marcambrun. cons. 51. nu. 130. & 132.* Illamque sanctionem iure Pontificio abrogatam fuisse, præconizant *Butrius*

Digitized by Google

trius conſ.45.col.3.verſ.nõ obſtat,Natta conſ.295. verſ. non omitto, tom. 2. & 162. num.34. lib.1. Surd. conſ.49. num.46.verſ.poſtremò, Becc.conſ.176. num.11. Crauett.conſ.160.num.4.Cornazzan. dec.99.num.34. de Leon.reſp. iur.cap.5.num.216.

Iudicium tamen agitatum cum
12 Procuratore ab ipſo minore conſtituto intermedio iuramento vtiquè ſubſtineret, ex *deciſ. Guid.Pap.35. Boer. 92. & Balb. 68.* Aetas autem minor
13 an probetur ex curatoris aſſignatione? duæ extant ad inuicem contradicentes ſententiæ, quas *Oddus Sforti⁹* memorat *eodem adducto tract. qu. 37. art. 11. num. 90.* eas inſuper ex aliorum auctoritatibus concilians, ipſe verò neutram recipit, ſed tantùm transferre onus probandi contrarium in aduerſarium admonet, idque procedere etiam in fiſco, tenet *Rot.Auenion.Laurentij,63.* Quin, & illi ſi non
14 fuerit conſtitutus curator, ſint in cauſis criminalibus nulla acta, atq; prorſus inualida, probant *Guid.Papa conſil.130.num.2.Ant.del Rè de iuram.calumn.cap.15.num.102. Montan.de tutel.cap.4.num.61. Auend. reſp.4. nu.1. Afflict. in conſt.minorum iura, Viuius deciſ.86.num.2. Addent.ad Afflict. deciſ.208. Marant.in prax.par.4.diſt.16. num.70. Clar. in prax.quæſt.15. §.finnum.2. Baron. cit.effect.1.num.212.* ac cumulata per *Ricc. collect.4184.* & in *prax.cap.594.* vbi ſpeciatim inquirit, ſi tortura inferri illi poſſit, abſente curatore, & confeſſio nec nè ſubſiſtat, cum actui tormenti non interfuit iam dictus curator? & declarant *Anus meus ad Gramm.deciſ.23. num.10. D. Conſ.Altim.de nullitat. tom.2. rub.11. quæſt. 6.* etiam ſi per inquiſitionem, ideſt ad indagationem veritatis contra impuberem, vel adultum iudiciũ agitetur, *Cyn.& Bald.in l.clarum, C. de auctor.præſt. Io.And.ad Speculat. tit. de primo, & ſecundo decreto, §. reſtat videre, Marant. conſ.144.* Contradicit *Narbon. in cit.tract. de ætat.ad omnes hum. act. requiſ. ann.25. quæſt.34. numer. 5.* laudatus ab eodem *Baron. num. 213.* & obſeruantiam Tribunalium indicat *Barboſ.in citat.l.clarum, num.13.* Incurrat nè in pœnam minor,
15 qui præuio iureiurando in re criminali abſque curatore ſe obſtrinxit de tenendo palatium loco carceris, ſi extra illud deliquit? pertractant *Reg. Sanfelic. deciſ.246. Thor. par.2. compend.verb.Minor condemnatus, & tomo 3. ſect.2.verb.Minor pro delicto,* & videndus *Groſſi* Siculus *in Comment. ad capit. 78. Caroli V. de contract. per minor.celebr.abſque authoritate curatoris, vel Iudicis, ſect.3. quæſt.41. cum ſeq.* multa ad rem ſubnectens, & in *quæſt.47.* ex *Scaccia de iudic. lib.2.c.7. num.738.* & *Virgil. de legitim.perſon. cap.3.num.23.* aduertit, confeſſionem à
16 minore cum authoritate curatoris in iudicio factam plenè probare in ipſius præiudicium; ſicuti & aduersùs ipſum benè probat curatoris confeſſio in lite, donec non doceatur de errore, *Percs de Lara de compend.vit. human. cap.20.num.8. & 21. Baron. de effect. minor. ætat. effect.14. num. 20. Graſs. quæſt.44. num.13.* Quando verò con-
17 feſſio à tutore, vel curatore præiudicet pupillis, & minoribus? inquirunt *Maſcard.de probat.concluſ.361.nu.55. & 370.nu.1.Tiraquel.de retract. conv. §.4.gl.6.num.12. Surd.deciſ.229.Thomaſ. de tutor. & curat. tract.8. tit.19. cap.19.num.3908.Chriſtoph.de Medic. deciſ.71.exam.45. ex num.2. Io. Petr. Actolinÿ reſ.forenſ.69.Gratian.tom.4. diſcept.forenſ.cap.766. num.56. & capit. 796.* nectens Rotæ Romanæ ſcitum, quo fuit diffinitum, declarationem, ſeù confeſſionem adminiſtratoris, quòd cenſus præuio inſtrumento conſtitutus pro capitale ducatorũ mille; non fuerit, niſi pro ſorte ducatorum quincentum, nullius fuiſſe roboris, illamque minimè, poſt ius quæſitum Eccleſiæ, damnum inferre potuiſſe: quod indiuidualitèr inſequutus fuit noſter Senatus in ſimili confeſſione à tutrice facta, in cauſa creditorum Ioſephi, & Franciſci Cariſſimo, ſub die 15.Ianuarij 1663. relatore D.Conſiliario Eraſmo de Pon-

te,

Digitized by Google

te, in Banca tunc de Vennicto.

Subnectam controuersiam strenuè,
19 & curiosè discussam in S.C. dum hęc pagella prælo traditur, de matre, quę transiens ad secunda vota, filio tutorē non petijt. Vrsula enim della Mura, vidua, & hæres Matthiæ Surrentini, per intermediam personam Antoniæ Surrentini, vnicæ filiæ, in infantili ætate defunctę: instetit in S.C. condemnari Nicolaum Margarita, & Iosephum Cauallo ad relaxandum nonnulla bona stabilia, quæ fuerunt præfati Matthiæ; instructoque processu, obiciebant Conuenti, esse arcendam matrem ab intestata filij successione, ob tutorem in eius transitu ad secundas nuptias non petitum, ex *l. sciant, C. de legitim. hared. l. omnem, l. mater*, inibiq; *DD. C. ad S.C. Tertyll. §. hinc nobis, Auth. de nupt. Soccin. iun. cons. 75. Boer. decis. 185. Christin. decis. Belgic. 34. vol. 3. Vin. decis. 464. lib. 2.* & alijs.

Actrix autem replicabat, memoratum legale axioma nonnullis coarctari restrictionibus, potissimùm existente persona tempore secundarum nuptiarum, ad quam legitima tutela deferri poterat: existebat enim Gratia Nastaro, Matthiæ mater, ipsiusque Antoniæ auia paterna; quo quippè casu mater, nec tutorem petere obstringitur, nec per omissam illius petitionem depelli iure potest, *Surd. cons. 175. num. 26. Gabriel. com. concl. lib. 3. de sec. nupt. concl. 9. num. 28. Bald. in l. omnem, col. 2. num. 11. C. ad Tertyll. Hodiern. ad Surd. decis. 48. num. 3. Glos. in l. matres, versic. plures, circà medium, C. ad Tertyl. Cons. Altimar. ad Rouit. cons. 98. num. 15. tom. 1. Prasul. D. Franc. Verde Inst. lib. 1. num. 473. Gratian. cap. 219. num. 9. & 17. Sfort. Odd. cons. 58. n. 40.* & idem *Bald. cons. 252. num. 1. tom. 5.* his verbis: *Nec obstat, si dicatur, quòd ipsa non petijt tutorem: quia si essent masculi agnati, quibus legitima tutela defertur, non habuit necesse petere tutorem*. Matrem enim, tutore non petito, ad secundas nuptias transeuntem duplici ratione successione priuari, legibus sancitum fuit: quia scilicèt contra præstitum in susceptione tutelæ, de non iterando nuptias, iusiurandum faciebat: & quia filios indefensos relinquebat, *Faber in Iurispr. lib. 13. princip. 5. illat. 8.* cumque Iustiniani Constitutione huiusmodi iuramentum ampliùs non exigatur, *Nouell. 94.* seù *Auth. Sacramẽtum, C. quando mul.* illa dumtaxàt ratio filiorum absque defensione relictorum locum legibus facit; & ideò toties harum legum dispositio cessat, quoties præfata ratio non militat; ipsam verò, existente persona, quæ legitimi tutoris locum tenet, locum non habere, in aperto est: eo namque casu habent filij, à quo tueri possunt; nec sine tutore dicuntur, quippè legitimus tutor, nec petitione, nec datione egens, ipso iure subintrat, vt optimè *Cuiac. in tit. C. de legitima tut.* his verbis docuit: *Testamentaria tutela succedit legitimæ, hæc non datur, sed lege defertur ipso iure, & deficientibus testamentarijs tutoribus, pupillo tutores existunt statim, ideſt apparent, vel sunt ipso iure*. Atque hoc est discrimen inter datiuos, testamentarios, & legitimos, quòd nempè datiui, & dentur, & petantur; testamentarij dentur, & non petantur; legitimi verò nec dentur, nec petantur, sed ipso iure subintrent, vt idem *Cuiac.* aduertit *in tit. C. qui petant tutores*. Qua de re, cum existente persona, ad quam legitima tutela defertur, filij defensorem habeant, cessat horum absque defensione relictorum ratio, & confert *Matute disquis. legal. 34. num. 7.*

Quod euidentiùs eluceſcit, si ver-
20 ba legum, necessitatem tutorem petendi matribus imponentium, perpendantur: etenim in *l. omnem, 6. C. ad Tertyll.* dicitur: *Tutorem alium fecerit ordinari*, & in *l. 3. C. qui petant tutores*, scriptum est: *Alium dari tutorem filijs tuis idoneum ex eadem Prouincia à Iudice competente postula*. Quæ verba de legitimis tutoribus intelligi, nequire, certum est; *Vlpianus* siquidem *in l. legitimos, 5. ff. de legitim. tutor.* nos docuit, quòd *legitimos tutores*

res nemo dat, sed lex duodecim tabularum fecit tutores. Perneceſſe indè fatendum eſt, matrem eo tantùm caſu tutorem petere debere, quo, vtpotè deficientibus legitimis, de datiuo prouidendum eſſet. Concinit *text. in leg. cum Iure, 9. C. qui petant tutores*, cius enim verba ſunt: *Cum Iure habenti tutorem, tutor dari non poſſit, intelligis, matrem non officium pietatis in petendo tutorẽ deſeruiſſe, ſed iure munitam meritò filio ſuo tutorem non poſtulare.* Hic autem, cum dicitur: *habenti tutorem*, de exiſtentia perſonæ, ad quam legitima deferri poſſet tutela, loqui, & *Gottofred.* docet *ibid. & in l. ſi ſororis, C. qui dare tut.* & clarè colligitur ex clariſſimis verbis *l. ſi ſororis, C. qui dare tut.* ibi: *Si ſororis tuæ filijs tutore legitimo patruo conſtituto, nec vllo excuſato priuilegio tutor datus es: cum habenti tutorem, alium dari, Iura prohibeant; neceſſitatẽ adminiſtrationis ad eum pertinere, nec te datione teneri, non ambigitur.*

Nec obex officit, matrem nempè
21 debuiſſe ſaltèm declarare apùd Iudicem, ſe tutricem ampliùs non futuram, quaſi quòd non poſſit adeſſe legitimus tutor, niſi mater, ſe tutricem eſſe nolle, explicet. Siquidem huiuſmodi declaratio tunc requireretur, quoties non verſaremur in caſu ſecundarum nuptiarum, ſed in caſu, quo defuncto viro, vxor in viduitate permaneret: tunc enim, quia mater omnibus in tutela præferretur, vt legitimi ad illam admitti poſſent, illius declaratio, nolle tutelam ſuſcipere, requireretur; at in caſu, quo mater, quæ filiorum tutelam ſuſceperat, ad ſecundas conuolat nuptias, declaratio prædicta minime requiritur, cum etiam inuita, legis diſpoſitione, ipſo iure tutela priuetur, *Nouell. 94.* ſeù *Auth. Sacramentum, C. quando mul. tutelæ offic.* Idcircò hac in re docuere Il. CC. quòd ſi mater ad ſecundas nuptias conuolare ambiens, coràm Iudice id declarans, tutorem peteret, locus eſſet tutori datiuo; ſi verò nihil dicens ſecundo nuberet, locus eſſet legitimo, ipſa à tutela ipſo iure ceſſante, vt *Guttierez* perpendit *conſil. 52. num. 9. & 10. Fab. de Anna conſil. 50. num. 8. & 10. Ruin. conſ. 125. num. 7. vol. 5.*

Minuſque officit, legitimos tuto-
22 res non ſubintrare ipſo iure, ſed Iudicis egere decreto. Sat etenim ex ſuperiùs adductis liquet, legitimos tutores ipſo iure, & abſque vlla Iudicis datione ſubintrare, nec DD. id in dubium vnquam reuocauerunt, vtpotè tot munitum Iuribus; ſed ex aduerſo ſcribenti hoc affirmandi occaſionem credimus fuiſſe illorum effatum, decretũ Iudicis, vt legitimus tutor adminiſtrare poſſit, requiri. Quod quidem veritate nititur; ſed longè differt ab eo, de quo noſter ſermo eſt: decretum nàmque hoc in themate non facit tutorem, ſed tantùm cum legitimi quoq; tutores ſatisdare cauſa cognita debeant, tem pupilli ſaluam fore, *l. legitimos, 5. §. 1. ff. de legitim. tutor.* declarat ſolemnia tutorem adimpleuiſſe, & propterea ad tutelæ exercitium admitti debere. Idcircò illud Iudicis decretum, non facit tutorem, cum Iudicis miniſterio non indigeat, qui lege ipſa tutor factus iam eſt, ſed tantùm adminiſtrandi facultatem tribuit, vt perpendit *Montan. de iure tutel. & curat. cap. 14. nu. 6.* quapropter tutorem legitimum ipſo iure non ſubintrare, nec eo colligi poteſt, nec vllo modo admitti debet.

Tandèm nec turbat, præfata mili-
23 tare nequire in ea ſpecie, in qua paterna tantùm auia ſecundarum nuptiarum tempore aderat, & tutelam, quæ auiæ defertur, extraordinariam, non legitimam eſſe, vel vocari poſſe: cum etenim tutela non niſi à lege matri, & auiæ deferatur: nempè ex *Nouella 118. cap. 3.* ſiue *Auth. vt matri, C. quando mul. tutel. offic.* quomodo legitima vocari non debeat? comprehendi non poteſt: extraordinaria ſiquidem vocatur, tùm quia mulieres tutoris officium exercere nequeunt, *l. 1. C. quando mul. tut. offic.* cum antiquitùs ipſæ perpetuæ tutelæ ſubijcerentur, vt

Re-

Digitized by Google

Renard.lib.1.variar. cap.10. Cuiac. in tit.C.de legit. tut. vbi & de cessitia tutela loquitur; tùm etiam, quia officium tutoris non nisi volentes exercent, *l. 2.cod. tit.* non autem ex hoc oritur, ipsarum tutelam legitimam nō esse, imo illam sic *DD.* indistinctè nuncupauere, vt post *Dec.Corn.Bart.* alioſque per ipsum laudatos, testatur *Montan. de iur. tutel. & curat. cap.15. num.24.*sic de matre,& auia loquens: *Diciturque earum tutela legitima voluntaria tantùm.*

Addebatur in beneficium Vrsulæ; 24 quòd, cum & ex Matthia non alius, præter Antoniam, adfuerit filius non defuerint *Doctores* priuationis pœnam,alijs non superstitibus filijs,cessare, docentes, *Anchar. Bart. Salycet.* relati per *Sfort.Odd. conſ.58. num.50.* cumq;probatum non sit,ipsam tutorē 25 non petijsse, quod omninò, à parte ex aduerso id opponente,probandum erat: in exceptionibus nàmque Reus Actoris vicem sustinet, & idcircò illarum probatio ad ipsum pertinet,*l.in exceptionibus, 19.ff. de probat.*cumque etiam mater fundatam intentionem in hæreditate filij habere dicatur, *Cephal. conſ.529. num.1. tom.4.* & regulam pro se habeat, rem certam habere existimatur, & onus probandi, locum limitationi esse, alleganti incumbit, *Natta conſ.199. num.8.* Imò hac in re *DD.* vltra progredientes, matrem à filij successione arcendam non esse; docuerunt, nisi probatum sit, & non petijsse tutorem, ac sua culpa non petijsse,atq;filium mortuum post annum matri ad petendum tutorem concessum, & matrem tempore transitus ad secundas nuptias, minorem non fuisse, *Hodiern.ad Surd. deciſ.48. num.11.& 12. Præsul Ricc.ad Franch. deciſ.167. in princ. Burſat. conſil. 80. nu.10.tom.1. Sfort.Odd. conſ.58.n.33. Cacheran. dec.57.num.8. Porti.Inſt.ad Tertullian.in fin.nu.9. Paschal. de viribus patr.pot.par.3.cap.10.num.38.* & *Gratian.cap.668.num.1.& seq.*

Demùm dicebat Vrsula,quòd cum ex scripturis per ipsosmet Reos productis apertissimè constet, Gratiam auiam, post Vrsulæ ad secundas nuptias transitum,tutelam Antoniæ gessisse, vel præsumendum est, petitionem adfuisse,ipsiusque vi Gratiam ad tutelam admissam fuisse, vt benignior interpetratio sumatur, & delictum, siue culpa excludatur; vel saltèm si vergat dubium, an illa adfuerit, vel non? in ancipiti pro ipsa matre iudicandum esse, scribunt *Gozad. Cephal. Angel.* alijque relati *à Conſil.Hodiern. ad Surd.cit.dec.48.n.11.& 12.* & *Gratian. cap.668.n.2.* His discussis in S.C. prodijt sententia die 27.Aprilis instātis anni 1691. *Condemnentur conuenti ad relaxandum bona in actis deducta in beneficium matris, cum fructibus, pro tempore,& quantitate liquidandis.* Suffragia,mecum causę Commissario,prę-stantibus DD. Consiliarijs D. Petro Antonio Chiauari, Duce Insulæ, & D. Nicolao Planelli, ac confirmata extitit in gradu nullitatum, die 9.Iulij eiusdem anni. In Banca de Alesio.

Cœterùm quomodo detur cura-26 tor, & quibus? tangit *D.Altimar. de nullit.tom.2.rub.11.quæst.4. num.160.* Ille verò etiā datur hæreditati iacenti, & probè confertur creditori,vel debitori, ex *tex.in l.debitor,ff.de negot.gest.* quod singulare pręconizat *Roman.singul.131.*insequitur *Vrsill. ad Affl. dec. 13.nu.19.*necnon *Auus meus ad Grammat.deciſ.55.num.12.* Quæque exquirantur,vt rectè dari possit? quibus instantibus? & ad quæ obstringatur? *Grauet.conſ.740.Capyc.deciſ.87.*& meliùs *Cornazzan. deciſ. 143.* sex enarrans requisita, quæ expungit *Ant. de Virgil. in tract. de legitimat. personar. cap.11. Franc.Marc.deciſ.27.p.1.*nùm verò detur hæreditati iacēti, instituto hærede sub conditione casuali? *Rota Roman. par.1. deciſ. 40. & 42. Rubei,* & an plus iuris habeat huiusmodi curator datus, quàm constitutus bonis absentis, & in quo? examinat *Faber in C.lib.5.tit.40.definit.11.*

RITVS CCXCII.

ITem quòd Curię ipsę, & quęlibet ipsarum, dent mulieribus Longobardo Iure viuentibus, in singulis causis singulos Mundualdos, sine difficultate, & causæ cognitione.

SVMMARIVM.

1 *Ius Longobardum, à Longobardis conditũ extitit, qui sic dicti à longis barbis, profecti fuere à Scandia, seù Scandinauia, Italiam Orbis dominatricem ferè subiegerunt.*

2 *Quando fuerunt expulsi, & nostra Iura reuiuiscere cœperunt.*

3 *Leges ab ijs conditæ, vti irrationabiles, ab Aula recesserunt.*

4 *In dubio in Regno Iure Romano, & Francorum, baudque Longobardo viuere præsumitur.*

5 *Ius Francorum in Regnis Siciliæ ex* Const. vt de successionibus, *fuit introductum, & cùr vocetur Ius primogenitura? ac quarè vocetur Ius Francorum? & multa de* Iserniæ *laudibus, ac* Fabij, *&* Andreæ Marchesij.

6 *Tria in Regno habentur nomina, Balius nempè, Tutor, Mundualdus.*

7 *Balius datur filio Baronis titulati, vel non titulati, & primogenito in Feudis, in quibus viuitur iure Francorum, & omnibus, si omnes succedunt, dummodò feudum sit quaternatum.*

8 *Quarè hoc nomine Balij potiùs, quàm Tutoris, siuè Administratoris, Legislator vsus fuerit? & an magis ad naturam Tutoris, seù Curatoris, quàm Gubernatoris, seù Administratoris accedat?*

9 *Dispungitur dictum* Iserniæ in Constit. minoribus, lin. 80. sub num. 60. *&* Capyc. in inuest. feud. *ac illud effatum, Feudatarium non habentem impuberem in potestate non dare Balium, seù Gubernatorem, & Administratorem, qui Gubernator excludat patrem impuberis ab administratione, & perpenditur* Cap. Feudatarius.

10 *Balius à patre datus, an iure legitimus fuerit appellatus ab* Iserniа? *dissentitur.*

11 Capycij *dictum ad concordiam reducitur.*

12 *Balius à patre in testamento relictus filio in potestate existenti, nùm adstringi debeat ad præstandam cautionem; sicuti quando de Balio prouideri ab intestato contingit.*

13 *Ostenditur, non esse dandam cautionem à Balio testamentario.*

14 *Casus non decisus à Iure Communi feudali, & nostri Regni, potest determinari iuxtà Ius Commune, & Baliatus, qui nil aliud est, quàm tutela, ex testamento datus non exigit cautionem ad instàr ipsius tutelæ testamentariæ.*

15 *Dictum* Glos. in Const. minoribus, *siue potiùs* Andreæ de Barulo insignis I.C. *non posse patrem suo filio Baliũ in testamento relinquere, examinatur, & ostenditur, non esse verum, ac perpenduntur memorat. Constitutiones, &* Cap. Feudatarius, *conditum tempore Caroli II. post Andream de Barulo, qui fuit Aduocatus Fisci, tempore Imperatoris Frederici.*

16 *Ex dispositione* Cap. Regis Caroli *potest pater Balium relinquere, qui confirmatione non eget.*

17 *Ex dicto* Glos. *esse confirmandum Balium testamentarium, non deducitur, obstringi præstare cautionem, maximè quòd teneri ad inuentarium conficiendum dixerit.*

18 *Occurritur* text. in leg. pater, seù in §. cum à patre, de testam. tutor. *& alijs à citata* Glos. *adductis.*

19 *Sanctio* Cap. si Feudatarius, *quòd feudatarius valeat relinquere filio illum Balium, quem voluerit, est magis ampla, quàm illa Imperatoris in §.* permissum, Instit. de tutel.

20 *Ex verbis præfati* Cap. *sublata fuit difficultas olim exorta, nùm Baliatus à Re-*

Digitized by Google

à Rege pendeat? & reijcitur dictum Marin. Frecc.

21 *Requiratur nè, vt Balius relinquatur sub nomine Balÿ, vel sufficiat curatoris, aùt executoris? & an vnicus dumtaxàt concedatur? & possit esse Ecclesiasticus, vel Religiosus.*

22 *Pupilli expensis nutriri debet Balius, & salarium illi debetur. Quidue in tutore? & an possit in amplo patrimonio constitui administrator.*

23 *Pro huiusmodi salarÿ consequutione, an prælatio concedatur?*

24 *Balio magis prouisum est ex Constitutionibus Regni, quàm tutori per Ius Commune; & persona Balÿ fuit reputata eadem cum impubere; sed an hoc idem seruatum in Parlamentis?*

25 *Baro filio sui subfeudatarÿ ab intestato decedenti, an de Balio prouidere possit?*

26 *De Balio, seù Curatore Regi minori dando? remissiue.*

27 *Tutorum, qui dantur Burgensibus, tres sunt species.*

28 *Mundualdi, de quibus noster* Ritus *agit, dantur mulieribus inferioris gradus viuentibus Iure Longobardorum; sed an mulieribus nobilibus? & alia.*

29 *Potestas Mundualdorum antiquissimo iure fuit inuenta apùd Romanos.*

30 *Mundualdi expressus nè singulis quibusue in actibus requiratur consensus, an tacitus quoque sit satis?*

31 *Mulieri viuenti sub Mundualdo, vtrùm competat restitutio?*

32 *Reliqua de Mundualdis relinquuntur, vti minus vtilia in Regno.*

33 *Nonnulla de curatore mulierum, & contractibus ab ipsis confectis.*

1 VS Longobardum, à Regibus Longobardis conditũ extitit, qui sic nuncupati à longis barbis, quas ferebant, profecti ad quęrẽdas nouas sedes à Scandia, seù Scandinauia, Peninsula Septentrionalis Oceani, omnium Peninsularum maxima, vt ait *Plin. libr. 4. cap. 13.* quæ hodie in Regna Noruegiæ, Suediæque diuisa est, teste *Philip. Cluuer. introd. in Geograph. lib. 3. cap. 2.* Incredibili hominum inundatione, Orbis dominatricem Italiam ferè totam subiegerunt, Albuino Duce, quem ad hoc aduocauerat Narses, cum clauum Imperij retineret Iustinus II. Iustiniani ex filia nepos, secundùm *Ludou. Dolce in vita Imperat. Iustiniani, in fine*, vel nepos ex sorore, iuxtà *Chronol. Imper. Iustiniani, in princ. Codicis*, consensu *Niceph. lib. 17. cap. 33.* Ac ea Regio, quæ paulò ante deuictis, qua patent, Terris, Terrarum incesserat Regina, tacuit demum deuicta. Ea, quæ cœteris Nationibus dulcissimo dominatu dabat Iura, victoris nouas, asperrimasque viuendi leges subire coacta est: fugato, suppressoque nostro Romanorum Iure, quod recens, & digesserat, & condiderat Iustinianus Imperator, eiusdem Iustini auus, vel auunculus. Barbaries morum huius gentis transfusa cernitur in leges, quas tulerunt, & in vnum collexere, facta compilatione à quodam Carolo, testãte *Glos. capit. 1. 33. quæstion. 1.* & tangit *Alex. in l. pro hærede, §. fin. ff. de acquir. hared.* quarum liber nũcupabatur Capitularium Caroli, *Glos. in cap. quicumque, 12. quæst. 1. Aluar. in pralud. feud. col. 5. 4. quæst. princ.* adeò, quòd non defuerunt, qui vocitassent Ius illud, Asininum, irrationabile, fœcem potiùs, quàm legem, *And. Isern. in c. 1. de controu. int. do. & fide. de inuest. & in cap. 1. §. fin. de no. feud. Afflict. cap. 1. num. 14. de feud. cognit. Luc. in cit. loc. Bald. in auth. dos data*, C. *de donat. ante nupt.*

Regnarunt in Italia annis CCIV.

2 Tandèm circa annum partæ Salutis DCCLXXVII. vt videre est apùd *Ludouic. Dolce in vit. Imp. Constantini V. propè finem*, eos expulit Carolus Magnus Francorum Rex, annuente illius tẽporis Pontifice Hadriano. Qui quidem Carolus, Desiderium XXXII. ac vltimum eorum Regem, apùd Ticinum obsessum, captiuum cum vxore, & filijs duxit in Galliam, *cap. hortatus, 23. quæst. 8. cap. Hadrianus, 63. dist.*

Post

3 Post exactam eorum tyrannidem, leges ab ijs conditæ, vtpotè irrationabiles, ac asperæ, in desuetudinem abierunt: cum leges debeant esse honestæ, ac possibiles, ex *cap. erit autem lex, dist.* 4. neque rationi obnitentes, *l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de leg.* 2. *l. scire oportet, §. sed, & si maximè, ff. de excus. tutor.* ac nostra Ciuilia Iura, quę hostium incursione in Cunis ferè oppressa siluerant (vix enim illis ad quadraginta annos obtemperatum fuerat) reuiuiscere cœperunt. In Regno Neapolis recessisse eas prorsùs ab Aula, suadent *Marant. in prax. par.* 3. *num.* 126. *versic.* 5. *& disp.* 2. *Consil. de Georg. alleg.* 30. *num.* 1. *col. penult. in fin.* etsi *Luc. de Penn. in l. quicumq;* C. *de re milit. lib.* 12. *in l.* 1. C. *de cond. & procur. lib.* 11. testetur, vigere in Apuleæ oris.

4 In dubio propterea in Regno præsumendum, quem viuere Iure Romano, non Longobardo, nectit *Marant. cit. loc. num.* 127. & dicunt *Vrsill. ad Afflict. decis.* 120. *num.* 4. *Maxill. ad cons. Barens. in proœm. ex n.* 225. *Thor. par.* 1. *compend. verb. Ius Longobardorum; Anna cons.* 28. *Prat. disceptat. forens. lib.* 1. *cap.* 37. *ex num.* 1. quidquid contra autumauerit *Cauens. hoc in rit. num.* 2. quem insequitur *Rota de priuil. mulier. cap.* 1. inaduertentèr tamèn, vt obseruat *D. Altimar. tom.* 2. *de nullit. rub.* 11. *quæst.* 19. *nu.* 58. quod *Cauens.* effatum insequutum *à Perna cons.* 1. in Regno Siciliæ reijcitur à Siculis, præsertim à *Cannet. in extrauag. si aliquem, cap. sed præstat querere, pag.* 271. *Intrigl. de feud. cent.* 1. *quæst.* 6. *nu.* 25. & sic potiùs Iure Francorũ, quàm Longobardorum, vt dicam infra. Et in Re-

5 gnis Sicilię fuit hoc Ius Francorũ inductũ ex *Const. vt de successionibus*, licèt consuetudine fuisse illud introductũ, dicat *Petrus de Greg. de concess. feud. par.* 4. *quæst.* 2. *in princip.* de quo nimis largè per *Minad. in Const. in aliquibus, in princ. num.* 25. Hinc miror, cur hoc Ius Francorum, Ius primogenituræ appelletur? cum penès Hispanos sub nomine Maioratus sit ferè vniuersale, vt apùd *Molin. de Hispan. primog.* & alios, inter quos *Tiraquel.* amplè *de Iure primogenituræ*, & duo Iura Canonica mentionem faciunt de primogenitura in Regno Vngariæ, *cap. licèt, extr. de vot.* & de Regno Lusitanię, *cap. Grandi, de suppl. neglig. Prælat. in* 6. & alia quamplurima de diuersis Nationibus, & ex quampluribus vetustioribus, ac recentioribus historijs hoc colligit *Cannet. in cit. c. si aliquem, in text. in verb. Francorum. pag.* 267. *& num.* 4. nectit, ex eo Ius hoc primogenituræ, Ius Francorum vocari, quia in Gallia isthæc viget generalis Consuetudo, præsertim inter Nobiles; sed apùd alias Nationes hoc ex specialissimis Constitutionibus, vel alijs priuatis contractibus, testamentis, aùt dispositionibus. Et quamuis ex ista sic generali Consuetudine fuisse Ius Francorum vocatũ, dixerit *Cann.* Non tamen transit sine antinomia, an in Regno nostro præsumatur quis viuere Iure Francorum, vel Longobardorum? de quo per *Cann. in eod. cap. si aliquem, vers. sed præstat querere, fol.* 271. qui sub *num.* 3. dicit, opinionem *Andr.* & aliorum dicentium, Ius Francorum esse Ius speciale in Regno, esse penitùs falsã, & post eos *R. Capyc. Galeot. q.* 1. *par.* 2. *controu.* & de qua *Petra ad Capyc. dec.* 4. Sed in hac controuersia, adhuc puer, audiui, D. Præsidem S.C. Andream Marchesium, insignem Iuris feudalis in nostro publico Gymnasio interpetrem, contrariam opinionem sustinentem, iuxtà aleam *Andreæ*, cuius sententiam ipse passim in lectionibus sectabatur, sui in hoc, sicùt in cæteris, Genitoris immensis virtutibus sectando vestigia Fabij Marchesij, qui tanquàm secundus *Isern.* suis temporibus venerari potuit (de cuius laudibus *Reg. de Ponte cons.* 23. *vol.* 2. *Consil. Prouenzal. in obseru. ad consuet. si quis, vel si qua, de succes. ab inteſt. obseru.* 16. *num.* 12. & de illis D. Andreæ filij, *Top. par.* 2. *de origin. Tribun. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 35. scriptumque reliquit *Camill. de Curt. in diuers. feud. fol.* 2. *n.* 16. qui post *Vinc. de Ann. in rep. c.* 1. *de vasal. decrep. ætat. n.* 122. refert,

ipsum

ipsum Fabium Marchesium dicentem, quicquid dixisse Iserniam, benè dixisse, atquè quicquid alij dixere contra *And.* malè dixere, & de encomijs Andreæ, vltra Nostrates: nempè *Afflict. Camer. Capyc. Loffred. Luc. de Penn.* & alios in mille locis, testatur *And. Barb. in tract. de præstantia Card. par. 1. quæstion. 5. num. 7.* vocans Isern. excellentem feudistam, *Soccin. cons. 87. num. 3. lib. 3.* Isern. Aurigam feudorum præconizans, *Iason. in l. generaliter, §. cum autem, num. 10. C. de Instit. & Catil. Cotta in verb. Emphyteusim non venit*, qui ambo, eum summum feudistam appellant, *& Intrigl. in 1. sua centur. quæst. 4. num. 10.* Aurigam nuncupat, ac ipsemet *Cann. in extrauag. volentes, vers. sed opere pretium, fol. 163. n. 16.* aduersùs opinionem aliorum Doctorum opponendo solùm *Isern.* dicit, contra eos est Andreas, qui solus, eos omnes, qui tenent contrarium, excederet, & in *eod. capit. fol. 151. num. 76.* nectit, tantam esse eius authoritatem, vt non de facili quis ab eo recedere possit, & vt alios reticeam, ex exteris adduco *Alex. Turaminum in l. non puto, C. de Iur. Fisc. lib. 10. num. 24.* dicentem, *Isern.* Iureconsultorum verè Principem, & alibi, feudorum Euangelistam. Indubitati tamen est, in nostro Regno in dubio præualere Ius Francorum, vt decisum testatur *Reg. Capyc. Latro tom. 1. consult. 3.* qui aduersùs *Reg. Capyc. Galeota* in illa thesi calamum arripuit, & meminit *D. Reg. Constant. in comment. ad l. 1. C. de Consulib. lib. 12.* vnus de suffragia præstantibus in causa prædicta.

Dum verò præsens *Rit.* de Mũdualdis meminit, memoro, tria nos habere 6 in Regno nomina eumdem habentia effectum: Balium nempè, Tutorem, & Mundualdum; quamuis certis in quibusdam conditionibus inter se distẽt.

Balius datur filio Baronis titulati, 7 vel non titulati, ex *Constit. minoribus, rubr. 27. lib. 3.* Vnde si pater habeat plures filios, tunc Rex solùm illi primogenito de Balio prouidet, qui ad feuda de Iure Francorum solus succedit; si autem omnes succedunt, prout de Iure Communi feudorum, *cap. 1. §. omnes filij, si de feud. def. mil. fuer. cont. inter Dom. & Agnat.* præter quàm in feudis dignitatum, *cap. Imperialem, §. præterea Ducatus*, vbi notat, hoc esse hodie, etiam vsurpatum, vt feuda dignitatum diuidantur, & esse morem succedendi de Iure Longobardorum, atque in Regno adhuc multos extare locos, & in specie in Prouincia Aprutina, in qua omnes succedunt filij: & tunc Rex omnibus Balium dabit, modo tamen feudum sit quaternatũ, nam in alijs feudis Rex non se intromittit, vt per *Const. si quando*, dixit *Afflict. in 2. notab.* de feudo autem quaternato intelligas, siue feudũ sit quaternatum simplicitèr, siue secundùm quid, *Camill. de Curte resol. feud. cap. 3. num. 95.*

Quare autem hoc nomen Balij po- 8 tiùs, quàm Tutoris, siue Administratoris assumpserit Legislator? non inueni Doctorem ex ijs, quos legerim, hoc dicentem, & proindè puto fuisse ad placitum, vt sicuti feudatarij, atq; feuda quaternata, sunt alijs personis, ac rebus digniores, & digniora: cum feudum paradogium, idest nobilitatem conferat, *cap. 1. quis dicat. Dux, & March.* ac *Afflict. in cap. 1. num. 6. an ille, qui interfec.* & per eumdem *Afflict.* latè differentem, an per infeudationem infeudatus nobilitatem nanciscatur? ibique largè de nobilitatis generibus, in *dicto tit. quis dicat. Dux, cap. 1. à nu. 7.* qua de re nos in *Rit. 50. n. 18. lib. 1.* ità illis feudatarij, & rerum feudalium administrator digniùs, atque elegantiùs nomen sortiatur: prout est istud nomen, Balius: non enim est Latina, sed Aetruria vox, & propriè dicitur Altor, siue Nutricius; quemadmodum Altrix, & Nutrix dicitur Balia. Vnde ex hoc magis ad naturam 9 tutoris, seù curatoris, quàm Gubernatoris, seù Administratoris accedere puto, sicuti etiam dixit *Isern. in dicta Const. minoribus, lin. 80. sub num. 60.* vbi quærit, nùm auia, vel alius feudatarius, qui eum, cui feudum reliquit,

Digitized by Google

quit, in potestate non habet, Balium relinquere possit? & firmando quòd sic, quia cum *Cap.* Regni incip. *Feudatarius*, loquatur per verbum *Feudatarius*, masculinum concipit fœminium, & sic includitur feudataria, quę filium in potestate nō habet; ac propterea miror, quòd *Capyc. in inuestit. feud. in verb. Feudatariorum Baly, vers. incip. Balium licèt simpliciter*, & propriè *in vers. At non habens*, dixerit, feudatarium non habentem impuberem in potestate, etiam hodie non dare Balium, sed Gubernatorem, & Administratorem, qui Gubernator excludet Patrem impuberis ab administratione, & dicit hanc esse opinionem *Isern. in dicta Constit. minoribus*, cum si benè legatur *Isern.* dicit, quòd feudataria, vel auus maternus, vel pater, qui filium in potestate non habet, Balium dare potest; & anceps est solùm, an sine Iudicis confirmatione administrare valeat? & firmat, quòd cō firmari debeat ad instàr tutoris, vel curatoris dati ab illis, qui impuberem in potestate non habent, per *ll. de confirm. tut. in ff. & C.* minime refragante, quòd in *Cap. Regn. Feudatarius*, dicatur, licentia non impetrata: nam dictū *Capitulum* loquitur in patre filium in potestate habente, vbi *num. 70. versic. ille ergò*, sunt aduertenda illa *Isernia* verba: *Ille sine licentia curatoris administrabit, qui legitimus Balius est*, & in primis est corrigenda litera: nàm dum dicit, sine licentia curatoris, debet legi, sine licentia Curiæ, & per Curiam intelligit Regiam Curiam, à qua emanant prouisiones pro Balijs dandis, præferendis, vel confirmandis, vt in toto ibi *Isern.* contextu, & ex *text. in dicto Cap. feudatarius*, ibi: *Nulla de hoc à nobis, vel à*
10 *nostra Curia*. Secundò notandum, quòd Balium à patre datum, legitimum appellat, quod est aduersùs terminos, quibus vtuntur Iurisconsulti, qui legitimum dicunt eum, qui ab homine non datur, ac existit ex ipso Iure, & dicitur legitimus tutor, *l. legitimus, de legit. tutor.* prout legitimus hæres, qui ex legibus ad hæreditatem vocatur, *l. 2. §. vlt. ff. vnde legit.* cum similibus; & datus à patre dicitur testamentarius tutor, & quando est testamentarius, sed confirmandus, dicitur datiuus, vt ipsemet *Isern.* docet, ex *text. in §. fin. in Glos. Inst. de tutel.* & *DD.* probant in *l. neque*, C. *de confirm. tut.* vbi communis opinio videtur esse conformis cum illa *Isern.* quòd semper dicatur datiuus, verùm quòd aliqua de testamētario retineat, vt ibi *Alber.* & *Salyc.* ostendunt, licèt alij dixerint, esse anomalos tutores, compositos ex testamentario, & datiuo, præcipuè *Bart. Angel. & Bald. ibi, ac in l. 1. de confirm. tut.* sed ipse *Isern.* ideò à patre datum, legitimum Baliū nuncupat, quoniam loquitur de patre impuberem in potestate habente: tunc enim legitimè est constitutus: idest secundùm legem, de qua in dicto *Cap. Regn. Feudatarius*, vbi disponitur, quòd pater Balium relinquere potest, nulla de hoc à nobis, vel Curia nostra licentia impetranda; secus autem si impuberem in potestate nō habeat, quia tunc Balium legitimè non dat, vt *ibid. Isern.*

Est autem verum, quòd *Capyc.* ef-
11 fatū comprobari veritate potest ex sequentibus verbis, quibus dicit, quòd talis Gubernator excludere patrem ipsius impuberis habeat, ad mentem *Isern.* qui istam quæstionem mouet in *vers. quid ergò si Gubernator*, & arguendo priùs, quòd patre administrare volente, non administrabit Gubernator, sic illegitimè datus; posteà sustinet contrarium in *vers. contra.*

Præterea *Capyc.* in illam potuit ire aleam, quia *Isern.* non clarè, sed obscurè suam innuit sententiam, ita quòd modò affirmatiuæ, modò negatiuæ inhæret, & dum videtur pro affirmatiua concludere, statim reddit ad talia proferenda verba, ex quibus negatiuam sustinuisse videtur, & *Capyc.* pro sua opinione potiùs allegare debuisset *Glos. in cit. Const.* quàm *Isern.* nam *Glos.* ibi paulò super *num. 50.* dicit, quòd minor, qui est in potestate patris

Digitized by Google

tris, vel aui paterni, Balium habere nō poteſt, argumēto Iuriū ibi adductorū.

Sed quicquid ſit de *Capyc.* dicterio, 12 puto, ſatis vtilitèr diſſerere, an Balius à patre filio in poteſtate exiſtenti relictus, adſtringi debeat ad præſtandam cautionē? nam affirmatiuam inſectantes aleam freti ſunt obſeruantia, quæ forsàn antiquitùs vigebat, quando omnes Balij per Regem, vel Regiam Curiam deputabantur, & etiam patri hæc Balium conſtituendi poteſtas denegabatur, vt ex cit. *Conſt. in aliquibus, verſ. ſi verò minores*. Prætereà hoc idem habetur ex altera *Conſt. ſi quando, de pœn. foriudic.* ac demùm ex altera *Conſt. minoribus, de iure Balÿ*. Si ergò à Rege, ſeù Regis Curia impuberi Balius eſt dandus; infertur, benè fuiſſe obſeruatum, vt cautionem Balius præſtare debeat, ad inſtàr tutoris, qui à Iudice cum datur, ſatisdare obſtringitur, *Inſt. de ſatisd. tutor.* exceptis tamen teſtamentarijs, & datis à Iudice per inquiſitionem.

Sed, meo iudicio, videtur dicen- 13 dum, talem obſeruantiam vigere potuiſſe reſpectu illorum Baliorum, qui per Regem, vel Regiam Curiam illis impuberibus dabantur, qui non à parentibus in eorum elogio conſtituebantur; haud enim præfatæ *Conſt.* aperiunt, quòd Balius à patre datus non ſit validè conſtitutus, & quòd à Rege, vel eius Curia, etiam tali caſu ſit dandus, & potiſſimùm *Conſt.* prædicta *in aliquibus*, vbi fingitur caſus, in quo filiæ ab inteſtato ſuperſint, iuxtà vniuerſalem illius *Conſt.* ſanctionem, prout idem de filijs poſt foriudicationem remanſis, de quibus in adducta *Conſt. ſi quando*, idemque in indicata *Conſt. minoribus*, ex illis verbis: *Si quando Balium gerendum conceſſerit*. Quæ verba caſum ponunt particularem, quando ſcilicèt ipſe Rex Balium daret, vt tunc ea obſeruari deberent, quæ ibi ſanciuntur, & eſt monitum, quod ibi ſcribit *Afflict. ſub num.* 2. quia illa verba: *ſi quando*, conditionem important, *l.* 1. & ibi *Bart. de condit. & demonſt.* quæ conditio intelligi debet verificata, quando ab inteſtato ſucceditur, vt tunc Rex Balium det, atq; *Afflict.* ità annuit loqui *d. Conſt. in aliquibus*, & *Conſt. ſi quando*. Quinimo ibidem ſubiungit *Afflict.* quòd ex adducta *Conſt. minoribus*, arguitur, Legislatorem tacitè voluiſſe, quòd Balius poſſet per eum, qui feudatarium in poteſtate retinet, relinqui. Si igitur temporibus illis Iura præfatarum *Conſtit.* nullam de Balio per patrem in teſtamento dato, mentionem fecerunt; ſed de Balio dando in caſu ſuperexiſtentiæ ab inteſtato, qua in theſi, cum Rex Balium conſtituat, potuit illa vigere conſuetudo de ſatisdatione præſtāda, tanquàm de Balio datiuo, ad inſtàr tutoris datiui, vt ſupra diximus. At temporibus Capitulorum Regni, in quibus adeſt *Capit.* incip. *Feudatarius*, per Regem Carolum II. promulgatum, in quo nedum patri permittitur, Balium, quem velit, poſſe in teſtamento relinquere; ſed ſubiungitur, quòd ille Baliatum ſuſcipere valeat ſine licētia Regis, vel eius Curiæ; non vtiq; in Balio per patrem dato iſta eſt requirenda cautio.

Quemadmodum enim de Iure Cō- 14 muni, iuxtà quod decidi debet caſus, qui à Iuribus feudalibus, & noſtri Regni deciſus non reperitur, *cap.* 1. *de feud. cognit. Ann. conſ.* 50. *de Pont. deciſ.* 15. *&* 20. *& de poteſt. Proreg. tit.* 10. *de Balio*, §. 1. *R. Salern. dec.* 55. *Præſ. de Franch. dec.* 340. *Reg. Sanfelic. dec.* 367. *Theodor. allegat.* 71. *Nouar. collect.* 3. *in prag.* 2. *de minor.* non à Tutore, qui eſt teſtamentarius, exigitur cautio, *Inſtit. qui ſatisd. cogant.* cum ſufficiat paternum conſilium, vt dicit *Gloſ. de confirmat.* vbi cōcord. adducit, in *l. qui à Patre*, ita, nec à Balio, qui à patre in teſtamēto relinquitur: cum Baliatus nil aliud ſit, quàm tutela, *Iſern. in Conſt. Regni in aliquibus, verb. ſi verò minores filiæ*, *Caſar. qu.* 19. *n.* 43. Ad rem *Bernard. Argentræus in patrijs Brittonum legibus tit.* 2. *des droicts du Prince art.* 74. *verb. Bail. lit. B.*

Etſi autem *Gloſ. in dicta Conſt. mi-* 15 *noribus* (quæ *Gloſ.* non eſt *Marin. de*

Digitized by Google

Caramanico Glosatoris Constitutionum, sed *Andr. de Barulo*, vt dicit *Isern. in princ.* vbi ipsum appellat modernum, & valentem Doctorem, & *Mant. de viris Illustr. num. 29.* ait, Andream de Barulo pluries à *Bartolo* citari, & propterea insignis, famosiq; Doctoris nactum nomen) dixerit *num. 30.* quòd quamuis illa *Const.* loqui ab intestato videatur; non tamen potest pater suo filio Balium in testamento relinquere, sed quando fuerit relictus, debet per Regem, causa cognita, confirmari, ex iuribus ibi adductis.

Nihilominùs istius *Glos.* effatum, puto, non esse verum, nec illis temporibus, nec postea tempore Regis Caroli II. in relato *Cap. feudatarius.* Nam cum præfatæ *Const.* etiam ad mentem ipsius *Glos.* loquantur ab intestato, erit dicẽdum, tacitè voluisse, quòd per testatorem Balius dari potuisset, vt ex *Afflict.* nos supra firmauimus, & Iura, quæ ibi allegat *Andr. de Barulo* non probant, debere à Rege confirmari; sed tantùm, quòd quando datur tutor ab illo, qui tutorem relinquere nequit, prout est mater, tunc per Iudicem confirmari debeat; & ipsa *Glos.* supponit, patrem Balium relinquenti, non habere licentiam, quod quidem non esse verum, iam diximus, eademque *Glos.* gratis hoc supponit; quemadmodum nec etiam inspecto tempore adducti *Cap. feudatarius*, quo attento, nullum est dubiũ, hoc sibi patri licere. Eo fortiùs, quia *Andr. de Barulo* de hoc *Capitulo* mentionem non fecit, nec facere potuit, ex quo ipsum fuisse Aduocatum fiscalem tempore Imperatoris Friderici, & sic per multos annos, prius quàm dictum *Capit.* fuisset per Regem Carolum sancitum, atque ipsius *Andr. de Barulo Glosam* imprimi impressores curarunt, post *Glos. Marini*, aduertit ibidem *Afflict. num. 1.* vbi ipsum *And. de Barulo* magnum Iuristam fuisse, asserit.

Quoduè ex dispositione memorati
16 *Cap.* Regis Caroli, possit pater Balium relinquere, atque ille non indigeat confirmatione, ne dum ex ipsius *Capitul.* tenore dignoscitur, ibi: *Qui Baliatum suscipiat, nulla de hoc à nobis, vel à Curia nostra licentia impetrãda*; sed etiã id expresè affirmat *Capyc. in dicta Innest. in verb. Balij feudatariorum, fol. mihi, 68. in verb. Balium*, vbi de hoc *Glos.* dicto mentionem facit, & est secundùm interpetrationem *Isern. in d. Const. minoribus, in princip.* dicentis, hanc Regis confirmationem, de qua per ipsam *Glos.* esse hodie per dictum *Capit.* Caroli II. abrogatam, & innouatam, idemque sectatur *Afflict. loco cit.*

Quinimò ad mentem ipsiusmet *Gl.*
17 *ibidem*, dicere possumus, quòd licèt ipsamet dixerit, esse confirmandum, non propterea ad satisdandum talis Balius tenebatur: nam ibidem *Glos. sub num. 20.* dicendo ea, ad quæ iste Balius obstringitur, ait, quòd tenetur inuentariũ facere ad instàr tutoris, & curatoris, per Iura, quæ ibi allegat, nec subiungendo, quòd satisdare teneatur, coniecturam facit, vt ipsa opinionis fuisset, vt non satisdare teneatur: aliter enim notam non effugeret, cum de inuentario dixit, de quo nullum esse poterat probabile dubium, & reliquisset dicere de satisdatione, de qua dubitari poterat, ex quo si Balius est ipse Rex, vt in allegat. *Constit. in aliquibus, in verb. Si verò minores*, quando postea hanc Balij curam alijs committit, non debet iste alius ad aliud adstringi, nisi ad illud, quod ipse Rex tenebatur: ea enim nostra facimus, quibus nostram authoritatem impartimur, *leg. 4. C. de vet. Iur. enucl.* & qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, *l. si per alium, ff. ne quis eum. cum concord.* sed Rex ad hanc satisdationem non tenetur: igitùr nec ipse Balius. Ac propterea *Capyc. vbi supra, verb. Solemnia debet obseruare*, annuit, quòd quidam hoc tenent, vt satisdare non debeat, & forsàn intellexit de ipso *Andr. de Barulo*, quem retulit paulò superiùs, non loqui, nisi de inuentario. Ad effugiendam igitùr dignam notam aduersùs

ipsum

Digitized by Google

ipsum *Andr.* à quo benè glosatam præfatam *Const.* dicit *Isern.* possumus dicere, ipsum *Andr.* eius fuisse opinionis, vt Balius à patre datus, licèt à Rege, secundùm eius opinionem, confirmandus, non ad satisdãdum adstringi valeat.

Quamobrem si ipsa *Gl.* hanc fuerit
18 opinionem sectatus in præfata Balij specie; quantò magis est credendum, ipsam huius opinionis fuisse in Balio per patrem dato: nàm dum ipsa *Glos.* ad probandum, quòd Balius à patre datus est per Regem confirmandus, allegat *text. in l. pater*, quæ lex non est in *tit. de tutel.* vbi allegat, sed in *tit. de testam. tut. §. cum à patre*, necnon adducit *text. eod. tit. in l. qui tutelam*, quæ lex facit ad suum propositum in *§. impuberi*, allegat quoque *text. in l. mater*, quæ non est in *titul. de Tutel.* verùm est in *Codice de testament. tutor.* in quibus benè probatur, quòd tutor à matre dari nequit, quia filios in potestate non habet, vt dicit *Glos. ibidem in verb. Non potest*, vbi concord. meminit; sed datus confirmari debet. Cum autem *Glos.* ibi subsequitur dicendo, *propter consilium, & testimonium paternum*, & allegat *text. de curat. fur. l. & furioso*, & credo voluisset dicere, *si furioso*: nàm ibi in fine notatur de paterni testimonij authoritate, vt per *Glos. fin. in verb. Vitium*, allegat etiam *C. de Episc. aud. l. declarationibus*, quæ legi debet *de Creationibus*, 20. nàm ibi etiam de paterno testimonio. Si ergò postquàm dixit, Balium à patre datum esse per Regem confirmandum, illa deinde subiungit verba, *propter consilium, & testimonium paternum*, nectens dicta Iura; sequitur affirmandum, quòd sicuti cum datur à patre filio, cui tutorem dare nequit, quia forsàn sumus in casu, in quo filium in potestate non habet, debet à Iudice confirmari, per Iura Communia, in quibus habentur duo, vt scilicèt confirmari debeat, necnon isto casu propter consilium, & testimonium paternum, ad fideiussionem præstandam cogi nequeat, vt in specie in *dicta l. de creationibus*, quam allegat *in tit. C. de Episcop. audien.* ibi: *Fideiussionem cessare necesse est, paterno testimonio pro eius satisdatione sufficiente*. Sequitur idcircò dicendum, vt *Glosæ And.* dictum intelligatur secundùm legem, cui innititur: vt nimirùm confirmari debeat, & quòd ad satisdandum non cogatur; sicuti quoque colligitur ex *text. in l. qui à patre, ff. de confirm. tut.* vbi quòd datus à patre, licèt inualidè, sit confirmandus, & quòd satisdatio remitti debeat, quia paternum testimonium sufficit, vt ibi in *Glos. in verb. Remittitur*.

Atque *text.* iste *in l. qui à patre, de confirm. tut.* ad hoc demùm adducitur per *Isern. ibidem sub lin.* 70. vbi agitat quæstionem, de qua nos supra, an auus maternus, mater, vel pater, quando filium in potestate non habet, Balium dare possit? & firmando quòd sic, dicit, eum tamen confirmandum esse à Rege, quo in casu iste Balius est tutor datiuus: cum confirmandus dici testamentarius nequeat, vt *Inst. de tutel. §. fin.* vbi *Glos.* subiungit inde, quòd respectu satisdationis præstandę, perinde est, ac si esset testamentarius, per *text. in dicta l. qui à patre*, quem *text.* vnà cum alijs Iuribus, hoc idem firmando, allegat *Afflict. num.* 5. atquè propterea cum Balius, qui est confirmandus, dum à patre datur, qui filium in potestate non habet; vel à materno auo, & alijs impuberem in potestate non habentibus, satisdare non vtique tenetur; tanto magis Balium, qui à patre datur filio in potestate existenti, & quem non esse confirmandum, nostri de Regno affirmant; possumus audactèr asseuerare, non esse ad hanc satisdationẽm præstandam, compellendum.

Quod quidem erit extra omne du-
19 bium, si attendamus, prout debemus, & nostrates benè aduertunt, dispositionem adducti *Cap. si feudatarius*, ibi nàmque duo principalitèr; quæ ad nostrum quæsitum spectant, clarissimè sanciuntur. Primum, scilicèt quòd feudatarius decedens, suo po-

Digitized by Google

test filio illum Balium, quem voluerit, relinquere; & in hoc dum vult, quòd possit eum relinquere, qui sibi placuerit, est magis ampla Sanctio, quàm ea, quę ab Imperatore in *Inst. de tut.* §. *permissum*, disponitur, vt possit pater filio sibi in potestate existenti tutorem dare: ibi nàmque haùd ista leguntur verba, de dando tutorem, quem vult, prout in dicto *Cap.* leguntur, quasi quòd non modò æqualem potestatem habet in dando tutorem respectu allodialium, sed maiorem respectu feudalium, vt aliquid aliud operetur expressum, quàm tacitum; atq; ideò sicuti tutor ab ipso patre datus in allodio cautionem prę stare minime obstringitur, ità nec in feudalibus; & propterea Balium tutori, & curatori æquiparari, diximus, ac ex *Isern. & Afflict.* hoc firmantibus in citata *Const. minoribus*, tradit *Io: Ant. de Nigr. in dicto cap. feudatarius, n.* 12. & verè nullum est, nisi nominis discrimen: nàm in alijs Regionibus, pater, tàm in feudalibus, quàm in allodialibus, tutorem relinquit, quia tutorem dando, nihil de feudo disponit, *Rosent. de feud. cap.* 12. *concluf.* 10. *num.* 11. *fol.* 357. ex *d.* §. *permissum, de tutel.* & alijs Iuribus, & DD. allegatis *lit.* L. subiungens sub *nu.* 12. quòd de Iure feudali circa tutorem testamentarium nihil immutatum legitur; idemque, etiam si à patre esset inutilitèr datus, & confirmandus, ex DD. & Iuribus in *lit.* H. & prosequēdo sub *num.* 63. innuit ea, quæ adimplere debet tutor in feudis, pendere ex decisis à Iure Communi.

Alterum principale est, quia Inclytus Rex vult, vt iste Balius per patrem relictus suscipiat Baliatum, *nulla de hoc à nobis, vel nostra Curia licentia impetranda*, quibus verbis illa sublata fuit antinomia, per priùs exorta, nùm Baliatus à Rege pendeat? vel à Rege sit confirmandus? ita quòd absque hæsitatione à patre datur Balius, & à Rege non est confirmandus, vt *Isern.* ac *Afflict. in loco citat.* monent. Hinc est cauendum à dicto *Marin. Freccia de subfeud.* 39. *authoritat. sub num.* 3. in Regno non dari Balium in feudo, nisi ab ipso Rege, ex *Const. feud. in aliquibus*, cum hoc eius dictum corruat ex abrogatione, & innouatione per dictum *Capit.* Regis Caroli, vt dixerunt *Isern. & Afflict. loc. cit.* ex quo quidem Regis Caroli *Cap.* idem *Isern.* in adducta *Constit. minoribus*, *lin.* 80. scribit, quòd ista datio Balij valebit omni Iure, quo melius valere potest, *l.* 3. *in fin. de appellat.* & *l. quod fauore*, C. *de legibus*, maximè ex illis verbis: *Sine licentia Curiæ administrat*, & propterea cogitare haud possumus rationem concludentem, siue coloratam, quare adstringi possit? nisi dicamus, hoc in more esse: nàm constituto curatore à Pro-Rege, eiusque Collaterali Consilio, & testamentario confirmato absque inquisitione, remittitur ad Reg. Cameram, vt ibi adimplenda adimpleat, & quamquàm sit testamentarius, præstare obstringitur cautionem, *Reg. Curte citat. cap.* 3. *nu.* 90. *Montan. de regalib. in fin. tract. pag.* 351. *Reg. Sanfelic. decis.* 281. *lib.* 2. & *decis.* 367. *lib.* 3. *D. Consil. Marcian. cons.* 39. *D. Consil. Theodor. allegat.* 71. & *D. Aget. vision. inr. feudal. rub.* 4. *vision.* 5. *de iure Balij notit. pagin.* 275. ex *Reg. de Ponte de potest. Pro-Reg. tit. de diuersit. prouis. num.* 6. *Reg. de Marin. ad Reuert. decis.* 562. *num.* 1. qui quoque loquuntur de Balio vnius ex Proceribus, & Magnatibus Regni, si satisdare obstringantur, ac pro qua summa, & si fuerit Balius constitutus magnus Princeps.

Sed nùm in specie requiratur, vt præfati Balij relinquantur sub nomine Balij? an verò sat sit sub tutoris, vel curatoris, seù Gubernatoris? Videas *D. Reg. Io. Franc. de Pont. decis.* 20. *à num.* 7. relegans se in *tract. de potest. Pro-Reg. titul.* 10. *capit. de Balijs*, & ibi *Thor.* qui optimam suam additionem adiunxit. Vt autē non nisi vnicus concedatur, decisum fuisse ostēdit *Præsul Ricc.* causas speciatim memorans *collect.* 1382. verùm *Camill. de Curt. cit. cap.* 3. *num.* 94. hoc interpretatur, posse

Digitized by Google

se scilicèt plures dari. Et an proximior successurus eligi debeat ad instàr tutelæ? *de Luna consi.19.n.8. Reg. Tap.decis.S.C.31.num.13. Ant.Perez. in manip. iur. lit.A. num.16. Reg.Valenz.cons.17. ex num.2. Præs. Merlin. cent.1.cap.9. Seuerin. ad Reg.Sanfelic. cit.decis.367.vers.Insuper est obseruandum.* Nùm verò mater excludat auum paternum? discutit de *Franch.dec.10.* quam decisionem expendit *Reuerter. decis. 354.* & *de Luca in obseruation. ad eumdem de Franchis*, improbans *num.2. Rot.de priuileg.mulier. capit.2: num.78.* & *Caruf.in sylu.termin.arbor. 27. num.14.* in concursu aui, & matris in tutela, de qua *Thorus part.3. verb.Tutela, Reg. de Marin. lib.1.resol.54. Valeron.de transact.tit.3.q.41. num.18.*

Ecclesiastici autem constitui possunt Balij suorum agnatorum, & cognatorum, vt aduertit *Carolus Rosa ad consuet. Neapolit. tit.13. quib.reb. hab. loc.quart.ad fol.301.lit.A.sub num.46. pag.242.* notans *Constantin. Cæsar. in specul.peregr. quæst.19.* sermonem habere de tutela extranei. Clericis enim licet, si ipsi velint, tutelam, aut curam assumere, ad quam iure agnationis vocantur, non verò Monachi, Episcopi, alijque Religiosi, *Accurs.in Auth. Præsbyteros, C.de Episcop.& Cleric.* ac ante eum *Azon.in summ. C.lib.1. eod. tit.num.10.& lib.5.tit.qui dar.tut.poss. num.11. Cuiac. ad Nou. 123.* ex qua sumpta fuit mox *cit.Auth.Præsbyteros, Costa de remed. subsid. rem.72. num.7.* ex *Rot.Roman.decis.772.par.1. in nou. Aretin.cons.26.nu.3. Gattier, de tutor. par.1. capit.1. num.20. Crass.de effect. Cleric. effect.16. num.20. Squillant. de priuil.Cleric.cap.14.num.7. Ansald.de iurisd.par.2.tit.11.cap.28.num.13. Molin.de iust.& iur.disp.221.nu.8. Sanch. in præcept.Decalog.tom.2.lib.6.cap.14. nu.25. Barbos.in cit.Auth. Præsbyteros, num.4. & de iur. Eccles. capit.39.§.5. num.73. Castill.decis.82. Larrea alleg. fisc.82.num.3.par.2. Giurb. obseru.23. num.11. Alba cons.755.num.28. Marcabrun.cons.37.num.82. Gregor.Lopez in l.14.tit.16.par.6.* Cumq; inter Monachos accẽseri, & connumerari Milites Hierosolymitanos, scripserint *Cassan.in cathal.glor.Mundi p.4. cõsid.64. Tusch.concl.107.lit.N. Tap.in authen. ingressi, in glos. Sua, cap.73. num.19. Menoch.cons.54.num.17. Vasq.controu. iur.lib.3.cap.105.num.49.& 50. Azor. Instit.Moral.lib.12.cap.12.par.5. Ricc. collect.216. Franc. decis.479. Molfes. cons.33. de Pont. consil.14. lib.1. Gratian.discept.forens.c.257.nu.24. & seq. & cap.880. Caball. resol. crim. cas.64. de Franch.decis.479. Guazzin. ad defens.reor. def.1.c.23. Camill.de Medic. cons.719. R.Sanfelic.dec.251.* ideò tutelã, Baliatumq; gerere, omninò prohiberi, in consessu Doctissimorum Virorum fuit responsum. Ac quid de Militibus Cruciferis cuiuscũq; Ordinis? scribũt *Gratian.c.880. Flor. Diaz lib.2. var.quæst.21.§.4.ex n.174. Reg.Rouit. in prag.1. num.4. de Eccles. person.* & de illis Sancti Iacobi de Spada, Alcantaræ, & Calatrauæ, *Mastrill.decis.290. Reg.de Marin.lib.1.quotid.cap.44. Bellug.in spec.Princip.rub.11.§.videndum, à num.16. Consil. Carleual. de iudic. lib.5.disp.2.quæst.6 sect.3.num.435.*

Insuper *Capyc.in citat.inuestit.col.2. 22 vers.Regi pupillo*, multa de Balio profert, vnumque adducit admodùm singulare, vt scilicèt pupilli expensis nutriri debeat Balius, ex *Const.Minoribus, circa medium*, & ibi *Glos.in verb. Vestitu*: quia Rex pro persona subst̃tuta per ipsum pro seruitio potest de feudi fructibus retinere tantum, quãtum sufficit, *Andr.in cap.si quis decesserit, col.1.si de feud.fuerit controu. & in §.si quis in feudatus, col.4.vers.quintò*, notandum addens *Capyc.* quòd vltra victum, & vestitum, salarium consequi habeat, ac nectit obseruatum in Baliatu Comitis de Castro, & decisum refert *de Franch.decis.122. Bilocta concl.feud.83. Auus meus ad Grammat.decis.103.nu.136.* etiam facta renunciatione salario tutelæ, non includitur illud baliatus pro feudalibus, de quo debet fieri specialis mentio, vt in *alleg.27.tom.3. Reg.de Marin.* sicuti

& tu-

Digitized by Google

& tutori salariũ à Iudice constitui potest, nil refragante, illud gratuitum esse debere, ex *Bart.in l.eos, ff.de tutor.& conf.*82.*vol.*2.vt aduersus deductum apùd *de Franch.citat.decis.*122. *Monter. decis. Arag.*29. *num.* 21. *Menoch.de arbitr. cas.*512. *Guttier. de tutel.par.*3.*cap.*2. *Reg.Reuert. decis.*571. & ibi *Reg.de Marin.*tuetur *Conf.Prat. lib.*2. *discept.forens. cap.*5. ex *Valenz. conf.*179.*nu.*61. & repetit *ad Paschal. de patr.potest. par.*1.*cap.*3. *vers.curiosa in primis*, & haud dissentiunt *Papon. de arrest. Franc.lib.*15.*tit.*5. *arrest.*12. idem *Menoch.conf.*228.*lib.*3. *Altogr.ad. conf.*57. necnon *Cyriac.lib.*3. *controu.* 503. *num.*43. *Cancer.var. lib.*1.*cap.*7. *num.*48. *Bacc.de decim.tut. cap.*2. sermonem habentes in tutela laboriosa, & tutore paupere, *Borgn.in tractat.de tutor.& curat.num.*310. post *Aretin.in tract.de testam.glos.*96. & Iudici arbitrarium, notat *Anton. Piagg. in tract. de tut.& curat.quæst.*3. *num.*24. *&* 25. *pagin.*727.*in* 8.*vol. tract. Anchar.iun. conf.*61.*lib.*2. *Christin.dec.Belgic.*153. *vol.*3. *Io.Vincent. Caualer.alleg.*27. *in tom.*3.*quot.resol.Reg. de Marin.* Adeo quòd Balius propter amplum patrimonium, sicuti tutor, possit constituere vnum administratorem in certis bonis cum solario, vt dixere *Bart. Io.de Plat.& Rebuff.in l.*2.*C.de conditis in publ.her.lib.*10. *Afflict.in rub. Constit.de iur.Baly,col.*2.*ad medium.* Illud tamen nùm debeatur patri Balio sui filij? negatiuè decisum memorat idem *de Franch.decis.*340. quia nec filio gerenti patris negotia debetur. Contra quam decisionẽ, tàm pro patre, quàm pro filio, arguit *de Luca in add. ibidem* ex *Escob.de ratiocin.cap.*28.*num.*36. & dissidentes *Consil. Rocc. respons.* 81. *à nu.*15.*tom.*1. & *Conf.Prat.ad Paschal. de patr.potest.par.*1.*cap.*3. recenset.

Sed competat nè pro huiusmodi sa-
23 larij consequutione prælatio cœteris creditoribus? differit *Consiliarius D. Ioan. Dexart ad Capit. Regni Sardin. lib.*3. *tit.*11. *de salar. & diet. capit.*64. *num.*7. *pag.*938. optimam adhibens distinctionẽ inter creditores generali, & speciali cautos hypotheca.

Neque mirum, si Balio sit magis
24 prouisum ex Constitutionibus Regni, quàm Tutori per Ius Commune: nàm dicitur plusquàm Tutor, *D.Rodoer. ad Reg.de Marin.quot.resol.cap.*30. & hæc persona Balij in contingentia facti fuit reputata quasi eadem cum feudatario impubere; prout seruatum in Parlamentis, in quibus hæsitatum extitit, an locum sui feudatarij tenere potuerit? & *D. Reg.de Ponte decis.*14. *nu.*9. decisum memorat negatiuè, pluribus rationibus, quarum præcipuam elicit *D.Reg.Tapp. in decis.suprem.Ital.Consil.*21. *num.* 36. *&* 37. quia ius illud honorificum, & speciale, personæ, & ossibus feudatarij est adeò annexum, vt ab eo euelli non possit; tamen ibidem *Reg. Tap.* rescribit decisionem *D.Reg.D.Anibalis Moles*, tunc manu scriptam, nunc cũ alijs typis editam, *tit.de exact.function.fiscal.* §.3.*quæst.*7. *pag.*46. concludentem, Balium vti Baronem suffragium protulisse, non autem vti procuratorem, haud refragãte, quòd non esset Baro, licèt vt Baro existimaretur, & aliud est esse tale, aliud verò haberi pro tali, iuxtà *Bart. in gl.in l.meræ appellationi, ff.de verb. signif.* ac monet, eam fuisse illius conclusionis rationem: quia Balius habet omnimodam iurisdictionem, imperijq; exercitium, proprio iure, non autem procuratorio, ex *DD.in mem. constit. minoribus*, & *Capyc.cit.loco, verb.Feudatarij*.

Notabile quoque videtur, vt Baro,
25 filio sui subfeudatarij ab intestato decedenti, de Balio prouidere potest, licèt de hoc nullam legem loquentem habeamus, *Freccia*, latè hinc indè differens, *author.*29.

De Balio autem, vel Curatore Re-
26 gi minori dando, sermonem habent *Reg. Tap. de iur.Regn. lib.*6. *tit.*17.*ex nu.*9. *Antunez de donat. Regijs, par.*2. *lib.*1.*cap.*24.*num.*67. *Gratian. discept. forens.cap.*225. *Oldrad. conf.*53. *Cald. Pereyr.in l. si curàtorem habens, verb. Hunc contractum; num.* 45. *Parlador. lib.*1.*rer.quotid.cap.*12.*num.*11. *Molinæus*

Digitized by Google

næus, damnatæ memoriæ, *ad Consuet. Pariſ.tit.* 1. §. 29. *ex num.* 2. *Galganet. de tutel. lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 16. *Giurb. de ſucceſs. feudal. prælud.* 3. *num.* 13. *Merend. controu. lib.* 6. *cap.* 46. *num.* 3. *Valenz. conſ.* 198. *ex num.* 80. *Vela diſſert.* 3. *num.* 11. *Afflict. in conſtitut. minoribus, n.* 14. *Zeſchlinus in vindic. Daniel. Ottonis de iur. public. cap.* 17. *fol.* 405. *Arumeus de iur. public. to.* 2. *diſc.* 35. *cap.* 31. *D. Reg. D. Marcell. Marcian. de Baliat. Regn. Neapolit. in fin. oper. legal.*

Tutor præterea datur alijs Burgen-
27 ſibus ad certam vſque ætatem, inde verò curator, donèc maior fiat, vt in adducto loco dicit idem *Afflict.* ſecutus inibi *Barolum*. Illius verò tres ſunt ſpecies ex vulgata Iuris aſſertione, alius quippè teſtamentarius, alius legitimus, alius deniquè datiuus; & quando vnuſquiſque eorum vendicet ſibi locum, excluſis alijs? inſinuat citatus *Anna conſ.* 50. At horum tutorum materia cum latas habeat habenas, eorumque non ſit propria ſedes in hoc *Ritu*, illorum propterea tractationem ſilentio hoc in loco inuoluere, exiſtimauimus. De curatore autem nonnulla diximus in antecedenti *Rit.*

Atq; hinc tantùm ad tertiam in ſu-
28 perioribus memoratam ſpeciem pertranſire decreuimus: ſcilicèt ad Mundualdos, de quibus noſter *Ritus* agit. Itaq; quis erit legitimus Mundualdus? *Luc. de Penn. in l. quicumque militum, C. de re milit. lib.* 11. cuius memor eſt *Affl. deciſ.* 260. *in fin.* quorum meminit *Cauenſis in Ritu* 291. *ſub num.* 5. *Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap.* 1. *gloſ.* 9. *par.* 1. *num.* 27. *Molfeſ. ad conſuet. Neapol. par.* 4. *tit. de renunc. quæſt.* 19. *n.* 11. Dari mulieribus inferioris gradus, viuentibus tamèn Iure Longobardorũ, docet *Gloſ. ſuper eadem conſtit. minoribus, verſic. & veſtitu ſuo*, quæ negare videtur in mulieribus Nobilibus, Iure Longobardorum viuentibus, & apertè firmat in *verſ. nam propter Nobilitatem*, *Capiblanc. de Baron. prag.* 3. *nu.* 110. Contradicit tamen generica tripartita diſtinctio *Baroli* per eumdem *Afflict. ſub dicto num.* 3. commendata. Neque habent mulieres in poteſtate, ſed dumtaxàt mundium earum, quandamque authoritatem, curatoris inſtàr, *Max ill. ad conſuet. Barenſ. §. mulieri nulli licere, num.* 33. *pag.* 239.

Hæc autem Mundualdorum autho-
29 ritas, non ſola Longobardorum legum adinuentio eſt, cum, & eam antiquiſſimo Iure fuiſſe apùd Romanos, teſtetur *Boet. in Ciceronis topica, lib.* 2. *Antiquo*, inquit, *Iure mulieres ſub perpetua tutela continebantur, & cũ recedebant à tutoris poteſtate, quæ in manu viri conueniebant, capite diminuebantur, itaque fiebat eis prioris ſtatus mutatio.*

Mundualdi tamèn expreſſus nè ſin-
30 gulis, quibuſque in actibus requiratur conſenſus, an tacitus quoque ſit ſatis? ſi quis recogitet, adeat *Arnon. in commentat.* 60. *& ſing.* 5. hunc non ſufficere aientem; at *ſoliloq.* 91. ſibi ipſi fortaſſe contradicentem. Ille verò debet eſſe in ipſo actu, nec ſat eſt ſuperuenire poſt illum factum, *Alex. in l.* 1. §. *fuit quæſitum, ff. ad trebell. in l. cũ dotem*, §. *eod. autem temp. ff. ſolut. matrim. Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 260. *n.* 11. *&* 12. indicans, quòd renuente Mundualdo aſſentiri, Iudex ſuas interponit partes. Ad rem *Tiraquell. ad ll. connubial. q.* 7. *Berlic. lib.* 2. *concl.* 18.

Mulieri verò reſtitutio, vtrùm de-
31 tur, & beneficium competat viuenti ſub Mundualdo? annuo, ſi Mundualdus ipſe haud ſoluendo ſit; diſſentio tamèn, cum ſoluendò eſt, iuxtà *Conſtit. obſcuritatem*, & *Ioann. Andr.* notat in *repert. verb. Minoribus*, *verſic. nota ex Gloſ. Ricc.* videndus *collect.* 186. *&* 1936. Rationem verò diuerſitatis inter Tutorem, ſiuè Curatorem, & Mundualdum, exquirit *Gloſ. in ead. Conſt. verſic ſi autem quæris*, latiùſque explicat *Imbrian. de* 1. *&* 2. *benef. conſid.* 2. *à num.* 107. & ex exteris conueniunt exarata *à Beſ.* 4. *conſ.* 149. *num.* 2.

Reliqua de Mundualdis ſubticeo,
32 tanquàm minus vtilia in Regno, vbi perraro, vt diximus, viuitur Longobardorum more, & relego ad ea, quæ poſt *Blaſium de Morconibus*, breuiloquo, tenebricoſo tamen, longèque obſcuro

ſcuro ſermone congerit *Pandus in ſuo tractatulo de præſentat. inſtrum. par.2. declaratione* 18. *à num.* 48.

Cæterùm, qui, & à quibus curatores mulieribus dari poſſint? exquirit quoque *Berlich.* 2. *concluſ.* 18. loquens de eorum officio, & authoritate; ac quando ſine illorum conſenſu, efficacitèr, contrahendo, obligari poſſint? diſcutit idem *Berlich.* antecedenti *concl.* 17. & an contractus, vel tranſactio à ſolo curatore celebratus ſubſiſtat, muliere illum ratificante, pretiumque recipiente? idem *Berlich. tract.* 1. *deciſ.* 148. quidue in contractu iurato? *Vrſill. ad Afflict. citat. deciſ.* 260. *num.* 9. *Cauen. in rit.* 291. vel in ſui fauorem, *Gomes in l.* 54. *Tauri, numer.* 2. *Marant. par.* 4. *diſt.* 16. *num.* 4. idem *Cauenſ. citat. loc.* Petr. Peckius *in tract. de teſtam. coniug. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 3. vel fauore piæ cauſæ, *Corn. conſil.* 256. *num.* 6. *lib.* 4. & ſi contrahat per procuratorem, *Socc. conſ.* 112. *& conſ.* 132. *lib.* 1. qui fatur etiam in aditione hæreditatis, & de compromiſſo loquitur *Marant. part.* 6. *verb. Compromiſſum, num.* 11. necnon *Carau. in pragm.* 1. *de S.C. Macedon.* §. 11. *num.* 39. & ſi ageret nomine alieno, & non ſuo, *Vrſill. cit. loc. num.* 10. *Marant. in ſpec. par.* 3. *num.* 124.

33

RITVS CCXCIII.

ITem Curia ipſa, etiam inter Longobardos, repulſationem ſacramentalium non admittit.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentales, qui, & quot eſſe debeant? ac de illorum vſu.*

1 SAcramẽtales, de quibus hic *Rit.* alterque 280. qui idem diſponit, ſunt teſtes compurgatores, teſte *Afflict. in Conſt. crebra, rubr.* 57. *ſub num.* 1. *Imbrian. de repulſa, part.* 3. *conſiderat.* 2. *num.* 61. non minores duodecim, *Afflict. in capit. Sacramentum, in initio*, atquè §. *ſi à Iudice, de conſuet. recti feudi*, quique iurare debent de veritate, iuxtà *Gl.* 2. *in cap. vnico, de controu. inter maſcul. & fœmin.* ſi poſſunt, aliàs de credulitate, addit inibi *Afflict. num.* 49. Horum autem Sacramentalium Ius Longobardorum etiam meminit, illiſque vtebatur, iuxtà *l. qualiſcumque, ſub tit. qualit. quis ſe defendere debeat*; itidem, & ius feudorum in *cap.* 1. *de content. int. Domin. & vaſal. de inueſt. feud. & cap.* 1. §. *Sacramentum, de conſuetud. recti feud.* ac demùm Conſuetudo Barenſis in *Rubr. cum quibus ſit iudicandum*, §. *cum ob hominum*, vbi *Maxilla* teſtatur, vſum hodiernum contradicere. Ius autem Canonicum quanquàm Sacramentalium nomen non admittat, teſtes tamen compurgatores recipit, *tot. tit. de purgat. canon.* in omnibus quippe delictis; verùm vſus reſtrinxit ad crimen tantùm hereſis, *Pegna ad director. Eymerici, par.* 3. *Comment.* 28. *verſic. & cum in omnibus.* Sed quales? quotque eſſe debeant? quibus in caſibus? & quomodo recipiantur? tractant *Locat. in ſuo opere inquiſ. verb. Purgationes, & Pegna ad idem directorium Inquiſit. par.* 2. *comment.* 14. *lit. C. & D.* idemque *Eymer. par.* 3. *numero* 182. Et de his aliqua dixi in *citat. Rit.* 280. *& in Ritu* 288. *ſub num.* 18. *verſ. & quamuis ibidem Reg. Rouit. in fine, hoc tom.* 4.

RITVS CCXCIV.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd cum aliquis tutor, vel curator, tutorio, vel curatorio nomine, cõteſtatur litem in iudicio, ſiue conuenti, ſiue conuenientes nominibus quibus ſupra, admittuntur per ipſam Curiam,

Digitized by Google

riam, etiam quòd non habeant instrumentum tutelæ, vel curæ, siue veniant etiam cum pupillis, siue sine; verùm facta litis contestatione, & iuramento de calumnia, & dato termino ad probandum, datur vnus alius terminus ad docendum de solemnibus: ideſt de curis, & tutelis, infra quem si non docent, non recipiuntur iura ipsorum tutorum, vel curatorum, nominibus quibus supra.

SVMMARIVM.

1 *In omni iudicio legitimanda est Actoris persona.*

2 *Quæ legitimatio fieri nè debeat ante contestationem litis, vel satis sit in termino probatorio? & quid de productione scripturarum?*

3 *Non exilis distantia consideratur inter verbum* exhibere, *&* edere.

4 *Edictum* de edendo, *an fuerit superfluum? & satis sit titulus* ad exhibendum? *ac quæ sit inter hos titulos differentia?*

5 *Quando edenda sint instrumenta, & scripturæ, tàm ab Actore Reo, quàm Actori à Reo ad finem probandi? & de obseruantia nostri Regni.*

6 *Scripturas ad finem deliberandi cogitur Actor exhibere ante contestatam litem ad petitionem conuenti, si de illis meminerit in libello.*

7 *Non iuuat, si dicat postmodum, illas deperdisse, nisi amissionem probationibus confirmauerit, vel aliquis deduceretur casus.*

8 *Regula memorata, exhibendas esse scripturas in libello mentionatas, an procedat, si fiat de illis mentio, tàm limitatiuè, quàm assertiuè? & adducitur exemplum.*

9 *Actor si compareat vti cessionarius, seù donatarius, Reusque instet pro cessionis, seù donationis exhibitione, non tenetur.*

10 *Ante litis contestationem non sunt admittendæ probationes in causa principali, quidue si sit facta mentio in libello?*

11 *Si aliquid alicui competat tanquàm hęredi, sit nè exhibenda scriptura hæreditatis, vel præambulum? quid in filio tàm respectu patris, quàm matris?*

12 *An facienda exhibitio alterius instrumenti nominati in scriptura ipsa mentionata in libello.*

13 *Instrumenta si vna cum libello producantur, facta litis contestatione, non potest ex illis instrumentis ferri sententia pro Actore, nisi ab illo fuerint reproducta in vim probationis; Sed quid in* Regno.

14 *Attento hoc* Ritu, *vt agens nomine alieno teneatur probare, se talẽ qualem asserit post litem contestatam, an semper sit verum? & datur illi intellectus.*

Exceptio in iudicio, tu non es procurator, *est dilatoria, & alia remissiue.*

15 Constitut. Regn. Exceptionem filiationis, *dispositio, atque distinctio inter agentem nomine proprio, & alieno, memoratur.*

16 *Adducitur notabilis S. C. decisio iunctis Aulis à* Reg. Rouito *manuscripta, qua explicatur adducta* Constit. Exceptionem filiationis.

17 *Tutor agens tenetur ostendere solemnia, & quæ sint? ac cuius expensis dari debeant? & an sat sit dicere, vbi sunt?*

18 *Inuentarij exceptionem opponens, an teneatur illud exhibere, vel sufficiat indicare Notarium.*

19 *Cedens non obstringitur tradere instrumentum crediti cessionario, quando originale existens penès Notarium haberi potest, & memoratur* Seraphini decisio 1477.

20 *Cuius sumptibus sit danda copia scripturarum in libello enunciatarum? remissiuè.*

1 VIsum actus agentium sint in patiente benè dispositi; in omni iudicio, siue ciuili, siue criminali, siue ordinario, siue exequutiuo, & summario, esse legi-

Digitized by Google

legitimandam Actoris personam, Iura clamant, *cap. quærendum*, *cap. alicui*, *cap. sunt qui*, 2. *quæst.* 7. *l. qui stipendia*, 9. *l. licet*, 24. C. *de procurat.* *l. non ignorat*, 9. *l. si quis*, 20. *l. si liberti*, 21. C. *de ijs, qui accus. non poss.* & DD. aduertunt, *Brunor. à Sole in quæstion. legal. quæst.* 11. *Carolus de Grassis de exception. exception.* 4. *ex num.* 88. & latè ex *nu.* 95. *Vant. de nullitat. tit.* 11. *de nullitate ex defectu inhabilitatis, seù mandati comparentium*, *ex num.* 1. *Rouit. in pragm.* 5. *num.* 10. *de ord. iudic. Castill. quotid. controuers. lib.* 3. *capit.* 24. *num.* 130. *Antonin. de Amato variar. resol. lib.* 2. *resol.* 78. *ex num.* 1. *Gregor. Lopez. in lib.* 3. *tit.* 10. *par.* 3. *glos.* 1. *Marantain praxi par.* 4. 20. *distinct. nu.* 16. *& par.* 6. *tit. de except.* 9. *membro iudicij, num.* 3. *&* 4. *Carleual. de iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 4. *ex num.* 1. *Reg. Sanfelic. decis.* 338. *à num.* 1. *lib.* 3. *Consil. Prat. discept. forens. cap.* 24. *ex num.* 1. *Præs. de Franch. decis.* 692. *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *n.* 2. *de ord. iudic.* Quæ quidem inhabilitatis personæ exceptio nunquàm excluſa censetur à Statuentibus, tàm in iudicijs, quàm in cœteris actibus, *Menoch. de præsumption. lib.* 2. *præsumpt.* 33. *num.* 1. *&* 2.

Antinomia verò inter *DD.* extat, 2 an id fieri debeat ſtatim initio litis, & ante ipſius conteſtationem, vel ſat ſit legitimare Actoris perſonam in probatorio termino? anuè deuinciatur nonnunquam ipſe Actor, ſeù libellans, exhibere ſcripturas, aùt inſtrumenta, quæ memorat in libello? quod ex ſcribendis patebit; ſed antea ignorare nefas eſt, diſtantiam haud 3 exilem cõſiderari inter verbum *exhibere*, & verbum *edere*, nec immeritò legi in libro *ff.* & C. titulum *de edendo*, aliumque *ad exhibendum*. Et licèt inter ſe tantam præſeferant ſimilitudinem, vt nedum diſcerni vix poſſit, quid inter ſe diſtent; verùm etiam complures exiſtimauerint, edictum *de edendo* ferè ſuperfluum eſſe, tanquàm ſatis nobis ſit titulus *ad exhibendum*. 4 Attamèn inter alias conſideratur illa diſſimilitudo inter verba ipſa, & reliquis fortaſſe vtilior, quæ depromitur ex *Caſtrenſ. in l. quadam, ff. de edendo*, quòd qui edere compellitur, tradendo exemplum, ſuum perſoluat munus, *l.* 1. §. *edere*, *& l. Argentarius*, §. *edi*, *ff. eod.* Sed qui exhibere cogitur, rem ipſam ſolùm, non eius exemplar, aùt imaginem conſignare poteſt.

Itàque dum de ſcripturarum exhibitione loquimur, ipſæ produci, non earum exemplar poteſt: tùm, quòd exhibere, eſt præſentiam corporis præbere, *l. plus eſt*, *& l. locum*, §. *hoc interdictum*, *ff. de tabul. exhib.* tùm, quòd actio ad exhibendum datur ei, qui aliqua acturus eſt actione in rem, vel in perſonam, cuius petitur exhibitio, *l.* 3. §. *eſt autem*, *& l. Iulianus*, §. *quantum*, *ff. ad exhib.* quare non exemplar, ſed res ipſa exhibenda eſt. Reliquas duas differentias coaceruat *Alfan. in rub. C. de edend. à n.* 3. quamuis ſciam, neminem latere, talia verba aliquando confundi, ſœpèq; exhibere pro edere ſumi, & è contra.

His conſideratis, regulam nunc 5 conſtituo, ex *Vlpiani I. C.* ſententia, *edenda eſſe omnia*, *quæ*, *quis apùd Iudicem editurus eſt*, in *l.* 1. §. *edenda. ff. de edend.* vbi etiam *Gloſ.* cœterique ſcribentes explicant, edenda eſſe omnia inſtrumẽta, tàm ab Actore Reo, quàm Actori à Reo, & poſt litem conteſtatam tantùm: nàmque lite conteſtata, vſque ad cauſæ concluſionem, cum Iudici edantur inſtrumenta, *cap. cum dilectus, de fide inſtrum. & cap. cum cauſam, de teſtibus*, *Abb. Fel. & alij in eod. cap. cum dilectus*, necnon *Bart.* & reliqui *in l. admonendi*, *ff. de iure iur.* idcircò etiam aduerſario ea edenda eſſe poſt litis conteſtationem, vſque ad concluſionem, videtur dicẽdum. Opinatur tamèn *Specul. in tit. de inſtrum. edit.* §. *nunc dicamus*, *num.* 1. licere Iudici ſtatuere terminum vtrique parti, infra quem vniuerſa inſtrumenta producantur, & eo caſu non ampliùs deceat vſque ad concluſionem dare, & præſcripto tempore elapſo denegetur exhibendi facultas, & commen-

dant

dant *Gulielm.* & *Bald. super ipsomet §.edenda.* Hactenùs de scripturis consignandis ad finem probandi, quas nemo compellendus est præsentare, nisi post contestatam litem; & de stylo nostrorum Tribunalium, quandocumque vsq; ad sententiam excluſiuè producere partes valent, vt pluriès dixi, præsertim in *Rit.* 238. *lib.* 2.

6 Cùm verò de illis quæritur ad finem deliberandi, cogendus est Actor, etiam ante contestatam litem, exhibere ad petitionem conuenti, ex *l.* 1. *ff. de edend. Specul. loc. cit.* & propterea si producens libellum in eo meminerit alicuius scripturæ, tunc illam cogitur edere, *Soccin. iun. cons.* 134. *post num.* 3. *volum.* 2. *Purpur. cons.* 8. *&* 11. *vol.* 1. *Borgn. Gauaſc. deciſ.* 38. *num.* 5. *vol.* 1. *Innoc.* & *Abb. cap.* 1. *de probat.* & *Felin. n.* 26. *Aret. cons.* 68. *num.* 1. *Viu. deciſ.* 11. *num.* 12. *deciſ.* 358. *par.* 2. *Cancer. var. reſolut. par.* 1. *capit.* 19. *num.* 15. *Muſcatell. cit. gloſ. comparentis, nu.* 14.

Idque adeò, quòd si postmodum 7 deperdisse iuret, non sit eius assertioni standum, nisi eiusmodi amissionem alijs confirmauerit probationibus, *Ruin. cons.* 69. *num.* 4. *&* 5. *vol.* 2. & *Plotus in l. si quando, num.* 541. *C. vnde vi*, vel aliquis deduceretur casus: veluti incendij, saccomanni, inundationis, vel casmatis, &c. *Gloſ. in cap. quantùm contrà, verb. Præſumatur, de probat.* ex *l.* 1. *C. locat. Afflict. deciſ.* 13. *Farinac. de ſimulat. & falſitat. quæſt.* 154. 3. *par. num.* 40. *Surd. conſ.* 245. *num.* 3. *vol.* 2. *Tepat. var. ſentent. tit.* 323. *cap.* 9. *vol.* 1. *Gratian. cap.* 262. *tom.* 2. *& cap.* 468. *numer.* 30. *to.* 3. *Theſaur. quæſt. forenſ.* 94. *lib.* 3. *Thor. par.* 1. *compend. verb. Probatio ſcripturæ deperditæ, Cacheran. deciſ.* 96. *Carocc. deciſ.* 11. *Rota Peruſin. dec.* 100. *Ricc. collect.* 2053. *par.* 5. *Præſ. Ganauerro conſ.* 6. *art.* 4. *num.* 31.

Quamquàm autem permulti dixe- 8 rint, non omnium scripturarum in libello mentionatarum faciendam esse editionem ante litem contestatam; sed earum dumtaxàt, quæ per modũ limitationis, non autem assertionis, mentio facta est, inter quos extat præcipuè *Bart. multis in locis*, ac potissimùm *in l. postquàm*, §. *si dies*, *ff. vt legat. siuè fideicomm. nom. caueat.* demùmque *Rot. Rom. deciſ.* 34. *de probat. Guid. Pap. dec.* 116. *Franciſc. March. dec.* 557. *num.* 10. ex *Felin. in cap.* 1. *num.* 26. *de probat. Gabr. Sarain. in ſuis annot. ad Matheſil. ſing.* 40. *num.* 5. Nihilominùs tutiorem reor opinionem, vt omnes teneantur exhibere, ex *Aretin. in capit.* 1. *de probat. Ranchin. ad Guid. Pap.* qui præterea ita seruatum vidisse testatur, adducta *deciſ.* 116. estque communis practica, si *Follerio* assentimur in *addit. ad Marant. in ſuo ſpecul. par.* 6. *actu* 10. *num.* 9. *Muſcatell. par.* 3. *gloſ. mentionatorum, num.* 3. & *Conſil. Carleual. cit. to.* 2. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 3. *num.* 18. exemplificans, si diceretur, Titius vendidit mihi fundum, prout constat ex instrumẽto manu talis Notarij, tunc fit relatio ad instrumentum limitatiuè. Fit in libello mentio assertiuè, cum proposita narratione petitionis clara, & aperta, subiungitur, & de hoc factum est instrumentum manu talis Notarij, subnectitque *num.* 20. huiusmodi quæstionem videri redactam ad vanam verborum formulam ex adducto *Ranchino.*

Verũtamèn si Actor meminerit ali- 9 cuius scripturæ facientis ad probationem petitionis, causæque decisionem, & Reus petierit illius exhibitionem: nempè, si comparuerit tanquàm cessionarius, siue donatarius, illeque institerit pro fide cessionis, & donationis, tunc denegandã esse exhibitionẽ, scripsit *Specul. in adducto* §. *nunc dicamus, versic. sed quid, num.* 4. & sequutus est *Bald. in l.* 1. §. *editiones, ff. de edend. Marilian. deciſ.* 7. *&* 10 *Oſaſchus deciſ.* 57. Nam ante litis contestationem non sunt admittendæ probationes in causa principali, etiam si ille velit, *cap. exhibita, de iudic. & toto titulo, vt lite non conteſt. Boer. dec.* 10. loquens in cessionario, & hærede, *Thomat. deciſ.* 100. *ex num.* 1. *Maſtrill. deciſ.* 258. *à num.* 1. de donatario sermonem habentes, *Thor.* 3. *par. compẽd. verb. Ceſſionarius, Olea de ceſſion. iur.*

Digitized by Google

tit.1. quæst.5. num.8. & tit.7. quæst.1. ex num.2. Verùm cum eius sit factamentio in libello, illius fieri debet exhibitio, vt scripsit idem *Bald. in l. qui stipendia, in fin.C.de procurat. Dec. cons.301. Guidon. Papa singul.245.*

Si verò aliquid competens alicui
11 tanquàm hæredi contineat, sit nè exhibenda scriptura hæreditatis, vel præambulum? tractant *Vinius decis. 374.vol.1.de Gama cons.8.ex num.29. Zucc.decis.1.à nu.1. Schauin.dec.100. num.2.* quidue in filio respectu patris, siue Actore, siue Reo? notant *Palma in diuers.Iur.Comm. & Regn.glos.8.ex num.15. Gallupp. in praxi S. C. par.1. cap.6.ex num.8. Ricc. decis.142. par.1. Gratian. tom.2.cap.230. Anus meus ad Capyc.decis.70.num.1.* meminit *Caraffit. in hoc ritu, Mausson. de caus. exequut.ampl.16. num.6.* & quid quò ad matrem, in qua nulla consideratur suitas? dixi in *Rit.178.num.2.lib.2.* & agunt *Chartar dec.Gen.54.n.21.R.Capyc.Latro decis.117.num.3. & 4. Seuerin.ad adduct. decis. Reg.Sanfelic.338. tom.3.*

Immò exhibitionem alterius in-
12 strumenti nominati in scriptura ipsa memorata in libello esse faciendam, affirmat *Dec.in Auth.si quis in aliquo, num.4. C.de edend.* & *citat. cons.301. num.3. Cranett. cons.112. num.15. & Glos.in cap.Abbate, versic.fiat fides, de verbor.signif.*

Sed quia isthæc præsentatio ante
13 litis contestationem facta, eò tendit, vt deliberet Aduersarius, si velit cedere, vel contendere, ex adducta *l.1. ff.de edend. & citata decision.Rotal.34.* ideò intentionem Actoris haùd quaquam probabit, nisi cautus sit ipse producens, eamquè reproduxerit in vim probationis post litem contestatam, *Butr.in cap.cum venissent, num.20.de restit. in integr. & cap.1. post num.16. de probat. Matheſil. sing.40. Mynsing.* adiungens ita seruatum, *in obseruation.53.centur.2.* omnesque fulciuntur authoritate *Federic.de Senis cons.160. num.2.* Quod minimè locum vendicare in hoc Regno, credimus ex *Cap. detestantes, in Rit.288.* potissimùm in S.C. ex *Bald.in l.eos, §.sin autem, in pen.col. C. de appellat.* dicente, quòd post litem contestatam non est opus reproducere exceptiones peremptorias oppositas ante litem contestatã, quia scriptura semel producta semper loquitur, & pro absoluto habuit S.C. in causa S. Montis Pietatis huius Fidelissimæ Ciuitatis cum Barone Casalis Noui. Commissario D. Consil. D.Io.Francisco Marciano, in Banca Ianuarij de Licto.

Hæc adnotare placuit, quibus no-
14 stra municipalia iura optimè collimare videntur, siquidem præsens *Ritus*, de cuius dispositione prolixè fatur *Muscatell.in prax. S.C. par.3.glos. comparentis, à n.16.* & concludit etiam post litem contestatam, teneri quem probare se talem, qualem se dixit, cum nomine alieno egit, attenta dispositione præsentis *Ritus*; quamuis attenta dispositione Iuris, teneretur antea docere, se tutorem, aliumuè, quem se esse asserit, ac propterea ratio ab ipsomet relata in *cit.praxi, parte 3.glos.termini, sub num.3.* (quòd per litis contestationẽ purgatur eiusmodi exceptio procuratoria, & similis, iuxtà *l.Pomponius, §.ratihabitionis, ff. de procur. Glos.in l.licet, C. de procurat.* quandoquidem cum fiat Dominus litis Procurator, ampliùs aduersùs illum opponi nequit exceptio, *tu non es procurator*, quæ est dilatoria, ex doctrina *Matheſil.sing.98.* incipiente *Nota Textum*, & ibi *Addit.*) procedat tantùm de Iure, non autem vigore nostri *Ritus*, aut potiùs, & mea quidem sentẽtia, crederem, Ius Commune loqui, vbicumque ante litem contestatam opponeretur exceptio legitimationis personæ, tuncque teneatur statim docere, nulla data licentia legitimandi postmodum; *Ritum* verò nostrum cum nulla fuit proposita exceptio, qui tunc admitti ad liticandum patitur, etiam non legitimata persona, ob terminum peculiarem, quem cõcedi mandat post terminum in causa datum, ita quòd, opposita exceptione

tione prædicta ante terminum, fortasse non procederet dispositio præsentis *Ritus*, atque ideò non daretur terminus ad docendum de solemnibus, quia debuisset probare ante breuem terminum in causa, quo in casu locum habere verba præsentis *Ritus* non videntur. Conferunt exarata à *Bald.* & *Salycet. in citat. l. non ignorat*, *Balb. decis.* 513. *Glos. And.* & *Aflict. in mem. Const. exceptionem*. Et an, ac quando procurator post litem contestatam teneatur exhibere mandatum, si illud negetur, & vsque ad quod tempus possit produci? ad exornatum mem. *text. in l. Pomponius*, §. *ratihabitionis*, lepidè examinat *D. Consiliar. Altimar. tom. 2. de nullitat. rub.* 11. integra *quæstion.* 23. & tetigerat priùs *quæst.* 20. potissimùm ex *num.* 25.

Iure verò *Const. Regn. Exceptionem*
15 *filiationis*, constitutum est, vt qualitas ad agendum requisita in eo, qui agit nomine proprio, minimè probanda sit ante litis contestationem, sed in eius processu, alioqui, Actori obiecta exceptio carentię similis qualitatis ad merita reseruatur causæ, non remorata litis contestatione, vt exponit *Glos. ibid. verb. Filiationis*, *Isern.* & *Aflict. ibid. Carauit. in Rit.* 191. *num.* 7. *Muscatell. in praxi lib.* 1. *par.* 5. *glos. reseruatis*, *num.* 8. *Io. Arnonus* Constitutionis memor in *pract. ind. c.* 9. *diff.* 42. & *diff.* 95. *Scialoya de for. comp. cap.* 33. *num.* 438. *pag.* 286. Quòd si agat alieno nomine, tanquàm procurator alterius, vel vt tutor, seù curator, in initio litis, & ante illius contestationem mandatum exhibere, suamq; legitimare personam obstringitur, alioqui obstabit exceptio *tua non interest*, & à Iudice, vti actione carens, ex officio repellitur, vt diximus, & notant *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 57. *num.* 28. & *seq. Menoch. consil.* 1244. *num.* 59. *lib.* 13. latè *Guttier. de tutel.* & *cur. parte* 3. *c.* 8. *Christin. decis. Belgic.* 153. *n.* 7. *lib.* 2. *Golin. de procur. par.* 2. *c.* 3. inquirens, an acta interim facta sint nulla?

Ad exornatum autē adductæ *Const. Exceptionē filiationis*, *D. R. Scipio Rouitus* in margine eiusdem propria manu hæc scripsit, quæ hic adnotare libet.

Aduerte tamen, quòd hodie 25. *Octo-*
16 *bris* 1613. *iunctis Consiliarijs duarum Aularum, ad relationem perspicacissimi, & doctissimi Io. Andreæ de Georgio Reg. Consil. fuit iudicatum, hanc Constitutionem esse intelligendam in exceptionibus exemplificatiuis in textu, quæ sunt exclusiuæ intentionis agentis; non autem in exceptionibus, quæ sunt exclusiuæ actionis, in quibus remanet firma dispositio Iuris Communis, vt scilicèt, quando impromptu constat, Actori non competere actionem intentatam, impediatur processus ad vlteriora, ex regula* text. in l. si pupilli, §. videamus, ff. de neg. gest. *vbi* DD. *quos latè recenset* Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 16. *Et ideò dum Octauius Tuttauilla, qui habebat insolidum obligatos Comitem Sarni, & Pompeium Tuttauilla pro ducatis quatuor mille, & octigentis, donatis eius patri contemplatione matrimonij, egisset pro medietate, contra Comitissam Sarni, hæredem Comitis, & declarasset, ab ea non prætendere, nisi suam medietatem tantùm, & sic diuisexat obligationem, iuxtà* text. in l. Reos, ff. de duob. reis, *& creditores Comitissæ ex iuribus illius petijssent, cōdemnari Prosperum Tuttauillà filium, & hæredem Pompei, ad contribuendum in hac medietate pro sua rata, opposita per Prosperum aduersus Comitissam, & eius creditores exceptione incompetentiæ actionis, habuimus pro vero, stante diuisione actionis insolidum, non competere conreo conuento pro sua medietate actionem contra conreum, & diximus, non esse procedendum in causa contra Prosperum. Actuarius Figliola.*

Tutori verò agenti in iudicio, vt
17 se talem qualem ostendat, sat non est, de decreto tutelæ docere, sed & de satisdatione, & inuentario, quæ duo sunt præcipua requisita pro legitimanda eius persona; atque ita ostendere principium, & finem inuentarij, notat *Carauita in hoc Ritu*, cuius memores sunt *Viscont. in concl. iur. verb. Tutor*, *pag.* 278. *Auus meus ad Capyc. decis.* 50. *num.* 1. *in fin. Aflict.* & *Vrsill.*

decis.

Digitized by Google

*decis.*297, *Muscatel. Glos. competentes, ex num.*10. *Merend. cons.* 42. *num.* 7. *Buratt. decis.*526. *num.*8. *tom.*2. *Cras. excep.*25. *num.*94. *Ludouis. decis.*574. *Caualc. de tut. & curat. num.*2. *Galter. in prax. instrum.*1. *par.*2. *par. rub.*2. *n.*2. *Mynsinger. cent.*2. *obseruat.*37. *num.*2. *Afflict. in cap.*1. *de milit. vasal. qui contum. ex num.*38. *Cappell. Tholosan. decis.* 288, vbi *Aufrer.* triplicitèr coarctat, *Gramm. in Rit.*42. *incip. item seruat*, attestans nullum declaratum fuisse iudicium, *Calà de mod. artic. glos.*3. §.1. *nu.*67. Videndi *Arnon. soliloq.*99. *Franch. dec.*206. *Thor. par.*1. *compend. decis. verb. Processus*, *Palma in diuers. Iur. Comm. & Regn. glos.*14. *Ritus*, & *Carau.* memores, nectentes, quòd Iure Communi attento adimplementa expensis pupilli dari debeant, ex *Aretin. in* §. *praterea*, *num.*35. *Inst. de except. Vant. de nullitat. ex defect. mand. nu.*149. & mos Regni admittit, asserere, vbi sunt? *Vrsill. ad Affl. dec.*177. *Marta vot.* 87. *Muscatel. glos. comparentis*, *num.*18. *Claud. Tut. allegat.*23. *num.*1. *Prat. obseru.*95. *ex num.*6. extricans *Vrsill.* effatũ, & explodens vulgatam controuersiam, nùm opponens
18 inuentarium, ad illud exhibendum obstringatur, an verò satis sit indicare Notarium, penès quem existere dignoscitur? in ea, sat esse indicare, concludit.

Confert, cedẽtem minimè obstrin-
19 gi tradere instrumentum crediti cessionario, quando originale est penès Notarium, à quo haberi potest, *Seraphin. decis.*1477. qui *num.*10. infert ad hęredem obstrictum dumtaxàt dare legatario instrumentum fundi legati, *Bald. in l. instrumenta*, C. *de fideicomm.* ex *text. in l. creditor*, *ff. de act. empt. & vend.* ibi: *Respondi, posse emptorem iudicio consequi, vt instrumenta, de quibus quæreretur, exhibeantur*, quando tamen penès ipsum originale asseruatur, insequitur *Visconti in conclus. iur. verb. Cedens, fol.*24. qua de re *Surd. decis.*54. *Hermosill. in l.*31. *tit.*5. *par.*5. *glos.*2. *num.*2. *Nouar. de dation. in solut. quæst.*12, *num.*5. *sect.*2. *Mangil. de euict. quæst.*81. *num.*1. *Rota decis.*104. penès *Verall. Reg. de Marin. lib.*1. *resol. cap.*42. *num.*9. *Olea cit. tract. de cess. iur. tit.*7. *quæst.*1. dispungens *num.*13. *add. decis. Seraphin.* conciliat, ac declarat dissidentes DD. sententias, ex *Genc. de censib. quæst.*72. *n.*32. *Pacific. de saluian. interdict. inspect.*5. *cap.*4. *à nu.*208. & eiusdem *Seraphini dec.*1477. meminit *D. Carol. Anton. de Luc. in cessionis iur. & action. labyrinth. ianua, via* 69. *num.*3.

Cuius autem sumptibus sit exem-
20 plar, seù copia danda scripturarum in libello enunciatarum? inquirunt *Viu. decis.*11. *&* 358. *part.*2. *Muscatell. in glos. mentionatarum*, *alyque cit. in loc. Ascia determ.*153. *Seuerin. ad Sanfelic. cit. decis.*338. *vers. verùm si actor, to.*3.

RITVS CCXCV.

ITem quòd quilibet Officialis, Iudiciarius, Capitaneus, Iudex, Assessor, in Regno in fine sui officij, debeat syndicari, prout Constitutio, & Capitula Regni iubent, & mandant, & nisi demonstrent literas sui syndicatus, non possint assumi, nec admittantur ad aliud officium.

SVMMARIVM.

1 *Optimus gubernandæ Reipublicæ modus est, iubere, vt Ministri, obito iam munere, reddendæ rationi se submittant.*

2 *Non aliam ob causam Imperia euersa, nisi quia plus nimio Administrantiũ libertati indultum est.*

3 *Minis inquisitionis, & residentia coercentur Officiales.*

4 *Hoc optimè intuens Regina Ioanna, vt omnium somnos sua vigilantia tueretur, quod proprium est Regum, hoc* Ritu *cauit, omnes Officiales syndicatui stare debere, quòd iure Diuino,*

&

& positiuo sancitum est.

5 *Numerantur aliqui, præsertim Actuarij (qui largè Officiales dicuntur) qui stare syndicatui obstringuntur, haud obstante immemorabili consuetudine in contrarium.*

6 *Lex per contrarium vsum vt tollatur, quæ exquirantur? cuique incumbat probare abrogationem.*

7 *Durante syndicatu debet Actuarius ab officio desistere, illoque completo, & obtentis literis liberatorialibus, potest ad munus redire.*

8 *Magistratus, Principis rescripto, non excusatur in syndicatu, nisi à culpa leui, ac leuissima, & statutum, aut consuetudo incontrarium minime admittenda.*

9 *Officiales perpetui, siue ad beneplacitũ, qui his aquiparantur, etsi non comprehensi in hoc* Ritu, *aliysque Regni sanctionibus, neque excusantur, sed visitationi sunt obnoxij, quæ quando soleat fieri.*

10 *Pro-Reges contra Officiales perpetuos carent iurisdictione, nominant dumtaxàt illos Potentissimo nostro Regi,*

11 *Hæ nominationes vnde ortum habuerint?*

12 *Primo loco nominatus frequentiùs eligi conuenit, vt dignior.*

13 *Recensetur nominatio facta in forma sphęræ à Patribus Minoribus, nè nominans ex ordine scripturæ indicet digniorem, ac adducitur responsum Pontificis, & præfata cautela etiam vsus fuit* Caius I.C.

14 *An dignum nominare valeat, relicto digniori?*

15 *Officia indignis collata vilescunt, & decolorantur.*

16 *Gradatim conferri debent officia, sicuti onera distribuenda.*

17 *Aliquando,* Rex *noster destinare solet Officialẽ alterius Regni ad capiendũ informationem cõtra Ministrum perpetuum, vel mandat, causam videri per Officiales huius Regni destinandos à Pro-Rege, & casus memoratur.*

18 *Capitanei, exhibitis literis patentalibus, tenentur præstare iusiurandum de fideliter iustitiam ministrando, & de alia obseruando.*

19 *Quin, & iurare debent, quòd integra perlegerint Regni iura; sed an procedat in omnibus Officialibus, siue Regijs, siue Baronalibus.*

20 *Iusiurandum præstari debet die non feriato, & non complectitur, nisi obseruantiam iustorum, & alia ad rem.*

21 *Iudex habens potestatem procedendi, prout voluerit, ordinem tamen iuris, statuta, ac consuetudines obseruare tenetur.*

22 *Præfatum iuramentum non comprehendit obseruantiam eorum, quæ contraria consuetudine abrogata sunt.*

23 *Vectigal, si venditur* à patti vecchi, e modi vsati, *intelligitur de pactis ac modis in vsum deductis, honestis, & licitis.*

24 *Recensetur celebris causa decisa in S. C. inter Gubernatores Arrendamenti ferri, &c. ac conductores, & subconductores eiusdem Arrendamenti.*

25 *Locator tenetur præstare rem locatam absque vitio, & liberam, vt valeat conductor illa frui.*

26 *Arrendamentum ferri consistit in iure prohibendi ferrum, azzarium, &c.*

27 *In Regia Sile non licet facere picem albam, nec incidere arbores.*

28 *Prouisiones, quòd obseruetur solitum, intelliguntur de solito iusto, atque licito.*

29 *Vendens rem, censetur vendere ius, quod habet in re, & sermo intelligitur secundùm suam naturam, & coarctatur ad ius respectu rei, de qua agitur.*

30 *Iuramentum in ingressu officij semel præstitum, sat est etiam pro tempore confirmato.*

31 *Officiales præstare quoque tenẽtur cautionem in loco administrationis de parendo syndicatui, completo munere.*

32 *Si verò in illo loco non inuenerint fideiussorem, admittuntur illam præstare in Regijs Tribunalibus, & an teneantur satisdare de iudicatum soluendo? remissiuè.*

33 *Interposita appellatione per querelantem, syndicãdus cogitur ad præstandã*

cautio-

Digitized by Google

cautionem de soluendis, & resarciendis damnis, expensis, ac interesse.

34 Satisdatio si ex aquitate illorum de Regimine, non fuerit data, vltra interesse, ad quod tenentur, obtinere possunt Regios ordines, quod dent idoneam cautionem, vel desistant.

35 Deliquant nè hi de Gubernio, si Officialem diuitem admiserint absque huiusmodi satisdatione?

36 Actorum Magister excusatur recipiens fideiussorem minus idoneum in partis praesentia, non reclamantis, vel de mandato Iudicis.

37 Syndicus praterea immunis est à pœna, quia fideiussorem non recepit ab illo, qui aderat tempore Syndicatus.

38 Fideiussores Magistratuum non tenentur ad gesta extra officium, etsi fideiussio generalis sit, & in omnem casum concepta.

39 Numquid verò generalitèr praestiti teneantur ad pœnam corporalem, & subsistat obligatio talitèr facta?

40 Fideiussores si decesserint ante sententiam condemnatoriam, possint nè eorum haredes conueniri?

41 Ratio ab Officialibus in loco administrationis reddi debet, & in loco scilicèt maiori, at non in omnibus locis illi adiacentibus, prauÿs bannis in locis praedictis.

42 Non possunt discedere à loco, nisi praestito syndicatu, etiam vocati à Principe, si fuerint tamen accusati de crimine, pro quo veniret imponenda pœna corporis afflictiua.

43 Licet Principi iubere, quòd pendente syndicatu in vno loco, valeat exercere aliud officium in alio, qui aliquando indulgere solet, vt praestetur syndicatus per Procuratorem.

44 Officiales non obstringuntur praestare syndicatum in loco administrati officÿ, quando ibi inimicitias contraxerunt, & praxis indicatur.

45 Officialis si aufugerit timore alicuius factionis contrariæ, nulla ex fuga oritur contra ipsum praesumptio.

46 Vniuersitas retinet vltimam tertiam salarÿ partem dandam post finitum syndicatum, & absolutionem obtentã.

47 Syndicabantur olim à Praefecto Praetorio, hodiernis tamen temporibus secundùm consuetudinem locorum.

48 Non requiritur interuentus successoris, quidue si eligatur pro syndicatore?

49 Syndicatus Regentis, ac Iudicum Magna Curiæ, recipitur ab Electis huius Ciuitatis taxatiuè, & committitur alicui Ciuitatis Consultori.

50 Hic Consultor habet potestatem absoluendi, vel condemnandi, à cuius decretis, etiam nostris temporibus, ad S.C. appellabatur, in quo, coperto capite stans, relationem faciebat, ipsoque absente, dabantur suffragia.

51 Quo titulo Electi decorentur, in decretationibus à Praeside S.C.

52 Hodie à Consultoris decretis appellatur ad Collaterale Consilium.

53 Acta syndicatus gratis, & sine mercede tradi, ac fieri debent, tùm querelante, tùm syndicando instante.

54 Ratio praxis, quòd ad Collaterale Consilium deferatur, appellatio, indicatur.

55 Quod declarauit idem Collaterale Consilium locum habere in Officialibus Regÿs, non autem Baronalibus, & Diploma rescribitur.

56 Dæmones, atque adeo lamiæ, magi, ac venefica, homini ius dicenti non possunt nocere, & incarcerati malefici non possunt euadere.

57 Nedùm Iudices M. C. biennales, sed etiam perpetui à S.M. electi, stãt syndicatui, & ratio adducitur.

58 Regens M. C. dùm praestat syndicatum, tenetur exire Palatium M. C. si ibi habitat.

59 Vigiles Pro-Reges syndicatus ratione à Iudicibus relata, & nulla detecta labe, confirmant illos, donec ad maiorẽ gradum ascendant, monita R. Carol. Tapiæ insectantes, eiusque Regentis verba rescribuntur.

60 Quæ monita obseruarunt Eminentiss. Cardinalis ab Aragonia, & Excell. Marchio de Astorga, ac memoratur eorum humanitas in Authorem.

61 Debent eligi syndicandi non suspecti.

62 Ille-

Digitized by Google

62 *Illorum suspicio proponenda est in Regijs Tribunalibus.*

63 *Duo Cognati non possunt simul eligi Syndicatores.*

64 *Contentiones, & iræ fratrum sunt acerbissimæ, & qui se nimium diligunt, ijdem se nimium odio habent.*

65 *Duo Cognati in eadem causa Iudices assidere non debent.*

66 *Pater, & Filius an possint in vno, eademque Tribunali ius dicere.*

In Studiorum, & Virtutis Palestra, nulla agnoscitur patria potestas, nulla vincula suitatis.

67 *Adiuncti cum publicati sunt ex rescripto ad S. C. transmisso, inibi agendum est de remouendo altero ex cognatis, remedio suspicionis.*

68 *Duo Cognati votum in eadem causa dare non valent.*

69 Text. in l. 3. §. si quis, ff. de condict. caus. dat. *vbi Celsus Genitorem in iure correxit, enucleatur.*

Filius in iudicijs ad irritum reuocare non valet, quæ à Patre geruntur, imò illius sententiam tueri obstringitur.

70 *Pater, & Filius non possunt vna insimul administrare bona Vniuersitatis.*

71 *Pater in causa filij iudicare valet; quando partes non repugnant.*

Filio minimè licet interuenire in causa, in qua pater, vel iudicauit, vel suspectus allegatus fuit.

72 *Iura Ciuilia vbi non habemus, recurrere debemus ad leges Castellæ, quæ magnum pondus habent ad causas decidendas.*

Virì duarum sororum sunt suspecti, vt vnus patrocinari non possit coràm altero.

73 *Præsides S. C. in more habent, Consiliarios germanos, cognatos, aut aliquo etiam fœdere inter se coniunctos, seiungere, ac diuersis Rotis addicere.*

Stylus vim legis habet.

74 *Consanguinei qualitèr se iungendi non sint à ferenda in eodem Tribunali sententia.*

75 *Decretum Regij Collateralis Consilij, quo in causa, de qua hic, in locum cognati demùm additi, iussum fuit dandum esse alium Ministrum inter adiunctos memoratur.*

76 *Præses S. C. cum votum protulit in ea causa, in qua par numerus suffragiorum factus est, sicuti non ab ipso, sed à Prorege dandi sunt adiuncti; ita ille non potest super hoc cõsilium dare Proregi.*

77 *Facta suffragiorum paritate, vbi Præses ipse votum fert in incidenti causa, quando idem Præses possit illicò, & clam aduocare Consiliarium ad paritatem dirimendam.*

78 *Modus quisnàm obseruetur in dandis adiunctis, tàm in causa paritatis, quàm defectus numeri Iudicum?*

79 *Officialis obstringitur obtinere literas liberatoriales, & nisi illis ostensis, ad aliud officium assumi non potest.*

Extenditur etiam respectu officiorum extra Regnum administratorum.

Et hoc à nostris Iuribus requiritur de forma, cuius omissio nullitatem actus inducit.

80 *Officialis tunc dicitur stetisse syndicatui, cum realitèr fuit ab eo expeditus, & licentiatus, obtenta, & ostensa litera testimoniali.*

Legatum alicui factum, si studuerit, intelligi debet, si ad Doctoratum peruenerit. Sed explicatur vt ibi.

Bona fideicommisso abnoxia vendi possunt in subsidium pro studio.

Studium an præferatur doti?

81 *Officiali, quòd non obtinuit literas liberatoriales, obijci potest, nedum ad instantiam Vniuersitatis, & loci, ad quem destinatur; sed etiam illorum de loco, in quo de præterito munus exercuit.*

Effatum Præs. de Franchis in decis. 479. *in dubium reuocatur.*

82 *Forma literarum liberatorialium, quæ Magistratibus dantur à Syndicatoribus, in testimonium probitatis, & integritatis, traditur remissiuè.*

83 *Officialis non acquirit possessionem officij, post electionem, & acceptationem, nisi ingrediatur Palatium, & ibi per Consilium recipiatur.*

Ex duobus Officialibus ad idem officium promotis, ille præfertur, qui possessionem adeptus est.

84 *Officialis posterior in data priuilegij, & anterior in possessionis adeptione, præfertur habenti dumtaxàt priuilegium anterius.*

Priuilegium absque possessione non prodest.

85 *Matricula absque actuali exercitio non sufficit pro declinatoria fori.*

86 *Officialis, si nemine discrepante, ad idem officium refirmatus fuerit, in fine biennij reddere debet rationem villicationis sua.*

87 *Officialis, qui annalis esse debet, cum refirmatur, vltra alium annum fieri non potest.*

88 *Refirmatio locum habet, non solùm in Officialibus iustitiæ; sed etiam in Administratoribus Vniuersitatis.*

89 *Refirmatio Officialis vt valida sit, omnium consensus exquiritur, ita ut valeat vnus ex Ciuibus reluctare, dummodo reluctatio fiat tempore electionis.*

Electionis nullitatem illi tantùm allegare possunt, qui electioni interfuere.

90 *Confirmatio Officialis an fieri possit per Regimen particulare.*

91 *Electi, siue Decuriones Ciuitatis nouitèr electi pro anno sequenti, antequàm sint in officio, interuenire valent cum Electis veteribus, & validè aliquid deliberare, & statuere.*

92 *Electorum, aut Consiliariorum numerum integrum adfuisse censendum est, cum aliquo in actu, Syndicum, & Electos, aut Præsidem, & Consiliarios interuenire affimatur.*

Instrumentum cum narrat, Abbatissam cum Monialibus transegisse, satis intelligitur, integrum Monialium numerum interfuisse.

93 *In electionibus, ille, qui maioribus est munitus suffragijs, electus dicitur.*

Sed declaratur ibidem.

Numerus maior in electionibus nùm attendendus sit physicè.

94 *Dignus à paucioribus cooptatus præfertur indigno à pluribus electo.*

Electio de indigno ipso iure est nulla.

Error in quolibet facto de sui natura inuoluto, & obscuro excusat.

95 *Fideiussor præstitus in principio officij non tenetur de gestis pro anno refirmato.*

96 *Officialis, qui vltra annum exercuit, pro rata temporis dilatari non debet tempus syndicatus.*

Tempus prorogatum infra fines primi termini, censetur vnum, idemque tempus respectu prorogantis, non autem respectu tertij.

97 *Tempus syndicatus non consideratur respectu Baronis confirmantis; sed respectu Vniuersitatis, & aliorum particularium, de quorum interesse agitur.*

Doctrina Bald. in l. obseruare, §. proficisci, quæst. 19. nu. 12. de offic. Proconsul. *declaratur.*

98 *Officialis quando est toleratus cum prima commissione ad exercendum officium maioris temporis interstitio, tunc pro rata temporis dilatandus est syndicatus.*

99 *Tempus syndicatus coarctari debet, quando minori spatio anni exercuit.*

100 *In syndicatu datur instantia, atque illius peremptio. Et quanam sit hæc instantia?*

Terminus syndicatus quantus sit.

101 *Terminus syndicatus currit de momento ad momentum, nec prorogari valet.*

Feriæ in honorem Dei non seruantur in termino syndicatus.

Officialis cum syndicatur, debet esse cautus, vt statim lapso termino ad porrigendum, resecatis subterfugijs, curet sibi litem contestari.

102 *Instantia syndicatus non incipit à die litis contestationis, sed ab illo actu, qui primò post terminum ad porrigendum transactum, perficitur.*

103 *Terminus syndicatus currit successiuè absque vlla temporis præfinitione, & adducitur peculiaris Sanctio in* Pragm. 6. §. 3. de composit.

104 Glos. in l. 1. verb. Orta, C. vt omnes Iudic. *qua ratione nitatur, eruditur, & illius explicatio, vti rigida, & legibus exosa, improbatur.*

Rigor æquitati cedere debet.

105 *Lis incipit à citatione, cum agitur de ali-*

Digitized by Google

aliquo liberando, & sic fauore liberationis.

106 *Id quod pluries insequutum fuit Sacrum Consilium in causis, quæ hic adducuntur.*

107 *Tempus Statutum ad syndicandum Officialem non labitur, quousque non sunt acta pendentia compilata, & consignata successori.*

Acta custodienda sunt per Actuarium.

108 *Mandatum speciale, & indiuiduum ad querelandum, in syndicatu requiritur.*

Nec releuat ratificatio mandati ad querelandum facta post terminum viginti dierum.

Querelans, vti hæres alicuius, tenetur in termino ad prosequendum producere fidem præambuli.

109 *Exequutio decreti Syndicatorum non retardatur ex appellatione; nisi Reus pretenderet nullitatis causam probabilem notoriè ex ipsis actis.*

110 *Appellatio ab incidentibus non impedit cursum causæ syndicatus.*

111 *Sententia syndicatus prolata post terminum effluxum est nullitati obnoxia.*

Syndicatores elapso tempore statuto, vlterius non valent se intromittere.

112 *Causa syndicatus non expedita infra viginti dies ad prosequendum præscriptos, quando valeat infra alios dies viginti expediri.*

Officialis syndicandus nõ tenetur præstare fideiussionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo.

113 *Officialis fugiens à syndicatu habetur pro conuicto, & confesso; & procedi potest, ipso non interrogato; ac die feriata condemnari valet, tanquàm latro.*

Iuramentum conquerentium de Officiali aufugiente sat est, vt contra eum censeatur plenè probatum de furtis, & extorsionibus factis.

Sed limitatur, si Officialis reuertatur; vel si ex iusta causa aufugerit.

Timor sæuitiæ Iudicis dicitur iusta causa fugæ, & nullũ indicium parit.

114 *Iudex, qui vel acris ingenij, vel rudis animi, seuera, aut morosa indolis est, reijci potest.*

Pulchritudo corporis est præsumptio bonæ indolis.

Forma corporis denotat naturam hominis.

Anima pulchra residet in corpore pulchro.

115 *Cautela* Parid. de Puteo *adducitur in beneficium Officialis aufugientis.*

116 *Minor, Vniuersitatis, & alij priuilegiati querelantes, num aduersùs temporis lapsum ad querelas præsentandum, vel prosequendum, vti valeant beneficio restitutionis in integrum.*

Quidue hoc circa statutum sit ex dispositione Pragm. 15. de suspic. Official.

117 *Recensentur Doctores firmantes in gratiam priuilegiati in propria syndicatus materia.*

118 *Syndicatus cum præstari debeat in M. C. V. vel Regijs Audientijs, ibi præsentandæ sunt querelæ; sed tunc duplex terminus distinguitur.*

Iudex in qualibet causa statuere debet competentem terminum, habita ratione, tàm qualitatis causæ, quàm distantiæ locorum.

Terminus breuis, & impossibilis non arctat citatum, quin comparere valeat etiam post terminum.

119 *Terminus dierum viginti ad querelas porrigendum tunc attenditur, quando redditur syndicatus in loco administrati officij: & quid, cum syndicatus datur extra locum administrati muneris.*

120 *Syndicatus quando datur in M. C. V. pro officio gesto in Prouincijs, prorogari possunt viginti dies ad prosequendum, habito respectu ad distantiam locorum.*

121 *Audientia testium cum in causa syndicatus demandatur in partibus, tunc assignandi sunt termini competentes pro eorum examine, atque eorum depositione exhibenda.*

122 *Terminus syndicatus nullo modo prorogari potest à Syndicatoribus.*

Iurisdictio Syndicatoris, termino elapso, expirat, ita vt rectè proferre sententiam non possit.

Digitized by Google

123 *Quæ de prorogatione termini syndicatus dicta sunt, procedunt, quando causa syndicatus deducta est apùd Iudices Ordinarios; non verò apùd Syndicatores.*

124 *Principis proprium est, resecatis partium calumnijs, glorioſos indicare Iudices in conſpectu populi.*

125 *Syndicatores nullo modo valent iurisdictionem prorogare, etiam ex cauſis, & neque partium conſenſu accedente.*

126 *Dcciſio per Syndicatores fieri debet cum voto Aſſeſſoris, ſeù Conſultoris non ſuſpecti; etiam ſi Syndicatores ſint Iuris laurea decorati.*

Syndicatores omnes intereſſe habent in prolatione ſententiæ, aliàs illa eſt nullitati obnoxia, nec inuit ratificatio abſentis.

Vnus Syndicator ſubſcribere valet banna, & illa emanari facere poteſt.

127 *Officialis ſemel in ſyndicatu abſolutus, an iterùm de eadem adminiſtratione impetiri poſſit? negatiuè reſoluitur, ſed limitatur in pluribus caſibus.*

128 *Officialis ſi conueniatur coràm aliquo Ordinario ſuo pro geſtis in aliquo officio, ſi ipſe ſit de aliqua Ciuitate habente priuilegium primarum cauſarum, an poſſit illum declinare, & petere, ſe remitti ad propriam Ciuitatem vigore priuilegiorum.*

Forenſis ſi veniret in Ciuitatem, & audiret banna Officialis ſyndicandi, ac elapſum eſſet tempus, nùm audiretur poſt tempus?

129 *Dictum, quòd elapſo ſyndicatus tẽpore, nemo audiendus eſt, procedit in loco officij, nõ verò in propria patria.*

Officialis ſi præcedentibus proclamationibus fuerit abſolutus in contumaciam non comparentium, an poſſit ex nouitèr deductis moleſtari?

Literæ liberatoriales hoc caſu conſignantur, ſaluis iuribus quærelantibus in iudicio ordinario.

130 *Contrà Officialem ſyndicandum procedi poteſt per inquiſitionem.*

Annuè per inquiſitionem tàm ſpecialem, quàm generalem.

Regni Cap. Generales inquiſitiones, & Cap. Vt delatas, *non comprehendunt cauſas ſyndicatus, in quibus adſunt peculiares ſanctiones.*

131 *Officialis ſi durante officio coràm Superiore conueniatur, excipere valet, expectandum eſſe ſyndicatum.*

Sed limitatur, ſi pro delicto imponeretur pœna priuationis officij, vt tunc conueniri poſſit durante officio.

132 *Officialis durante officio conueniri valet, & remouetur, ſi incurrat in crimen magnæ negligentiæ, barattariæ, furti, corruptelæ, extorſionis, & concuſſionis.*

Hocque extenditur in alijs caſibus.

Barattaria, extorſio, & concuſio quænàm ſint.

133 *Extorſionis crimen, quamuis pœnitentiam non admittat, ſi tamen pœnitentia addatur reſtitutio, re integra, purgatur.*

An idem ſit in crimine barattariæ, & cæteris atrocioribus.

Verùm ex his remanent indicia quò ad caſus ſimiles.

Pœnitentia poſt cõſumatum flagitium nihil ad pœnæ remiſſionem confert.

Fur reſtituens Domino rem furtiuam, non euitat pœnam ordinariam.

134 *Officialis ſi durante officio non fuiſſet de delicto inculpatus, ſed ipſo munere iam obito, quia illius priuationis pœna imponi non valet, declaratur, vt ei vlteriùs non ſit officium concedendum.*

135 *Inquiſitione pendente, an Officiali durante officio conuento, ſuſpendenda, ac interdicenda ſit illius adminiſtratio.*

Suſpenſio ab officio cum ſoleat fama proborum virorum præiudicium inferre, maxima adhibita prudentia decernenda eſt.

136 *Suſpenſio decernenda eſt, parte audita.*

137 *Suſpenſio fieri debet ante dationem termini.*

138 *Suſpenſionis decretum, vt legitimo iure procedat, hoc præcipuum exquirit, vt iudicium intentetur per Fiſcum ante dationem termini.*

Officium Iudicis conquieſcit dilatione pendente. 139

Digitized by Google

139 *Instantia Fisci pro suspensione sat est, si fiat immediatè post terminum, & incontinenti, siue in calce decreti, ante illius notificationem.*

Compromissum licèt petendum sit ante terminum, petitio tamen admittitur post illius dationem, dummodò non sit ulterius processum.

140 *Suspensio locum habet non tantùm aduersùs illos, qui propriè, & strictè dicuntur Officiales, sed etiam contrà Administratores iurisdictione carentes.*

141 *Recensetur casus, ubi idem articulus in Regia Iuncta fuit ad libellam reuocatus.*

142 *Culpæ inferiorum Ordinum ad nullos magis referuntur, quàm ad desides, & negligentes Rectores.*

143 *Delictum in officio commissum dicitur, quando fauore, prætextu, contemplatione, vel colore officij quis deliquit.*

144 *Pœna priuationis officij locum obtinet in culpis vulgaribus.*

Fraus modica sat est in committendo.

145 *Pœna non vulgari coercendus est, qui dignitatis authoritate fretus, ad grauia delicta gradum fecit.*

146 *Pœna suspensionis duplex habet causatiuum.*

Delicta multiplicata, licèt singula seorsum capitalia non fuerint; capitis tamen iudicio plectenda sunt.

Reiteratio delictorum adeò est odiosa, & à legum pietate aliena, vt quandoque delictum non capitale reiteratum, puniatur pœna capitis.

147 *Regia Iuncta quid primò inssit in relato casu.*

148 *Probationes tales, quales haberi possunt, sufficiunt in Officiales accusatos de excessibus in officijs.*

Testes singulares plenam fidem faciunt contra Officiales respectu criminum in officijs commissorum.

Delicta in officijs per Officiales patrata probari possunt coniecturis, & præsumptionibus.

149 *Falsitas dicitur maximum, & horribile delictum, & est detestabilius homicidio, & veneficio.*

Falsitas committitur, non tantùm in dicendo, vel scribendo falsum; sed etiam omittendo dicere, vel scribere verum, quod dici, & exprimi debebat.

150 *Iudices, Actorum Magistri, & similes prohibentur negotiari cum subditis.*

151 *Ijque actione etiam furtiua tenentur.*

Publicanus si aliquam speciem, vel pecuniam per vim abstulit, furtiua actione tenetur.

152 *Minister, explorationem iustitiæ significans alijs, in prauaricatoris crimen incidit.*

Actuarius ostendens, ante publicationem, aduersæ parti, alterius partis articulos, pœna falsi mulctatur.

Sic demum ostendens processus informatiuos, ac reuelans probata in inquisitione.

153 *Officialis dicitur committere concussionem, quando vltra debitum, metu, vel vi iurisdictionis, aliquid exigit.*

Sola officij authoritas in indebitis exactionibus concussionem inducit, quamuis nullus incussus fuerit metus.

154 *Extorsio perpatratur, quando Officialis, vltrà ei debitum, aliquid accipit, etiam à sponte dantibus.*

Prohibitus exigere nec valet exigere à sponte soluente.

155 *Officialis exigens vltra pandectam, exterquere, & concutere videtur.*

Pœna corporalis, arbitrio D. Proregis, statuta est contrà Officialem vltrà pandectam exigentem.

Actuarius nec à sponte dantibus exigere potest vltrà summam; atque vnum obstringitur exigere directũ, quamuis decretum plura capita, vel plures personas contineat.

156 *Officialis non obseruans instructiones sui officij mulctari debet.*

157 *Officialis non valet emere, vel vendere ex eo officio, quod ipse gerit.*

158 *Omnis illicita vsurpatio rei alienæ sub nomine furti intelligitur.*

Furtum committit, qui scienter retinet, & contractat apud se rem alienam, quæ ad eum bona fide peruenit.

Retentio huius pecuniæ publica capitis pœna plectitur. 159

Digitized by Google

159 *Officialis dicens subdito*: carcerabo te, *seù* grauabo te, si non dederis mihi pecuniam, *dicitur committere concussionem*.

160 *Solutio sportularum sit nè voluntaria, an potiùs coacta exactio, atque adeò concussio?*

161 *Probationes leuiores, & testes non integri sufficiunt, quando urget mala fama inquisiti.*

162 *Delicta, de quibus quis fuit delatus, licèt absolutus, augent malam famam, & opinionem.*

Præcipuè si delatus fuerit agratiatus, cum remaneat in corde consuetudo committendi fraudem.

163 *Recensentur alia facinora patrata per inquisitum inibi relatum.*

164 *Pfficialis inops si repentè euaserit opibus affluens, habet præsumptionem Iuris contrà se.*

165 *Officialis si aliquid iniuriosè fecerit fiducia officij, iniuriarum actione tenetur.*

Officialis, qui in officio superbè, & insolentèr se gerebat, ante tempus finiti honoris de gradu deiecebatur, Cæsarum temporibus.

166 *Officialis non debet se præbere contumeliosum, sed moderatum, benignum, & humanum.*

167 *Iudex quibus testibus ad defensam adductis nimium credere non debeat.*

168 *Negligentia Officialis nùm satis ad officij iacturam? & quid si eam alia comitantur delicta?*

169 *Officialis pro excessibus in officio commissis, non tantùm officij iacturam, sed pœnis etiam corporalibus affligi potest.*

Pœna arbitraria extendi potest usque ad mortem.

Cap. Reg. Vulgaris famæ proloquium, *fuit temporale factum ad Regis beneplacitum, non sub Regia dignitate, & propterea Regis morte extinctum.*

170 *Recensentur plures nostrorum Supremorum Tribunalium decisiones, quibus Officiales pro criminibus in officio commissis damnati fuere ad pœnam corporalem, & ad officiorum priuationem.*

171 *Officiales, etiam iurisdictione non vtentes, pœnis corporalibus, & priuationis officiorum ab extorsionibus puniri possunt.*

172 *Actuarius dicitur Officialis, exercens quodammodo aliqualem iurisdictionem, estque de substantia iudicij, & comprehenditur in nostris Iuribus municipalibus in Officialibus loquentibus.*

Notarius Regiæ Curiæ sub Officialis nomine continetur.

173 *Actuarij, cæterique Curiales in officijs delinquentes subsunt pœnis Iuris Communis, puniendi ad instàr grassatorum.*

174 *Pœna predicta possunt etiam esse capitales.*

175 *Officij priuatio in adductis casibus locum obtinet, tàm si illud emptum sit, quàm si gratuitum.*

Emptio officij illius naturã non mutat.

Officium emptum, quò ad faciliorem remotionem, est inferioris conditionis, quàm officium gratuitum.

Feudatarius quando cogatur vendere feudum.

176 *Fiscalis muneri iniunctum est, vt diligentissimè lites persequatur, & nullam moram, vel dissimulationem contrahat in discutiendis, & persequendis iuribus fiscalibus.*

Munus Fiscalis est malũ necessarium, & eius officium dicitur sanctum, vtile, & necessarium.

177 *Reipublicæ interest, nè delicta impunita remaneant.*

Crudelis non est, qui crudeles iugulat, & iustitiam facere contra criminosos, inter eleemosynarum genera connumeratur.

Veritas diù celari non potest.

178 *Probationes contra Officiales liquidò ex testibus omni exceptione maioribus requiruntur.*

Limitatur, cum Officiales laborant mala fama, vel officium emerunt.

Ementes officia censentur habere animum malefaciendi, ac indebitè lucrandi.

179 *Pernicioſum est, dignitatem quæstu, & Ordinem pretijs metiri.*

Ma-

Digitized by Google

Magistratus ementes qualitèr irrideant Sapientes.

180 *Contra promotos ad Magistratus mediante pecunia, adducuntur, ac declarantur versiculi* Dauid. Psalm. 113.n.4.& 5.

181 *Officiales syndicari de quibus possint?*

182 *Officialis an syndicari valeat de sententia malè lata?*

Anuè teneatur pro sententia prolata contrà communem?

183 *Officialis minime syndicandus est in re dubia, nec cum eo est rigidè agẽdũ.*

184 *Gubernator imperitus excusatur, si voto Assessoris aliquid decreuerit; & illius consilium omninò sequi obstringitur.*

185 *Assessor dicitur frater, & socius Potestatis.*

186 *Consultor Cappellani Maioris habere debet omnia priuilegia, quæ ipsi Cappellano Maiori elargita sunt.*

Assessoribus debentur immunitates, quæ Magistratibus, quibus assident, spectant.

187 *Lex, quamuis particularis, cum inserta reperitur in volumine Iuris communis, dicitur generalis.*

188 *Assessoribus Potestatis idem ferè honor debetur, qui ipsi principaliori Magistratui.*

189 *Consultor Cappellani Maioris alter Maximus Sacellanus est, & olim vocatus fuit Particeps.*

190 *Ad officium Consultoris Cappellani Maioris assumendi sunt viri dotibus egregijs, ac insigni eruditione, & prudentia pollentes.*

191 *Consultor Cappellani Maioris censetur ad Vicarij dignitatem euectus.*

192 *Auditor Generalis Exercitus gaudet priuilegijs suorum Militum quò ad forum, & exemptiones.*

193 *Consultor Cappellani Maioris est Socius, ac penè Collega illius.*

194 *Socij sociorum priuilegijs perfruuntur.*

Socij Emin. Cardinalium gaudent priuilegio recitandi officia breuiora, quo ipsimet Emin. Cardinales potiuntur.

195 *Priuilegia subditorum permittuntur Iudici, non vti homini, sed vti munus Iudicis exercenti.*

196 *Assessor pertinacitèr resistere debet Potestati, de facto facere aliquid volenti.*

197 *Resistentia ab Assessore Potestati facienda qualitèr fieri debeat.*

Assessor non contradicens Potestati consentire videtur.

198 *Potestas cum sententiam tulit, de Assessoris consilio fecisse præsumitur.*

199 *Libellus contra Officialem porrectus in syndicatu absque solemnitate prædita in* l. libellorum, ff. de accusat. *nùm admitti debeat.*

200 *In causa syndicatus an requiratur petitio in scriptis.*

Solemnitates dicta l. libellorum, *inducta sunt fauore Rei.*

Nullitas non attenditur, quando merita causa alitèr suadent.

201 *Querela in syndicatu exposita nùm valida sit, si præsentata non sit facta per extensum, sed per abacum.*

202 *Actuarius non extendens præsentatas in scripturis pœnam incurrit, sed actus validus est.*

203 *Regula, quòd actus factus contrà legem prohibentem sit ipso iure nullus, multas patitur restrictiones, vt ibi.*

204 *Leges cum actus nullitatem desiderãt, vltrà pœnam, expressè illã statuunt.*

Mandatum præsumitur ex temporis longitudine in processu diù compilato.

205 *Procurator constitutus ad exigendum, censetur etiam constitutus ad defendendum reditũ, quem percipere debet.*

Mandatum præsumptum, vel ratificatio principalis sat est, etiam in terminis Statuti requirentis registrationem mandati in actis.

206 *Syndicatores nùm tanquam Delegati habeant merum, & mixtum Imperiũ.*

207 *Syndicatores possunt exequi facere sententiam ab eis latam; sed quid existente appellatione?*

208 *Barones non possunt se ingerere in causis syndicatus, nec in præstando patrocinium, nec tutamen.*

Appellatio à sententia syndicatus interponenda est ad M. C. V. siue ad Regias Audientias.

209 *Magna Curia Vicaria dumtaxàt cognoscit de delictis Officialium, etiam tem-*

Digitized by Google

tempore syndicatus patratis.

210 *Iniuria facta Officiali in syndicatu sistenti dicitur atrox, ac si in officio actu existeret.*

Officialis coràm Syndicatoribus, *non stare, sed sedere debet.*

211 *Officialis in syndicatu portare valet arma.*

212 *Cedens Comitatum, Ducatum, &c. post cessionem retinet eosdem honores, & praheminentias.*

213 *Condemnatus extra pœnam corporalem à Syndicatoribus, nùm pendente appellatione liceat fideiussoribus relaxari.*

214 *Syndicatores an possint mulctare testes eorum mandato citatos, & non venientes.*

215 *Quid si testis coràm eis falsum deposuerit?*

Delegatus procedere potest in causa falsitatis coràm eo patrata.

216 *Iudex causarum criminalium cognoscere valet incidenter de articulo ciuili, & è contra.*

217 *Ad Doctoratus gradum nemini ascendere licet, nisi per quinquennium studuerit in legali disciplina.*

218 *Casus proponitur de eo, qui matricularum fidem Regij Cappellani Maioris adulterauit.*

219 *Tribunal Regij Cappellani Maioris habet iurisdictionem super Studijs, & Bidellis, ac Scholaribus.*

220 *Tribunal predictum cum habeat iurisdictionem distributiuam in certum genus causarum, & personarum, habere illam dicitur priuatiuè.*

221 Textus in l. nullum, C. de testib. *non habet locum, vbi iurisdictio tributa est cum clausula abdicatiua.*

222 *Anuè procedat respectu Baronum, & illorum, qui iurisdictionem habent in proprietate distinctam.*

Dispositio text. in d. l. nullum, *quando cesset.*

223 *Tribunalia quando plura sunt distincta in exercitio, vnum faciunt Tribunal, & quilibet Forus cognoscit de ibi commissis priuatiuè.*

224 *Almum Collegium DD. habet iurisdictionem limitatam in Senatores.*

225 *Iudex causarum ciuilium nequit criminaliter mulctare delinquentem in causa ciuili.*

226 *Sic pariter non valet Delegatus.*

227 *Dispositio* text. in d. l. nullum, *procedit non solùm in teste, sed in omni alia persona falsum deponente.*

228 *Iudex incompetens, in terminis dictæ* l. nullum, *mulctare non potest, nisi extraordinaria pœna.*

229 *Falsitas non notoria, nouo indigens processu, puniri non potest à Iudice non suo.*

230 *Iudex intempestiuè suum propalans votum, suspectus redditur.*

231 *Quid in relata causa determinatum fuit, notatur.*

232 *Iurisdictio Regij Cappellani Maioris recensetur.*

233 *Eius officium quomodo regatur.*

234 *A decretis dicti Cappellani Maioris qualiter appelletur.*

235 *Consultor Regij Cappellani Maioris cum refert in Collaterali Consilio, an præstet suffragium?*

236 *Reipublicæ interitus in munerum perturbatione consistit.*

237 *Consuetudo non solùm est Iuris interpres, sed etiam conditrix.*

238 *Adducitur obseruantia, qua ostenditur, Consultorem Cappellani Maioris tulisse in Collaterali suffragium.*

239 *Cappellanus Maior à Domino Prorege honoratur titulo:* Dominationis vestræ.

140 *Consultor Cappellani Maioris quod decreuit, idem Cappellanus Maior subscribere obstringitur.*

241 *Conceptum mentis, vel scripto, vel lingua declaratur.*

242 *Appellatio à decretis Regij Consiliarij cognoscitur, & iudicatur cum eius interuento, & suffragio.*

243 *Regius Consiliarius, vel Præses R. C. referens in Collaterali, ipsemet scribit votum in processu.*

244 *Recensetur Diploma emanatum in relata causa.*

245 *Querelantes, vel Officialem syndicatum, succumbentes condemnandi sùt in expensis.*

Opti-

Digitized by Google

Optimus gubernandæ
1 Reipublicæ modus est, eos iubere Ministros, qui, obito iàm munere, reddẽdę rationi spontè sese submittant, quidque singuli in susceptis Prouincijs, vel boni, vel mali patrauerint, Maioribus suis perpendendum tradant. Equidèm si deuastatas Vrbes, & diruta penè Regna conspicio, Magistratuum libertati tribuere audeo, qui quod suo magis arridet arbitrio, vel fauet commodo, non quæ ad communem spectant fœlicitatem, & Principis honorem exequuntur, si iudicandos se in hijs non fore præuideant. Legite quæso, & Veterum, & Recentium Historiarum monumenta, ex quibus facilè quis percipiet, non aliam ob
2 causam euersa funditùs Imperia, nisi quia plus nimio Administrantium libertati indultum est, ex quibus pro administratis Prouincijs rationes reposcere, nemo contendit. Quot alliceret ad honestè agendum, ad iustè causas tractandum amor honoris, quo apùd Principes afficerentur, si eorum gesta recensèri scirent, tot etiam ad iniquè, iniustèque gerendum eiusdem Principis iniuria impellit, & cum certò sciant, examini se nunquam obnoxios fore, quod singulis lubet, magis constanti animo prosequuntur. *Quis enim*, inquit Imperator, *sine periculo non furetur? quis non latrocinabitur sine reatu ad Administratorem respiciens? in Auth. vt Iudic. sine quoquo suffragio*, & *Glos.* addit *lit. X. Administratorem*, *scilicèt malum: nàm malus Iudex absoluit omnes per pecuniam*.

Huc tendit responsum illud, quod vnus ex septuaginta Interpretibus Ptolomeo AEgyptiorum Regi tradidit, vt scribit *Ayrstea in sua historia*, dicens: *Inquisitionem aduersùs Iudices, vt Iustitiam administrent, & neminem ladant, rem esse, quæ valdè Respublicas, & Monarchias conseruat, quia eo timore (vt dixit Cicero pro Sexto Roscio Amerino) audacia coerceatur, & nè Iudices suorum magistratuum imperio superbiant, iustitiamque, & vrbanitatem in insolentiam, & tyrannidem detorqueant, & vt sic intelligant; se posse priuari suis magistratibus, vel officijs, & pro suis excessibus puniri; sicuti de Consulibus Romanis dicebat Eutropius lib. 1. rerum Roman. cauti enim ex hoc reddantur, & non ignari, se non ita multo post rationem reddituros*. Vnde
3 *Titus Liu.* aiebat, quòd his minis inquisitionis, vel residentiæ, Tribuni plebis coercebant, & temperabant Manlium Consulem in suis magistratibus, suisque ambitionibus, & seueritatibus. *Arist. lib. 6. polit. cap. 4. commodum est* (inquit) *vt animi Magistratuum pendeant, nec eis quidquid velint efficere, liceat: nam licentia, quidquid libet agẽdi, non potest malum, quod est in quoquo homine, cauere*. Causam propterea syndicatus, digestionem officij, nuncupat *Bald. cons. 178. lib. 1. in fin.* quia tunc Officialis digerit, quod antea deglutiuit.

Quod optimè intuens Regina Ioan-
4 na, vt omnium somnos sua vigilantia tueretur (Regum enim est, pro subditorum salute assiduè vigilare; proindè AEgyptij, Osirim Regem, & Dominum suum, oculi, sceptriuè effigie exprimunt, *Plutarch. in Isid. & Osirid.*) Regum vigilantiam, & moderationem ostendentes: oculo enim vident, sceptro regunt, quæ præuiderunt. Ferunt in Cypria Insula, in tumulo Regali Hermię, iuxtà cetarias, marmoreo Leoni fuisse inditos oculos, ex smaragdis ità radiantibus, etiã in gurgitem, vt thynni, cœterique pisces terrore afflarentur, *Plin. lib. 37.* Leotypus est Regiæ Maiestatis, cuius smaragdini oculi longè, latèque radiantes in gurgitem diffusam vbique partium Regum in populares prouidentiam cum horrore quodam Maiestatis significant, *Horus Hieroglij 16. lib. 1.*) Laudabilitèr, inquam, Regina hoc in *Ritu* sanxit, Officialem quemlibet in fine officij syndicatui stare debère, cum syndicatus, quasi de querelis singulorum dicatur sermo, *Pax*

Digitized by Google

in prax.tom.2.par.8. in proœm. num.6. vers. vnde finita. Id quod sancitum legimus de Iure Diuino, *vt Eccles. cap.9. 1.Reg.cap.12.* apùd *Luc. cap.16.* ibi: *Redde rationem villicationis tuæ, iàm enim non poteris villicare*, habetur *in cap.qualitèr, & quando, il.2. de accusat.* ibi: *Quid est, quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ*, & probant *Luc. de Penna in l.per hanc*, C. *de numerar.lib.12. Benadil.lib.5. capit.1. num.22. Paris.de Puteo in princ.tract. de syndic.verb.Syndicatui, nu.4. pag.3. Reg.Rouit.in prag.1.num.61.de syndic.* contra *Capiblanc.de Baron.pragmat.5. num.186. Io.Franc.de Leonard.in tractat.var.iur.decis.cap.3.n.10.* itidemq; de Iure Ciuili in *l.1.C.vt omnes Iudices tàm ciuiles, quàm militares, §.necessitatem, Auth.vt sine quoque suffragio*, & concordant alia Iura Regni *in Cap.Item statuimus, quòd tàm Iustitiarij*, & *in Cap.Item, quòd prædicti Officiales, Iustitiarij scilicet, & Capitanei*, necnon *Regni Pragm.1.sub tit.de syndic. Official.* (quam præcœteris examinat *Campagn.in cit.Cap.Item statuimus, ex num.3. in add.*) extendentes ad Regentem, & Iudices M.C.V. Locumtenentes Capitaneorum, Camerlingos, Protomedicos, & alios. Conueniunt *Glos.* & *DD.* communitèr *in cap.cum in Iure peritus, de offic. Deleg.* & *in cap. vt debitus, de appell. Felin. in cap.cæterùm, de rescriptis, Muta ad Capit.Regn.Sicil. tom.4.cap.22. Franc. de Vico ad pragm.Regni Sard.tit.8.c.5. Larrea dec.98. Senatus Granat.tom.2. Mastrill.de Magistrat.lib.6.cap.1. Carrab.de syndic. par.1. in princ. num.37. Paris.de Puteo*, & *Amod. Iustin. in eorum tractat.* similitèr *de syndic. Bellug.in Specul.Princip.tit.de grauam.Ciuitat.rub.15. §.post militaris, Bertaz. cons.crim.71.81.& 91.Cumia in prax. syndic.cap.17.num.44. Muta in cap.7. Regis Martini, sub num.101. tom.3. Menoch. de arbitr.quæst.76. num.4.& 14. Thor. Carau.* in hoc *Rit.* memor. *in compend.decis.par.3.sect.2.verb.Officiales, qui officia*. Hinc *Plato, lib.6.de leg.* cui arridet *Symanc.de Repub.lib.6. cap.23. Nemo*, exclamat, *Iudex, Magistratusue sit, qui gesti officij rationem sui non referat*: cum summa æquitate, ac ratione statutũ sit, vt quisque eodem iure vtatur, idemque ius sibi dici, quod ipse alijs dixerit, aùt in alterum statuerit, *l.1.quod quisque iur. l.cum eo.ff.de pact.l.cum hæredit.as, ff.de adminis.tutor. Nam quid*, ait *Ioan.Coras. lib.4. miscell.iur.Ciuil.capit.4. per Deum immortalem turpiùs est homini, quàm sua lege damnari, & in alijs reprehẽdere, quod ille ipse committat*, memor Appij Claudij, & Cai Licinij Stoloni, ex *Plinio lib.18.nat.histor.cap.3.*

Baiuli etiam obstringuntur præstare syndicatũ, vt declarat *R.Tap.de iur. Regni lib.2. de offic.& num.Baiulor. in Constit.locor.sub num.19.*

Actuarij quoque, ad *text.in l.3. C. de assessor.* vbi *Glos.* exponendo illud verbum *Cancellarios*, notauit, *& suos Notarios, & cit.cap.Regn.nouas formas*, ibi: *Assessores, Cameraque Notarios, & Cap.item quòd prædicti Officiales*, vbi *Nig. num.2.* & ex *Carauit.* obseruat *Auus meus ad Capyc.decis.127.sub n.3.* nec non *de Angelis ad Gizzarell. decis.24. & Viscont.in conclus.iur. verb. Actuarius*, dixerant *Anna allegat.15. num.6. Reg.Rouit.in prag.1.num.10.de offic.Iudic. Ricc.collect.1358.* & videndus *Carrab.de syndic.par.2. num.147. & par.1.num.164.& 165.* ibidem sermocinans de Actuarijs S.C. ac R.C. & M.C.V. quia largè Officiales dicuntur, *Anna singul. 369.* & proindè eos offendens per M.C. recognoscitur, *de Franch.decis.407. Auus meus ad Capyc. decis.124.* Qui quidem Actuarius, ad instar Officialis, non potest quis esse in propria patria, *Præs.de Franch. decis.98.* quem laudaui in *Rit.63.n.13. lib.1.* & me adducit *D.Reg. Io.Hieronym.de Philipp.dissert.fiscal.29. n.145.* Qua in re non piget rescribere, quæ *Dec.Faulla* annotauit *in addit.manuscript. ad memor. decis. 98. de Franch.* his verbis: *Aduerte, quòd post istam decisionem de anno 1581. de mense Ianuarij, Regens Salernitanus Regius Delegatus determinauit contra hanc deci-*

sio-

Digitized by Google

sionem, scilicèt, quòd Magister actorum possit esse de patria, eo prætextu, quia non habebat iurisdictionem, & suum decretum confirmatum fuit in Collaterali Consilio, quod cum fuisset nunciatum Authori harum decisionum in audientia publica de die, valdè turbatus est, & excanduit contrà Regentem, dolens contra suam decisionem fuisse decisum in maiori Tribunali. Sed possunt concordari, vt decisio Salernitani procedat in paruis Castris, vbi non possunt fieri copiæ exterorum, l. certa forma, C. de iure Fisci, lib. 10. & practicari dixit Fabius Iordanus in addit. ad Constit. Iustitiarij per Prouincias. In magnis, vbi potest haberi copia exterorum, procedat ista decisio.

A quo syndicatu consuetudo in-
6 contrarium nō excusat Actuarios, *Afflict. in Const. Regni Minoribus, nu. 25.* quidquid dicant *Capiblanc. in prag. 5. num. 178. lib. 1. de Baron.* & *Didac. de Mari ad Gizzarell. cit. decis. 24. num. 7.* & proindè, haud obstante immemorabili consuetudine allegata per Illustrem Ducem Ielzi, vt pareret syndicatui Actuarius Terræ Campi-Bassi, ipsa Vniuersitate instāte, decreuit S. C. me vti Iudice M. C. referente in Aula D. Consiliarij Marchionis Latertiæ de mense Iulij 1673. in Banca Albani. Et obiecto, legem contrario vsu tolli, ad *text. in l. de quibus*, C. *de legib. cap. cum persona, de priuil. in 6. Iacob. de Belusi. in Auth. de hared. & falc. Roland. de lucr. dot. quæst. 99. Valenz. cons. 54. nu. 23. tom. 1. Mastrill. dec. 96.* occurrebatur, asserenti onus incumbere probandi legis abrogationem, quæ non præsumitur, *Decianus consil. 449. Honded. cons. 4. num. 91. tom. 1. Menoch. cons. 461. num. 4. & 718. nu. 1. Mascard. de probat. conclus. 339. num. 3.* etenim ad abrogationem plura concurrere necesse est, de quibus *Bursat. cons. 339. num. 16. Add. ad Gaill. obseruat. 60. ex nu. 5. Salas de legib. disp. 19. sect. 12. & 13. Borrel. cons. 65.* non enim quod fit, sed quod fieri debet, attendendum, *l. obseruare, ff. de offic. Præsid. l. verùm, ff. de furt.* multaque tran-

seunt, quæ non opponuntur, *l. Patre furioso*, & ibi *Iason. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. circa, ff. de inoffic. testam.* concinitque *text. in Authen. vt nulli Iudic.* ibi: *Malè enim adinuenta, malaquè consuetudines, neque ex longa consuetudine, nec ex longo tempore confirmantur*, necnon alter *text. in l. quod non ratione, ff. de legib.*

Imò durante syndicatu debere ab
7 officio Actuariatus desistere, iudicauimus, nè Ciuibus libera querelandi facultas auferatur, contrà dispositionem cit. *Cap. item quòd prædicti Officiales:* etenim videntes Ciues, illum in eodem officio assiduè in Curia conuersari, Gubernatori assistere, formidant contrà eum querimonias proponere, verentes, nè ab illo, & Gubernatore delictum aliquod eis imponeretur, contrà *text. in l. 1. C. vt omnes Iudices*, quo circa in syndicatu omnis occasio, vel suspicio cessare debet, qua fortè timidiores Ciues reddi possunt ad proponenda grauamina, *arg. l. apertissimè*, ibi: *Tamen quia sine suspicione omnes lites procedere, nobis cordi est*, C. *de iudic. §. quoniam, Auth. de trient. & semis. dicta l. 1. §. nec vllam, Fel. in cap. Reu. Canonicus, de offic. Deleg. & in cap. attendens, il secondo, vt lit. non contest. Franc. Aretin. in l. 4. §. si seruus, ff. de acquir. hared. Paris. de Put. tit. de syndicator. officio, quod sit, fol. mihi 144. cap. 8. num. 3. & 4.* Neque solùm eo tempore non debet morari in Palatio Curiæ, sed nec etiā in officium se ingerere, vel acta conscribere, *Auth. multo magis*, C. *de Sacrosanct. Eccl.* & *Auth. quanto magis*, C. *de iur. iur.* Verùm expleto syndicatu, literisque obtentis liberatorialibus, valet iterùm Actuariatus munus continuare, *Rouit. in pragm. 5. num. 19. de Baron. Nouar. de grauam. vasall. lib. 1. grau. 188. num. 6. Mele ad Gizzarell. dec. 24. sub num. 3. de Angelis in tract. de Officialib. Baron. cap. 13. ex num. 1.* & dixi in *Rit. 2. num. 61.*

Adeo quòd Magistratus, Principis
8 rescripto à syndicatu exemptus, non excusatur, nisi à culpa leui, & leuissima

Digitized by Google

sima, ac huius tantùm conceditur venia, si dicat, non obstante tali lege, absoluatur à syndicatu, *Baldus in l. si seruus vetitus, ff. de leg. 1. de Marsil. singul.* 595. cum, ex dictis, syndicatus à Iure Diuino originem trahat, *Anilex. de syndic. cap.* 22. *num.* 4. *Azened. lib.* 3. *tit.* 7. *in princ. nu.* 3. *Sesse dec.* 314. *vol.* 4. *Afflict. in Const. volumus, nu.* 4. *Campag. in cap. item statuimus, num.* 4. *Manson. de caus. execut. ampl.* 28. *nu.* 17. *Nouar. grauam.* 280. *Festay allegat.* 15. *num.* 78. *Rouit. in pragm.* 1. *num.* 61. *de syndic. Capiblanc. pragm.* 5. *de Baron. num.* 180. *vol.* 1. *Ricc. collect. dec.* 3684. *Giurb.* videndus *consil. crim.* 72. *Reg. de Pont. de potest. Pro-Reg. tit. de elect. official.* §. 6. *num.* 17. *Canalcant. de brachio Regio, par.* 5. *num.* 18. insinuans, Statutum, quòd Officiales syndicatui non subeant, nullum esse, nec consuetudine contraria admittendum, sequitur *P. Fragos. de regim. Reipub. par.* 1. *lib.* 7. *disp.* 23. §. 1. *de necessit. offic. syndic. nu.* 7. nec pacto remitti potest, *Paris. verb. Electio Officialium, num.* 5. *Redin. de Maiest. Princip. verb. sed etiam per legitimos tramites, num.* 173. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 6. *cap.* 1. *Salern. Syculus cons.* 7. *num.* 1. vti contra bonos mores, *Canale. de brachio Regio, par.* 5. *numer.* 18. quia procul dubio Iudices sine syndicatu in causis redduntur promptiores, vt obseruat *Bart. cons.* 172. *n.* 5. *lib.* 1. quem refert *Tusc. in concl. verb. syndicatus, conclus.* 274.

Nec Officiales perpetui, siue ad
9 beneplacitum Regis creati, qui perpetuis æquiparantur, ne dum Iure Regni, vt deducitur ex *Cap. Regis Caroli* 11. *cap.* 173. *Reg. Lap. lib.* 2. *iur. Regni, tit. de Official. in Regno, in comment. prafati cap.* sed Iure quoq; Communi, *Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi Pratori, num.* 9. *ff. de nou. oper. nunc.* ex *text. in l. Iuris peritos, in princip.* vbi idem *Bart. ff. de excusat. tutor.* quamuis amoueri non possint absque legitima causa, *Cancer. var. resol. par.* 3. *c.* 12. *ex n.* 197. *Gratian. discept. forens. cap.* 169. *Boer. de author. Magn. Consil. num.* 154. *& decis.* 154. *Larrea decis.* 2. *Thor. in compend. decis. par.* 2. *verb. Officiales an possint, Montan. de Regalib. pag.* 137. *ex nu.* 16. *Reg. Sanfelic. in prax. sect. Tasson. de antefat. vers.* 3. *obser.* 3. *num.* 94. *Barbos. in l. quia tale, num.* 85. *ff. solut. matrim. Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *Cassan. in consuet. Burg. rub.* 1. §. 5. *num.* 129. *Osasc. decis.* 144. & notauimus in *Ritu* 2. *sub num.* 60. *lib.* 1. ab hoc excusantur: siquidem, etsi non comprehendantur sub hoc *Ritu*, aliisque Regni sanctionibus, de temporalibus Magistratibus syndicandis, sermonem habentibus; nihilominùs visitationi subijciuntur singulo triennio, secundùm Caroli V. Cœsaris Inuictissimi Sanctionem, quod postmodum singulis quindecim annis plus, & minus obseruatũ vidimus, & scripsit *Surgens in sua Neapoli illustrata, lib.* 1. *cap.* 17. *sub num.* 34. necnon *Tasson add. loco vers.* 2. *obser.* 2. *ex num.* 21. iuxtà Regis placitum, ex *Glos. in §. si quis, verb. Durante, Auth. vt Iudices sin quoque suffrag.* quam in id allegat *Bald. in l. obseruare, §. proficisci, n.* 27. *in fin. ff. de offic. Proconsul.* & de qualitate, ac conditione eligendi ad visitandum, agunt *Azened. lib.* 3. *tit.* 7. *l.* 2. *num.* 6. *Simancas de Cathol. instit. tit.* 41. *num.* 27. *&* 28. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 15. *Cabed. par.* 2. *decis.* 68. *num.* 1. & quod præcedat omnia capita Tribunalium, aduertit idem *Tasson. vers.* 3. *obseru.* 3. *sub num.* 136. *vers.* 25. *Præsidens, & vers.* 7. *obser.* 3. *num.* 90. Et proinde contra huiusmo-
10 di Officiales, Pro-Reges omni carent Iurisdictione, ex *l. vnica, C. de Præpos. labor. lib.* 12. *& l.* 2. *C. de Agentibus in rebus lib.* 12. *Luc. de Penn. in l. contra publicam, vers.* 66. *C. de re militar. lib.* 10. notat *Reg. Tapia dec. Supremi Consilij* 3. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 5. *c.* 6. *ex num.* 134. *Tasson. vers.* 2. *obseru.* 2. 38. *&* 39. *Topp. de orig. Tribun. tom.* 2. *pag.* 506. *Reg. Sanfelic. decis.* 62. rescribentes Regia, ac rigorosa mandata Pro-Regibus, qui dumtaxàt nominant Officiales Potentissimo Nostro Regi, illisque electis, nil contra ipsos agere possunt absque Regis licentia.

Hæ

Hæ autem nominationes ortum ha-
11 bent ex §. *eos autem*, *vers. quis enim*, ibi: *Testimonium quidem habens, quia sit optimus, Auth. de Iudicib. & vt nullatenus*, & ex §. *vetus igitur*, *Auth. de Iudicib.* ibi: *Eligere verò perspeximus in rebus vtilibus habentes attestationem.*
12 Nominari enim solent à Pro-Rege tres ad vnum quodque officium, quorum primo loco nominatus frequentiùs eligi conuenit; idque iure, ex priore namque nominatione alter altero maior, dignior, vel superior arguitur, *Glos. in cap. bene quidem, verb. Mediolanensis*, 96. *distinct. in cap. sed ex Apostolica* 2. *glos. de rescript.* alijque à *Tiraquell.* collecti *de iure primogen. quæst.* 19. *ex num.* 2. Nè autem nominans ex ordine scripturæ indicet, quẽ digniorem iudicet, posset nomina scribere in forma sphæræ, siue circu-
13 lari figura, quo artificio fuisse quandoque vsos Fratres Minores, quibus Vrbanus Pontifex Maximus mandauit, vt tres Sodalitij sui viros nominarent, ex quibus vnum in Cardinalium numerum adsciret, memorię prodiderunt *Card. Alexand. in cap. Nicolao*, 1. *col. de appell. Felin. in cap. cum dilecta*, *col.* 4. *vers. prima istam regulam*, *de rescript. Tiraquel. cit. loco, n.* 6. ac *Pereyra de nominat. emphyt. qu.* 10. *n.* 49. Sed Pontifex respondit Sodalitio Franciscano: *Ordinem peruertistis, & ego Ordinem peruertam*, omissisque à Sodalibus ita designatis, Præfectum Ordinis, quem Generalem vocant, Cardinalem creauit, vt ijdem DD. aduertunt, necnon *Iac. Gothofredi de iur. precedent. par.* 3. §. 4. *de Euremat-tis, seu Cautelis, lit. I. pag. mihi*, 176. Verùm isthæc cautela non fuit ab ijs primum excogitata, sed à Caio I.C. *Inst. lib.* 1. *tit.* 2. quem *Tiraq.* & *Pereyr.* notant.

Quas autẽ personas nominare ob-
14 stringatur? obseruat *Tasson. in tract. de antef. vers.* 2. *obser.* 2. *n.* 102. scripsitque aureis verbis *Reg. de Ponte de potest. Pro-Reg. tit. de elect. official.* §. 5. *n.* 6. quæ exscribit *Reg. de Marin. ad Reg. Reuerter. decis.* 114. *num.* 2. cuius me-

minit *Gabriel Berart. in specul. visitat. cap.* 19. *de Illustr. & Excell. Pro-Rege*, *nu.* 19. & aduertit *Ammin. Marcellin. lib.* 23. Sed an dignum, relicto digniori negatiue respondere Pij Principes *Arch. & Honor. in leg. contra publicam*, C. *de re milit. lib.* 12. ibi: *Quia honoris augumentum, non ambitione, sed labore ad vnumquemq; conuenit deuenire.* Imperator Constant. in *text. in l.* 2. C. *de veteran. lib.* 10. *Qui protectoriæ dignitate cumulati, aut honores varios pro meritis suis consecuti sunt, & in l.* 1. C. *de diuers. offic. eod. lib.* ibi: *In reiecti verò locum is potissimùm destinetur, cui meritorum adstipulantur insignia*, in *l. ad subeunda*, C. *de Curiorib. lib.* 10. ibi: *Ad subeunda Patriæ munera digniss imi eligantur*, in *l. vnicuique*, C. *de prox. Sacr. Scrin. lib.* 12. ibi: *vnicuique, qui in Sacris Scriniis militat, sui loci merita seruari oportere, constituimus*, in *l. nemo*, C. *de offic. Magistr. Officior.* ibi: *Vt is gradu cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire*, & Iustinianus *in Auth. de Monach.* §. *ordinationem*, ibi: *Qui verò prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is Abbas sit, & ordinem simul, & virtutem suffragantem habeat*, & post alios *Tiraq. de primog. quæst.* 17. *op.* 3. *num.* 2. necnon *P. Diana par.* 1. *tract. miscell.* 1. *resol.* 66. insequitur *Villalob. in summ. tom.* 2. *tract.* 8. *diffic.* 6. *ex num.* 8. quamuis contrarium probabile præconizet, & *Vasqu. Turrian. in select. disput. cent.* 2. *sens. Theolog. dub.* 87. quod post *Sanchez opusc. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 1. *dub.* 36. declarat idem *Diana*, & pro digniori conueniunt etiam Politici, *Mabrin. Roseus in tract. de Princip. cap.* 31. *Furius Ceriolus in tract. de Consiliar. Princip. pag.* 102. *Hieronym. Perbonius lib.* 5. *de inclyto Principe. fol.* 4. & inter Religiosos religiosissimus *Petrus de Ribedeneyra in tract. de relig. Princ. lib.* 2. *cap.* 6. *fol.* 291. & *lib.* 2. *cap.* 9. *pag.* 311. Si enim pro venatione ferarum anxius est Princeps, desudat, cruciatur, vt meliores cæteris canes habeat, & pro cura Populi non eligendi erunt insigniores homines

Digitized by Google

mines, qui cæteris doctrina, & vitæ integritate antecellant? vt dixit venerandus senex *Sueſſanus de Princip.* 15 *capit.*27.& meritò: dignitates enim, aùt iuſtitiæ officia indignis,& inſcientibus collata vileſcunt, ac decolorantur: ſcribebat propterea *S.Hieronym. in epiſt.ad Pammachium: Quamuis clarus honor vileſcit in turba,& apùd viros bonos, indignior ſit ipſa dignitas, quam multi indigni poſſident.* Quod ingemebat mortē optans *Catullus*, dum in Nonium Strumam carminibus ſtylum ſtrinxit *epigram.*53. & querimoniam proſequuntur *Petrus Coſtal. in Pegm.pag.*102. perdolens, Bacchum nedum in Templis, vt olim apùd Indos; verùm in Tribunalibus poſitum eſſe, carminibus in ſimilium Electores inſurgens, *Solorzan. emblem. 52. num.*16.*& de mun.& honor.ex n.*131. *Bouadill.in polit.lib.*1.*cap.*6. *&* 7. *Matien.in dialog.* 3.*par.cap.*7. *Marq. Guber. Chriſt. lib.*1. *cap.*4. quæ gradatim 16 conferri debent,*Solorzan.emblem. cit.*52.*ex nu.*35. & monet *Ariſt.lib.*3. *de Republ.cap.*8.his verbis: *Omnis conſeruandæ Reipublicæ ratio eſt, neminem ornare ſupra modum; ſed exiguos potiùs, & diuturnos honores tribuere, quàm celeritèr magnos.* Quarè *Gubernator Chriſtian.F.Io.Marq. lib.*2.*c.*20. *pag.*118. ad rem aduertit, labores inter Miniſtros diuidendos, & non vnũ dumtaxàt grauandum, iuxtà *Taciti* monitum *lib.*1. *annal. capit.* 4. *Ne ad vnum omnia deferrent, plures poſſe faciliùs munia Reipublicæ ſocietatis laboribus exequi, Taſſon. de anteſ. verſ.*3. *obſeruat.*3.*ſub num.* 42. loquens de Præſide S.C. in diſtribuendo cauſas.

Aliquando,vltra Viſitatorem gene- 17 ralem, vidimus ſeruatum à S.M. deſtinari Officialem alterius eius Regni ad capiendam informationem contra Officialem perpetuum, pro illa traſmittenda ad Curiam Matrithi, quam obſeruantiam memorat *Tap. cit.dec.*3. Et aliquando eadem Maieſtas mandat, cauſam videri per Miniſtros, nominandos à Pro-Rege, qui nomine Regio vſque ad ſententiam, eiuſque exequutionem procedant, vt accidit in Frãciſcum Corradum Rationalem, vi Regij diplomatis ſub datum Matrithi die 23.Ianuarij 1676.& ab Excell. Marchione de los Velez, Regni habenas moderante, fuit erecta Iũcta, reſcripto directo D.Reg. D. Didaco Soria, Marchioni Criſpani, tenoris ſequentis.

H*Abiendo dado quenta a Su Mageſtad el Marques mi Señor de la cauſa pendiente contra el Raçional Françiſco Corrado (motiuada de haber hecho cometer vn homiçidio), y de quedar preſo en el Caſtillo del Obo deſta Ciudad,como tambien la pretenſion de la Camera,para proçeder en eſte negoçio,hà tenido por bien Su Mageſtad de ordenar a Su Ex. con Real deſpacho de* 23.*de Henero proximo paſado por el Supremo Conſeio de Italia forme vna junta de Miniſtros, y Fiſcal de ſu mayor ſatisfaçion, enterega,y independençia, para que en ella ſe vea, y ſentençie la referida cauſa, aſſi por lo que mira a la perſona del Raçional Françiſco Corrado, como de otros qualeſquiera ſujetos,que reſultaren culpados en ella,y que ſi tambien los tubiere el dicho Raçional por otros cabos, y delictos, ſe examinen, y ſentençien por la meſma junta, declarando Su Mageſtad,que eſto ſe execute no obſtante qualeſquiera prohibiçiones, y ordenes que haya en contrario, a las quales deroga por eſta vez dejandolas para en lo demas en ſu fuerça, y vigor. Y ſiendo tan preçiſo el cumplimiento de la çitada Real orden de Su Mageſtad, ha conſiderado S.E.ſe forme eſta junta de V.S.por cabo,el Conſejero D.Fernando Ramirez por Comiſſario,reſpecto de tener indiuiduales noticias de la cauſa, por hauerla manejado por luez, para el conoçimiento, y voto a los Preſidentes Duque de Isla, y D. Manuel de la Eſcalera, y al Conſejero D.Carlos Petra, y por Fiſcal el Conſejero Iñaçio Prouenzal,para que deſde luego ſe proçeda al conoçimiento,y ſentençia de la cauſa pendiente contra el Raçional Françiſco Corrado, y ſus compliçes, y demas delictos que hubiere cometido, ſegun Su Mageſtad ordena,*

con-

Digitized by Google

conuocando V.S.la junta en su Casa todas las veçes que fuere neçesario; Y de lo que en ella se fuere obrando yrà V.S. auisando a S. E para que pueda dar quenta a Su Magestad. Guarde Dios a V.S. Palaçio 23. de Febrero 1676. D.Matheo Roman. Con rubrica de S.E. Señor Regente Marques de Crespano.

Exitũ huiusce causę scripsi *in Rit. 269.ex n.50.* quẽ locũ laudat *D. Cæs. Nicol. Pisanus ad Gaet. in rit. R. C. S. tit.de fundic. flagelli rub.3.sub n. 123.* & pleniùs dixi *in Rit.274.a n.121.t.3.*

Obstringũtur itaq; Capitanei,aliiq; 18 Officiales(exhibitis literis patẽtalibus coràm Syndicis, & Electis loci, sine quibus non potest eis consignari possessio,*Glos.in cap.cum iure peritus,verb.Cauent,de offic. & potest. Iudic. deleg. Anna alleg.143 n.2.Guazz.ad defens. reor.def. c.1.nu.6.*) ante officii adeptam possessionem, coràm decem hominibus,Sacramentum præstare,tempore eorum ingressus, de benè, & fidelitèr iustitiam ministrando,ex *text. in cap.1.de iureinr.in 6.* & *Glos.in cap.* Caroli I. Regis, *Item, quòd Iustitiarij col.2.n.10.Const.Regn.cum iusta prouidendum,*excusante Officialem contrauenientem à periurii pœna,*Affl.in Cõstit. Baiuli locorum,n. 1. & Prag. 4. de Official.Ricc.collect. 1002.p.4.* ac nonnulla alia exequi,registrata in Cap.Regni, *Item recipiant,*collocato inter Regias Constitutiones, ac omnes Leges, potissimùm municipales, Capitula, Constitutiones,Statuta, Stylũ, & Cõsuetudinem Regionis seruando, ad *text.& Glos.in l.diligentèr 5.ff.mandat, l.fi itaque 19.ff.de iureiurand. Anil. in cap.Prætor.2.verbo en los casos,num.3. Cancer.lib.3.variar.resol.c.13. n. 328. Gaill.obseruat.36.n.13.lib.1. Mastrill. de Magistrat.lib.2.cap.2.n.52.* Quin & 19 iurare deberent, quòd omnia Regni iura perlegerint: quid enim prodest, quòd illarum obseruantiam iurent, si earum plenam,& distinctam notitiam non habeant,vt aduertit *R. Tapia lib. 1.iur.Regn.tit.de legib.super cap.Caroli II.138. n.5. pag. mihi 83.* Quod an indistinctè in omnibus Officialibus,tũ Regiis, tum Baronalibus locum habeat? inquirit *Danza de pugna DD. tit.de official.in gener.c.8.n.30.* Hocque 20 iusiurandum præstari debet die non feriato,*Fontanell.de pact.nuptial. p.1. claus.4.gl.10.nu.114. tit.1. de Marsil. singul. 624.* & videndi *Mancin. de iuram.art.17.nu.9.p.2.Caualcan.dec.9.n. 31.p.1.*idemq; *Fontanell.cit.loc.*

Hæùd autẽ cõplectitur,nisi obseruãtiã iustorum,*Aug.in l. omnes populi,in fin.ff.de iust.& iure, R.Valenz.cons.34. nu.135.vol.1.Amod.de syndic. n. 250. Nauar.de grauam.Vassall.to.1. grauam. 178.n.6.ac to.2. grau.40. & grau.178. Cancer.var.resol.lib.3.cap.13. nu.324. Becc.cons.51. ex n.1.Marsil.cons.10.n. 54.Roman.sing.512.Tusc. conclus. 14. & 394.nu.1.lit.I. Burg.de mod.proced. ex abrup. q. 86. num.16. Anus meus ad Gramm.dec.65. n.12.*adiungens, dato mandato de capiendo possessionem bonorum alicuius, intelligi, non existente eorum possessore, ex *Nacta cõs. 538.n.13.* & proinde superflua esse illa verba in prouisionibus expediri consuetis, *vt aliquis immittatur in possessione, non existente legitimo contradictore,* quæ tamèn apponuntur ad maiorem cautelã,nè fiat error, & ego, cum essem Iudex M. C.V. ad euitandum litigantium astutias,ac calliditates,adiungebã,*possessione existente vacua, & non aliter.* Vndè data libera 21 potestate Iudici procedendi, prout voluerit, vel sibi videbitur;iuris tamẽ ordinem,statuta,ac consuetudines obseruare obstringitur,*Bald.in l.1. in 2. col.C.si propt. persitat. de Marsilijs singul.328.*quẽ vide *singul.695.* Et Principis mandatum, vt contra aliquem inquiratur,vim habet,roburq; quatenùs de delicto constet, *Vermigl. cons. 159.n.16.Censal.*post *tract.ad l. vnic. C.si quis Imper.maledix.vot.7.n.2.* In- 22 superè nec ad obseruantiam eorum adstringitur, quæ contraria consuetudine abrogata sunt,nec de illis seruãdis iuratum intelligitur,*Natt.cons.19. n.7.Cefal.cons.115.n.17.Alderan.Mascard.de gener.statut.interpr.concl.6.n. 86.Guttier.de iuram.confirmat. par.1.*

t.38.n.14.Xamar.de offic.Iudic:& Adnoc.p.1.quæst.19. ex nu.46. & post *D. Anton.* alios; Theologos, *de Velasco de Iudic. perfect.rub.9. annot.6.n.27.*

Propterea si vēditur vectigal, seù ga-
23 belia *a patti vecchi, e modi vsati*, intelligitur de pactis, & modis in vsū deductis, honestis, licitis, & à Statutis permissis, & non prohibitis, *Altograd. cons.1.n.29. vol.1.* Hinc, cum fuisset locatum integrum Arrendamentum Ferri, Picis, Piculæ, Chalybs, siue Az-
24 zario ylgaritèr, &c. ab illius Gubernatoribus, Alexandro Guidetti, & aliis, expressis verbis, *cum iuribus, & actionibus, pro vt tenuere, & gauisi sunt, nouissimus conductor, eiusque prædecessores*; à quibus Conductoribus fuit sublocatum illud Calabriæ Citra, Antonio Scarpello, cum eisdem conditionibus, & verbis; cumq; ordine R. Cameræ, fuisset renouata prohibitio confectionis picis albæ in R. Sile, quā indubium est, nouissimum Conductorem, eiusq; prædecessores in ea struxisse, petijt Subconductor coràm Arrendamenti Delegato, concedendam fore retentionem estalei, vel teneri
25 locatorem ad id, quòd interest, defectu substantiæ partis rei locatæ; & re vera, contemplatione emolumenti fabricæ picis albæ in Sile, tanti subconduxit, aliàs si notum foret vitium rei locatæ, & se se fortasse, non potuisse illa frui, prout antecessores, tot non obtulisset, ad celebrem *text.in l.si fundus 36.ff.locati, Bart.in l.si vno, §. item cum quidam.ff.eod. Castill.controu. tom. 3.cap.3.n.30. Reg.de Marin.lib.2.resol. cap.* 187. *Consil. de Rosa consult.* 39. *tom.1. Surd.dec.326. Mastrill.dec.*299.

His tamen vnico verbo occurrebant Gubernatores, authores lauda-
26 ti à Conductoribus, prefatum Arrendamentum consistere in iure prohibendi ferrum, azzarium, & omne aliud id concernens, teste quoq; *Dom. Reg. Moles in decis. tit. de iurib. quæ habet Rex, §.20. Rub.de iure ferri, n.5. f.221.* nec inquam fuisse in affictu, deductū, licere in R. Sile facere picem albam,
27 nec arbores incidere, id expressè vetantibus, vti de Regis patrimonio, *R. Prag.2.de incis.arbor.* de anno 1614 instructionibus, & bannis singulis annis publicatis, concinuntq; altera *Prag. 1.de arbor.antemnar.& ram. non vendend.* Cap. Regni incip. *Agendorum*, & Ius commune *in l.in fraudem 45.§.fin. ff.de iure Fisci, l.insignis, C.de pasc. public.lib.11.* vbi *Rebuff.n.3.l.1. & 2. C. de cupress. lib.11. Cassan.in catal. glor. Mund. rub.1.§.6.num.3. Boer.dec.*177. & 178. *Apostill.ad Bald.in l.1.de commun.seru. manumis. Tiraq. de retract. lignag. ad finem tituli, num.* 38. *Reg. Costant.in l.vnica, ex num.*152. *C. de classic.*

Quòd si ab alijs id fuit actum, hoc
28 iniuria, & non Iure fecere. Et prouisiones per Delegatos demādatas, *seruari*, nempè, *solitum*, intelligendas fore, de solito iusto, recto, licito; non iniusto, & à iure prohibito, vt obseruat *Altograd. mox citatus*, & ante ipsū *Paul. de Castro cons.*459. *num.2. lib.1.* quem refert *Tuschus lit.S. concl.* 334.
29 *num.1.* Vendens enim rem, censetur vendere ius, quod habet in re, *l.qui tabernas*, 32. vbi *Bald. de contrahend. empt. l.si ita, ff.de vsu, & habitatione, cap.pastoralis, de donat. cap.quod autem, §.1. de iure patron. Gomes.variar. to.2. cap.2.num.19. Tusch.lit.V.conclus.52. num.5. & conclus.*308. & sermo intelligitur secundùm suam naturam, ac coarctatur ad ius respectu rei, de qua agitur, spectantis ad concedentem, & non de iuribus extra rem ad alios pertinentibus, *Cephal.lib.2.cons.*288. *Fabian. de Monte in tractat. de vendit. num.9. & 10. Præsul Barbosa de clausclaus.34.nu.1. Larrea alleg.13. & 14. Anna allegat.53.nu.23. Rovit.in pragmat.4. num.44. de possess. non turban. Reg. Reuerter.* & ibi *Reg. de Marin. decis.172.par.1.* Quibus nixus Senatus, re plurimum ad libellam reuocata, die 20. Aprilis, instantis anni 1690. decreuit, quòd *soluat conuentus integrum estalium, salua iuribus in iudicio ordinario*, & confirmatum extitit, in gradu nullitatum, & reclamationis, suffragia præstantibus D. Præside S.C.

&

Digitized by Google

& Mecum DD. Consiliarijs D. Petro Antonio Chiauari, Arrendamēti Delegato, Duce Insulæ, D. Dominico Garofalo, & D. Nicolao Planelli, penès Ianuarium Cecere, Actuarium in R. C., patrocinante pro Arrendamento, docto viro, Saluatore Ciauarelli.

4 Quod quippè iuramentum in in-
30 gressu officij semel præstitum, sufficit etiam pro tempore confirmato, *Host.* & *And. in cap. præterea requisiti, de appell. Bald. in cap. Venerabilem; col. pen. de elect. Bart. in l. 1. §. & post operis, ff. de nou. oper. nunciat. Mart. Lauden. de offic. domin. §. 67. Cephal. cons. 74. n. 25. vol. 1. Bertaz. cons. 63. num. 13.*

Prętera prętare quoque tenentur
31 cautionē de parendo syndicatui, completo munere, vt in *Pragm. 42. de Offic. Procur. Cæsar. Paris. de Puteo de syndic. verb. Fideiussor*, & seruari fere in toto Orbe, notant *Clar. §. fin. quæst. 35.* latèque *Muscat.* videndus *de fideiuss. par. 1. mod. 14. Capiblanc. de Baron. in Pragm. 5. num. 178. Nouar. de grauam. vasall. grau. 286. num. 3. & grau. 287. ex numer. 1. Mauson. de caus. exequut. ampl. 28. num. 3.* qui indè deducit, Officialem completo officio non esse vinculis mancipandum, si cauit in principio, *Anichin. de præuent. instrum. cap. 2. quæst. 1. num. 79. Borrell. de magistr. edict. lib. 1. cap. 15.*

Quòd si in loco administrationis
32 non inuenerint fideiussorem, admittuntur illam præstare in Regia Prouinciali Audientia, vel M. C. V. ex *text. in l. fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisdat. cogat.* & ita interpretatur sanctio *Pragm. 41. de offic. proc. Cæsar. Capibl. de Baron. pragm. 5. num. 178. vol. 1.* & ante dixit *Paris. de syndicat. verb. Fideiussor, Nouar. de grauam. vasall. cit. grau. 286. num. 3. Nicol. Carb. in prax. lib. 3. cap. 7. num. 6.* Sed an teneātur satisdare de iudicatum soluendo? *Reg. de Marin. lib. 1. quot. resol. cap. 284. n. 12.* Quidnè interposita appel-
33 latione per querelantē, nùm teneantur syndicatores constringere syndicandum ad præstandum fideiussionem de soluendis, atque etiam resarcien-

dis omnibus damnis, expensis, & interesse? scribit *Amod. Iustinus de syndicat. vers. sed pone, quod in causa, sub numer. 137.* & post ipsum affirmatiuè respondet *Viuius decis. 47. num. 10. lib. 1.* & tangimus infra.

Si autē eueniat, quòd æquitate illo-
34 rum de Regimine, talem non præstiterit cautionem, & malè se gerat in illius exercitio (vltra quòd illi de Gubernio ad interesse tenētur, *Capiblanc. de Baron. Pragm. 4. num. 5.*) praxis est, vt Ciues procurent prouisiones à M. C. V. ipsi Officiali directas, vel vt det idoneum fideiussorem, vel vt ab officio desistat, ex dictis per *de Franchis decis. 409. Paris. de syndic. verb. Fuga, col. 2. vers. si verò erat.*

An verò delinquant hi de Regimi-
35 ne, si Officialem diuitem admiserint absque huiusmodi cautione? resoluas ex dictis ab *Afflict. in Const. nolumus, num. 4. Ianuar. regul. 109.* cum aliàs Magistratus obstrictus idoneam cautionem recipere, excusatur, si illam non receperit à principali idoneo, *l. 1. & 2.* vbi *Bald. §. si Magistratus, ff. de Mag. conu. Carau. in Rit. 173. num. 9.* & ipse ibidem dixi, necnon *Valasc. decis. 11.* tuncque principalis satis idoneus diudicatur, si res suæ tantum valent, quantum est quantitas promissa, *Præsul. Ricc. decis. Curiæ Archiep. Neapol. 29.*

Excusari propterea Actorum Ma-
36 gistrum recipientem fideiussorem minus idoneum, in partis præsentia minime reclamantis, decreuit M. C. me relatore, ex *Rota Lucensis* scito apùd *Ioseph Lud. decis. 33.* quod *de Put.* laudat *de synd. cap. 3. num. 3.* & aliàs prodijt determinatio, excusari, quia de Iudicis mandato fideiussorem minus idoneum recepit, ex *Antonij Fabri* authoritate in *def. 1. C. de Magistrat. conuen.* necnon *Ricc. collect. 1258.* Excu-
37 sari prætera Syndicum, qui fideiussorem non receperat ab illo, qui tempore syndicatus iam aderat, deduxit *Auus meus ad Grammat. decis. 33. sub num. 9.*

Qui tamen Magistratuum fideiuss-

Digitized by Google

38 sores non tenentur ad gesta extra officium, sed tantùm pro malè gestis, vel malè ministratis circa ipsum officium, *Bart. in l. 1. ff. de Magistrat. conuen.* & *in Auth. Hoc ius porrectum*, C. *de Sacros. Eccles. de Marsil. in Rub. de fideiussor. num.* 182. nisi, & fideiussio generalis, & in omnem causam concepta esset, *Gonzal. de Pax in sua practica, tom. 1. par. 8. in proœm. nu. 4. Carrab. syndic. verb. Fideiussor*, *Caluin. de aquit. lib. 2. cap. 185. ex num.* 85. quod seruari in Cathalunia, notant *Mier. cap. 7. tit. de tabul. num. 58. par. 1. coll. 4.* & *Cancer. variar. resol. lib. 3. capit. 12. à num.* 130.

Numquid verò fideiussores tali
39 modo largè, & generalitèr præstiti, teneantur etiam ad pœnam corporalem? negatiuam aleam sustinent, ex *text. in l. fideiussores Magistratus, ff. de fideiuss. & in l. 1. C. de peric. eor. qui pro Magistrat. lib. 11. Mier. loc. cit. Cancer. add. loco, num.* 134. *&* 135. *& lib. 2. cap. 5. ex num.* 70. quos laudat *Caluin. alleg. loco, nu.* 89. *Larr. alleg. fiscal.* 112. *num.* 34. *lib. 2. Amaya in l. 5. num.* 27. *C. de Decurion. lib. 10. la Ratha cons.* 42. *num.* 4. *D. Consil. Altimar. ad Rouit. consil.* 84. *num.* 8. *tom. 2. Crespi à Valdau. obseru.* 83. *ex num.* 30. *Salgad. in labyr. credit. par. 2. cap. 27. num.* 71. *tom. 1. D. Anton. Fernandez de Otero de Official. Reipubl. cap.* 18. *num.* 15. Quinimò si se obligauerint pro delictis Officialiũ etiam ad pœnam corporalem, eiusmodi non tenet obligatio, *Matth. in l. 10. tit. 16. lib. 5. Recopil. glos. 1. nu.* 20. *Farinac. de carcer. & carcerat. quæst.* 33. *num.* 49. *Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 9. tit. de eo, qui sibi manus infert, num.* 35. & latè *Amescua de potest. in se ipsum, lib. 1. cap. 14. num.* 6.

Verùm si fideiussores isti decesserint
40 ante sententiam condemnatoriam, an possint eorum hæredes conueniri? anceps est inter DD. quæstio: nam nonnulli in gratiam hæredum respondẽt, relati *à Farinac. mox add. tract. qu.* 34. *nu.* 12. *Pyrr. Maur. de fideiussor, cap.* 17. *Criuell. decis. Dolan. 6. n.* 12. Alij contrarium sentiunt, laudati ab *Amaya memor. loco, num.* 45. qui per pulchra, videnda, vtitur distinctione.

Quæ ratio in loco administratio-
41 nis reddi debet, ex *text. in l. 1. C. vt omnes Iudices*, ibi: *Audeat excedere de locis, quos rexisse noscitur*, & ex *pragmat. 1. de syndic. Official.* ibi: *In locis; vbi administrauerint*, & altera *6. eod. tit.* ibi: *Doue haueranno esercitato loro officij*; *Afflict. in Constit. volumus, post Carauit. in Rit. 49. num. 26. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 4. sub num. 15. Iosepb Cumia in pract. syndic. cap. 17. n. 4. Carrab. in sua praxi de syndicat. par. 1. num. 49. Paris. de syndic. vers. visæ, pag.* 108. stans palàm, & publicè ante faciem omnium, quos rexerat, non in domo potentis, vel in Ecclesia, *Cristoph. Crusij de indic. par. 3. cap. 21. num.* 13. in loco tamen maiori, vbi iustitiam administrauit, & non in omnibus locis illi adiacentibus, emanatis tamen proclamationibus, seù bannis in locis Ciuitatis publicis, & consuetis, & in ipsius Villis, *Paris. de Put. de syndic. c. 5. n. 1. & 6. Thor.* loquens *de Iudicibus M. C. par. 3. sect. 3. verb. Terminus statutus, Capiblanc. de Baron. prag. 5. num.* 181. idem *Thor. in C. rer. iudicat. ciuil. cas. 60. miscell. 15. n.* 105. Id quod, confirmando decretum M.C. insectati fuimus in S.C. referente D. Iudice Rocco, in syndicatu Gubernatoris Ciuitatis Cayatij, in Banca Pennellæ. A quo loco discedere non
42 posse, nisi priùs steterit syndicatui, *Foller.* notat *5. par. print. sua prax. criminal. num. 2. pag.* 345. & vsque dum discussæ querelæ non fuerint, etiam si fuerit à Principe vocatus, si *Reg. Rouit.* vera fatur *in cit. Pragm. 20. nu.* 64. Si tamen extiterit ille accusatus de crimine, pro quo veniret imponenda pœna corporis afflictiua: nam aliàs relicto procuratore, licebit ad Principem proficisci, *DD. in cap. item statuimus, num.* 45. *&* 46. *Afflict. in Constit. occupatis, num.* 11. *Paris. verb. Procurator, col.* 2. Verùm licere Principi
43 iubere, quòd pendente syndicatu in vno loco, valeat exercere aliud officium in alio, scripsere *Afflict. in Constit.*

Digitized by Google

stit. occupatis, num.12. Nigr. in capit. item statuimus, num.6. & quandoque Excell.Regni Pro-Rex indulgere solet, vt Officialis per Procuratorem syndicatui pareat, vt mandasse Excell. Lemmensium Comitem in syndicatu Didaci de Varela, tunc Auditorem Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ, deinde Regium Consiliarium, memorat Auus meus, electus pro illo syndicando, *ad Grammat. decis.40. sub num.18. in fin.* & confirmatur ex dictis ab *Afflict. in prælud. Const. Regni, num.32. de Ponte de potest. Pro-Reg. tit. de don. & expens. vniu. num.24. Ann. alleg.49. num.10. Azeu. l.23. tit.7. n.8. lib.3. Mastrill. de Magistrat. lib.6. cap.2. n.43. D. Calà de visit. Magist. c.11. n.5.*

Sed contracta inimicitia cum ciui-
44 bus, vel aliquo ipsorum, iure ibidem syndicatui parere non compelluntur. Vnde in dies obseruatur in M.C.V. ac Regijs Audientijs, constito de inimicitia, vt Officiales pareant syndicatui in ipsis Tribunalibus, præuio rescripto Excell. Vice-Regis, quòd de iustitia prouideant, & notant *de Nigris in cap. statuimus, num.49. Carrab. de syndic. par.1. ex num.35. Aloys. de Leo in l.1. C. vt omnes Iudices, num.4. de Angelis in Prato super eod. text. n.5. Thor. par.3. compend. decis. sect.1. verb. Inimicitia, & sect.2. verb. Officiales, qui officia, & in C. rer. indic. ciuil. cas.8. D. Consil. Altim. de nullit. vol.1. rub.9. quæst.26. ex num.56.* Inimicitia enim potentiorum alicuius loci iustam metus causam præbet, *cap. ad supplicationem, extr. de renunc. c. ex parte, de appell. Franc. Marc. decis.883. nu.4. Gallesij de rest. in integr. cap.8. num.103.* Et aliquando idem Excell. Pro-Rex mandat simpliciter, quòd stet syndicatui in M.C. vt in syndicatu morigeratissimi Equitis D. Francisci Dentice Gubernatoris Terræ Summæ, in beneficium cuius, me referente, per M.C. fuerunt expeditæ literæ liberatoriales, & confirmatum extitit decretum per S.C. in Aula D. Consiliar. Iouini, vt ex actis in Banca Caluanici, & alijs in casibus.

Hinc Officialis si aufugerit timore
45 alicuius factionis, seù coadunationis contrariæ, aùt capitalis odij dicentium, depositio officio contra ipsum syndicandum se malè acturos, nulla ex fuga mala oritur præsumptio, *Amed. de syndic. in parte, item in eo, quod dicta potestas, curs. tertio, Auilez in cap.1. Pratorum, num.24. glos. Dadinas, & cap.4. glos. Entregare, num.17. col.4. pag.120.* quando aliàs ipsa fuga diceretur crimen in Officiali, *Loffred. decis. 102.* post *Bart. in l. Consiliarios, C. de. Assess. in l. Cornelia, §.1. ff. ad Syllan. Viu. cõmun. opin.343. n.32. verb. Fuga, R. Tap. de iur. Reg. tit.49. de quæst. pragmat.1. n.45. Reuerter. decis.25.* ibiquè *Reg. de Marin.* inquirens generalitèr, quam probationem faciat delinquentium fuga? & de illa Officialis à syndicatu, sermonem quòque agunt *Farinac. quæst.48. & num.81. Bouadill. tom.2. polit. lib.5. cap.1. num.117. ac Anton. Scapp. de iur. non script. lib.5. cap.1. num.117.* & cautelam ad adiuuandũ amicum, contra quem est indicium fugæ, ex *Catalan. in tract. de syndicat. vers.542. incip. quia sæpe,* & alijs, indicat *de Marsil. in singul.115.* & conferunt ab ipso tradita in *repet. Rub. C. de probat. in 54. col.* & à *Matthesil.* ibique *add. singul.145.* necnon *à Danza de pugna DD. tom.3. cap.3. de indit. ex num.1.*

Et ad hoc vt cautiùs in iustitia mi-
46 nistranda Officiales procedant, voluit Regni sanctio registrata in *Pragm.1. mox cit. de synd. Official.* quòd de vltima tertia salarij ipsorum (etenim illud soluitur tertiatim, *Carau. in Rit.9. num.2.*) nihil percipere possint, nisi post finitum syndicatum, & absolutionem obtentam, quæ est in viridi obseruantia, roborata decisione S.C. referente Domino Consil. Staibano, in causa Vniuersitatis Afragolæ cum D. Carolo Capuano, in Banca Speræ, adeo quòd vasalli grauamen reciperent, si Barones partem tertiam salarij Officialibus ante redditam rationem soluerent, teste *Nouar. de grauamin. vasall. grauam.149. tom.2.* nec-

non *Carolo Rota concl.* 14. *num.* 40. & ante ipsos *Campagn.cit.loc. sub nu.* 53. ac notat *Duen. in reg.* 63. minimè illud soluendum Assessori ante officij finem.

Syndicabantur olim Officiales à
47 Præfecto Prætorio, *l.si quis, C.de offic.Præfect.Prat.orient. Mastrill.lib.6. cap.*1, *num.*18. *Menoch.de arbitr.Iudic. cas.*518. *num.*2. Hodiernis verò temporibus quælibet Prouincia, ac Ciuitates sua habẽt Statuta, & Consuetudines, *Guazin.ad defens.reor.defens.* 1. *cap.*23. *num.*3. *Clar.* §. *final. quæst.* 35. *num.*15. *Paris. de syndic. verb.Iudices ad syndicandum qui sint, cap.*1. *num.*1. quarum nonnullas recensẽt *D. Police in tract. de præem. Reg. Audient. tit.*8. *cap.*3. & ante *Surg.de Neapol.illustrat. cap.fin.num.*43. qui suffultus consuetudine, ac tacita *Pragm.*2. *cap.*18. *sub num.* 30. *de syndic.* de Præsidum, & Auditorum Prouincialium syndicatu quoque fatur, memoratque complures ad inuicem pugnantes consuetudines Prouinciarum super earum Præsidum, & Auditorum syndicatu. Quamobrem recessisse ab vsu *Pragm.*3. *de offic.Iustit.* mandantem, deputari Commissarios à Pro-Rege, quorum iustitiæ, & syndicatui stare debeant, cuius vigore id ipsum concluſit *Reg.Rouit.in Pragm.*1. *num.*6. *cit.Rubr.de syndic. Offic.* fortasse, quia mox relata locorum obseruantia ei non dum innotuerat, & approbat Excell. Comitis Lemos iunioris *Pragm.*11. §.43. *de offic. Iudic.* addens, ad quem appellandum à decreto interlocutorio Syndicatorum dictorum Auditorum, ad quem verò à definitiuo.

Et quamuis ex *Regni Constit.Volu-*
48 *mus*, & *cap.Item statuimus, quòd tam Iustitiarij*, deducatur, Iudices competentes Officialis syndicandi esse successores; tamen vigore *Prag.*1. *eod.tit. de syndic.Official.* & *Prag.*5. *de Baron.* electio Syndicatorum fit ab Vniuersitate loci, in quo quis officium exercuit, absque necessario interuẽtu successoris, vt notant *Carau.in Rit.*295. *num.*15. *Carrab.de syndic. par.*1. *n.*33. *Capiblanc.de Baron.cit.prag.*5. *nu.*179. quicquid scripserint *Vrsill. ad Afflict. decis.*1. *num.*6. & Aduocati illius tempestatis insignes apùd *Reg.Rouit.in citat.prag.*1. *ex num.* 13. quos insequutus, *Carau.* sententiam improbat idem *Rouit.num.*2. laudans quoque *Maxill. ad Consuet.Baren.incip. Neque à Comitibus, tit.de immunit.nostræ Ciuitatis, post num.*34. *D.Calà cit.cap.*11.

Quod intellige absolutè, & de per se, vt successor non valeat interuenire in syndicatu prædecessorum; secus autem si eligatur forsàn pro Syndicatore per Electos Vniuersitatis, *Consil. de Bottis in citat. capit.item statuimus, verb.Successoribus, col.*1. *in princ.f.*341.

Neapoli verò eius Decuriones (E-
49 lecti vulgò appellati) constituti sunt ad syndicandum Regentem M.C.Vicariæ, illiusq; Iudices omnes, tùm ciuiles, tum criminales, vigore *cap.*66. Regis Catholici, inserti inter capitula, & gratias largitas, & concessas Ciuitati, *pag.mihi* 67. Adestque confirmatio per Cœsaream, & Catholicam Maiestatem Caroli V. die 12. Martij 1550. redacta in *vol.prag.sub rubr. de syndic.Official.prag.*2. vbi apparet, quòd expetentibus Electis confirmationem gratiæ concessæ à Rege Catholico circa syndicatum Regentis, & Iudicum M. C. recipiendum ab eisdẽ Electis tantùm, absq; interuentu Officialis Regij, haud obstante clamore Reg.Fisci contrarium, audactèr, in iudicio efflagitantis, Cœsarea Maiestas annuit Electorum supplicationi, & sic vsu fuit receptum ad hæc vsque tempora, *R.Rouit.in cit.prag.*1. *n.*21. *cit.*

Habent itaque ipsi Electi tantùm potestatem recipiendi syndicatum Regentis, & Iudicum M.C.V. ex clausula taxatiua in supplicatione contenta, vt in citata *pragm.*2. ibi: *Si continui* (syndicatus scilicèt) *à far solamente per li Magnifici Eletti della Città*, quæ dictio, *solamente*, in latinum versa dictioni, *tantùm*, congruit, quæ vti taxatiua præter personas, & casus admissos, cœteros excludit, *l.obas*, vbi *Glos. verb.Tantùm, C.de prad.minor.*

Digitized by Google

nor. l. cum testamento, ff. de verbor. signif. l. armorum, l. appellatione parentis, l. propemodum, l. si à te, l. vt bona prædia, ff. eod. l. cum Titio, ff. de adim. legat. l. rationes, C. de probat. Caphal. cons. 158. num. 4. tom. 2. Reg. Valenzuel. cons. 74. num. 16. tom. 2. Et dictio taxatiua adeò disposítum affirmat, vt omne aliud neget, *l. qui sella 7. l. inter actum, 12. l. Lucius, 37. ff. de seruit. rustic. l. si quis, 18. §. si cum ius haberet, quemad. seruit. amitt. l. qui aliena, 32.* aliàs *l. liberto, 31. §. libertos, 4. de negot. gest. l. 3. §. cum Titio, ff. de adim. legat. l. fin. C. de patr. potest. Escobar. de purit. & nobilit. proban. par. 1. quæst. 9. §. 4. num. 40. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. ex n. 2. Gabriel. comm. conclus. lib. 6. tit. de verbor. signific. conclus. 5.*

Illorum itaque syndicatus recipi-
50 tur incõcussè ab huius Ciuitatis Electis, à quibus committitur cognitio alicui V.I.D. seù Consultori, à Pro-Rege, eiusq; Collaterali Consilio approbato; qualem, D. Dominicum Nicolaũ meũ filium, prę uia conclusione, DD. Electorum humanitas elegit, ac indicibilis munificentia Excellentiss. D. Marchionis de los Velez confirmauit, diplomate Collateralis Consilij, sub die 17. Augusti 1677. penès Lombardum. Qui quidem huius Ciuitatis Consultor (Periti enim interuentum exquirunt omnia Iura Communia, ac Municipalia, vt infra dicemus) procedit seruatis seruandis in condemnando, vel absoluendo syndicatum; à cuius decretis, nostris quoque temporibus, appellabatur ad Sacrũ Consiliũ, in quo faciebat relationem stans, licèt cooperto capite, teste *Tasson. cit. vers. 3. obseru. 3. num. 230.* etsi *Reg. Sanfelic. decis. 381. in fin. lib. 3.* de capite cooperto mentionem non agat; ac tandèm, ipso absente, dabantur suffragia, semperque consuentum fuit in supplicationibus grauaminum ab huiusmodi, alijsque decretis latis per hunc Cõsultorem, à D. Spectabili
51 S.C. Præside fieri decretationem, videlicèt: *Magnifici Electi huius Fidelissima Ciuitatis per Consultorem eligendum, partibus non suspectum, verbum faciat in* S.C. Anno verò 1646. intuitu syndicatus Io. Baptistæ de Stephano Iudicis M.C. in criminalibus, præscriptam solitam decretationem, Electi admittere renuere, prætendentes, deberi titulum Spectabilium, & ita dari iniunxit Pro-Rex, quin si inter eos adesset aliquis titulo decoratus, addendum esse titulum: Illustris, suo diplomate proscripsit è Collaterali Consilio sub die 5. Septembris 1646. à Secretis existẽte D. Consiliario Donato Coppola, confirmato die 12. eiusdem mensis, & anni, penès Franciscũ Antonium Lombardo, Reg. à mandatis Scribam, & de hoc testis est quoque Franciscus Antonius de Mercatis, qui diligentissimè fuit à Secretis S.C. in obseruationibus consueti styli S.C. manuscriptis, quæ penès V.I.D. D. Franciscum de Mercatis eius nepotem, accuratè idem officium exercentem, asseruantur, *obseru. 237.* ibique idem Franciscus Antonius testatur quoque de praxi, fieri nempè in S.C. relationem per Consultorem stantem in Aula, sed coopertum.

Hodiè tamen Iudex appellationis
52 ab illius decretis est Consilium Collaterale; & Ciuitas in scriptis relationem facit status, ac meritorum causę, & cognitionis factæ; quamuis interdùm, si ità Collaterali visum fuerit, transmittantur acta; à quo non rarò vidimus reuocata decreta facta à Ciuitate.

Quæ quidem acta gratis sine mer-
53 cede tradi, & fieri debent, *Amod. de syndic. num. 219. Auth. in cap. 11. Iudic. susp. glos. directos, Guazzin. ad defens. reor. def. 1. cap. 23. num. 13. Caualc. de brach. Reg. par. 5. num. 119.* tùm facta instante querelante, tùm syndicando, declarat *Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 2. de syndic. Official.* decisumque scribit in actis trasmittendis ad M.C. vel Regias Audientias, *August. Caput. de regim. Reipubl. §. 7. cap. 9. num. 69.* cuius meminit *Thor. part. 3. compend. decis. sect. 1. verb. Acta,* ex *text. in §. necessitatem,*

tem. Auth. l. Leuia, ff. de accusat. & in *l. in sacris, propè finem, C. de proxim. sacr. scrin.* salarium namque ipsis Syndicatoribus ab Vniuersitate exsoluendum esse, eadem *Pragm. 1. de syndyc.* statuit, ibi: *Vnde salario competenti per Vniuersitatē loci praedicti prouideatur, Paris. de Puteo* expressè *in verb. Robaria, cap. 4. num. 2. vers. an Syndicatores, sub num. 4.*

Hæc autem praxis, quòd ad Collaterale deferatur appellatio, orta est fortassè, quia cum agatur causa gubernij, ac Ministrorum à Pro-Rege electorum; par est, quòd ipsemet eorum qualitates, ac progressus cognoscat. Hinc itaque Collaterale causas Officialium demandauit M. C. præcipiens, quòd procedat vtpotè delegata, ablata via ordinaria. Quod declarauit Collaterale, locum habere in Officialibus Regijs, non autem Baronalibus. Quapropter cum grauatum se sentiret Dominicus de Concilijs, Gubernator Terræ Toraldi, à decreto à me facto, cum residerem Consiliarius caput Aulæ in M. C. V. causarum capitalium, nempè: *Quòd citetur, & capiatur*, obtento, verbum fieri in S.C. introducta causa à me in Aula Dom. Consil. D. Ioannis Vargas Machuca, Viri doctissimi, atque integerrimi, instetit Fisci Patronus, quòd non poterat appellatio prædicta agi in S. C. at quòd oportebat reclamari ad Collaterale, procedente M. C. vti delegata. Ac addente Inquisito, delegationem non loqui de Officialibus Baronalibus. Sacrum Consilium constituit, quòd Egomet consulerem de hoc Pro-Regem, à quo habui responsum, tenoris sequentis,

CAROLVS DEI GRATIA REX.

Mag. Vir. Reg. fidelis dilecte, Hauemo riceuuto la vostra relatione del tenor seguente, videlicèt: Eccellentissimo Signore. Stando inquisito nella Gran Corte della Vicaria Domenico de Concilijs Capitano del Feudo di Toraldo, di stupro, adulterio, & estorsioni, e venendo quasi conuitto, & inditiato di detti delitti, respettiuamente, mi parse ordinare, quòd citetur, & capiatur, dal qual decreto essendosene per parte di detto Domenico portato supplica da farsene parola nel S. C. & introdotta la causa nella Rota del Consigliero Vargas Machuca, doppo lunga discussione, oppose l' Auocato Fiscale, che trattandosi di causa di persona, che hà amministrato giustitia, la Vicaria proceda come delegata di V. E. e non competa al reo l'appellatione al S.C. dalli decreti di Vicaria, mà la reclamatione in Collaterale, da concederli dall' E. V. al che replicana l' Auocato dell'inquisito, che l'ordini dati da V. E. parlauano solamente d'Officiali Regij, e non Baronali; e hauendo il S.C. riconosciuto in tal materia li dispacci del Collaterale di Ottobre 1665. e di Gennaro 1667. e viglietto del Sig. D. Pietro d'Aragona delli 28. Aprile 1667. (de quali rimetto le accluse copie) m'hà comandato l'istesso S.C. lo rappresentassi, come fò all'E. V. acciò si serua dichiarare, se in detti ordini sono cōpresi l'Officiali Baronali, hauendo in tanto il S.C. alsato la mano in procedere, aspettandosi l'ordine di V. E. di quello s'hauerà da eseguire, & à V. E. fò riuerenza. Casa 26. Giugno 1667. di V. E. Humilis. Seruitore D. Carlo Petra. Quale relatione vista, e considerata da Noi nel Regio Collateral Conseglio, in risposta ci è parso far la presente, per la quale dichiaramo, che l'ordini dati non parlano dell' Officiali Baronali, mà solamente si diero tali ordini, acciò Noi conoscessimo, e fussimo inteśi del procedere de Ministri Regij. Datum Neap. die 31. mensis Augusti 1677. El Marques de los Velez, V. Galeota R. V. Carrillo R. V. Valero R. V. Calà R. V. Soria R. Io. Bapt. de Afflicto Secret. Chiocca. In Curia 34. fol. 50. Locus sigilli. Al Regio Consigliero D. Carlo Petra V. E. in risposta di sua relatione dichiara, che l'ordini dati circa le cose sudette, non parlano d'Officiali Baronali, mà solamente si sono dati detti ordini, acciò l'E. Sua conosca, e stia inteśo del procedere de' Ministri Regij, vt supra.

Pro cuius Rescripti executione, pro-

Digitized by Google

propoſita cauſa huius Gubernatoris in S. C. in eadem Aula, in qua tunc exiſtebat Decanus D. Conſil. Paulus Iannettaſio, à Conſiliar. D. Ioſeph Ledeſma, Milite Hiſpano, Viro præclariſſimo, atque integerrimo, qui in locum mei ſuffectus fuit Præpoſitus Aulæ Vicariæ Criminalis (cum ego rediſſem ad S.C. adimpleto biennio die 12. Octobris anni 1677. ità iubēte Regio diplomate regiſtrato in *prag. 4. c. 5. de viſit. captiu.*) Inter cœtera, quæ dictitabat Gubernator, ad oſtentandam, tùm ſuam innocētiam, tùm querelantiū prauitatem, id erat, quòd homines illius Oppidi quemdam ſuum filium veneficijs exagitaſſent. Tunc Spectabilis Dominus S.C. Præſes, Vir ſanè doctrina, vitæque probitate nemini ſecundus, qui Aulæ præeſſe contigit eo die; in ſermone, qui hac de re ha-
56 bebatur, nequaquam, ait, Dæmones, atque adeò lamiæ, magi, ac veneficæ homini ius dicenti poſſunt nocere, quod docet *Nicol. Remigi in tract. de Dæmonolatria, libr. 1. capit. 2.* & poſt ipſum *Antonio Maria Coſpi, Segretario del Gran Duca di Toſcana nella ſua opera intitolata, il Giudice Criminaliſta, par. 2. cap. 51.* qui ſuperſtitioſam putat cautionem, quam dant nonnulli Iudicibus, vt quando examinanda foret aliqua maga, iubeant, eam in locum examinis retrorſum ingredi, ità vt Iudex prior eam, quàm ea Iudicem aſpiciat; idque ne illius veneficijs affici poſſit. Malefici propterea incarcerati euadere non poſſunt, eò quòd Deus haùd permittit, Dæmones hoc caſu ſuam potentiam exercere, vt ex *S. Auguſt. lib. 3. de Trinitat. in 10. de Ciuitate Dei*, & *Diuo Thoma in tract. 9. 1-par. quæſt. 5. titul. de mirac.* obſeruat *Paul. Ghirland. de ſortileg. qu. 9. incip. Nonò quæro, nu. 4. pag. mihi, 126.*

Ac nedùm Iudices M.C. biennales
57 coguntur dare ſyndicatum, ſed etiam à Rege creati perpetui, ſiue ipſius beneplacitum, idque vigore nouarum gratiarum ab eo huic Fideliſſimæ Ciuitati conceſſarum; ac ita ſeruatur: namque in fine cuiuslibet biennij Iudex creatus à Rege, præuio S.E. diplomate, ſe ſyndicatui ſubmittit, depoſita iudicandi poteſtate, retenta tamen toga. Quandoquidem cum debeant illi eſſe biennales, atque adeò à Pro-Rege creandi; ſi eligantur à Rege, Rex non cenſetur velle præiudicium Ciuitati inferre quòad ſyndicatum. Nunquam enim Princeps velle præſumitur iuri alterius præiudicare, *l. 2. §. ſi quis à Principe*, & *§. meritò*, *ff. ne quid in loc. public. cap. ſuper eo*, *de offic. Delegat. Valaſc. conſult. 72. num. 10.* & *de partitione, capit. 13. num. 73. Phabus deciſ. 92. num. 3. Cabed. part. 1. deciſ. 1. num. 6.* & *par. 2. deciſ. 5. num. 3. Gratian. cap. 167. num. 49. Solorz. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 26. nu. 62. Cyriac. controu. 59. num. 6.* & *controu. 205. numer. 39. Menoch. conſil. 1007. num. 74. Giurb. de feud. §. 1. gloſ. 3. num. 28. Valenz. conſ. 69. num. 125. Reg. Capyc. Latro deciſ. 174. num. 2.*, proindè *Ann. alleg. 53. ex num. 26.* dixit, priuilegijs Vniuerſitatum minimè derogatum cenſeri, quamuis de eis facta ſit geralis mentio.

Quin, & Regens ipſe M.C.V. qui
58 obſtringitur ſemper commorari in Palatio eiuſdem, vt ex *Conſtit. ſtatuimus*, eruit *Reg. Tap. ſuper eadem, ſub tit. de offic. Mag. Iuſtit. lit. T. lib. 2. iur. Regn.* (quod hodie minimè ſeruatur) & vnus ex Iudicibus eiuſdem M. C. qui inhabitat loco illius, ſyndicatui parentes, tenētur exire Palatium prędictum, ac ad priuatam accedere domum, nè Prouinciales, & Regnicolæ perhorreſcant, *Pariſ. de ſyndic. verb. Viſo modo procedendi, num. 3.* ac conferunt tradita ſupra *num. 7.*

Vigiles ſœpiſſimè Pro-Reges, ſyn-
59 dicatus ratione à Iudicibus relata, nullaque, non modò labe, verùm etiā nè vlla detecta labis quidem ſuſpicione, à qua immunis quoque eſſe debent (idque oſtendendi, ac ſuadendi gratia apùd Romanos illos priſcos, qui Magiſtratus petebant, albis veſtibus induebantur, candidique prodibant, teſte *Blodin. lib. 3. triumphantis Roma*, cum hic purus color, non

alio

Digitized by Google

alio extraneo, quàm albo naturali infectus, quandam animi integritatem, & perfectionem repreſentet, ſicut, & *lib.4.decad.2.Liu.* prodit, & ex vtroque *Petrus Gregor. in pralud. optimi Iuris conſult.lib.2. cap.35. num.1. Decian.tract.crim. tom.2. lib.8.c.22.n.1.*) tùm ob animi illorum integritatem, tùm ob doctrinam, qui ad huiuſmodi dignitates euehuntur, eorundem officia ad alterum prorogant biennium. Et licèt aliquando eis crimina obijciantur, à potentibus præſertim (qui vel leuitèr læſos ſe credentes, plumbeas iras data occaſione gerunt, ad inſtàr Aquilæ, quæ ſi incidat in multitudinem cornicum, aut pſittacorum, adhuc imbecillior, ab ijs ſe deplomari patitur quidem, vel inuita: at meminit iniuriæ, dataque poſteà occaſione, obuias perimit, teſte *Alberto Magn. Anim. lib.* 8. *cap.*11.) quia tamen iuſtitiam, & virtutem ex animo coluerunt, fraude ſtatim detecta, iterùm confirmant, donec ad gradum aſcendant altiorē, conſumatiſſimi *Reg. Caroli Tap.* monitis inhærendo: nempe *lib.2.iur.Regn. tit.de Official.in Regno conſt.ſuper Pragm.5. de offic.Iudic. verſ.Item quia, pagina mihi,* 121. illis verbis: *Hoc non ſeruatur, & benè: nam ſicut Reipublicæ commodum eſt, Officiales eſſe annales; ita periculoſum, eorum, qui apti ſunt, opera non vti. Nec enim poſſunt reperiri tot homines officijs apti, ſed ij, qui ſemel probati ſunt, ſemper debent admitti;* & *in rubr. eiuſdem tit.de Official.in Regno conſtit.num.*17. *pagina,* 98. monet: *Sunt etiam eligendi ad officia, qui particularem habent ad huiuſmodi exercitium aptitudinem, non enim ſinguli homines ad omnia naſcimur, perrarò enim accidit, vt vnus pluribus ſit aptus rebus; ideoque Plato lib.2.de Republ. inquit: Naſcimur quidem non admodum ſimiles, ſed differentes inuicem, ſinguloſque ad ſingula opera promptos natura producit,* & *eod. lib.2.iur.Regn. ſuper pragm.1. de offic. Magiſtri Iuſtit.ſub num.2.pagina* 272. aduertit: *Eſt enim officium M.C. Vicaria tanquàm lapis, qui dicitur index, vulgò de paragone, qui enim in vtriuſque Magnæ Curiæ Vicariæ officio benè ſe gerunt, abſque dubio erunt optimi Conſiliarij; ideoque à Magnis Viris accepi, quod & ipſe aliquibus Pro-Regibus tradidi, optimum fore, ſi antequàm, vel Prouinciarum Auditores, vel Aduocati, promouerentur ad Sacrum Conſilium, vel ad Regiam Cameram; exerceant, vel vtrumque officium, vel alterum ex eis, & me experientia docuit, id multum negotiorum expeditioni conferre, ſicut, & multùm etiam, atque multum confert, ſi ſaltèm Auditoris munere in vna ex Regijs Audiētijs fungantur.* Qui vlterius Author notabilitèr ſubdit *ibidem verſ. menſe Maij*: *Hoc etiam non ſeruatur, quia mutatio fit, quando Pro-Regi videtur, ſed debet haberi ratio, vt non mutentur omnes vno, eodemque tempore; ſed maneat ſemper aliquis ex eis, qui experientiam habeat Tribunalis.*

Quæ monita Eminentiſs. Dom. D. 60 Paſchalis ab Aragonia, & Marchio de Aſtorga Excellentiſſimus (qui omnium lacrymis è vita ceſſerunt) tunc temporis Pro-Reges vigilantiſſimi, & lepidiſſimi (Principes enim quam maximè decet humanitatem, *Zenofontis* præceptum obſeruātes: *In omnibus temperantia vti debere Principes, præterquàm in humanitate cum maieſtate iungenda, Alexandri Seueri* exemplo, teſte *Ianſen. in prouerb. capit.* 20. qui eam ſententiam de hac re protulit: *De Seuero Imperatore traditur, quòd cum Mamæa mater, & vxor Memia ei obijcerent, qui nimia ciuilitate poteſtatem redderet molliorem, reſpondit: ſed ſecuriorem, ac diuturniorem*) in me metipſo obſeruarunt, quoniam ex Patronorum S.C. cœtu, omnium me minimum, ac poſtremum, M.C.V. in cauſis pecuniarijs octauo Idus Iunij *1665.* Eminentiſſimus elegit Iudicem, quem meritorum ope planè deſtitutum, ad hunc dignitatis gradum vna Principis benignitas euexit; in eo enim Principum Magnitudo Diuinitati ſeſe oſtendit affinem, quod tunc maximè elargiendo præmia, ponat merita,

cum

cum minimè supponit; quo Iudicis munere, cum annis circitèr octo continuis functus essem, Excell. Marchio de Astorga, qui antea maxima cum laude, ac magnificentia, ordinarius Suæ Maiestatis Legatus morâ Romæ traxerat, Pro-Rex ipse deindè, suo iussu, Iudices omnes M.C.V. Ciuilis paritèr, ac Criminalis, postridie nonas Aprilis 1673. iudicatu priuauit ob tẽpus iàm diu completum, sic mandante Regio Diplomate, meque vnum, magna omnium admiratione, orbare noluit, imò eo loci huius ergà me Principis peruenit beneuolentia, vt apùd Catholicam Maiestatem me perpetuo honore exornandum proponeret, neque vnquam destitit, donec Regina Mater Augustissima, die 24. Ianuarij 1675. loco Illustris D. D. Didaci de Soria Morales, Marchionis Crispani, me Consiliarium S. Claræ sufficeret; qui verò Marchio ex eodẽ Consilio, atque à Straticò Messanæ Vrbis, summam propter prudentiam, doctrinam, aliaque animi ornamenta, hoc in Regno, cõmuni omnium plausu, Regens creatus fuit, cui sic præest, vt omnibus gratissima sit eius integritas. De hoc summo viro scripsi in *Rit. 260. num. 19. lib. 1.* quem locum, alia cumulans, laudat *Dominicus de Rubeis in specim. certam. forens. certamin. 12. num. 108.*

Syndicatores autem sunt eligendi
61 non suspecti, & proinde infrà breuem terminum dari debet lista suspectorum, ex *Glos. in cap. statutum, §. Assessorem, verb. Suspectum, de rescript. in 6. Capyc. decis. 138. in fin. Ann. singul. 161.* quos refert *Carrabb. de syndic. par. 1. num. 35.* notans ex eodem *Ann. singul. 276.* non admittendam generalem suspicionem. Electis autẽ
62 Syndicatoribus, illorum suspicio non est proponenda coràm Syndicis, nec in Curia Baronis, etiam secundarum causarum; sed in Regijs Tribunalibus, *Bonadill. polit. lib. 5. cap. 1. ex num. 236. Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 3. nu. 28. Caranit. in Rit. 265. num. 2.* Causas verò suspicionum collige ex dictis à me in *Rit. 265. tom. 2. & 3. Giurb. cons. 9. Guazzin. ad defens. reor. def. 1. cap. 19. ex num. 55.*

Proinde cum fuissent electi Syndi-
63 catores duo cognati, reluctante Gubernatore, non posse eligi, quia erant cognati; Ego vti Iudex M.C. iudicaui, esse faciendam electionem alterius, ex quo erant incompatibiles.

At huiusmodi articulus acritèr in Collater. Cons. disceptatus fuit; cum enim in incidenti causæ vertentis in S.C. inter D. D. Antonium de Ianuario, Loricatorum Equitum turmę Ductorem, meum generum, & D. D. Franciscum de Ianuario, Militum Tribunum, fratres vtrinque coniunctos:
64 (Prouerbio enim dicitur, quòd fratrũ contentiones, & iræ, sunt acerbissimæ, & qui se nimium diligunt, hi se nimium odio habent. Vnde *Plutarchus* clamat: *Nostro tẽpore fratres, & cognati, nisi Regionibus fluuijs, murisque communia bona distinguant, longoque à se inuicem sint remoti spatio, altercandi finem non faciunt, in vita AEmilij Paul.* de quo latè *Christophorus Forstnerus in notis ad Tacitum, lib. 2. annal.* illis in verbis: *Gener inuisus, inimici soceri, pag. 80. Io. CoKier in Thesauro polit. aphorism. lib. 5. cap. 19.* & ex iuristis *Bald. in l. cum oportet, nu. 17. C. de bon. qua liber.*) super successione fideicõmissi conditi per Archiepiscopũ Rhegij, orta esset paritas, & par hinc indè esset numerus suffragiorum, illa præstantibus, D. Præside S. C. & septem DD. Consiliarijs, & (vt circumfertur) quatuor in illam abierunt sentẽtiam, confirmando scitum per idem S. C. latum, demãdans, sequestrum fructuũ bonorum fideicommissi, impartito termino in causa. Alij verò quatuor ratum habentes terminum, tolli interim sequestrum, cum cautione, dijudicarunt in beneficiũ D. Antonij primogeniti, & legitimi possessoris.

Ad hanc suffragiorum paritatem dirimendam tres alij superadditi sunt Consiliarij, ab Excell. Regni clauum Moderante, quorum duo inter se Leuiri erant, & cognatione coniunctissimi.

Digitized by Google

simi. Vnus enim alterius sororem in vxorem habebat.

Institit D. Antonius coràm Pro-
65 Rege, nullatenùs licere, quòd duo inter se Cognati in eadem causa Iudices assiderent, & in locum vltimò cognati dati (erant enim priùs tres destinati, & non publicati, vnus deinde remotus) alterum Iudicem esse deputandum.

Altera Pars nullatenus hoc repu-
66 gnare aiebat, ac nullo iure id vetitũ esse; quinimò ipsa iura permittere, nedùm cognatos, & consanguineos; sed parentẽ, & filium posse in vno, eodemq; Tribunali ius dicere, vt apertè colligitur ex *text in l.3.§.si quis, ff.de condict.caus.data*, vbi Celsus, Cellum genitorem in iure correxit, & seruatum tradidit *Regens Sanfelic.decis.77. lib.1.* anno 1620. quo fuerunt in M. C.V. causarum capitalium, Regens Scipio Rouitus pater, tunc vti Reg. Consiliarius, & Ferdinandus Rouitus filius, & Iudex annalis, *Machuca de syndic.tom.2.par.6.consid.23.n.37.* nam, vt notat *R.Marcian.in oper.legal.excerpt. fiscal.exercit.c.9.* hæc adest in Studiorũ, & Virtutis Palęstra, longo vsu prę-scripta libertas, vt nulla agnoscatur patria potestas, nulla vincula suitatis, & perpendunt *Paulus de Castro in l.illud, ff. quod cuiusque vniuers. nomin.* & *Auend.in cap.19. Prat.num.23.*

Addebatur, quòd facta iàm Adiun-
67 ctorum publicatione, Regio rescripto ad S.C. transmisso, esset agendum in eodem Senatu, de remouendo altero ex cognatis, suspicionis remedio, aùt saltim decernendum esse, suffragium vnicè ferendum à Ministro inter cognatos officio antiquiore, iuniore amoto, ex doctrina *Cortiad. dec. 36. ex num.29.* dicentis, in Regno Valentiæ ita in more esse.

Insistebat D. Antonius, ab vtroque
68 votum dari neutiquam posse, etenim in tàm arcta sanguinis cognatione vnus est in vtroq; animus, vna mens, vnum votum, vt penè solœcismus sit, duo ab ijs suffragia ferri, aptèque hic apponeret *Martialis*,

Vnus cum sitis, duo Calliodore sedetis,
Surge, solaciſmum Calliodore facis.

Porrò Celsus Genitorem, non ius
69 dicentem, sed scribentem dum taxàt in iure emendauit, & *Glos. in cit. §.si quis*, aptè animaduertit, nullam in eo casu notam genitori inustam, nullam esse iniuriam irrogatam: cum potiùs filiorum sapientia, in gloriam, ac decus Parentũ maximè redundet, *Grammat.decis.71. Mastrill.decis.151.n.23.* Id quod indicauit altera *Glos. in l.is qui 12.ff.de tutor.* ibi: *Item Dini Fratres rescripserunt, etiam filium si sobriè viuat, Patri curatorem dandum magis, quàm extraneum*, ibiq; *Glos. in §.dandum: Sic, & in iure corrigit filius patrẽ, vt suprà de condict.ob caus.dat. l.3.§.si quis.* In iudicijs enim non decet, quæ à patre geruntur, ad irritum reuocari à filios, *l.ea, qua à patre, C.de resist. milit.* sententiamque illius tueri obstringitur, vt consultiuè Cassius fecit *in l.dicere, ff.de recept.arbitr.*

Sicut enim in concussum est, bono-
70 rum Vniuersitatis administrationem parenti simul, ac filio demandari non posse, ex *Pragm.17.num.16.de administrat.Vniuers. Montan. in pragm.5. §.16. num.3. eod. tit.* & ibi *Rouit. numer.27.* & *Novar.num.213.* Ita extra dubitationis aleam paritèr positum videtur, eosdem in vno, eodemque Tribunali ius dicere nequaquam posse, cum istud potiori discrimini obnoxium sit.

Nec in oppositum vrget Consiliarij
71 Rouiti exemplum, apùd *R.Sanfel.cit. decis.77.* tùm quia partes non repugnarunt, quo casu etiam patri in causa filij iudicare licet, vt dixi *in Ritu 265. numer.70.libr.2.* tùm etiam quia filius in inferiori Tribunali Iudex assidebat; & sanè quàm ægrè ferrent homines hanc iudicandi rationem, quæ malorum Iliadem secum adduceret, nemo non videt? quapropter iure meritò vnanimitèr Doctores, huiusmodi vnionem non esse permittendam, putarunt, *Bouadill.in polit.lib.3. cap.8. delos oficios, y poder delos Regidores,*

Digitized by Google

dores, sub num.55. tom.2. pag.197. his quippè notabilibus verbis: *y por que en las cosas de la Republica no son reputados el padre, y el hijo por una misma persona, como en las cosas priuadas, y domesticas, y se presume que se mouean en ellas por el bien publico, mas que por aficion de la sangre: pero no he visto correr esta razon tan justificadamente, antes he conocido, y visto, que de ordinario andan agregados los votos de padre, y hijo, y se corresponden como Eco en todo lo que se les ofrece, y assi deuria prohibirse, que como en una Chancilleria, o Consejo, no concurren a ser juezes dos hermanos, ni padre, y hijo (segun està ordenado en Francia para el Parlamento de Paris, y en el Consistorio delos Cardenales) no concurriessen tampoco en los Regimentos, porque no se confederen y acabilden inseparablemente. Curia Pisan.lib.2.capit.12.& lib.4.cap.1.num.2.* & ibi *Azened.in add.& in l.34.tit.6.lib.3. Rec.in princ. Langleus semestr. lib. 7. cap.33. Fontanell.decis.367. num.15.* loquens de duobus fratribus in officio Cancellarij, *D.Laurent.Matthæi de regim. Regni Valent.cap.4.§.9.num.21.* attestans, Regis iussu anno 1617. filium ad aliam Aulam ciuilem migrasse; & non repugnant, si bene perpendantur, quæ idemmet *Matthæi* scripsit *in tract. de re criminal.controu.65.num.34.& 35. pag.479.* & ex nostratibus *D. Consil. Altimar. tom.2. de nullit.sent.rubr.10. quæst.13. ex num.21. ad 23. in fin. de Angelis in tract.de Official.Baron.c.14. in fin. Consil. Prat.* arguens hinc inde *ad Paschal.de patr.potest.par.4. cap.10. ad num.1. Mucci ad cit. decis.77.* notans, filio non licere interuenire in causa, in qua pater, vel iudicauit, vel fuit allegatus suspectus, & me adducit in *Ritu 265. num.102. tom.2.* Imò ex *l.4.& l.5.tit.3.lib.7.Recopil.* expressè prohibetur, quòd pater, & filius idem officium in Concilio habere possint, vt aduertit *Azeued.add. loco,*
72 *num.2.* & Nos, vbi Iura Ciuilia non habemus, recurrere debemus ad leges Castellæ, *Capon.tom.3. discept.forens. c.194.num.35.* quas magnum pondus habere ad decidendas causas, scripsit *Consil.Carleual. tom.2. de Iudic.libr.1. tit.3. disput.8.sect.7. num.132.* & nostra lura municipalia statuit, fororios, nempè viros duarum sororum, esse etiam suspectos, vt vnus non possit patrocinari coràm altero, sicuti habetur in *Prag.4.de suspic.Official.* qua de re *Fontanell.decis.8.lib.1.*

Proindè in more antiquissimo po-
73 situm est à Dominis Præsidentibus pro tempore S.C. germanos, cognatos, & similes inter se aliquo etiam fœdere coniũctos Consiliarios, seiungi, ac diuersis Rotis addici, imò ijs Rotis, quæ nunquàm ad litium diremptionem in vnum conueniunt, iunctis Aulis, vt liquet ex fide à Secretis S. C. qui quippè stylus vim habet legis, vt dixi *in Ritu 288.num.58.* potissimùm introductus coràm Principe, ad notata *à Bald.cons.45.& 46.num.1. vol.1. Sol. ad Const. Sabaud. in proœm. glos.4.num.40. Cassan.in Consuet.Burgund. rub.4. §.7. glos.in verb. Suppose que les dist.contrauz, num.55.* Possint propterea pater, & filius duas habere Rectorias in eodem Concilio diuersas, & distinctas, ita quòd Rectoria patris non sit illa, quæ est filij, nec è contra, dixere *Franc. Marc.decis.629. num.2.lib.1.Azeuedo loc.cit.num.2.*

Hac de causa consanguinei à feren-
74 da in eodem Tribunali sententia se iungendi non sunt, per viam suspicionis à S. C. extimandæ; sed ratione incõpatibilitatis inspiciendæ ab eodẽ Principe, qui eos ad iudicandum adiunxit. Ad hunc quippè pertinet, remouere cognatum, aùt affinem, ab ipso additum postremo loco ad suffragium ferendum, quamuis in officio antiquiorem, vt idem *Cortiad. citat. loco num.55.* aduertit, commissione nempe dùobus eadem die facta, antiquiorem in dignitate procedere, nisi appareat de prioritate, decisumque refert, ac confirmant *Rot.decis.1.de const. & 8.de rescript.in antiq. Sarauia de iurisdict.adiunctor. quæst.35. §.10. vers. si aliqua, Tonnut. de pranent. part.2.*

cap.3. num. 8. & ex noſtratibus *Capiblanc.de Baron.tom.2.cap.43.num.14. Thor.tom.2.compend.deciſ.verb.Iudex, Scialoya de for. compet. cap.7. num.25. D.Conſiliar.Altimar. tom.1. de nullit. rub.10.quæſt.15.num.32.*

Cum hæc agerentur, & plurimè in
75 vtramque partem dicta eſſent in Collaterali coràm Excellen.Domino,decretum fuit,in locum cognati demùm additi, quamuis antiquioris, alium dandum eſſe Miniſtrum inter adiunctos, qui tamen hactenùs non eſt datus, penès à Regni Secretis.

Deniquè duo hic notanda cenſeo.
76 Primum, quòd cum Dom.Præſidens S.C. votum in ea cauſa protulit, in qua par numerus,factus eſt,ſuffragiorum, ſicuti non ab ipſo, ſed à Pro-Rege addendi ſunt, qui ſuffragium ferant,ex *Prag.1.§.6.de cauſ.decid.* vbi *Rouit.& de Franch. deciſ.252.num.6. Taſſon.de antefat. verſic.3. obſeruat.3. num.112. quæſt. 14. Gallupp. in praxi S.C. in prælud. ad 3.par. num.10.* ita non permittitur illi conſilium ſuper hoc dare Pro-Regi, cum eadem, imò potiora inde in cõuenientia oriri poſſint à Iure perpenſa,& à *P.Molfeſ.* indicata *in Conſuet.Neap.par.7.quæſt.2. num.13.* de quo memores ſunt *Gizz. ad Reg.Capyc.Latro deciſ.63.num.6.& Luc. ad Præſid. de Franch.obſerv.106. num.6.* hoc quippe caſu partes ſuum ius tueri non poſſunt.

Alterum eſt, quòd quamuis *Reg.*
77 *Rouit.* poſt *Præſid.de Franch.cit. in locis*, doceat, facta ſuffragiorum paritate, vbi Præſidens ipſe votum fert in incidenti cauſæ, poſſe hunc illicò, & clam alium Conſiliarium ad paritatem dirimendam aduocare; illud tamen intelligendum eſt, quando incidens, quod vertitur, non magnum habet momentum; & præterea quando ſuffragiorum paritas ſtatim dirimi poteſt; ſecùs verò, vbi, aùt incidens non parui penditur, aùt paritas in aperto eſt, & publicata: tunc enim Præſidenti alium, vel alios addere, qui ſententiam ferant, integrum eſſe non poteſt, cum id Pro-Regi competat, & ſeruatum fuit hac in cauſa, ac in alijs in more fuiſſe vidi, & audiui.

Quis verò modus obſeruetur in
78 dandis adiunctis, tàm in caſu paritatis, quàm defectus numeri Iudicum, & à quo concedendi, ac ex qua Aula ſumendi, & infra quem terminum ſint petendi in cauſis, ac obſeruantiam in adiuncto ſecreto? pertractat *Franc. Ant. de Mercatis lib.3. manuſcript.de obſeruant. & ſtylo S.C. obſeruat.18.*

Ne dum itaque Officialis tenetur
79 ſtare ſyndicatui, ſed etiam literas liberatoriales obtinere obſtringitur, adeo quòd ad aliud officium aſſumi non poſſet,niſi talibus literis oſtenſis, *Bart. in l. reſcripto, §.debitores, ff.de muner. & honor. Roman conſ.492.* & adſunt *Regni Conſtit. volumus, Capit. Veterum, Cap.item ſtatuimus*, & præter hunc *Rit. Pragm. volumus, de Baron. & 1.de ſyndic.Official.& Prag.11. de Capit.& alys Offic.Borrell.de Magiſtrat.edict.lib.1.cap.16. Reg.Rouit.* huius *Ritus* memor *in pragm.5. num.19. de Baron. Nouar. grauam. 287. Capiblanc. pragm.4.num.6.& num.162. de Baron.* Indignus eſt ad maiora promoueri, qui in minoribus malus eſt inuentus:nam ſemper talis præſumitur, *Franc.Caſon.de indit.num.12. Marſil. conſ.15.num.9.& ſingul.74.& 217.lo. Arnon.dialog.66.Marant.in ſing.verb. Regula.* Et è contra, qui benè ſe geſſit, ratio petit, vt ad maiora euolet, & adminiſtrationis optimè geſtę præmia conſequatur, *Bald. in Auth.habita,notab.2. C.nè filius pro patre, Carol.Sigonius de Republ.Athenienſ.lib.2. tit.de Senat. Areopagitarum, & lib.4. c.1. Laudenſ.de Official.Domin.§.114. Nouar.de grauam.vaſallor.tom.3.grauam.60.* extendens etiam reſpectu officiorum extra Regnum adminiſtratorum.Hocque requiritur à Ritu noſtro, alijſque Iuribus,de forma,cuius omiſſio nullitatem actus inducit,*l.conſtitutionibus, in fin. ff.ad municip.l.Iulianus,§.ſi quis nemo, ad fin.ff.ad exhiben.l.1.C.de Decurion.cap.qua contra, de reg. iur. in 6*, & formæ renunciari

mini-

Digitized by Google

minimè licet, *Bart. in l. 1. C. qui admitt.* eo magis quòd *Ritus* vtitur verbo negatiuo, ibi: *Nisi demonstret literas syndicatus*, quæ dictio negatiua adiuncta verbo potest, inducit nedùm impotentiam, sed etiam actus nullitatē, *Glos. in cap. 1. de reg. iur. in 6. Bart. & Bald. in l. Gallus ff. de liber. & posthum. Aflict. decis. 307. num. 5. Gizzarell. decis. 19. num. 26.*

Proinde *Carauit.* in hoc *Rit. nu.* 13. 80 notat, vigore huiusce dictionis *Nisi*, tunc dici Officialem stetisse syndicatui, cum realitèr fuit ab eo expeditus, & licentiatus, obtenta, & ostensa litera testimoniali: nonnulla ad ornatum adducens, potissimùm quòd legatum alicui factum, *si studuerit*, intelligi debeat, si ad doctoratum peruenerit, quod, *Carauit.* laudato, insequitur *Auus meus ad Capyc. decis. 204. num. 3.* & diximus *in rit. 101. nu. 29. lib. 1.* quem locum laudat *Præsul D. Franciscus Verde Institution. Ciuil. libro 2. titul. de legatis pÿs*, *sub numer.* 1506. confirmant *Vezin. inter comm. opin. lib. 6. tit. de condit. insert. num. 60. Paschal. de patr. potest. par. 1. c. 3. n. 84.* ex *Decio cons. 177. Hieronym. de Laurent. in repet. l. si emancipati, num. 292. C. de collat. Thor. allegat. 16. num. 23.* post *Scaglion. super pragmat.* Verba namque semper intelliguntur cum effectu, *Tiraq. in l. Boues*, §. *hoc sermone, 6. limit. nu. 4. & 6. de verbor. signif. de Franch. dec. 341. n. 3.* Verum tamen ipse hoc discreti Viri arbitrio remitto, qui attendat verba, atq; voluntatem disponētis, ac pietatis rationem, si nempè donans, vel testator habuit respectum ad studiorum perfectionem, vt in casu *Bald. cons. 184. lib. 2.* vel si dixerit, lego ex causa studij, sat enim tunc est, quòd scholaris studeat, & mediocrem obtineat scientiam, *Barbos. in l. 1. num. 65. ff. solut. matrim. Gratian. lib. 2. discept. cap. 217. num. 15.* qua in re vidēdi sunt *Felin. in proœm. decretal. verb. Gregorius, col. 11. n. 38. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 291. nu. 59. Mascard. de probat. concl. 2296. ex num. 4. Rebuff. de priuil. scholar. 136. Pereyr. de iur. Academ. lib. 9. de discipul. num. 1533. & 1657.* ac *Tanchredin. consult. 9. & 10.* differens, si testator hæredi faciat substitutionem cū qualitatibus, vt vocati studeant, & lauream doctoratus suscipiant, quid sibi velint huiusmodi qualitates? & an sint modus, vel conditio, intra quod tempus adimpleri debeant? de requisitis studij, & doctoratus, ac de Doctoribus habitis à Comitibus Palatinis. Et nonnulla pro studio exaraui *in Rit. 272. ex num. 61. lib. 3.* signantèr, posse pro illo in subsidium vendi bona fideicōmisso obnoxia, ad quod addo *Hòrat. Lucium priuil. scholar. 17.* licèt ab hac opinione discedat *Anton. de Padill. in Auth. res, quæ, n. 91.* quem laudat *Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 3. num. 19.* Ibidem etiam ex *n. 62.* exagitaui quæstionem, si præferatur studium doti? quam, me citato, differit *Pisan. ad Gaetam sup. Rit. R. C. tit. de fundico flagelli, rub. 3. ex n. 160.*

Quod obijci Officiali potest, ne dum 81 ad instantiam Vniuersitatis, & loci, ad quem destinatur, sed etiam illorum de loco, in quo de præterito munus exercuit, vt ampliat *Carauit. in hoc Rit. num. 9.* insequiturque *Nouar. cit. tract. de grauam. vasall. grauam. 63. tom. 3.* ex *Plat. in l. neminem, C. de suscept. lib. 10.* cuius *Carau.* meminit, & (quod summè notandum) insinuat ibidem *Carau.* dato syndicatu, dispositionem *Capit. 283. incip. Item, quòd prædicti Officiales Iustitiarÿ*, nunquam in vsu fuisse. Vnde effatum *Præsid. de Franch. in decis. 479.* quem insequuntur *Reg. Rouit. in prag. 6. de offic. Iudic. & Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resolut. cap. 284. num. 8.* redditur dubium, quia illud Capitulum procedit, quādo Officialis prætextu assūptionis ad aliud officium, intendebat differre syndicatum; & propterea sicut præstito syndicatu non prohibetur in eadem Prouincia aliud officium anno sequenti exercere; sic paritèr illo dato, & obtentis literis liberatorialibus, aliud officium in eadem Terra habere, vt indiuidualitèr obseruant *Auus meus*

ad

ad Capyc. decis.121. num.3. in non. & *Danza de pugna DD.lib.1. tit.de offic. in gener.cap.6.num.10.* Quem vsum non improbat *Mastrill.decis.288.Capiblanc.de Baron.pragmat.5.num.134. Thor.par.2. compend. verb.Officialis, qui in aliqua terra, Luca ad mem. decis.de Franch.479.num.5.*

Formam autem huiusmodi literarum liberatorialium, quæ Magistratibus dantur à Syndicatoribus in testimonium probitatis,& integritatis,re-
82 scribit *Carauit. in hoc Ritu, num.30.* expeditam anno 1560. in personam D.Marij Pepi,ex Baronibus Contursij, tunc Auditoris, deinde Iudicis, & Fisci Aduocati in M.C. ex maioribus D.Consiliarij,& Presidentis R.C. Hortensij Pepi, mei Soceri, de quo Mario memini in *Ritu 258. ex n.27. lib.2.* Aliam formam posuit *Carrab.de syndic.par.2.num.192.* necnon *Calima eod.tract.par.2.c.vnico,n.122.pag.125.*

Verùm illud scitu omninò dignum
83 adnectimus, quòd ad acquirendum possessionem officij, post electionem, ac acceptationem,requiritur ingressus Palatij,& quòd ibi recipiatur per Cõsilium, vt tradit *Licent.de Pisa in Decuria Pisana lib.1. cap.13.* & conueniunt tradita *à Cabed. decis.Lusitan.4. 5.30. & 31. par.1. Borrell. de Magistrat.edict.lib.1.cap.1. ex num.43.* latè *Reg.Capycius Latro decis.154.num.25. lib.2.* adeo quòd duobus ad idem officium promotis, præfertur, qui possessionem adeptus est, illi, qui primo obtinuit expeditionem literarũ commissionalium, *Boer.decis.150.num.6.* quem insequitur *Regens Rouit.in add. pragm.5.num.12.* etsi contrarium sustineat *Franc.Marc.decis.621.num.2. part.1. Rouit.* insequitur *Amend. ad Franch.decis.409.num.21. Masull. ad Capyc.decis.179.n.10.* Officialis poste-
84 rior in data priuilegij, & anterior in possessionis adeptione, præfertur habenti dumtaxàt priuilegium anterius, *Camill.Laratha cons.2. Molfes.cons.15. Reg.Valenz.cons.34.nu.36.lib.1. Reg. Tapp.decis.Supr.Ital.21.num.15. Reg. Constant.in l.1.nu.25.de Consul. Consil.Arias de Mesa var.resol.lib.3.c.41. ex num.28. Cæsar Frezza in responso à D.Reg. de Marinis impresso, tom.3. alleg.30. Ann.consil.42. Consil.Theod. alleg.84. sub num.19.* & indicaui in *Ritu 101. num.34. lib.1.* Priuilegium enim nunquàm prodest absque possessione, *Franch.decis.62.nu.10.Frecc. de subfeud.lib.2.tit.quis dic.Dux,n.52.*

Forum quis propterea declinare non
85 potest intuitu alicuius exercitij,si solam matriculam habeat absq; actuali exercitio, *Castill.decis.Sicil.39.nu.4. Franch. decis.481. Ricc. collect.1829. Capiblanc.pragm.8.nu.239. de Baron.* & benè concinunt termini *text.in l 2. ff. de except. rei vend. l.qui sibi, C. de hæred.vel action.vendit.& in l.quoties, ff.de rei vendic.*

Sed si ad idem officium,nemine re-
86 luctante, fuerit refirmatus, in fine biennij reddere debet rationem villicationis suæ, vt ex *text.in cit.prag.1. in fin.de syndic.Official.* deducunt *Regens Rouit.ibidem num.10.*in antiquis, in nouissimis autem *num.29.* & *Capiblanc.de Baron. prag.5. sub num.69. Rondinel.de syndic. ex nu.122. Anton. de Ball.eod.tract.quæst.3.nu.4. Catuld.* & *de Put.eod. tract. ille, num.47. hic verb.Reformatus, capit.1. cum seq.* ac decisum tradit *Cons.de Xiarto* videndus *ad Cap.Regni Sard.lib.3.tit.13. de syndic.Official.num.2.*

Cum verò refirmatur Magistratus,
87 qui annalis esse debet,ad *text.in l.neminem, C.de suscept.lib.10.* & à nobis tradita *in Rit.2. num.52. lib.1.* vltra alium annum fieri non potest, *Nouar. quæst.forens.85. nu.15.* refellens *Gratian.discept.forens.184.& Nouar.* aleã insequuntur *Capiblanc.de Baron.pragmat.5. num.131. Caput. de regim.Reipubl.cap.12.num.11.*

Quæ quidem refirmatio licitè pro-
88 cedit, nedum in iustitiæ Officialibus, de quibus sermonem habent *de Franchis decis.2.num.2. Cancer. lib.3. var. cap.12.num.158.& 171.*sed in Administratoribus Vniuersitatis, *Romanus sing.96. Thor.par.1.compend.verb.Officialis, Capibl.in cit.pragm.5.nu.126.*

& in

Digitized by Google

& in singul. 136. *num.* 282. ex *Carau. in hoc ritu num.* 26. *Reg. Rouit. in prag.* 5. *de offic. Iudic. Caput. citat. loco, num.* 11. *Nouar. add. quæst.* 85. *num.* 4. *Borrel. de Magistrat. cap.* 12. *n.* 28. *Auus meus ad Capyc. dec.* 4. *sub n.* 1. P. *Fragos. de regim. Reipubl. par.* 1. *lib.* 7. *disp.* 21. *de adilib. num.* 5. *Luc. ad Franch. decis.* 609. *sub num.* 4. me *in ritu* 2. *num.* 58. adducens obseruatque *Nouar. quæst. forens.* 85. *par.* 1. scripsisse contra ea, quæ ibidem ipse respondi cuidam Canonico.

In qua refirmatione omnium con-
89 sensus exquiritur, itaut valeat vnus ex Ciuibus reluctare, §. *fin. Auth. de defens. Ciuit. Bart. in leg. omnes populi, quæst.* 2. *ff. de iustit. & iur. Felin. in cap. cum omnes, col.* 12. *de constit.* dummodo reluctatio fiat electionis tempore, *l. pen. ff. de Decur. Caput. & Capibl. cit. in locis, ille num.* 2. *iste num.* 125. *Cancer. mem. loco, num.* 160. & qui non interfuere, electionis nullitatem allegare dumtaxàt possunt, eodem *in rit.* 2. *numer.* 59. diximus, quem refert *D. Consil. Altimari ad Rouit. cons.* 35. *num.* 5. *lib.* 3.

Suborta autem fuit disceptatio in
90 S. C. an confirmatio Officialis fieri possit per Regimen particulare? Etenim conuocato per Vniuersitatē Plani de Ciuitate Surrenti, Generali Cōsilio ad sonum campanæ (vt de more) in loco solito congregatis Ciuibus, fuerunt per Consilium prędictum electi viginti quatuor hominēs ad faciendum Syndicum, à quibus fuerunt confirmati Syndicus, & Electus anni prędecedentis; & articulus non fuit decisus, & *Caput. de regimin. Reipubl. capit.* 12. *num.* 12. negatiuæ inhæret aleæ, & distinctionem adhibet *Luc. ad Præsid. de Franch. dec.* 609. qui *Præs.* decisionem compilauit in causa Plani Ciuitatis Surrenti.

Hoc in loco plura obitèr notanda
91 puto. Quòd nempè si Electi, siue Decuriones Ciuitatis nouitèr electi pro anno sequenti, antequàm sint in officio, interueniant cum Electis veteribus, & in fine eorum officij, cum ijs aliquod deliberent, ac statuant, valet deliberatio, & statutum, nec nullum redditur ex eo, quòd fuerint admissi in statuendo Electi, vel Decuriones noui non habentes adhuc vocem, *Bald.* ex illo *text. in l. Item veniunt*, §. *pridie*, *ff. de petitionib. hæred.* vbi monet, esse valdè menti tenendū, tanquàm vtile, & quotidianum.

Syndicus, & Electi, Præses, & Con-
92 siliarij cum aliquo in actu, eos interuenire affirmatur, censendum est integrum Electorum, & Consiliariorum numerum adfuisse, qui præsupponitur, illum fuisse eo in loco sub titulo dignitatis; simplicitèr cum instrumentum narrat, Abbatissam, cum Monialibus transegisse, satis intelligitur, integrum Monialium numerum interfuisse: cum Abbatissa, velut caput, cœteras tanquàm corporis sui membra adfuisse prę supponat, *Menoch. consil.* 73. *num.* 17. *vol.* 1. Quod notabile mihi videtur pro ijs actibus, si fortè ita conscripti reperirentur, in quibus non expressis Consiliariorum, vel Præsidentium nominibus; vel non expressa solita clausula, per S. C. vel Reg. Cameram, simplicitèr esset enunciatum D. Præses, & cœteri Consiliarij.

Insuper in electionibus, etsi ille,
93 qui maioribus est munitus suffragijs, obtinere debeat, *Reg. Rouitus in pragmat.* 3. *num.* 49. *de administ. Vniuersit. Muta* post alios *sup. cap. Sicil.* 92. *nu.* 3. *tom.* 6. *Danz. de pugn. DD. tom.* 1. *tit. de priuileg. Baron. cap.* 1. *num.* 10. tamen, si ex triginta Nobilibus fuerit quis electus, & à quinquaginta, vel pluribus ignobilibus electus fuisset alter, à quibus omnibus facienda esset electio, prę fertur ille, qui à Nobilibus esset electus, licèt paucioribus: nam in electionibus nō maior numerus physicè attendendus est, sed qualitas personarum, ex *text. in cap. audientiam, de elect. in 6. glos. in rubr. C. quemadm. ciuil. mund. lib.* 10. *Phæb. decis. Lusit.* 66. *num.* 19. *Rodoer. ad Reg. de Marin. capit.* 229. *num.* 5. Indeque indigno à
94 pluribus electo præfertur dignus à paucioribus cooptatus, *Panorm. in cap. dudum, il primo, de elect. Vasq. in opus.*

de

de benefic.capit.2.§.4. dub.3.num.100. Borrell.ad Bellug.in spec.Princ.rubr.6: §.sciunt,num.12.Ricc.tom.4.resol.300. num.4. Portell.in dub.reg.in verb.electus,num.6. Pras.Merlin.contr.forens. cent.1.cap.50.num.20. Cardin.de Luca tom.13. de iur.patron. disc.34. num.9. Tondut.quast.ciuil.tom.1.par.2.cap.62. num.23. Rodoer. cit. capit.229.num.3. & 4. huiusmodi enim electio de indigno, ipso iure nullitati subiecta, habetur, ac si acta non esset, vel nulla declarata, *cap.congregato, verb.Irritum, de elect. Glos.in cap.cum Vintonienses, verb.scienter, eod.tit. Vgolin.de offic.& potest.Episc.cap.50. §.13.nu.8. Sbrozz. de offic.Vicar.lib.3.quast.109.Vasq.cit. loc.par.2.§.5.dub.1.Prat.tom.1.discept. cap.44.num.38.* atque S.C. apùd *Reg. Sanfelic.decis.149.* esse iterum faciendam electionem decreuit, quia causa indignitatis erat adeò anceps, quòd aliqui Regij Consiliarij in sententiam ibant pro validitate electionis factæ à maiori parte, & etiam quia probabilis aderat error ob iuris dubietatem, sic aduertente præfato *Reg. Sanfelic. num.* 4. nàm in quolibet facto de sui natura inuoluto, & obscuro, quis nedùm in alieno, sed etiam in proprio excusatur, *Reg.Galeot.controu.tom.1. contr.32. num.29.* Sed vbi abesset error, alitèr esset determinandum, iuxtà scitum eiusdem Senatus, apùd *Merlin. cit. cap.*50. vbi cum Vniuersitas sibi Iudicem eligendi facultatem haberet, dùm ex tribus, vnus sex habuit vota, alter quinque, & alter duo, fuit admissus ille, qui maiora habuit suffragia, sed cum iste alterius administrati officij syndicatui non paruit, fuit remotus; ob quod Vniuersitas petijt decerni, sibi licere denuò electionem facere; cui se opponens ille, qui quinq; habuit suffragia, excipiens, quòd, electione semèl facta, Vniuersitati non est ampliùs locus, nouitèr eligere; eo magis quia scientèr indignum elexit, præualere propterea electionem factam à minori parte cēsuit Senatus. Decisio verò apùd *Reg.Sanfelic.* sustineri etiam potest ex exaratis *à Losco de iur.Vniuers.par.1.cap.3. num.53.* ac *Tondut. add. tom.1.par.2. quast.62.ex num.26.*

Numquid verò fideiussor præstitus
95 in principio officij teneatur de gestis pro anno refirmato? Negatiuè respondent *Bald. in l.si cum hermes, in princ. C.locati, Angel.in l.legem, C. eod.tit. Vin. decis.129.* decisum tradens, *Reg. Ronit.in cit.pragm.1. num.32. Caball. resol.crim.cas.59.nu.6. Afflict.dec.392. num.15. Conciol. rer.crim. verb.Fideiussor, resol.6.cap.3. Cancer.var.lib.2. cap.2.nu.297.* Sed *Muscatell. in prax. fideiuss.par.1. mod.14. num.13. &* 16. huic inhæret aleæ, nectens teneri, si tacitè permissu Domini, Gubernator, assentientibus Ciuibus, permanserit citra nouam commissionem.

Quin in casibus, in quibus vltrà an-
96 nũ exercuit, vt itidē, & pro rata temporis dilatari nõ debeat tempus syndicatus, censet *Carauit. in hoc rit.sub num.30.quast.9.* Reg. tamen *Ronit. in pragm.1.sub num.30.de syndic.Offic.al.* acerrimè *Carauit.* impugnat, censetque pro rata temporis dilatari, & aduertit, quòd doctrina *Bald.in l.obseruare, §.proficisci, quast.19.num.12.de offic. Proconsul.* quam simplicitèr adducit in hoc *Ritu Carauita*, sit intelligenda, prout declarat idem ipse *Bald. in l.AEmilius, in repet.5.not. num.19. ff.de minor.* qui licèt *in versic. quid de syndicatu*, videatur simplicitèr transire cum sua opinione *in dicto §. proficisci*; tamèn rectiùs intuendo ex præcedentibus, & subsequentibus, hæc est intentio *Bald.* quòd licèt tempus prorogatum infra fines primi termini censeatur vnum, & idem tempus, non autem diuersum; tamèn id veritatem nititur respectu prorogantis, non autē respectu tertij. Quod quidèm af-
97 fabrè collimare videtur hoc quæsitū: quia tēpus syndicatus non consideratur respectu Baronis cōfirmantis; sed respectu Vniuersitatis, de cuius interesse agitur, & aliorum particulariū; licèt prorogatio commissionis fiat à Barone, quantumuis infra fines anni, tempus prorogatum respectu Vniuersita-

Digitized by Google

sitatis, & Ciuium, non potest dici vnũ, & idem, sed omninò diuersum: & proinde terminus syndicatus debet etiam prorogari pro rata temporis; nèc obstat doctrina *Baldi*, quoniã ex ratione, quam allegat ibidem: *quia inter prorogantes est vnum, & idem*, patet, quòd quæstio *Bald.* est, quando Officialis confirmatur ab ipsa Vniuersitate, ac Ciuibus; & sic non agitur de interesse tertij; non item, si confirmaretur à Barone, seù ab alio Iurisdictionem habente, quia tunc cum agatur de interesse Vniuersitatis, in cuius beneficium præstatur syndicatus, secus est; & propterea subdit *Baldus*, quòd si Potestas Assisij debeat alibi syndicari, & fuerit confirmatus, debebat bis syndicari. Cumque verba *Cap. Regni, Item statuimus, quòd tàm Institiary*, sint satis clara; ideò *Rouit.* improbans *Carauitam*, nectit, structuram verborum destruxisse; sed ad *Rouiti* aleæ enucleationem sunt subtilitèr perpendẽda exarata *à Glos. Paris. tit.* 1. §. 41. *quæst.* 9. *num.* 38. & quæ in simili tradit *eod. titul.* 1. §. 23. *quæst.* 14. *num.* 44. necnon *Antonel. cons.* 83. memore *Carauit. in hoc rit.* & scripsit *Aflict. in memor. Const. volumus, sub n.* 3. *in fin.* At pro opinione *Carau.* relego lectorem ad *Nacl. cons.* 57. & 58. *vol.* 1. quæ in praxi est in more, *Carrab. de syndic. par.* 1. *num.* 41. *Nouar. lib. grauam.* 142. *num.* 2. *Gælim. de syndic. Official. par.* 1. *cap.* 4. *sub num.* 46. *in fin. de Angelis de Official. Baron. cap.* 57. *nu.* 7.

Quando tamen Officialis est tole-
98 ratus cum prima cõmissione, ad exercendum officium, maioris temporis interstitio: cum tunc vnicum dicatur officium; vel si fuerit à lege prorogatum: nempè aduentum successoris expectando, prout de Iure obstringitur, ex *pragm.* 4. & 10. *de offic. Iudic.* & alijs iuribus apùd *D. Cons. Altim. tom.* 2. *de nullit. rub.* 10. *q.* 12. *n.* 29. & dixi *in Rit.* 25. *lib.* 1. *n.* 55. militat *Carau.* sensus; nõ verò si fuerit renouatũ officiũ elapso anno: nam tunc prorsùs est diuersum, & procedit *Rouiti* effatum: quam distinctionem adhibẽt *Carrab.* cæteriq; laudati *DD.* & non dissentit *Mastrill. de Magistr. lib.* 1. *cap.* 21. *nu.* 74.

Hinc coarctari debet syndicatus
99 tempus, si minori spatio anni exercuit, vt monent *Carrab. cit. loc. num.* 41. *Scialoya de for. compet. cap.* 33. *num.* 29. *Consil. Altim. cit. tract. rub.* 9. *quæst.* 36. *num.* 105.

In syndicatu propterea dari in-
100 stantiam, atque illius peremptionem, tritum est; vtque illa sit terminus datus in bando syndicatus, qui dicitur comminatio, & interloquutoria, ex *Bald. in l. item nulla, C. de Episc. & Cleric. & in l.* 1. *de hared. instit. ac in l. certa ratione, ff. quando prouocare non est necesse, Anil. cap.* 3. *syndicatus, nu.* 8. *Troys. super Pragm.* 38. *de syndicatu, num.* 6. *Paris. de Put. de syndicat. in tit. Iudices ad syndicandum qui sint, cap.* 1. 10. & 11. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 6. *capit.* 1. *num.* 35. Omnes conueniunt. Qui terminus, atque instantia, quamuis breuis esse debeat, ex *l. vnica, C. vt omnes Iudices, & l.* 2. *C. de reis postul. lib.* 10. Nihilominùs de Iure Communi fuit dierum quinquaginta, *l. meminisse, in princ. ff. de offic. Proconsul. l.* 1. *C. vt omnes causæ, l.* 2. §. *instantia, C. de Assess.* §. *necessitatem, Auth. vt Iudices sine quoque suffragio, Baldus in tract. de syndic. num.* 24. *Mastrill. citat. loco, Ferret. cautel.* 14. *num.* 10. & quòd libelli debeant infrà octo dies præsentari, quibus elapsis, infrà alios dies causa expediatur, habetur ex *l.* 2. *ad l. Iul. repetund. Bald. de syndic. nu.* 3. Cui termino Iuris Communis consonat Ius Regni Siciliæ, iuxtà *Constit. volumus*, similisque terminus statuitur in Ducatu Mediolani, teste *Horat. Carpan. super Statut. cap.* 34. & in Hispania est dierum triginta ad comparendum, vt ex *Anil. Bouadil. Cancer.* notat *Mastrill cit. n.* 2. *in fine*. In Regno verò nostro, ex *text. in cit. Cap. Regni Item statuimus, & Pragm.* 1. *de offic. Iudic. Pragm.* 3. *de offic. Iustitiary, Prag.* 1. *de syndic. Official. &* 6. §. 3. *de composit.* terminus dumtaxàt est dierum quatraginta: dierum scilicèt viginti ad porrigendum querelas, & viginti ad

Digitized by Google

prosequendum, *Carrab.de syndic.par.1. Mastrill.cit.loc.* quidquid sit de distinctione Officialium maiorum, & minorum, de quibus *D.Carolus Rota concluſ.14. num. 3. D.Altimar. ad Rouit. conſ.37.lib.3.& de nullit.rub.9.tit.36. de nullit.ex defectu iuriſdict. num.94.*

Qui terminus adeò est priuilegio
101 munitus, vt currat de momento ad momentum, ex *Salycet. in l.fin. C. de dolo, Bald.in auth.Clericus, C.de Epiſcop.& Cleric.* neque vllo modo prorogari possit, *l.fin. ff.de furtis, l.1.ff.de dilation. Rondinell. de syndic. nu.101. & 285. Caualcan.de brach.Reg.par.5. num.4. Mastrill.add.loc.nu.6.* nectens, non licere Iudici impedimentū adhibere, quòd terminus statutarius non currat, ex *Vincent.de Franch.dec.250. num.4. Cum.in practic.syndic. cap.17. num.19. Caualcan. n.10.& 11. Arpened.l.11.num.1.tit.7.lib.3.nou.recopil.* nisi aliqua adesset iusta causa, secundùm *Bart.Carauit.Bonadill.Cum.Auil. Cancer.* apùd *Mastrill. mem.loc. nu.9. in fine*, qui laudato semetipso *lib. 3. cap.4.num.377.& 378.* docet, hoc fieri minimè posse, nisi Principe consulto; ea propter in banno syndicatus consueuit apponi hora, teste *Gabriel Berart.* ex infinitis, *de visit.c.4.à n.14.* Imò nec feriæ ad honorem Dei in eo seruantur, *Auiles in cap.2.Iudic.syndic. num.14. Pariſ.verb.Inſtantiam, cap.1. ex num.2.& verb.Feria, Amod.de syndic.ex num.132. Mastrill.cit.lib.6.c.3. num.14.Reg.Rouit.add.loc.num.8.Rota in floril.pract.concluſ.14.nu.59. Thor. in C.rer.iudic.cap.8.num.10.* licèt sint, qui dixerint, dies illos viginti ad prosequendum assignatos, non nisi à die litis contestationis incipere, ex *Carau.in hoc rit.num.22.* addente, cautos esse debere huiusmodi Officiales, vt statim lapso termino ad porrigendum, resecatis subterfugijs, curent sibi litem contestari, *Carau.* insequitur *Carrab.par.2.num.102.* ex *text.in l.1.* ibique *Gloſ.verb.orta, C.vt omnes Iudic. Scialoya de for. compet. capit.33. num.25.*

Verùm hoc *Carauit.* effatum, ad
102 libellam deductum, insectatum minimè fuit à S. C. in causa syndicatus Philippi de Amato, olim Gubernatoris Terræ Balnedi: quamuis enim è Magna Curia prodierit decretum: *Terminum non esse elapsum.* Attamen S.C. illud moderando sanxit, literas liberatoriales consignari, sub die 21. Octob. 1687. referēte D.tunc Iudice, nunc emeritissimo Consiliario, D. Roderico Messia, y Prado, in Banca Izzi, ex memorata regula, terminum prædictum currere de momento ad momentum. Vndè ex hoc fatendum vtique erit, instantiam ad prosequendum minime incipere à die litis contestationis, sed ab illo actu, qui primo post terminum ad porrigendum transactum, perficitur; aliàs enim absurdum sequeretur, quòd nimirùm Syndicatores, cum querelātibus colludentes, litem cōtestari vnquam permitterent, & sic syndicandus absolutionem obtinere non valeret.

Non absre igitùr ad hoc inconue-
103 niens vitandum, peculiari sanctione, nouam Rex Noster Inuictissimus, super termino syndicatus legem statuit inuiolabilem *in Pragmat.6.§.3.de compoſitionib.* ibi: *En el tomar de lo ſindicados de los Gobernadores, y Capitanes del Reyno ſe uſa ſegun entendemos muchas complaçençias, y alargan, y abreuian el tiempo delos dichos ſindicados, los Electos, y ſindicos de las Vniuerſidades, que los toman, ſegun el odio, à affeçion, que les tienen,* & infrà: *Ordenamos, y mandamos, que la Pragmatica, y Capitolos, que ſobre eſto deſponen, ſe guarden inuiolabilmente.* Si proinde syndicatus terminus de momento currit ad momentum, quomodo in duas diuiditur instantias? & posito, quòd bona sit diuisio, quomodo sit asserendum, illos non currere successiuè, absque vlla temporis præfinitione? cum terminus dierum viginti ad prosequendum, sit sequela immediata termini dierum viginti ad porrigendum, adeo quòd minime detur actus medius inter vnum, alterumque terminum. Id quod liquidò

erui-

Digitized by Google

eruitur ex verbis *l. vnicæ, C. vt omnes Iudices, tàm ciuil. quàm milit.* ibi: *Si infra quinquaginta* (iure patrio quatraginta) *dierum numerum fuerit fortè pulsatus*, & sic numerus dierum ab vnico comprehenditur termino; atque horum dierum distributio fauorem syndicandi respicit, quoniam si in termino ad porrigendum, querelæ non sunt porrectæ, illicò expediuntur literæ liberatoriales, minime expectata conclusione termini ad prosequendum, pro complemento integri termini à legibus constituti.

Obiecto verò ex *Glos. in citat. verbo* 104 *Orta*, cui *Caranit.* & alij innituntur; facilè occurritur: licèt enim *Glos.* prędicta *l.* 1. verba, ibi: *lite orta*, pro litis contestatione intelligat; tamen eius intellectus aliqua non nititur ratione, nisi illa regularitèr à II. CC. decantata: nimirùm, litem à die contestationis incipere, & sic ex generali huiusmodi doctrina, idem in syndicatus materia *Glos.* prædicta statuit, quod accidisse opinor, ex quo illius author nunquam syndicatui stetisse videtur: quia si paruisset, alitèr verba prædicta interpretatus esset, & indè dicendum, illius explicationē adeo rigidam, legibusque exosam, vt ab ea recedendum, doceat primò *Glos. in leg.* 1. *ff. de testib. vers. litibus*, cuius verba hæc sunt: *Est enim causa res, qua habet in se controuersiam in dicendo positam cum cæterarum personarum interpositione, sed lis est ante litem contestatam, & post*; idque probat ex *text. in auth. qui semel, C. quomodo, & quando Iudex*, ex qua apertè eruitur, litem incipere à citatione, cum inibi Author ad prosequendam litem cogatur, conuentione iudiciaria tantùm Reo notificata. Insuper aliam addimus *Glosam*, magis in puncto, *in cap. cum olim, de test. & attestation. in verb. Receptura*, ibi: *Et sic iste est vnus casus, in quo fauore libertatis recipiuntur testes lite non contestata*. Ex quibus verbis quare modò dicendum non est, *Glos. in dicto verb. Orta*, interpretationem non esse nimis amaram? & cur verba *cit. leg.* 1. ibi: *Lite orta*, secundùm Iura, & *Glosas* prædictas, & prędicta congruentiùs interpetrari non debeant? cum illorum interpetratio æquitatem foueat; dictæ verò *Glosæ* rigorem contineat, quem rigorem æquitati cedere debere, annuit *text. in l. placuit, C. de Iudic.*

Vndè cum quæstio nostra, de ali- 105 quo liberando fit; iure meritò concludere, non erit absurdum, opinionem dictorum *Carrab.* & *Caranit.* non esse Iuri consonam (sed traditam per modum consilij, optimam esse) prout colligere est ex insignis *Canonistæ Fælini* doctrina *in cap. super quæstionum, column.* 4. *de offic. & potest. Iudic. deleg.* vbi quatuor modis regulam suprapositam de exordio litis coarctat, inter quos ille est modus: nimirùm, quando agitur de aliquo liberando, & sic fauore liberationis, litem à citatione incipere, statuit, quam doctrinam noster amplectitur *Marant. in suo spec. par.* 5. *rubr. & omnia fiant durante instantia, num.* 65. & insectatus fuit aleam *Nouar.* contra *Caranit. citat. loc. lib.* 2. *quæst forens.* 11. quem refert *D. Altimar. lib.* 1. *de nullit. rubr.* 11. *q.* 36. *num.* 99. qui *num.* 103. insequitur dictum *Carau.* à quo videtur dissentire *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. c.* 284. *sub num.* 9.

Hocque pluries insequutus fuit no- 106 ster Senatus, reformando M.C. decreta, potissimùm in causa syndicatus D. Antonij Chioza, Regij Capitanei Terræ Maiuri, referente D. Iudice Antonio Golino, Actuario Pennella; & solemnitèr priùs in causa syndicatus D. Hieronymi Asnar, Gubernatoris Ciuitatis Tarent., in Aula D. Consil. Io. Baptistæ Iouino, relatore, tunc Iudice, deinde Consil. D. Aloysio Maria Macedonio, sub die 20. Februar. 1659. & confirmatum extitit in gradu petitæ restitutionis in integrum, dicendo: *Non esse locum, nec esse deferendum*, proponente, tunc Iudice, D. Consiliar. Hyacinto Cangiano, sub die 13. Martij sequentis, & eodem referente sub die 24. Aprilis eiusdem anni prouisū:

Digitized by Google

Nullitates propositas pro parte Vniuersitatis Ciuitatis Tarenti, & querelantium, non obstare, penès à Secretis S. C. in Banca Marci Auersana.

Cumq; in ea hypothesi ad confirmã-
107 dam nullitatem esset additum, terminũ ad porrigẽdum non cucurrisse, quia exhibiti non erant processus, & scripturæ penès Successorem, præuio inuentario, vt *Iura* exquirunt, præsertim *Cap Regn.* Caroli III. 226. ac fatentur *Paris. de Puteo in verb. Officialis, cap.8. sub num.8.* ibi: *Qui terminus non currit, nisi à die consignationis actorum, vt in Cap. eiusdem Caroli III. bene ordinatis, qua assignatio actorum, vnà cum residuis, & actis pendentibus suis, & antecessoribus, debet fieri per inuentarium cum sigillo*, & paulò inferius *idem de Puteo*, ibi: *Quod tempus statutum ad syndicandum Officiales non labatur, nec finietur, quo vsque non sint acta pendentia compilata, & consignata successori, & interim ipsi Officiales permaneant ad syndicatum. Sebastian. de Neapol. in cap. Item statuimus, num.5. & 6. Campagn. ibidem, & in cit. cap. Caroli, pag.197.* laudans *Luc. de Penna in eod. cap. nu.4. & 5.* de quo *Cap.* memor est *Reg. de Pont. decis.26. sub nu.5.* necnon *Consil. Altimar. lib.1. de nullitat. rubr.9. quæst.36. num.100.* conferrque *Cumia super Rit. Sicil.78. num.66. in rubr. vt infra quinquaginta dies.* Hoc in puncto iuris, S. C. habuit pro absoluto; in facto tamen constabat, dolo nonnullorum Ciuium latitasse Actuarium, cuius onus est acta custodire, *Præses Merlin. lib.1. controuers. cap.88. num.10.* ex *Paul. de Castr. in l. fin. 1. not. C. de fid. instrum. Cacher. decis.16. Troyl. super pragm.14. nu.13. & 26. de ord. indic. Thor. vot.39. n.56. tom.1.* Ego *in ritu 24. & 26. n.2. lib.1.*

Hinc cum quidam procurator absq;
108 que speciali, & indiuiduo mandato ad querelandum, prout in syndicatu requiritur, *l.1. in fin. C. vt tàm ciuil. quàm crimin. Aretin. Instit. de his, per quos agere poss. num.3. & 19. Mozius in tract. de contr. tit. de mand. §.2. num.40. vers. vigesimus nonus casus, pag.177. Ludou. Comman. concluf.30. illat.42.* & *Hieron. Giach. in consil. de syndic.* post *Iulij Clari pract. num.48.* querimonias porrexisset contra Officialem, infra hunc terminum viginti dierum, iudicauit M. C.me Iudice relatore, nullam de eis habendam rationem, haud reluante mandati ratificatione ad illũ querelandum post terminum viginti dierum facti, ex *text. in l. bonorum, ff. rem. rat. hab. Giachar. cit. consil. nu.52. Rot. Roman. decis.290. num.1. in nouis, Corneo consil.190. in fin. lib.1. Sur. decis.111. num.2. Merlin. decis. Lucen.1. num.16.* His consonat, quod aduertit *D. Police de præmin. R. Audient. tit.8. cap.7. num.3.* querelantem, vti hæredem alicuius, teneri in termino ad prosequendum producere fidem præambuli, nec sat esse, si eam præsentet, termino elapso.

Quorum syndicatorũ decreti exe-
109 cutio nõ retardatur ex appellatione, nedum Iure Communi attento in *l.3. C. quor. appell. non recip. Lancell. de attent. lim.26. princ. ex n.1. Vin. opin.181. & 423. n.1. Scacc. de appell. q.17. lim.16. Mastrill. de Magistrat. lib.6. capit.12. nu.12. Bonadil. in politic. cap. n.123. Guazzin. defens.3. cap.10. num.2. Farinac. quæst.101. num.89. Fontanel. decis.259. num.14.* sed vigore eiusdem *Pragm.1.* necnon *cit. Cap. Item statuimus, Fusc. singul.74. lit.A.* cum cautione, *Tartagl. in prax. iuil. c.6. col.6. vers. duodecimò, Marant. in specul. aur. pag.6. de appell. num.302. Carrab. singul.16. & de syndic. par.2. num.19.* Nisi tamen nullitatis causã prætẽdat Reus probabilem, notoriè ex ipsis actis, *Paris. de syndic. vers. passim, in fine, Christoph. Crusij de indic. par.4. cap.48. num.23. Carraba citat. par.2. num.120. Cælima de syndicat. par.2. num.127. D. Altimar. tom.1. de nullit. tit. de nullitat. sentent. rubr.5. quæst.27.*

Appellatio etiam ab incidentibus,
110 siue à querelantibus, siue syndicando facta, non impedit cursum causæ syndicatus, illaque minimè obstante proceditur, *Anna alleg.99. nu.4. Carrab. de syndic. par.1. num.167.* Imò si in

appel-

Digitized by Google

appellatione ab huiusmodi decreto succumbuerũt querelantes, cucurrisse terminum in eorum damnum, deducitur, ex *Rouit. decis.* 18. & *de Marin. lib.* 1. *resolut. cap.* 330.

Quòd si sentẽtia fuerit prolata post
111 terminum effluxum, euidenti nullitate pollet, *Magon. dec.* 90. & post alios notat *Carrab. de syndic. par.* 2. *ex n.* 102. *& de praem. M.C.V. pag.* 51. quẽ insequitur *Thor. par.* 1. *compend. decis. verb. Instantia, & Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. nu.* 120. *&* 121. elapso enim tempore, vlteriùs illi nequeunt se intromittere, expirata iam eorum potestate, *Bart. in l. omnes populi, in qu.* 2. *ff. de iustit. & iure, Alex. cons.* 138. *Lancellot. col.* 2. *lib.* 2. argumento *l.* 2. *§. si Iudex, ff. de iudic. Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 78. In terminis similis Statuti in syndicatu, respondent *Iorland. in tract. de syndic. c.* 15, *Ferdin. Bonioun.* decisum tradens *in cap. Regis Alphonsi,* 363. *Anton. de Ballis tract. var. lib.* 6. *de syndicat. Official. quæst.* 2, qui validis medijs hanc aleã sustinet, explosis in contrarium excogitatis à *Cumia de syndic. capit.* 17. *sub num.* 28. *Intrigl. sing.* 599. & *Catalan. de syndic. col.* 6. *pag.* 3.

Sed ex nostratibus *Ioan. de Amicis*
112 *cons.* 139. *in fin.* & *Troys. in prag.* 1. *num.* 12. *de syndic. Official.* insequuntur *Cumia* aleam; atque prætereà *Io. Ant. de Nigr. in cit. cap. Item statuimus,* 132. *num.* 66. & *Aloys. de Leo in cit. l. unica, num.* 20. *C. vt omnes Iudices, tàm ciuiles, quàm milit.* voluere, causam syndicatus non expeditam infrà illos viginti dies ad prosequendum præscriptos, posse infrà alios dies viginti expediri, & quòd tantum duret instantia, quod admittit *Caran. in hoc Ritu,* quando causa nõ fuerit expedita per dilationes, procrastinationesque partis querelantis; secus si ipsius Officialis syndicandi, vt si aufugerit, vel alio modo per eum steterit, quo minùs causa non fuisset decisa; & cum *Caranit.* ipso relato, conuenit idem *de Ball. cit. loc. num.* 27. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 124. *num.* 3. laudans *Paris. verb. Instantia,* atque determinatum per M.C.V. in causa Capitanei Terrę Calatri, testatur *Carraba citat. tract. de prahemin. M.C.V. sub num.* 225. *vers. præsentatis retroscriptis pag.* 55. quem laudat *Mari ad Gramm. decis.* 91. *nu.* 2. & *D. Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 284. *sub nu.* 10. qui *num.* 11. testatur, nullam, tanquàm prolatam perempta instantia, declaratam fuisse per M.C.V. sententiam latam per Syndicatores, elapsis septuaginta diebus, sub prætextu, quòd syndicandus deposito officio voluit fideiussionem præstare, petitam à querelantibus, de iudicio sixti, & iudicatum soluendo, quasi quòd propter hoc impedimentum infra quatraginta dies non fuerit causa syndicatus terminata, eo quòd querelantium instantia impertinens fuerat: nullo enim iure cauetur, ad id Officialem syndicandum teneri, ex dictis per *Reg.* ipsum *ibidem num.* 12. quòd indicauimus supra sub *nu.*

De fuga autem Officialis à syndi-
113 catu loquuntur *Farinac. quæst.* 48. *num.* 81. *Bouadil. tom.* 2. *politic. lib.* 5. *capit.* 1. *nu.* 117. *Cotron. cons.* 5. *Mascard. concl.* 166. *Larrea lib.* 1. *alleg. fis. cal.* 48. *nu.* 32. *Anton. Scapp. de iure non script. lib.* 5. *cap.* 104. *num.* 5. *Alex. Raudens. responsi.* 28. *num.* 101. quod tali casu habeatur pro conuicto, & confesso, credit *Balb. decis.* 500. & ante ipsum *Iason. in l. unica, C. vt omnes Iudic. n.* 3. ac posse procedi ipso non interrogato, scribit *Fontanell. decis.* 499. *nu.* 17. *lib.* 2. & die feriata condemnari tanquàm latronem, notat *Amedeus de syndic. num.* 187. *vers. si Officialis aufugit,* sed an gaudeat Ecclesiæ immunitate? post *Parid. de syndic. §. viso, de modo proced. nu.* 6. *Consal. de Pax. §.* 3. *num.* 179. *Auilez in cap. Prætorum,* 1. *verb. Dadiuas, numer.* 25. *fol.* 64. qui *num.* 17. obseruat, sat esse iuramentum eorum conquerentium de Officiali aufugiente, vt contra eum plenè probatum censeatur de furtis, & extorsionibus factis, quæ aliàs fuga non facta plenè erant per testes probandæ, *Iason. in l. admonendi, ff. de iur. iur.*

num.

Digitized by Google

*num.*145. *Didacus Perez in in l.*6. *titul.*16.*lib.*2.*ordin. col.*625. ex *Glos. in* §.*necessitatem, &* §.*& quis autem, Authen. vt Iudic.sine quoq; suffrag.* Quod tamen restringitur, si Officialis reuertatur, etiam si inuitus redeat, *Iason. in cit.l.admouendi,num.*145. *Marsil.in prax.crim.* §.*diligentèr,num.*45. *Azened.num.*9.*add.loco*, *Bouadil.lib.*5. *polit.cap.*1.*ex num.*118. *Mastrill.de Magistrat.lib.*6.*cap.*8.*ex num.*50. vel si aufugerit ex iusta causa: putà metus illati à Syndicatoribus,ad *text.in l.Cornelia*, *ff.ad Syllan.* qui essent nimium crudeles: cum timor sæuitiæ Iudicis sit iusta causa fugæ,nullumque pariat indicium, *Luc. de Penn.in l.si coloni*, *C.de agric.& censit.*ac de Iudice sæuo, & crudeli,vt non nisi sœuitia,& crudelitas sit præsumenda,est *text.in l.si per impressionẽ, ff.quod met.caus.* & de habente malam gratiam, loquitur R.*Rosit.*adductus *à Mucci ad Sansf.dec.*77. *n.*3. vel malam physiognomiam,de qua *Paris.de syndic.verb.Mãdaui, Blanc.de indic.in l.fin.de qq.n.*406.*Zanger.de qq. & tortur.c.*2. *Crusij de indic. par.*1.*capit.*22.*ex num.*1. *& par.*3.*cap.*2.*nu.*92.

Vnde facilius Iudicem, qui vel
114 acris ingenij, vel rudis animi,seueræ, aùt morosæ indolis esset, reijci posse, censent *Vmmius in process. iudiciario*, *direct.*1. *ex num.*55. *Apicell. de suspic. à num.*99. ex *text. in* §.*illud quoque*, *vers.sancimus*, *de exhib.reis.* Quod Iulij Cœsaris exemplo roboratur, qui admonitus à quibusdam, vt sibi caueret à Dolabella, & Antonio: *Non istos*, inquit, *Ego metuo, obesos, & rubicundos; sed graciles illos,& pallidos*, ostenso Bruto, & Cassio, notans, eos, & liuore macilentos, & metu liuidos esse, ac pallidos, eaque de causa sœuos ingenio,& natura crudeles, *Reusnerus class.*2. *symbolo* 29. *in fin.* Homo totus in capite,vultuq; cõsistit,vt scripsit *Varemund.abErenberg.in tract.de fœder. par.*1.*pag.*244. ex *Apul.apolog.*1. Corporis enim pulchritudo ingens bonæ indolis, mentisque est præsumptio, *Alphons.Tostat. Abulens.in Paradox. num.*3. & corporis forma despecta, & turpis, turpem, prauamque denotabit naturam hominis, *Bald.in l.non ignorat*, *C.qui accus. poss. & in l.*2. *C.quor.appell. non recip. de Puteo de syndicat. verb.Tortura, & verb.Mandaui, Blanc.de indic.in l.fin. num.*406. *Zanger.de quæst.& tort.c.*2. *de Marsil.in l.criminibus*, *num.*39. *ff. de quæst. & in prax.crim.* §.*expedita*, *num.*52. *Carer. in pract.crim. pag.*64. *Franc.Vales. de Sac.Philosoph. cap.*32. *Crusius de indic.citata par.*1.*cap.*22.*ex n.*1. Dicebat propterea *Luc. de Penn. in l.*1. *vers.secundò quæritur, col.*1. *C. de ætat. vel profess. se excus. lib.*10. *& leg.*1.*C.de Professor.qui in Vrbe Constant. lib.* 12. non satis idoneum esse studijs liberalibus eum, qui physiognomiam non præsefert honestam, & decentem;& in pulchro corpore pulchram quoque residere animam,scripsit *Cyn. in leg.*1.*quæst.*3.*ff.de iurisdict. Alex.cons.*211.*col.*2.*lib.*6.*Abb.in capit. quia diuersitatem,extr. de concess.præb.*

Propterea *Paris. de Put. de syndic.*
115 *pagina* 435.eiusmodi cautelam tradit, vt fugiens in loco iudicij relinquat Procuratorem, atque extra carceres causam suam dicat, introducatque coràm Superiori, vt vel inhibeatur Iudici, vel adiungantur fortè Iudicibus Assessores ex Aula, vel Camera, discreti, & ab omni suspicione remoti;vel causam cum omnibus pertinentijs ad se reuocet,trahatque Superior. Qui idcircò, quasi in specula collocatus, super inferiores eminet Magistratus, vt omnem concussionẽ, & libidinem grassandi in res, & sanguinem tenuiorum inhibeat, sistatq; *Frider.Mindan.lib.*2.*de process.cap.*12. *num.*11.

Minor verò, Vniuersitas, & alij
116 priuilegiati querelantes, an aduersùs temporis lapsum ad querelas præsentandum, vel prosequendum, beneficio restitutionis in integrum vti valeant? interrogatus in confessu Doctissimorum Virorum,respondi,ex Iuris brocardico, huiusmodi remedio priuilegiatum non esse spoliandum, nisi in casibus, in quibus nominatim

lege

Digitized by Google

lege caueretur, *Glos. in cap. coràm fælicis, de restitut. in integr. & in capit.* 1. *§. præterea, si quis, verb. Annis, de prohib. alienat. feud. per Federic.* DD. cõmunitèr adducti à *Crasso de except. except.* 34. qui cum ipsis idem firmat, etsi Statutum loqueretur verbis prægnantibus, *Fontanell. decis.* 22. *num.* 5. *lib.* 1. *Bouadill.* 2. *part. polit. lib.* 3. *c.* 8. *de los officios, y poder de los Regidores, num.* 210. *Reg. de Ponte decis.* 19. *nu.* 8. *Sigismundus Dispuiol. in indice suarum materiarum singularium, in verb. Restitutionis in integrum remedium, Sforzia Odd. de restit. in integr. par.* 1. *q.* 15. *ex num.* 44. & in toto *titul. de syndic. Official.* & *Regn. Constit. & Capit.* hoc restitutionis remedium querelantibus non denegatur, & propterea necesse fuit promulgari *pragmat.* 15. *de suspic. Official.* ad expresse denegandam in integrum restitutionem in Officialium recusationibus, quando etiã attentis verbis alterius *Pragm.* 5. *ead. rubr. de suspic.* non veniebat tale remedium denegatum, *Reg. Tap. lib.* 3. *Iur. Regni, pag.* 187. *num.* 1. *de Franch. decis.* 421. & *Christoph. de Paz. de tenuta, cap.* 14. *num.* 14.

Insuper adduxi *Thom. Mier. in* 2. *par. Comment. Cathal. tit. Petrus Tertius Rex, in proœm. Curiæ Generalis celebratæ in Villa Montissoni, capit.* 9. *num.* 95. & *Cancer. var. lib.* 3. *capit.* 12. *de offic. Iudic. tabul.* quem laudat *Fontanell. dec.* 501. *num.* 10. *lib.* 2. constantèr firmantes, in materia syndicatus in gratiam priuilegiati, & concinit *Bald. cons.* 236. *lib.* 1. ac *Boer. decis.* 240. *num.* 3. 117

Obserua insuper in hac specie, quòd quando syndicatus præstari debet in M. C. V. vel Regijs Audientijs, ex dictis à nobis supra *num.* 44. ibique, habito decreto Iudicis, præsentandæ sunt querelæ (nàm multoties interponitur decretum, quòd illæ in partibus recipiantur per Commissarium deputandum) tunc distingui debet pro querelantibus duplex terminus: Vnus nempè intrinsecus, qui est, attento Iure municipali illum concedente, quadraginta dierũ ad vtrumque munus complendum; Alter verò extrinsecus, pro quo intelligimus tẽpus illud à Iudice dandum, vt pars querelans se asportare valeat, quò à Principe destinatus fuit locus parendi syndicatui. Etenim indubitati est, tùm de Iure Communi; tùm huius Regni, in qualibet causa statuendum esse à Iudice competẽtem terminum, habita nedùm ratione qualitatis causæ, sed etiam locorum distantiæ, *l.* 1. *C. de dilation.* & expressiùs in *Rit. M. C. V.* 69. vbi nos latè, *lib.* 1. ibi: *Iuxta materiam causæ, & locorum distantiam,* & in *Const. Regn. Except. tit. de except. dilat.* vbi *Afflict. num.* 24. expressim exarat, quòd Iudex, qui statuere vult terminum ad probandum, considerare debet locorum distantiam, qualitatem causæ, & conditionem personarum, nè captiosa, aùt impossibilis reddatur dilatio concedenda: terminus enim breuis, & impossibilis citatum minime arctat, quin comparere valeat etiam post terminum, prout scitè adnotat *Abb. in cap. cum dilecti, col.* 8. *extr. de dolo, & contumac.* 118

Ampliùs, terminus dierum viginti ad libellos porrigendum, siue minor secundùm ratam gubernij à lege statutus, tunc attenditur, quando redditur syndicatus in loco administrati officij, vt dilucidè ostendit *textus in l. vnica, C. vt omn. Iudic.* ibi: *Audeat excedere de locis, quos rexisse noscitur, antequàm quinquaginta dierum constitutus terminus finiatur.* Quando igitùr datur syndicatus extra locum administrati muneris, nè absurda sequantur, contra *text. in l. Ratas, C. de rescind. vend.* & alios adductos à *Bellono inter commun. Iur. sentent. lit. A. pag. mihi,* 10. *à terg.* duplicitas illa terminorum: intrinseci nempè, & extrinseci, concedenda erit: nàm supposito, quòd Seius officium exercuisset per menses tres in loco ab hac Ciuitate Neapolis distante per nouem dietas, seù plus, qui demum obtinuisset, ex causis, parere syndicatui in M. C. V. vbi secundùm ratam detur 119

ter-

Digitized by Google

terminus ad querelas præsentandum dierum quinque; posset nè iustè dici, querelas esse respuendas, tanquàm extra terminum præsentatas, si à querelantibus porrigantur in M.C.V. post lapsum tempus illorum dierum quinque? certè, quòd non: esset enim omninò impossibile, quòd querelantes cum suis instãtijs, tam pauci temporis interstitio tale possent adire Tribunal ex loci distantia.

Demùmque in medium adamussim
120 affertur *Præs. Battaglin. in addit. ad Cynum in cit. l. vnic. C. vt omnes Iudices, pag. mihi, 61.* hisce verbis aiens: *Benè tamèn verum est, quòd quando datur syndicatus in M.C. pro officio gesto in Prouincijs, prorogari possint viginti dies ad prosequendum, habito respectu ad distantiam locorum, prout iudicari vidi per S.C. in Aula doctissimi, & perspicacissimi Dom. Nicolai Antonij Giazzarelli, in causa syndicatus Ioannis Baptistæ Salomonis, cum Vniuersitate Aquilæ, in Banca de Guido, ad relationem Marci Antonij Morræ, Iudicis M.C.V. viri quidèm non minus in lure consumatissimi, quàm optimi, in qua causa terminus ad prosequendum fuit prorogatus in triginta dies.* Hæc ille, & *de Battagl.* meminit *Thor. part. 1. compend. & p. 3. sect. 3. verb. Terminus.*

Vnde si in huiusmodi syndicatus
121 causa demandaretur in partibus testium audientia (quod licere voluit *Amod. Iustin. de syndic. num. 75.* quidquid cõtrarium scripserit *Carrab. singul. 20.* positum est post tractatulum *de præm. M.C.* ex *Masull. ad Capyc. decis. 90.* qui minime hoc dicit, citra tamen calumniam) tunc sunt assignandi termini competentes pro eorum examine, & eorum depositione exhibenda, interimque terminus non currit, *Paris. de Put. cap. 4. nu. 3. Asin. in prax. §. 2. cap. 2. ex num. 26. Io. de Amic. consil. 6. num. 10.* post alios *Curia Pisan. lib. 4. cap. 6. num. 88.* ac *Reg. Rouit.* loquens in terminis suspicionum, *in pragm. 7. ex num. 28. de ordin. iudic.*

Qui quidẽ terminus nullo prorsùs
122 modo prorogari potest à syndicatoribus, qui, illo effluxo, carent iurisdictione, quæ suam habet metam, & proindè omnia gesta, vltrà prefixum tempus, sunt nulla, *Glos. in l. properandum, C. de iudic. verb. triennij, vers. item quid si sententia, Scacc. de indic. lib. 2. cap. 2. n. 709. vers. capio primum,* & videndus *de appell. q. 15. ex n. 351. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 51. à n. 16.* Vnde non conueniunt dicta à *Dyno, & Cyno*, quos per verbum *credo*, prosequitur *Panorm. in cap. venerabile, de indic. num. 10.* affirmantes, facta nominatione testium vltrà mare, adhuc termino expirato ad proferendam sententiã, rectè posse pronũciari: quoniam locum obtinet eorum dictum, quotiès terminus liti, sine actioni præfigitur; secùs verò si ipsi iurisdictioni præfigatur, dùm prorsùs, termino elapso, expirat iurisdictio, prout notabilitèr docuit in syndicatus quæstione, *Cataldin. tract. de syndic. q. 78. n. 45. vers. adde*, ibi: *Adde, quòd si Statutum dicat, quòd infrà tres menses omnes causæ decidantur, quòd si aduersarius causa testium producendorum, qui sunt in longinquis partibus, petat dilationem, qua vltrà tres menses protenditur, an, non obstante Statuto audietur? & sic post tres menses de causa cognoscatur? dic, quòd sic, secundùm Dynum, & Cynum in l. final. C. de adult. Adde quòd notatur de offic. delegat. cap. de causis per Innocent. Sed istud quod dicit Dynus, habet locũ, quando terminus præfigatur liti, secùs si meta præfigitur iurisdictioni: nam tunc non potest prorogari per huiusmodi dilationem.*

123 Dicta propterea *Battagl.* in suo casu *& Iustin.* de nominatione, meritò procedũt, deducta causa syndicatus apùd M.C. & S.C. Iudices ordinarios, atq; inlimitatam iurisdictionem habentes; non verò procedentibus Syndicatoribus; idq; decisum fuit in causa syndicatus D. D. Horatij Apicellæ, tunc Iudicis M.C. in capitalibus causis, deindè Consiliarij electi existẽtis in Madrita, qua dignitate ibi morte præuentus, frui non potuit: nàm cum

per

Digitized by Google

per Syndicatores huius Ciuitatis fuisset prouisum, sub die 26. Febr. 1676. quòd valerent querelantes producere testes, qui degebant in Prouincia Calabriæ citra, infra mensem, & interim, quòd terminus (iam elapsus) non curreret; deducta reclamatione in Collaterali Consilio, manauit decretum: *Quòd stantibus grauaminibus causa remaneat*, & deindè fuit absolutus. Proprium enim est Principis,
124 resecatis partiũ calũnijs, glorioſos in conſpectu Populi, Iudices indicare, nè aliàs ex nimia deiectione frangatur authoritas, vt ex *Diuo Augustino*, aduertit *Neotericus Author lib. de regim. Princip. cap. 22.* de quibus *Larrea alleg. 101.* & timidiùs ius dicãt; ad notata per *Bart. cõs. 172. lib. 1.*

Quibus Syndicatoribus nullo mo-
125 do licet iurisdictionẽ prorogare, vt diximus supra *n. 101.* etiam ex causis, *l. si cum dies, §. finita, ff. de arbitr. l. 2. §. sed & si Iudex, ff. de iudic. Scacc. de appellat. cit. q. 15. n. 299.* neque accedente partium consensu, *Cataldin. de syndic. n. 69. q. 127. de Puteo cap. 5. n. 7.* conferunt tradita à *Gamia in prax. syndic. cap. 17. n. 33. Guttier. de iuram. confirm. p. 3. cap. 5. n. 14.* Tenentur siquidem partes instructæ accedere ad querelas proponendas, vnà cum testibus promptuarijs, ratione breuitatis iudicij syndicatus, ex dictis per *Auil. lib. de iudic. syndic. cap. 3. n. 15. Catald. cit. tract. q. 76. n. 46.* & alios.

Decisio emanãda per Syndicatores,
126 fieri debèt cum voto Assessoris, seù Consultoris non suspecti, *Francisc. Marc. decis. 456. num. 11. Paris. de syndic. quæst. 28. in fin.* etiam si Syndicatores sint Iuris laurea decorati, cum vtroque officio fungi prohibeantur, *Carrab. de syndic. nu. 225.* Qui quidem Syndicatores omnes interesse debent in illius prolatione, aliàs nullam declarauit S. C. teste *Vrsill. ad Afflict. decis. 1. num. 6. Carrab. par. 2. num. 116.* ex *text. in cap. cum plures, de offic. delegat. in 6. cap. prudentiam, eod. tit. l. duo ex tribus, ff. de re iudic. l. cum Magistratus, C. quand. prouoc. non est necess.* Nec iuuat ratificatio absentis, *Marsil. consil. 81. n. 34. Nouar. quæst. forens. 51. p. 2.* Poterit verò vnus Syndicator subscribere bãna, & illa emanari facere, *Bart. in l. si vnus ex pluribus, ff. de re iudic. Paris. cap. 1. n. 16. Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 1. n. 35. & 36. Polic. de præeminent. R. Audient. tit. 8. cap. 12. n. 7.* & explicat *tit. 9. cap. 9. n. 12. ac tit. 10. cap. 53.*

Nùm verò semel absolutus in syn-
127 dicatu, possit iterum de eadem administratione impetiri? negatiuè deducitur ex *text. in cap. de his, de accus. l. penult. §. fin. ff. naut. caup. stabul. l. quid de crimine, C. de accusat. l. sepulchri violati actio, ff. de sepulchr. viol. l. si cui, §. ijsdem, ff. de accus. l. fin. C. de custod. reor. l. 2. C. de except. rei iudicat. l. 1. C. quando prouoc. non est necess. Angel. de malefic. verb. Comparent dicti inquisiti, num. 16. vers. quid si opponitur, Bald. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. Proconsul. Alex. ad Bart. in l. 2. ff. ad l. Iul. repetun. Boer. decis. 289. num. 9. Paris. de syndic. verb. Officialis, cap. 1. Couarr. lib. 1. var. cap. 10. in princ. Clar. in prax. crim. quæst. 57. in princ. Foller. in pract. crim. Canon. cap. 35. num. 3. Farinac. in prax. crim. quæst. 4. de inquisit. ex nu. 1.* pluribus exornant *Berart. in specul. visitat. cap. 25. rubr. de defens. Magistrat. num. 6. vers. prima excusatio, Boss. de Official. corrup. pecun. num. 32. Auiles in cap. 3. syndic. num. 11. Bonadil. in polit. lib. 5. cap. 1. num. 59. Surd. cons. 561. num. 29. vol. 4. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 6. à num. 20. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 2. n. 165. & lib. 3. cap. 12. n. 42.* & *Reg. Rouit. in prag. 1. n. 25. de syndic.* notat, contra Officialem absolutum non posse ampliùs per Curiam inquiri, etiam ex officio; quando tamèn Syndicatores processerunt per viam generalis inquisitionis, *Reg. de Ponte* solemni *decis. 26.* cuius meminit *Auus meus ad Gramm. decis. 40. n. 6.* necnon *Muta dec. Sicil. 5.* idemq; *de Ponte de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis. Rubr. potest subst. in offic.* quod mirificè enucleant *Io: Baptist. de Leonard.* apùd *Reg. de Marin. alleg. 39. to. 3.* & *Muta dec. Sicil. 5.* Dummodò no-

Digitized by Google

uæ non superuenerint probationes, *Farinac. de inquis. q. 1. n. 1. Clar. q. 57. R. de Ponte cit. dec. 26. n. 15.* Vel si per Syndicatores collusiuè fuerit processum in liberando, *Farin. ibidem n. 2. Brun. à Sole quæst. legal. 57. n. 52.* Vel si syndicandus fuerit condemnatus ad minorem pœnam delicto cõdignam, *Boss. in pract. crim. tit. de sentent. n. 79. Carau. in ritu M.C. 272. n. 24. post medium, vers. etiam si minus sufficienter punitus esset, Boer. dec. 289. Eugen. cõs. 64. ex n. 12.* Vel si de aliquo delicto in syndicatu non sit cognitum: nàm benè poterit de illo cognosci, etiam in syndicatu noui officij, vt obseruat *Danza de pugn. DD. tit. de Official. in gener. cap. 6. sub n. 5. tom. 1.* Et extat *prag. 7. de syndic. official.* sanciens, omnes Officiales post redditum syndicatum, & obtemptas literas liberatoriales posse à quocumque Tribunali, etiam ex officio, inquiri de malè gestis in officio, non tamen cognitis in syndicatu præstito, & ad hoc videas *Par. cit. loco, verb. Iudices ad syndicandum n. 3. &* 4. vbi examinat, co-
128 ràm quo Iudice inde cõueniãtur? & *num. 5*, quid si Officialis conueniatur coràm aliquo Ordinario suo pro gestis in aliquo officio, si ipse sit de aliqua Ciuitate habente priuilegium primarũ causarum, an possit declinare illum, atq; petere, se remitti ad propriam Ciuitatem vigore priuilegiorum? & in *verb. Officialis finito*, censet, quòd possit perpetuò conueniri in sua patria pro suis excessibus, & delictis; & licèt absolutus semel non deberet iterùm molestari, coarctat, nisi ratione ignorantiæ, vel præuaricationis; adeoque si forensis veniret in Ciuitatem, & audiret banna Officialis syndicandi, ac esset tempus elapsum, audiretur post tempus, idem in *verb. deinde verò, n.* 4. & videndus *D. Calà de visit. Magistrat. differt. 10. &* 11.

Dictum verò, quòd elapso tempo-
129 re syndicatus, nemo audiẽdus erit, procedit in loco officij, secus in propria patria, qua de re *Ferret. in caut. 14. n. 10.* vbi nectit cautelam de hoc; sed tutiùs videndus est *Paris de synd. verbo an si potestas, ex n. 13. & verbo Officialis finito, Bonans in lib. 2. com. opin. titul. de syndic. male iud. n. 16. &* sic intelligenda dicta à *Boss. in tit. C. de sent. n. 80. & in tit. de Official. corrupt. pecun. n. 32. Caualc. de brach. Reg. p. 5. n. 11. Guazzin. ad defens. reor. def. 1. cap. 23. n. 10.* ex *text. in l. sico tempore, C. de remiss. pignor. & in l. si ea quæ, C. qui accus. non poss.* vt nullus deindè audiri possit ad querelandum elapso termino præfixo ad recipiendũ querelas, *Danza cit. loc. nu. 6.* nouitèr inquirit, qua pœna mulctari Officialis debeat, si in loco, in quo administrauit, aut domicilij, vel originis? Quin si præcedẽtibus proclamationibus fuerit Officialis absolutus in contumaciam non comparentium, haud poterit ex nouitèr deductis molestari, prẽterquã, quod à legitimè querelare impeditis, vel absentibus, ex *Alex. ad Bar. in l. 2. ff. ad l. Iuliam repetun. Paris. cit. verb. Officialis finito offic. n. 1. & Boss. cit. loc.* scribit *Flau. Cherubini in compend. Bullar. tom. 1. in Bull. Clem. VI. 25.* incipiẽt. *Onus Pastoralis Officij, verb. Quæro, pag. 114.* Vnde pluries in M.C. & S.C. decreuimus, hisce in casibus consignari literas liberatoriales, saluis iuribus querelantibus in iudicio ordinario, & nunquam in iudicio syndicatus absentes admittuntur Bannis publicatis, potissimùm in hac Ciuitate, quæ ibi publicata dicuntur in quolibet alio inferiori loco, *P. de Franch. dec. 360. n. 3.* & scientia omnium præsumitur, *Thor. p. 3. comp. sect. 3. verb. terminus statutus in syndicatu.*

Hinc contra Officialem syndican-
130 dũ procedi posse, etiam per inquisitionem generalem, & specialem, de Iure communi, tradunt *Bald. in l. obseruare, §. proficiscì, n. 4. q. 5. ff. de offic. Procons. Angel. in l. si vacantia, Cod. de bon. vacant. lib. 10. Auil. cap. 4. de synd. verbo Pesquiza, in princ.* reprobato *Amedeo Iustino de Castel. de syndic., verb. materia inquisitionis, num. 25. P. Fragos. add. disput. 23. §. 2. ex num. 28.* Et de Iure Regni insinuant *text. in Const.*

Digitized by Google

Const. volumus, vers. nec minus contra ipsos, & in Cap. itē statuimus. Sed quia in prędictis iuribus non aperiebatur, si poterat procedi solùm per inquisitionem specialem, vel generalem, fuit edita *pragm. 1. de syndic. Offic.* qua expressè cauetur, quòd procedatur vtroque modo, & hoc idem confirmatum extitit altera *prag. 5. §. item vt Officiales, de offic. Iudic.* & affirmant *Paris. de syndic. verbo Officialis, cap. 7. Berard. Bombin. Cosentinus dub. 9. post eius consilia.* Nihil refragantibus *Cap. Generales inquisitiones, & Cap. vt delatas,* quorum prouisiones generales haùd porriguntur ad causas syndicatus, in quibus adsunt peculiares sanctiones, etiam nouitèr emanatæ, *Paris. d. verbo Officialis, cap. 8. in fin. Camp. in d. cap. Item statuimus, ante n. 44. vers. superuenit prope finem, & cit. cap. Generales inquisitiones, nu. 7. & 8. Marant. in spec. verbo, & peruenitur aliquando per viam inquisitionis, n. 8.* inquirens, an requiratur infamia? *de Leonard. in add. alleg. 39. (n. 8.* aduertens, huiusmodi inquisitionem esse faciendam infra terminū, in quo durat Syndicatorum potestas, ac determinationem subnectit *n. 10.*) & ita iudicatum per bina decreta S.C. in syndicatu Alphonsi Bernardi de Caso, Capitanei Terrę Styli, scribit *Reg. Rouit. in cit. prag. 1. n. 25.* qui R. *Rouit. in cons. 37. lib. 3.* aliud notabile recenset S.C. scitum.

Quòd si Officialis durante officio
131 coràm Superiore cōueniatur, valeat excipere, expectandum esse syndicatum, decisum in M.C.V. memorat *Mari ad Gram. dec. 40. n. 9.* & notant *Cumia de syndic. c. 17. n. 10. de Ballis tract. var. tit. de Syndic. Official. q. 3. n. 8.* & deducitur ex *text. in l. nec Magistratus, ff. de iniur. & in l. pars literarum, ff. de iudic.* Multis verò in casibus durante officio conueniri ille potest, vt si pro delicto imponeretur pœna priuationis officij, quia tunc frustrà finis officij expectatur, *Affl. in Const. Eos tantùm, Auus meus ad Gram. dec. 40. n. 4. & ad Capyc. dec. 121. à nu. 6. de Ponte decis. 28. Caball. resol. crimin. cas. 76.*

Insupèr conuenitur durante offi-
132 cio, & remouetur, si incurrat in crimē magnę negligētię, barattariæ, furti, corruptelæ, extorsionis, & concussionis, ad *text. in l. 3. C. de offic. Præfect. Prætor. orient. Paris de Puteo de synd. verb. Barattaria, cap. 1. n. 2. Muscat. in pract. crim. tit. de Iudic. corrupt. n. 46. Franc. Marc. dec. 207. Capyc. dec. 121. Mastrill. dec. 188.* amplians ad crimen stupri, adulterij, inobedientiæ, negligentiæ in arduo delicto, ac etiā si cognouerit meretricē, extendunt *Marsil. singul. 150. Foller. in pract. crim. tit. vel carcerentur, n. 5.* & videndi *Cabal. casu 283. Baiard. ad Clar. §. fornicatio, vers. cum carcerata, Capibl. in prag. 5. n. 37. & 38. de Baron. p. 1. Tusc. lit. N. concl. 33.* atque ob nimiam sæuitiam notat *Guid. Papa decis. 62.* quo casu posse cogi ad vendendum officium vendibile, ex R. *de Ponte,* iudicatum tradit *Mari ad Gramm. dec. 40. sub n. 9. Danza de pugn. DD. add. tit. de Official. in gener. cap. 5.* qui ex *n. 16.* latè inuestigat, quænā sint barattaria, corruptela, extorsio, & concussio? quomodo committantur? & an differant? necnon *Boer. dec. 523. Ricc. dec. 239. p. 4. Castill. dec. 164. & 167. p. 2.*

Extorsionis verò crimen, quam-
133 uis pœnitentiam nō admittat, *Paris de synd. in princ. n. 3. pag. mihi 72. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 73. n. 22.* si tamen pœnitentię addatur restitutio, re integra, purgatur, *Viu. dec. 146. Mari ad Gram. dec. 40. n. 18.* notantes, aliud esse in crimine barattariæ, & cœteris atrocioribus; sed *Boer. dec. 153.* hoc declarat, & limitat, necnon *Roman. sing. 332. Menoch. de arbitr. cas. 342. n. 32. Schenardus cons. 1. n. 55. p. 2. Giurb. cons. 72. n. 41. Caball. cas. 56.* Negari tamèn non potest, remanere indicia quòad casus similes, sic notante *Farinac. de testib. 3. q. 67. §. 7. tit. 7.* neq; enim est facilis, naturæ sceleratæ mutatio, *Tiraquel. de pœn. caus. 51. ex nu. 18.* In genere autem, pœnitentia, qua crimen committendum omittitur, in

ea causa est, nè reus pœna *ll.* plectatur; nisi impedimento facti, nè delinqueret, reuocatus esset, *Farinac. de homicid.q.*129.*tit.*19.*p.*2. post consumatum flagitium pœnitere demum nihil ad pœnæ remissionem confert, *l.qui ea mente* 67.*ff.de furt.* nec .n. fur furtiuam rem restituens Domino, inde pœnam euitat ordinariam, *l. non prodest* 5.*ff.de vi bon.raptor.* Audiendi non sunt, qui asserunt, purgari inde affectum delinguendi, quasi fur præsumptus non id machinatus fuerit, rem animo furtiuo contrectandi; sed saltèm Domino fortasse annuente,eã ad tempus vsurpandi : protestatio equidèm facto contraria in nullo penitùs furem releuat,post *Farin.cit.loc.* scribit *Christoph.Crus.de indic.p.*3.*cap.* 24.*n.*82.*Auus meus ad Capyc.dec.*155. *n,*6.*Affl.in cõst.Incõsut.de hæret.v.*40.

Idcircò si de eo delicto inculpatus
134 haud fuisset officio durãte, sed ipso munere iam obito, quia illius priuationis pœna imponi nequit, declarabitur, vt vlteriùs non sit ei officium concedendum, *Maring.dec.*74.

Interim pendente inquisitione, an
135 sitOfficiali,durante officio cõuento, suspendenda, ac interdicenda illius administratio? affirmatiuè respondet *de Franch.dec.*8. ex *tex. in l. eum*, C. *de suspect.tutor.*ex quo *tex. Bart.in l. libertus*,§.*in quæstionibus*, *ff.ad municip.* hanc constituit thesim, insequuntur *Franc. Marcus dec.*54.*vol.*1. *Caball.add.cas.*76. *Consil. de Georg.alleg.* 42.*n.*21. *Gram.cons.*10. *Reg.Rouit. in prag.*5.*n.*19.*de admin.Vniuers.in prag.* 3.*de milit.n.*20. *& in prag.*13. *de offic. n.*6. *& dec.*62. *&* 64. *Paschal. de patr. potest.p.*3.*cap.*9.*n.*83. *Prat. ad Muscat. in prax. crim. rubr.de Indic. corruptel. concussion.extorsion.& barapt.pag.*663. *col.*1. *vers.quarta nec erit*,*Bouadill.lib.* 2.*polit.cap.*11.*& lib.*5.*cap.*1.*ex n.*191. *Guttier. lib.*1.*qq.pp.q.*39.*& de tutel.p.* 2.*cap.*13.*Auus meus ad Capyc. cit. dec.* 121.*à n.*6. *de Ponte*, multa ad materiam subnectens, *dec.*7.*&* 25. *Camill. de Medic.cons.*143. *Azeued. lib.*3.*cap.* 7.*l.*14.*Auil.in cap.*7.*syndic. Castil.dec.* 166.*p.*2. *Mastrill.dec.*188.*n.*19.*& de Magistrat.lib.*6.*c.*5. *Surg. cit.loc. n.*37. *Caball.resol.crim.n.*76.*Ann.sing.*370. *R.Galeot.resp.fiscal.*14.*&*15.*R.Sanfel.* dec.61.*p.*1. *Thest. allegat.*9.*Caluin.de aquit.lib.*2.*cap.*104. *Cons.Rocc. tom.*2. *responsa.*65.*n.*5. *R.Reuert.dec.*2.*n.*3. & ibi *Reg.de Marin.& dec.*301.*R.Rouit. cons.*85.*tom.*1. & ibi *D.Cons.Altim.n.* 15.*R.Tap.dec.*17.*R.Moles dec.*6.*tit.de pœn.* latè *Berart. cit. tractat. tit.de suspens.Official.pend.inquisit.c.*7. *ex n.*5. aduertentes quasi omnes,minimè suspendendum aliquem ab officio pendente inquisitione, nisi plenè per testes integræ opinionis, & famæ probatum fuisset,illum plura, & grauiora delicta in officio perpatrasse, itaut vix ab eis se tueri posset. Qua in re cum suspensio soleat famę proborum Virorum præiudicium inferre, prudentèr procedendum esse,monet *Griuell.dec.Senat.Dolan.*60.*n.*13.

Aduertit proindè *R.de Ponte mem.*
136 *dec.*25. ad actũ suspensionis procedi debere,parte audita, ex *Salyc. Bal.* &alijs *in l.fin. C.ubi Senat.vel Clarif.* ex illo *text.*quibus contradicit *Auiles cit.cap.*7. *Iudic.syndic.* nectens, illam fieri sine monitione, ex *Innoc. de excess.Prælat.*illoque suspenso, procedi ad mulctam, vel veniam,ipso audito.

Regula tamen sit perpetua, huius-
137 modi suspensionẽ fieri debere ante dationem termini; postea verò non licere: pendente enim termino Iudicis officium quiescit.Verùm in Regia Iuncta fraudumArrendamenti vini ad minutum, de qua eloquuti fuimus in *princ.Rit.*265.*tom.*3. delatis Andreæ de Angelo, & socijs,Officialibus Arrendamenti vini ad minutum, vulgò *Mazzacogna*, *e Contisti*, de venditione vini vltra assisiam in loco immuni contra formam pragmaticarum,necnõ bannorum, alijsq; criminibus intuitu officij, capta informatione, manauit decretum Regiæ Iunctæ, quo fuit illis impertitus terminus ad se defendendum in domo loco carceris, ex causis in ipsa R.Iuncta discussis.Illicò Ipse, vti Aduocatus fisci, insteti pro

iu-

Digitized by Google

suspensione officiorum, lite pendēte.

Aduersùs huiusmodi petitionem,
138 inter alia, duo opponebāt Rei: alterum non fuisse intentatum iudicium suspēsionis per fiscū ante ipsā dationem termini, nec præcessisse instantiam: alterum, suspensionem non posse procedere, nec vēdicare locum in Officialibus iurisdictionem non exercentibus. Etenim vnum de requisitis ad hoc vt decretū suspensionis legitimo iure procedat, illud est, quod iudicium intentetur per fiscum ante dationem termini, prout memorant *Affl. dec. 357. n. 6. Præs. de Frāch. cit. decis. 8. Capibl. de Baron. prag. 5. nu. 77. R. Tapia ad Const. statuimus, n. 38. de Offic. Magist. Iustit. Cancer. var. res. tom. 3. cap. 12. n. 214. Præs. Merl. contr. forens. centur. 2. cap. 28. sub n. 12. Cons. Franc. Maria Prat. resp. fiscal. 2. n. 51. R. de Marin. ad Reuert. dec. 2. sub n. 3. R. Sanfel. add. dec. 61. sub n. 11. Barra controu. forens. 32. n. 5.* ex communi, & trita regula, quòd pendente dilatione Iudicis officium conquiescit, *l. siue pars, C. de dilat. c. significante de appellat. Glos. in clem. sæpè, in verb. post dationem, de verb. signific. in c. vbi periculum, in vers. decem, de elect. in 6. & in c. commissa, eod. tit. Ias. in l. 2. ff. de re iudic. Anchar. cons. 36. in fin.* quam regulam exornat *Gabriel. comm. concl. lib. 2. de dilat. concl. 1.*

Hanc partis assertionem veridicam
139 asserebā, & in praxi seruari; sed fatē esse, eumdemq; operari effectum, si fisci instantia fiat immediatè post terminum, & incontinenti, siue in calce decreti ante illius notificationem: vt dicimus de compromisso, quod quāuis peti debeat ante terminum, admittitur tamen petitio post dationem termini, dummodò non sit vlteriùs processum, ex *Gl. in l. Pomponius, §. rat. ff. de procur. Capyc. dec. 48. nu. 4. Barbat.* decisum nectens, *de assist. gl. 4. n. 43. Affl.* & ibi *Vrsill. dec. 185. Thor. p. 1. compend. dec. verb. compromissum an peti possit*, qua de re *Muscatell. in prax. S. C. lib. 1. p. 2. glos. gradum nu. 4. & 12. Ricc. collect. dec. 2071. Borrell. de compromiss. §. 2. glos. 2. n. 31.* & explicat *Ludou. Paitell. in add. ad Rutil. Paitel. cons. ciuil. 94.* ex *n. 10.*

Dicebam vlteriùs, suspensionem
140 nō solùm locū vendicare aduersùs illum, qui propriè, ac strictè dicitur Officialis, sed etiam contra administratores iurisdictione carentes, sicuti post *Io: Fabr. in §. si quis autem, Inst. de suspect. tutor.* notat *R. Sanfelic. dec. 61. lib. 1.* pluries obseruatum memorās, & aduertit *R. Galeot. resp. fiscal. 15. n. 16.* confertq; *Glos.* dictū *in l. si emptione, §. fin. ver. non potest, ff. de cōtrah. empt.* atq; iuxtà prædicta in Reg. Iuncta obtinui; Verùm principalis causa fuit transactione terminata, solutione ducatorum nouem mille, & tercentum Regiæ Curiæ, penes Leonardum de Viuo, Actorum Magistrum S. C. & Actuarium assumptum.

In eadem Iuncta iterùm hic arti-
141 culus, ad libellam reuocatus, fuit decisus, in causa Iacobi Spirito, in qua à me exarata pro Reg. Fisco, vti huic materiæ multum conferentia, subnectere non erit incongruum.

Iacobus Spiritus, Actuarius in vectigalibus vini minutatim venalis, oblitus omnia, & quæ deberet suo Regi, quippe qui munus ei contulerat, & quę suę existimationi cōsentanea forent, immissis habenis effræno sensui, voluntateq; proterua aduersùs rationem concitata, tot, tantaq; flagitia patrauit, vt non immeritò in ipsum iactari posset, quod in C. Verrem Siciliæ Prætorem, Tullius effudit: *Faciliùs*, nimirum, *esse, delicta nō attentata, quàm cōmissa scelera recensere.*

Ex antiquis processibus, Iacobus
142 plurium scelerum vinculis irretitus inspicitur, & ex recenti processu septem, & viginti delictorum capita prodeunt, vno ore contra ipsum conclamantia, ex quo percreuit maxima publico statui pernicies, non leue subditis detrimentum, & iniuria Superioribus, ad quos referuntur quodammodò Ministrorum culpæ, si condignè in eos non animaduertant, vt

in-

inquit *S.Leo Papa epist.*1. Aquilienſi Epiſcopo : *Inferiorum Ordinum culpę ad nullos magis referenda ſunt, quàm ad deſides, negligenteſq; Rectores, qui multam ſæpè nutriunt peſtilentiam, dùm auſteriorem diſſimulant adhibere medicinam*, vt habetur in *Decreto diſt.* 86.*cap.*2. *& D.Berard. de conſider. ad Eugen.lib.*3. ait: *Impunitas incuria ſoboles, inſolentia mater, radix impudentia, tranſgreſſionum nutrix*, ac confert *Cicer.in verrem, action.*5. dicens : *O conſuetudo peccandi quantam habes iucunditatem in improbis, & audacibus: cum pœna abfuit, & licentia conſequuta eſt.*

Credibile eſt, Iacobum plurima fa-
143 cinora perpatraſſe, non probata, ſed nè tacta quidē in proceſſibus ob eius calliditatem, verſutiamq; incuſſo cordibus omnium ingenti metu pro authoritate officij, quo fūgitur, nè quis de ipſo, licèt malemeritus, & iniurias paſſus, conqueri auderet.

Septem, & viginti delicta, vt afferentur, cuncta in ipſo officio commiſſa dici poſſunt, vt præclariſſimorum Doctorum ſcitis innixa iudicauit *Rota Rom.* apùd *Farinac.in conſ.*5.*n.*11. delictum in officio committi, quando fauore, prætextu, contemplatione, vel colore officij quis deliquit, & ſic quoties authoritas officij eſt in cauſa, extatq; *Bald.* theorica *in l.*2.*in fin.C. quor.appell.non recipiunt.* & obſeruant *Pariſ.de Put. de ſyndic. tit. Iudices ad ſyndicandum, qui ſint, cap.*1. *n.*8. *pag.* 129. *& verb.Officialis offenſa, verſ.Niſi adulteraſſet fol.*350. *Giurb. conſ.*65. *n.*47. *Ricc.deciſ.Cur.Archiep.*292.*p.*4. *Præſ.Merlin.lib.*2.*controu.cap.*28.*n.*3. *Conſ.Rocc. in diſcurſ. de delict.percep. num.*155.

Sœpè hic accuſatus, carceribus mancipatus, ſœpiùs vafrè iudicium eluſit, pœnas effugit, erupit, euaſit. Poſtremò cum praua eius opera, & iniquitates perculiſſent aures Excell. D.Petri de Aragonia, in hoc Siciliæ Regno citrà Farum vigilātiſſimi Proregis, huiuſcemodi cauſam delegauit pijs Viris, præſtāti ingenio, Iuſtitięq; ſimul zelo æſtuantibus.

Selectiſſimus igitùr iſtorum Cętus, quibus cauſæ cognitio eſt demandata, iure optimo poſſet Iacobo dicere, quod puer Daniel *cap.* 13. *verſ.* 52. Sancti Spiritus afflatu ſuſcitatus, ſenibus illis innocentem Suſannā falsò accuſantibus, inquit : *Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, qua operabaris priùs.*

Propter eiuſmodi nequitias nemi-
144 ni dubium eſt, Iacobum, iuxtà iuris diſpoſitionem, & axiomata, ciuilis regiminis officio, omniq; priuilegio eſſe denudandum. Verumtamèn cum pœna priuationis officij, locum habeat in culpis vulgaribus : vt ecce, ſi ille, cui munus aliquod incumbit, paulò ab eiuſdem officij religione declinaret ob magnam negligentiam, vel etiam culpam, *text.* eſt *in l.ſi quis, C.de offic.Præf.Prætor.* ibi : *Vel propter negligentiam, Giurb.conſ.*44. *ex n.*14. extēdens ad omnem adminiſtratorē, officialem, aliamq; perſonam, R. *Lanar. conſ.*22.*n.*20. *Ioſuè de regal.offic. quib.mod.offic.extinguatur, n.*13. & in committendo modica fraus ſufficit, *Luc.de Pen.in l.ſi aliquid, C.de ſuſcept.*

Si quis ergò dignitatis authoritate
145 fretus ad grauia delicta gradum fecerit, non vulgari coerctione compeſci debet, at flagris, plūbatisque acerrimè cedi eū oportere, probè *Divi Theod.Valer. & Archad.* conſtituerūt *in l.quilibet, verbo plubatarum, in fin. C.de Decur.lib.*10. & ibidem aduertit *Bartol.* nec non *Auendan.de exequend. mandat.Reg.p.*1.*cap.*2. *ſub n.*3. hiſce verbis : *Et tanta poſſet in Iudice inueniri malitia, & conſuetudo delinquendi ſub obtentu officij, quòd delinquens talitèr poſſet percuti ictibus plumbatarum.* Ea verò erat plumbatarum pœna, vt damnati tàm diù contundebantur, donec ſpiritum exhalaſſent, vt aduersùs *Accurſ.* benè probat *Camill. Borrell.de Magiſtrat.edict.lib.*2.*cap.*8. *ex num.*291.*ad* 297.

Huius autem pœnę rigor duplex
146 cauſatiuum, quaſi geminum parentem agnouit; quorum alterum fuit, nè

nè Ministri, quibus aliquod munus demandatur, subditos plus æquo prægrauent; alterum fuit, deprauata, & execrabilis in huiusmodi sceleribus frequentia. Hinc eruitur generalis regula, quòd delicta multiplicata, licèt singula seorsum capitalia nõ fuerint; capitis tamèn iudicio plecti oportet, vt *Bart.* authoritate notarunt *Angel. & Luc.de Pen. in l.1.C.de super exactionibus, lib.10. Anton. de Ball. var. tract.lib.49. n.15. Paris de Put.de syndic.pag.235. col.3.* Delictorum enim reiteratio adeò odiosa est, & à legum pietate aliena, vt quandoq; delictum non capitale reijteratum, puniatur capitis pœna, *Papon. arrest.Fran.lib.24.tit.70.arrest.8.& 9. Martil.sing.378.in princ.Auus meus ad Gram. decis.94.n.1.*

Magistratus ergò Reg.Iunctę, prę-
147 fatum Iacobum comprehendi iussit, & in carcerem detrudi. Demùm decreuit, ut è vinculis se defenderet, & inter hęc ab officij administratione suspenderetur.

Is autem nihil intentatum reliquit, vt ipsã expeditionem dilataret. Quapropter à dicto decreto reclamavit, licèt pensatis hinc indè omnibus fuerit deindè confirmatum. Repetitionem testium tandèm efflagitauit, petitioniquè fuit indultum, vt repeterentur coràm Commissario; & dùm ex parte Fisci intenderetur talis repetitio ad sexaginta fermè testium, instauit semel, atque iterum, vt repeterentur coràm omnibus Regię Iunctę Dominis, quod fuit reiectum.

Itaq; Reg. Iuncta verum duxit, delicta Iacobi esse talia, quæ officij suspensionem mererentur. Enim verò re ipsa officij suspensionem decreuit; & compilato processu antequàm ad definitiuam sententiam deueniatur, operæ pretium est inquirere, an flagitia sint ad sufficientiam probata, & prolata? quibusnàm pœnis, tàm in ere, quàm in corpore forent expianda? & an exceptionibus per ipsum propositis locus sit contra Fisci intentionem?

Hoc Iuris ordine vsus est *Cons.Io.*
148 *Andreas Georgius*, partes Reg.Fisci defendens, contra Magistros Rationales Regiæ Siclæ, de negligentia, alijsq; excessibus in officio accusatos, *in alleg.42.* qui in eadem *alleg.nu.3.* quò ad probationes testatũ reliquit, ne quicquam requiri eas plenas, conuincentes, luceq; meridiana clariores; sed esse satis tales, quales haberi possunt, in Officiales accusatos de excessibus in officijs, authoritate *Ioannis de Platea in l.Iudices, C. de dignit.lib.10. Ploti cons.94.n.21. et Hectoris Emil.de testib.verb.Iudex barattariam.* Addo *Glos.* notab. *in auth.vt Iudex sine quoq; suffragio, §. necessitatem, verb.Ostenditur*, vbi *Angel. in §. oportet, n.5. Hyppolit. de Marsil. in l. Cornelia 4.n.4.ff. ad l.Corn. de Sicar. Auend.de exeq.mandat.Reg.p.1. cap.2. n.18.Reg.Rouit.decis.36.nu.25. Præs. Merl.lib.2.cap.29.n.3.* & testes singulares plenam faciunt probationem, *Farinac.de test.quæst.64.n.16.Azeued. lib.2. recomp. leg.6.tit.9. Larrea alleg. fiscal.48.n.24.* concludentes propterea, huiusmodi delicta probari coniecturis, & præsumptionibus, *Gram. cons.35.n.34.Paris de syndic.verb.testis cap.2.n.7.* quæ cum palàm non fiant, sed clàm, maximisq; adhibitis cautelis, impunita remanerent, si omninò plenam requirerent probationem, vt præcœteris obseruant *Præs. Merlin. cit. loc. n.3. Reg. de Marin.ad Reuert. decis.46.lib.1.*

Quod dictum est, patebit inferiùs, quammaximè ex informatione delictorum, quam Domini Regiæ Iunctæ habuerunt per capita: de falsitatibus nempè, reuelatione secretorum, concussionibus, extorsionibus, & alijs, quæ sequenti methodo iuribus comprobata, ostendimus.

Falsitas enim maximum, & horri-
149 bile est delictũ, detestabiliùs homicidio, & veneficio, *Angel. in Auth.de nupt.Gram.cons.109. nu.11. Menoch. cons.422.n.1.& cons.538.n.1. Gotofr. Abauo in prax. & theoric. crim. lib.2. §.falsum, n.37.Farinac. q.150. nu.15.*

Mari

Mari ad Gramm. decis.2. nu.13. quæ committitur, non solùm in dicendo, vel scribendo falsum, sed omittendo dicere, vel scribere verum, quod dici, & exprimi debebat, *cap.1.de crim. falsi.Bart.in l.si quis abrepserit,num.3. vers.quæro cum pars,ff.de falsis, Giurb. decis.88.n.6.& 11.*

Iudices, Actorum Magistri, & alij
150 prohibentur cum subditis negotiari sub pœnis indictis ex *pragmat. 1. de mercat.Offic.prohib.pag.14.§.2.& 5.de Official. prag.1.§.5.de offic.procur.Cæs. prag.9.§.4. de trigesim.* ca potissimùm ratione,quam recensent *Danz.de pugn.DD. tot.1. tit. de Official.in gener. cap.8.n.9.Scialoya de foro compet. cap. 33.nu.344.* nam aliàs induceretur timor in subditos, & possent viliùs emere, & cariùs vendere in damnum subditorum, & contra publicam vtilitatem.

151 Actione quoq; furtiua tenentur, *Bald. in l. etiam,n.1.* C. *de furtis,* ibique *Bart.* aduertit, quòd si publicanus aliquam speciem, vel pecuniam per vim abstulit,tali actione tenetur, notatq; *Farinac.de furt. q.170. n.39. p.2.* & conferunt tradita à *Parid.add. tract.verb. Iudices, cap.7. Mastrill. de Magistrat.lib.7.cap.8.n.29. Menoch.de arbitr.cas.342.n.37.lib.1.*

152 Minister explorationem iustitiæ significans alijs, in præuaricatoris crimen incidit,*l.1.& 2.ff.de præuaric.l.1. §.præuaricatorem,ff.ad Turpill.arg.l.3. ff.de crim.Stell.Boss.de præuaric.à n.1. Giurb.cõs.44.sub n.18.*à simili,Actuarij, parti aduersę,alterius partis articulos ostendentes ante publicationẽ, pœna falsi mulctantur, *Paris. de syndic.tit.de excess.Aduoc.c.1.n.9. Graph. decis.aur.lib.2.de falsit.cap.35. n.9.* & processus informatiuos ostendentes, ac probata in inquisitione reuelãtes, *Auus meus ad Gram.decis.103.nu.35.* & decisum memorat R.*Sanfelic.decis. 60.* cuius,post alios,memini in *Rit.3. n.18.lib.1.*

Concussio dicitur, quando vltrà
153 debitum,metu,vel vi iurisdictionis, Officialis aliquid exigit, *l.1.verb.Rapuerit,C.ad l.Iuliam repet.Bal.& Odofred.in l.iubemus, C.eod.l.1.ff. de concuss.Mastrill.de Magistr.lib.6. cap.8.n. 29. Gram. cons.51. Capibl. de Baron. prag.4. n.29. Rocc. in libello de delict. Percept.n.41.*extendens *n.43.*ad alios inferiores Ministros,ex *Gl. in cit.l.1. de concuss. Farinac.pract.crim.p.3. qu. 111.art.3.n.45.ac D.Reg.Galeot.resp. fiscal.15. nu.106.* & quamuis nullus fuerit incussus metus, verbis, aùt facto; quia tamen interuenit officij authoritas,ea sola in indebitis exactionibus inducit concussionem, ex *Glos. in cap.statutum notoriũ,de rescript.in 6. Farin.cons.crim.5.n.5.tit.1.Galeot.cit. resp.15.n.104. Rouit.in prag.3.de milit.n.38. Viscõt.in cõcl.verb.Concussio.*

Crimen extorsionis perpatratur,
154 quãdo iustitiæ Minister, vltra ei debitum, aliquid accipit, etiam à spontè dantibus, *Auth.sed nouo iure,* C.*de pœn.iudic.qui malè iudic.l.omnes, & l. fin.*C.*ad l.Iul. repet. Dec.in tract.crim. lib.8.cap.35. Mastrill.cit.lib.6.cap.8.n. 29.Canalc.de brach.Reg.p.5.n.22. Capibl.de Baron.prag.4. n.26.* cum alijs notatis à *Consil.Rocco de delict.Percep. n.28.* qui enim exigere aliquid prohibetur, nec etiam exigere potest à spontè soluente, *cap.exigit, de cens.in 6.Bald.in auth.sed hod.è,*C.*de Episcop. & Cleric.Auiles tract.Pręt. cap.1. n.3.* cum non præsumatur, aliquem pecuniam non debitam spontè dare, sed ex incusso timore sibi auferri,permittere,*Cammerat.respons. dec.48. art.2, num.25.*

Extorquere, & concuterę videtur
155 Officialis exigens vltrà pandectam, *Canalc. d.p.5. n.21.Mandel.cons.354. n.1.Bertan.cons.crim.61. lit.A. vol.1. Mastrill.cit.lib.6.cap.11.Alfar.de offic. fiscal.gl.2.§.10.n.454. Gram.cons.35. Menoch.de arbitr.lib.2.cas.345. n.36. Nouar.in pragm. tit.de Actuar.collect. 11.n.10.Danz. de pugn.DD.lib.1. de Official.in gener.cap.8.n.23.*quin contra exigentem vltrà pandectã,statuta est etiam pœna corporalis, arbitrio D. Proregis, in *cap.vltimo,*de gratijs concessis per Ducem Ossunæ, anno

1585.

Digitized by Google

1585. inter *cap. & priuilegia Neapol. pag.176.* Obseruat propterea *D.Reg. Rouit.in prag.36.n.2. de offic.Magistr. Iustit.* vt hi Actuarij,nec à sponte dãtibus valeãt exigere vltra summam, & *n.5.* aduertit,vnicum exigendum ãdirectum, quamuis decretum plura capita, vel plures personas cõtineat, ac ex §. *sportularum, vers.si verò pro una, Auth.de sacrosc. Episcop. & Io: de Platea in l.vt autem, in princ.vers.ex hoc inferunt,C.de re milit.lib.12.* haùd adiuuante consuetudine incontrariũ, indicat *Bonadill.in polit. lib.2.cap.12. n.19.20.& 30.*

Non obseruãs instructiones sui of-
156 ficij mulctari debet, *Bellug.in spec. Princ.rubr.12. §.magis his igitùr, n.6. fol.38.* & ibi *Borrell. lit.C. Peguer. in prax.crim.p.9. Cum. de syndic.cap.18. n.30.Auiles ad cap.Prætor. gl.mandamentos,Nouar.collect.210.n.12.Giurb. cons.72.nn.51. Mastrill.d.lib.6.cap.8. n.109.* addentes, mulctandũ quoque esse pœna priuationis officij.

Non licet Officiali emere,vel ven-
157 dere ex eo officio, quod ipse gerit, ad *tex.in l.nõ licet,ff.de contrah.empt.* nec per interpositam personam, neq: familiaribus, *Peregr.de iur.fisci lib.4. tit.7.n.5.*

Pœna furti tenetur, cuius nomine
158 intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ, *cap.pœnal.15. q.5. Luc. de Penn.in l.Iudices,col.1.C.de dignit.lib. 12.*siue clàm,siue palàm,*l.2.*vbi *Glos. & Luc.C. de his, qui ex public. ratiocin.lib.10.* Furtum quoque est, dùm quis scientèr retinet, & contractat apùd se rem alienam, quæ ad eum bona fide peruenit, *Luc.in d.l.1.C.de his,qui ex public.coll. lib.10. Hect.Felic.alleg.32.n.5.*& huiusmodi pecuniæ publicæ retentio capitis pœnam exigit, *l.coges, Auth.de mandat.Princip. Soccin.cons.46. vol.1. Reg.Reuert.dec. 14.p.1.in manuscrip.Capiblanc.de Baron.tit.1.sing.147.n.135.*

Officialis dicens subdito:*carcerabo*
159 *te,*seù *grauabo te,si non dederis mihi pecuniam,*dicitur committere concussionem: idest per vim pecuniæ extorsionem, *Gram. cons.crim.51.n.15. & 16.* & deducitur ex *text. in l.6. ff. ad l.Iul.repet.& l.2.ff.de concuss.*

Perscrutentur, & expendant sanè
160 Domini R. Iunctæ, si solutio sportularum sit voluntaria,an potiùs coacta exactio, atq; adeo concussio? neque vnquam me hercules erit, quòd istas de more, ritè, rectèq; exigere potuerit,docentibus oppositum iuratis testibus per ipsummet de Spirito productis ad sui defensionem.

Accedunt perditi mores Iacobi,fa-
161 ma durior, & grauis opinio, quę in similibus casibus sũt potissima. Quãdo enim vrget mala fama inquisiti, leuiores sufficiunt probationes,& testes non integri, *Mascard. de probat. conclus.1137. Farinac. de var. & diuers. crim. q.111. n.267.Villadieg.in sua polit.cap.6.de la instruçion,§.2.nn. 19.R.de Pont.decis.16.ex nn.11.Præs. Merlin.cit.cap.29.n.11. cent.2.*

Adsunt alij processus inquisitionũ
162 contra eumdẽ;vnde delicta,de quibus quis fuit delatus,licèt absolutus, augent malam famam,& opinionem; quorum nouorum delictorum respectu,cum producantur alij processus, indicium faciunt pro noua imputatione,vt ex *Celso Vgone cons.85.* probat *Baiard. ad Clarum in §.furtum,n. 65.* multo magis,si fuerit agratiatus, quia,inquit *Afflict. in const. ad legitima pondera, n.1.* remanent in corde reliquiæ fraudis,idest consuetudo cõmittendi fraudem,& notant *Menoch. de arbitr.cas.295.n.18. Gomes. §.furtum, n.9.Farinac.in cons.30.num.67. 72. & 76. Anus meus ad Gram. decis. 16.num.4.*

Præterea ijdẽ Gubernatores eius-
163 dem vectigalis vini, annis elapsis supplicem libellum porrexerũt Eminentiss.Dom.Cardinali de Aragonia, tunc temporis huius Regni clauum tenenti, dicentes, quòd dictus Iacobus, præter inquisitiones contra ipsum pendentes, & capita deducta, vsurpauit, in administratione ad demanium, nonnulla aureorum millia ab interceptis, visitationibus peractis,

Digitized by Google

ctis,& pluribus patrimonijs decoctorũ,auferens aurũ,argentum, gemmas, aliaq; mobilia, depredans depoſita, committens furta multifaria qualificata, & improbiſſimos quæſtus exercens, poſt tot, innumeraq; flagitia in officio commiſſa,de quibus omnibus Ius, & Iuſtitiam expetebant. Quinimò cum præfeciſſent Iacobum regionibus, ſeù tribubus,vulgò quarterijs huius Ciuitatis, quibus Ianuarius Trullius præerat, ſpe decepti, præuio conſilio, grano ſalis habito,inter ipſos,omnium calculis,eumdem,tanquàm ſorum nequam,depoſuerunt, dicentes, ex quo multos exceſſus,& crimina in demandato ſibi munere commiſerat.

Sic menſe Aprilis 1659. Gubernatores farinæ deiecerunt eumdem ab rationibus exercendis, quibus præfuerat in dicto vectigali, ob eius facinora.

Inſupèr Iacobus fuit inops, vndeque
164 quaq;egenus,ac repente euaſit opibus affluens:quadrigis vſus eſt,ac famulis,& in domos magnas migrauit: Idq; non ſua frugalitate, virtuteque ſingulari; at cum primò ad hoc officium conſcendit, vt Iuris eſt præſumptio, *Caroc.ſing.* 141. *Reg.de Ponte de poteſt. Proreg.tit.elect.Official.* §. 7. *n.* 2. *Dqnz. de pugn. DD. to.* 1. *tit. de delict.Offic.cap.* 10. *n.* 30. *Maſtrill.de Magiſtr.lib.* 6. *c.* 10. *n.* 6. *R.Rouit. deciſ.* 38. *num.* 4. *in prag.* 1. *num.* 18. *de muner. Officiali.*

Imperioſus,vnicuiq;peſſimè mora-
165 tus,omnes apùd ſua acta cõfugientes conuicijs exagitans; Itaut, vel in ipſo Prætorio ſcripturarum faſciculum in ora cuiuſdam, conditionis inter Ciues optimæ,vibrare auſus fuerit; Vocitans pleroſque alios homines vrbis fęcem, domeſtico meretricio, non laborantes modò, at lætantes. Quæ omnia prolapſa ſunt ex ore teſtium per ipſummet productorum. Non enim licet Officialibus aliquid iniuriosè facere, quòd ſi iniuriam fecerint fiducia officij, iniuriarum actione tenebuntur, *l. nec Magiſtratibus* 32. *ff. de iniur.*, & in Regno ſtat *Conſtit.* incipiens, *Eos tantùm, ſub tit. de repulſ. Official.* vbi priuatio officij, & publicatio bonorum. Cœſarum tẽporibus,ſi quis in magiſtratu,auarè, ſuperbè, & inſolentèr ſe geſſerit, ipsũ ante tempus finiti honoris, imperio deſiſtere, & de gradu deijci,iubebant, *Alex. ab Alex.genial.dier.lib.* 4. *cap.* 6. *fol.* 182. *Bouadill. polit. cap.* 22. *lib.* 2. *ſub n.* 76. *pag.* 499.

Quin alij eius teſtes aſſeuerãt,quòd
166 impulerit quoſdã tabernarios,vt ſe perderent vſq; ad exitialem exitum, & internicionem, contra *text. in l. ſi benè* 33. *ff. de vſur.* ibi: *Dummodò non acerbum ſe exactorem, nec contumeliosum prabeat; ſed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum.*

Toto conatu Iacobus hanc verita-
167 tem cõtegere, teſtibus emendicatis ad ſui defenſionem, & ad teſtium Regij Fiſci repulſam exoptauit. At oleũ perdidit, vt ita dixerim, cum ſibi probent nihil : aliqui namq; inuerisimilia deponunt, falſa, & auditu aſpra: nonnulli ſunt contrarij, & inquiſiti:reliqui contra ipſummet teſtimonium protulere. Quamobrẽ haud prętereundum eſt illud doctiſſimum Doctorum placitũ Iudex nimiùm,nè credat teſtibus, ſic ad defenſam adductis; & notat *Porr. in faſc. crim.* §. *defenſiones pag.* 426. quem refert, & ſequitur *Thor. vot.* 3. *n.* 27. *p.* 2.

Hæc eſt epitome flagitiorum, quæ vſq; adhuc in Iacobum Spiritum cõſtant. Quaſnam ergò pœnas ſubire, ſit cogendus ? perſcrutari oportet.

Regius Fiſcus inſtat, deponi ab officio, & beneficio actuariatus, cogi ſarcire damna paſſis iniuſta, & condemnari corporalibus pœnis, quas geſtis æquas arbitrabitur Reg. Iuncta.

Quòad officij iacturam,parùm eſt,
168 imò facillimũ,quod expoſuit. Etenim ſi Doctores, & Noſtrates,& Exteri dicunt,ſolam negligentiam eſſe ſatis ad illam: Nunc age porrò,quanto furtiùs in re noſtra,quam tot,tantaq; delicta comitantur, non omiſſione,

Digitized by Google

ne; modò, sed opere, falsitate, furtis, corruptelis, extorsionibus, concussionibusq; prout in pari facti specie per Suprema nostra Tribunalia fuit vsquequoq; adamussim obseruatum, ex *l. si aliquid, C. de Suscept. & Arcad. lib. 10. l. Iudices, C. de dignit. lib. 12. l. 2. C. de Palatinis sacror. largit. lib. 11. l. Ordinariorum, C. de cohortal. eod. lib. l. si quis, C. de offic. Præf. Præt. Giurb. cons. 44. n. 1. Farinac. de delict. & pœn. q. 18. ex nu. 42. Afflict. in Const. Regn. Offic. Reipubl. n. 1. vers. cauent, Capyc. decis. 121. n. 17. Loffred. cons. 21. n. 11. Lanar. cons. 22. n. 20. Cafar. in specul. peregr. q. 2. §. 1. Reg. de Pont. dec. 7. 16. & decis. 25. R. Rouit. in decis. 36. & cons. 104. tom. 2. & in prag. fin. n. 12. de offic.* ex *Plot. Bart.* & alijs *Præs. Merlin. lib. 2. c. 28. num. 6. D. Reg. Galeot. respons. fisc. 15. Georg. alleg. 42. Caball. cons. 76. & Reg. Reuert. decis. 2. 46. 226. 259. 260. & 301.*

Præter officij iacturam, fas est, vt
169 affligatur pœnis corporalibus, quæ per Capitula Regni, ac Statuta municipalia non moderantur, quippè, quæ, quòad pœnas corporales nihil noui nacta sunt, loquentia dumtaxàt de pecuniaria mulcta. peculatus, quæ à quadruplo ad nonuplum progressa est; Idq; quando ciuilitèr experimur, non quando criminalitèr, quod notaui apùd *Accurs. in l. 2. verb. omnibus, C. de his, qui ex publ. ration. lib. 10.* quē sequuntur DD. qui in indiuiduo loquuntur de materia dicti *Cap. Regn. Vulgaris famę proloquium*, & cœterarum legum municipalium, ex *Cap. Carol. II. Ad hoc volentes*, quod dat pœnam pecuniariam vltra corporalem arbitrio Regis, quæ potest extendi vsque ad mortem, *de Pont. de potest. Proreg. tit. de prouis. fier. solit. §. 2. n. 14. Giurb. cons. 6. n. 12. Farinac. q. 17. n. 60. Marant. disput. 3. nu. 12.* concordant *Cap. item quòd Iustitiarij, Const. apùd Iustitiarios, Const. corruptela crimen, & Const. Officiales Reipublicæ*, quòdue adducta Iura ita sint vsu recepta, expressè tradunt *Afflict. in Const. Officiales, n. 3. Reg. de Pont. decis. 7. n. 31. decis. 16. & de potest. Proreg. tit. de regal. impos. §. 3. num. 4. R. Rouit. in prag. 3. de milit. n. 34. Gram. cons. 35. n. 12. de Franch. decis. 457. Capibl. to. 1. sing. 55. n. 103. & sup. prag. 4. nu. 30. de Baron. Reg. Sanfel. decis. 270. Montan. de regal. tit. de regal. offic. n. 70. col. 1. in fin. Muscatell. in prax. crim. tit. de Iudic. corrupt. n. 54.* idem *Reg. Sanfelic. dec. 45. tom. 1. Præs. Merlin. tom. 2. cap. 29. num. 16. Reg. Reuert. decis. 14. 40. 46. 56. 226. & 260.* vbi aduertit, *Cap.* prædictum *vulgaris famæ proloquium*, fuisse temporale factū ad Regis beneplacitum, non sub Regia dignitate, & propterea Regis morte extinctum: quicquid in contrarium dixerint *Camill. de Medices cons. 143. n. 11. & D. Cons. Prat. respons. fiscal. 2.* in Regno pœnam cōtra extorquentem esse dumtaxàt pecuniariam: nam ipsis obstant iura, rerumq; iudicatarum authoritates.

In causa Regij Fisci cum Thesau-
170 rario Principatus citrà, postulato de mala administratione, & fiscalibus exactis, Regiæq; Curiæ non persolutis, qui fuit damnatus ad priuationē officii, & ad relegationem per lustrū, vt decisum refert *R. Reuert. decis. 40.*

In causa Mazzoli Custodis portus, inquisiti de indebitis exactionibus, & potestate per ipsum data ad extrahenda victualia, damnati ad inseruiēdum Regijs triremibus, idem *R. Reuert. decis. 14.*

Bartholomęus de Peris, Quæstor Cāpaniæ Fœlicis, accusatus de fraudibus, & extorsionibus, fuit damnatus, vt persolueret R. Curiæ aureorum quinque millia, redderet Vniuersitatibus pecunias extortas, ac per septennium in Regijs triremibus inseruiret, *Reg. Reuert. dec. 260.*

Io: Baptista Gazzella, Brutiorum Portulanus, inquisitus de prauo regimine sui muneris, & nonnullis culpis, officij ademptione simul, & deportatione castigari meruit, *R. Reuert. decis. 64.* quam etiam rescribit *Reg. Rouit. in fin. 2. vol.*

Petrus Pyrrus M.C.V. Actuarius

inquisitus, quòd accepisset pecunias, quas daret Iudici, litigatori ideò pollicitus hilarem litis euentum, cecidit officio, & fuit relegatus, *Reg. Sanfel. decis.45.lib.1.* qui *decis.166. num.20.* alium refert casum, nec non *Reg. de Marin.lib.1.quotid. cap.291.*

Iulius Cœsar Guadagna Reg. Curiæ Notarius, conuictus, quòd in officio commisisset crimina, fuit per Regiam Iunctam, die 5. Decembris 1628. referente *D.Reg.Rouito*, condemnatus ad subeundas pœnas corporales, & priuationis officii, vt ipsemet *R.Rouit.* testatur *cons.104.in princ.vol.2.*

Paulus Oliua Telonarius Ciuitatis Caietæ, paritèr conuictus, de delictis commissis in officio, à Reg. Iuncta fuit per decennium relegatus, ac officio, & beneficio orbatus, *Præs. Merlin.tom.2.controu.cap.28. n.13.*

Contra Ioseph Raparum Thesaurarium Apuliæ Pencentiæ, officij publicatio fuit decreta, & illius applicatio Regiæ Curiæ, ob delicta in eo commissa, *Capyc. Latr. consult. 33. in princip.*

Ex quo euidentèr colligitur, de-
171 cipi dicẽtes, pœnas priuationis officij, & personales ob extorsiones, habere locum tantummodò in Officialibus iurisdictionem exercentibus, quãdo oppositum, tàm sœpissimè decisum inspicitur. Itaq; temeritatis nota inurendus esset ille, qui ab hac veritate gratis deficeret, quæ eruitur ex verbis *text. in l.1.ff.ad l. Iul.repet.* ibi: *Quo alio officio, munere, ministerioq; publico,* ac ex nostris legibus municipalibus, in *Cap.* Caroli II. *ad hoc volentes,* cum cœteris supra indicatis. Idcircò non immeritò pluries decisum, quòd Officiales, etiam iurisdictione non vtentes, officium ademptũ defleuerint pendente inquisitione, *R. Sanfel.dec.61.tom.1.*

Præterea Actuarius est Officialis, &
172 quodãmodo aliqualem iurisdictionem exercet, estq; de substantia iudicij, & comprehenditur in *Rit. M.C. 49. & in Const.Regn. scire volumus,* vt notant *Gizzarell. decis.24. Thor.to.1. comp.decis. verb.remissio vasal. Danz. lib.1.de pugn. DD.tit. de Offic.in gener. cap.3.num.4. & de offic. Actuar. cap.1. num.1.* & alij, quos adduxi in *d. rit. 49.n.9.lib.1. Reg.Rouit.decis.71.n.49.* Deniq; si ita est definitum in Notario Regiæ Curiæ, qui vt dicit *Lanar. cit. cons.22.* non habet officium; enimverò tantùm dictat, & scribit; quanto fortiùs in Actuario; præsertim vini, cui totum incumbit, vt patet.

Quinimò *lo: Berard. Muscatell.* om-
173 niũ praxim scribentium facilè Princeps, *in prax. crim. tit. de cognit. seù probat. delict. rubr. de iudic. corrupt. nu. 54. pag.661.* aduertit, pœnas statutarias constitutionum, capitulorum, & pragmaticarum, non comprehendere Actuarios, cœterosque Curiales, vtpotè qui delinquentes in officijs, extorsiones, corruptelasq; committentes, subsunt pœnis Iuris communis, puniendi ad instàr grassatorum, *l.3.ad l.Iul.repet. l.2. de concuss. l.1. §.1. de falsl.1.in princ.de sicar.* quæ Iura refert *Glos.in indic. l.3.* ac dicunt nonnullæ *Prag.sub tit.de commiss. non destin.* & concinit *Pragm.5. de Actuar.* incip. *Ferdinandus, in fin.* ibi: *Nec minus extraordinaria iuxtà nostrum possit puniri arbitrium,* & mirificè obseruat *Muscatell. loc.mox cit.n.55. R. Sanfelic.decis.45.n.3.lib.1.* ac memini in *rit.14.n.11.lib.1.* & re vera, quodcumq; vel graue supplicium appellari debet mite huiusmodi hominum generi, qui atrociùs grassantur, quia tuti Iustitiæ galea, clypeoq; authoritatis legum defensi, in ipsa Vrbe, coràm Principe, Patribusq; quã prædones, qui in syluis, nemoribusq; non equidem citrà incõmoda, periculaq; delinquunt, *l.1. C. de diuers.Official. lib.12. l.Iudices, C. de dignit. eod. lib. Mastrill.de Magistr. lib.6.cap.8.n.44. D.Reg.Galeot.respons.fiscal.15.n.152. Giurb.cons.44.n.16.*

Quæ pœnæ possunt etiam esse ca-
174 pitales, sicut historiæ meminerũt de ijs, quibus in huiusmodi delinquentes vsi fuere Cambyses, Darius, Alexander Seuerus, & alij, *Valer.Max. lib.*

Digitized by Google

lib.3.cap.3. Alex.ab Alex. dier.genial. lib.3.cap.5. Balduin.in l.25.legum duodecim tabularum, Menoch. de arbitr. Iudic.cent.4.lib.2. cas.342. Surgens de Neapol.illustr.cap.17.n.20. & nonnulla scripsi in *indic.rit.14.n.10.lib.1.*

Nec distinctio officij empti, vel
175 gratuiti, tradita à *Cravet.cons.6.* cui adhærent *Roland. cons.18.vol.3. Medic.cit.loc.* quos refert *Prat.mem.loc.n.50. Gabriel.cons.171.nu.4.vol.2.* apùd *Ginrb. cons.44. n.34. Farinac.cons.5. vol.1. & cons.111.vol.2.in fin. Franc. Marc.dec.199.n.3.p.2.* & à *Rota Rom.* pluries decisum fuit in *dec.769.n.11. p.1.in nouiss. diuers.& dec.812.n.19.* Obicē ponit. Quandoquidē in vtroq; inest clausula: *donèc fidelitèr se gesserit.* Emptio enim essentias rerum, atque adeo naturam officij non mutat, vt cōtra *Cravet.* cōmunis dimicat opinio, quæ est vsu recepta pro quolibet officio in Regno, *Francis.de Amicis de his, qui feud. dar.pos. n.1. pag.6.* ac explosa memorato *Cravett. cons.6.* notat R. *Rovit.cons.104.n.14.* ibi: *Allegare, quòd hac facultas nominandi non fuit gratiosa, & propterea cessit illius ademptio ex culpa nominantis, Truffa est: nam non propterea efficitur alterius naturę, quàm si officium gratiosè concessum*; & Aymonem fuisse lapsum, doctissimè, ac solidissimè iuxtà morem, scripsit R. *Galeot. respons. Fiscal.15.n.130.* notans, in dies sic determinari per Reg. Iunctam Iudicum Delegatorum, & *n.121.* deterioris esse conditionis illum, qui emit officium, licèt à Principe, quòad faciliorem remotionem, illo, qui gratis accepit, *Merlin.cap.28.* inuehens cōtra memoratas Rotæ decisiones, & post alios *Cafar. in specul.qq. peregr. q.2.ex n.17.* qui *n.23.* tuetur *Aymon. Cravett.* benè loquutū, nempè in casu, quo feudatarius non delinquit in essentia essentiali feudi, hoc est in fide; sed quando vasallos grauat, cogitur feudum vendere, iure accepto pretio, & proindè malè fuisse inductum ad excusandum Officiale.m, qui in essentia essentiali cuiuscunq; officij deliquerit, quiq; basim, donec benè, & fidelitèr se gesserit, euerterit, vel concusserit. Quę quidem ratio militat, tàm in officijs emptis, quàm gratiosè, siue ex meritis concessis, quibus pretium non est pretiosiùs.

Hæc dicta esse profectò recrude-
176 scentis animi furores, putabunt nōnulli, non equidèm qualia sunt, obsequia voluntatis obsequentis. Nequit Fiscalis absq; eo, quòd truscm vultum simulet, præseferatq; Regiarum causarum, vel clypeus ictibus adesse, vel vulneribus dictamnum; veluti, si idem esset cōtra Reos calamum acuere, ac humanitatem exuere; quando decet, operæq; pretium est, veritate, fidelitateq; perspectis officio satisfacere, tacita quadam vi vrget, vel synderæsis. Planè credat quisq; si ob muneris, quo fungor, religionem, & obtemperantiæ necessitatem calamus sęuitiam redolet; cor ob naturæ propensionem, & liberam voluntatem, electionem, lenitatem sapit, & iucunditatem. Si enim litigator, vel Reus fastidiat nimiam diligentiam, & sedulitatem Fiscalis, sciat eius muneri iniunctum, vt diligentissimè lites persequatur, & nullam moram, vel dissimulationem contrahat in discutiendis, & persequendis iuribus fiscalibus, & quicquid in hoc exequeretur, etsi nimis rigidè circa id se haberet, suæ obligationi cohæret: nàm eius munus, indè malum necessarium, indixit Alexander Seuerus, teste, post alios, Fisci patrono, *Io. Bapt. Larrea allegat.fiscal.2. n.8.& 9.* qui *ibidem*, & *alleg.praced.1.n.10.* notat, Fiscalis officium, sanctum, vtile, & necessarium esse, & diximus in *rit. 2. n.31. lib.1.* interest nàmq; Reipubli-
177 cæ, nè delicta impunita remaneant, *l.ita vulneratus, ff. ad l.Aquil. Annaus Robert.lib.2.rer.iudic. cap.19.* non .n. est crudelis, qui crudeles iugulat, *cap. non est crudelis 23. q.5.* & delinquentes mulctare, atq; iustitiam facere contra criminosos, inter eleemosynarum genera connumeratur, *cap.tria sunt genera, dist.45.* Audiatur

Pe-

Pelagius Summus Pontifex, scribens Iudicibus delegatis per Sedem Apostolicam in *Epist. in cap. qua nos*, 23. q.5. his verbis: *Nec quidquam maius est, vndè Deo Sacrificium possitis offerre, quàm si id ordinetis, vt hi, qui in suam, & aliorum perniciem debachantur, competenti debeant rigore compesci.* Omnia tamen cum veritate, conscientia, & fidelitate animaduertere debet Fiscalis, *Escobar. de purit. proband. par.2. q.8. n.20. & 21.* nàm veritas semper amplectenda est, *l.pen.ff. de probat.* quæ celari diù non potest. Neap.9.Augusti 1667. Discusso pleniùs imminentis Iurgij discrimine in Regia Iuncta deputata per S.E. & in ea suffragia præstantibus Spectabili Dom. Regente D. Francisco Ortiz, Cortes, & DD. Consiliarijs Francisco Rocco (qui & Commissarius) Io: Baptista Hodierna, & D.Præsidente R.C.D.Emmanuele Aluarez Scalera, me Iudice M.C.V. Iura Fisci sustinente, ordine Excellentiss. Domini, manauit scitum. *In causa Regij Fisci cum Iacobo Spirito, inquisito de plurib⁹ excessibus commissis, etiam cum fraudibus, & extorsionibus, intuitu Officij. Die 13. mensis Aug.1667. Neap. Facto verbo. Per Regiam Iunctam delegatam per S. E. fuit prouisum, & decretum, quòd supradictus Iacobus pro Capitibus quarto, quinto, septimo, decimotertio, decimoquarto, decimoquinto, vigesimosecundo, & vigesimoquarto, exulet per biennium ab hac Ciuitate, eiusq; districtu; nec non condemnetur ad priuationem officij Actuariatus Arrendamenti vini, & dictum officium applicetur in beneficium Regiæ Curiæ, & pro capite vigesimotertio sint salua Iura Regij Fisci, & Arrendamenti vini, dispunctis rationibus. Pro cæteris verò Capitibus liberetur, prout præsenti decreto liberari mandatur cum cautione vntiarum auri 50. de stando Iuri in forma; verùm sint salua Iura Regio Fisco super pretensa exactione in futurum contenta in sexto Capite; hoc suum. Penès eumdem Leonardum de Viuo.*

Hinc affabrè notandũ, probationes, 178 quæ aliàs liquidò ex testibus omni exceptione maioribus requiruntur contra ipsos Officiales, *Amod.de syndic.n.168. Paris.eod.tract.in verb. probatio, cap.contra Officiales, Bertaz.tom. 2.cons.crim.71.n.11.* & alij penès *Larream alleg.fisc.43.n.36.* admitti leuiores, & testes quoque non integros, cum Officiales mala laborant fama, vel emerunt officium, *Mascard. de probat.concl.1137. Decian.tit.de repet. cap.38.* Ementes enim officia censentur habere animum malefaciendi, ac indebitè lucrãdi, siue retrahẽdi pecuniam erogatam per corruptelas, *Bart. in l.2.ante n.1. & 2. C. de murilegul. lib.11. Paris.de syndic. vers. dicitur, pag.95. & vers. & primò, pag.* 111. ac conferunt à nobis tradita in *Rit.14. ex nu. 18. lib.1.* Addimus *Christoph. Crusij de indic. p.3. cap.21. ex num.1.* qui ex *Bart.* de officiorum emptoribus ait, quòd pecuniam expendentes pro officijs, præsumuntur indebitè lucrandi, & malefaciendi, & quòd pecuniam acceptantes plus peccant, scilicèt furandi occasionem præbentes, & *Angel.de Aretin. in Nouella 8.cap.1.* eiusmodi venditores, & mercatores appellat baraptarios, qui alijs iustitiã vendunt, & innocentem gregem lupis deuorandam exponunt: cum impossibile sit, ementes officia per simoniam acquisita, sordibus, & residuis non esse plenissima, *D.Antunez Portugall.de donat.Reg.lib.1.p.2.cap.14.*

Quocirca *Senec.lib.1.de benefic.* ap- 179 tè dicebat: *Prouincias spoliari, & numarium Tribunal, audita vtrinq; licitatione, alteri addici, non mirum, quandoque emens vendere, gentium ius est.* Nihil namque absurdiùs, ac pernicioſiùs est, quàm dignitatem quæstu, ordinem pretijs metiri, cum sœpè, aùt furtis, & rapinis, aùt casu quodam fortunæ dentur, & eripiantur, *Bodin. Andegauensis lib. 3. de Republ. cap.8. pag.356.* quia non tanquàm ad Nundinas, & Mercatum, ad Reipublicæ Gubernaculum est accedendum, *Plutarch.in præcep.gerend.Reipubl.* Quarè etiam *Salamon in prouerb.17. nu.16.*

irri-

Digitized by Google

irridebat aliquando stultos, dicendo: *Quid prodest stulto habere diuitias, cũ sapientiam emere non possit?* Sed emẽtes Magistratus irridebunt pauperes Sapientes, aiendo: quid prodest Studiosis habere scientiam, cum Magistratus emere nõ possint. Hinc *Barth. Fumo in summ. aur. ver. officium*, eruit: *Omnis ratio virtutum, & studiorũ tollitur ex eo, quòd non nisi pecunia habentur officia, & plerique, aùt adolescentes, rerum imperiti, aùt opulentiores, quamuis imprudentes, Senatores fiunt.*

Iis quippè, qui pecunia ad Ma-
180 gistratus promoti sunt, affabrè concinunt versiculi Sereniſſimi Psalmẽsis Prophetæ *psalm. 113. n. 4. & 5.*

Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuũ hominũ,
Os habent, & non loquentur: Oculos habent, & non videbunt.

Qui ad hanc rem sic explicari possunt: Simulacra gentium, Magistratus, vt Simulacra Diuum à Gentibus venerantur. Argentum, & Aurum, qui argento, & auro promoti sunt. Opera manuum hominum, quorum fauore, & suffragio promoti sunt, non opera manuum Dei. Os habent, & nõ loquentur, hi sunt, qui nec Populum docent, nec crimina corrigunt, de quibus conqueritur *Diuus Bernard. de consid. ad Eug.* quos *Propheta Isaias cap. 56. n. 10.* appellat, canes mutos non valentes latrare. Oculos habent, & non videbunt, cum impios, scælestosq; homines delinguere viderint, & muneribus obcęcati, quasi non videntes, impunitos prætermittunt.

Insupèr aduertendum dicterium
181 illud decantatum, de generali consuetudine non posse Officiales syndicari, nisi de barattaria, furtis, illicitis extorsionibus, & cõcussionibus, apùd *Guazzin. ad defensam reor. def. 1. cap. 23. n. 8. Io. Laurent. de Rugerio*, virum ingenij, atque eruditionis laude florentissimum, (cuius encomia recensęt *Anus meus ad Gramm. dec. 103. n. 94. & 95.*) *in responso* rescripto *à Lagau. ad Rouit. cit. loc. in princ. Bertaz. cons. crim. 71. n. 3. lib. 2. Clar. q. 73. Rebuff. de appell. in præfat. n. 24. tom. 3.* quam consuetudinem validã aduersùs *Carrab.* præconizat *Calima de syndic. cap. 4. n. 15. Tapp. de iur. Regn. tom. 5. in Const. si Iudex fraudulenter, n. 6. Varg. Machiuc. de synd. iustit. Arag. p. 4. lib. 4. consider. 11. ex num. 18.* simplicitèr, & absolutè intellectum non esse tutum: nam syndicantur etiam de negligentia, atque de retardata, & malè administrata iustitia, ac de iniqua, & iniusta sententia, *Paris. de syndic. verbo negligentia, cap. 1. & seq. Amed. eod. tract. ex n. 69. Farinac. q. 111. n. 390. Affl. in const. volumus, nu. 12. Scacc. de appell. q. 19. rem. 4. Giurb. cons. 71. n. 42.* quod expressè nostra municipali lege caueri videtur in *prag. 1. de syndic. Official.* his verbis: *Parati ostendere quibuscumque querelis contra eos propositis ciuilitèr, vel criminalitèr, siue mixtis, de commissis, & omissis in eorum officio.*

Verumtamèn his in casibus cum
182 prudentia summa procedendũ monemus, talitèr quòd simili existente Statuto in Republica Lucensi, in more ibi positum est, vt syndicentur solùm de dolo, & barattaria, teste *Scacc. de appell. q. 19. memb. 4.* maximè quãdo sententia à pluribus in Collegio dicta est. Non inquàm syndicari debet de sentẽtijs malè latis, nisi euidentèr constet, aùt odio, aùt quæstus gratia ab illo sententias, aùt decreta minus iusta pronunciata fuisse, vel cum causas in Collegio referret, relationem veritati aduersam dolo malo fecisset, siquidem his in casibus, haùd ob sententiã non iure prolatam, sed ob eius iniquitatem, turpitudinemque in syndicatu tenetur, sicut latè probat *Gramm.* qui in propria causa calamũ arripuit, *in cons. 54. n. 3.* & sequuntur *Berart. cit. tract. specul. visit. cap. 24. n. 55. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 10. ex n. 159. Bouadil. lib. 3. cap. 5. n. 55. & lib. 5. cap. 4. n. 60. Larrea dec. 98. n. 59. Simac. lib. 6. de Republ. c. 24. num. 4. Solorz. de iur. Indiar. lib. 4. cap. 8. n. 55. & in polit. Indiar. lib. 5. cap. 10. Farinac.*

Digitized by Google

nac.conſ.64. ex n.10. Giach. in conſil. ſyndicat.num.46. R.Rouit.in prag.1.de ſyndic.n.39. D.Galà de viſit. Magiſtr. integra *obſernat. 8. de Angelis de officiał.Baron.cap.270.* An verò teneantur pro ſententijs prolatis contra communem? *Ludou.dec.7.* & pro deliĉtis familiæ? *Balb.dec.500.* ac dicam in *ritu.*

Ideoq; in re dubia non ſyndican-
183 dũ Officialem, ſcripſere *Soccin.conſ. 132.n.5.tom.2. Giurb.conſ.72. nu.21. Turrett.conſ.4.n.39.* nec fieri debere ſcrupuloſas inquiſitiones, admonent *Pariſ. de ſyndic. in princ. Clar. q.73. Teſtay alleg.9. n.201. Gramm.conſ.54.* nec rigidè agendum, *Bec.conſ.1.n.17. Turret.conſ.4.n.89. Bertanz. conſ.38. n.10.conſ.50.nu.13. & conſ.62. n.28.* nec deniquè minutijs, & leuibus curãdũ, *Tiraq.de rebus exigu. n.13. Giach.* poſt *Clar. in conſ.ſyndic.n.44. Seſſe in quæſt. de ſyndic. n.6.* poſt *tractatum de inhibit. Alex. Raudenſ.* videndus *tom. 1.reſponſ.50.num.519.* quod exarauit ad inquiſiti Officialis defenſam, per *numeros 721.*

Poteſtas præterea, ſeù Capitaneus
184 imperitus excuſatur, ſi voto Aſſeſſoris aliquid decreuerit, atque Aſſeſſor ille ſtare debet ſyndicatui. Gubernator enim omninò obſtringitur ſequi illius conſilium ſub pœna nullitatis actorum geſtorum, *l.1.ff. de offic. Aſſeſſor. Speculat.in tit.de Aſſeſſ.in princ. Azzo in ſum.Cod. tit.eod. Dec. conſ.7. Curt. conſ. feud. 2. col.2. Archidiac.in cap.ſtatutum, n.13. de reſcript. & Cagnol.in l.diem functo, n.12. ff.de Aſſeſſ.* ad quod etiam notabilis eſt *text.in c. nouit, ſub tit.de his quæ fiunt à Prælato ſine conſ.Capit.* ibi: *Nouit tua diſcretionis prudentia, qualitèr tu, & fratres tui vnum corpus ſitis, itaq; tu caput, & illi membra eſſe probantur, vnde non licet te, omniſſis membris, aliorum conſilio in Eccleſia tua negotijs vti, cum id non ſit dubium, & honeſtati tuæ, & Sanctorum Patrum conſtitutionibus cõtrà ire,* & annuunt *Bart. in l.Titium, aùt Meuium, verſ. & eumdem, ff. de adminiſtrator.tutor. Lac.de Penn.in l. omnes Iudices, C.de Decurion.lib.10. Io: Anton.Niger in cap. Regn. Item, quòd prædicti, Vant. de nullitat.tit.de defectu Iuriſdict.22. 151. verſ. ſi igitur, Cancer.3.variar.cap.17.ex n.387.* deciſum refert *Fontanell. de pact. nupt. gloſ.10. clauſ.4. n.162. Reg.de Pont.de poteſt.Proreg. tit.de delegat.cauſar. nu. 25. Capiblanc.de Baron.p.2.cap.17.n. 2.* quod etiam dixerit conſilium *Pariſ.de Put.de ſyndic.verb.in princ.*

Aſſeſſor proindè frater, & ſocius
185 Poteſtatis dicitur. Hinc mihi, vti Conſultori Ill. & R.Regij Cappellani Maioris, deberi immunitates, quæ ipſi conceduntur, ſcripſi ſequenti reſponſo. Cum iuſſu Excell.Dom.Proregis munus obeã Conſultoris penès Ill. & Reu. Cappellanum Maiorem, inſtantèr petij, vt immunitates, & exemptiones mihi concederentur, ab omnibus huius fideliſſimæ Ciuitatis oneribus, quæ ipſi Regii Sacelli Præſidi, atq; ipſi Regio Sacello indulgentur.

Primò itaq; adduxi, mihi tanquàm
186 Sacellani Maximi Aſſeſſori, & Conſultori, omnia ea priuilegia deberi, quæ Aſſeſſoribus, & Conſultoribus elargiti ſunt, *vt Honorius, & Theodoſius Imperatores* reſcripſerunt *in l. nõ minus*, aliàs *l.non parum 11. Cod. de Aſſeſſ.* ibi: *Ab omni indictionis onere prorsùs immunes eſſe, præcipimus.* Deindè, quia citrà controuerſiam poſitum eſt, Conſultoribus, & Aſſeſſoribus eas deberi immunitates, quæ Magiſtratibus, quibus aſſident, ſpectant: cum in *add.l.non minus*, apertè dicatur: *Non minus Aſſeſſoribus maiorum Magiſtratuum, quàm ipſis Iudicibus, &c.* Perſpicuum autem eſt, Cappellanum Maiorem (cuius Aſſeſſor eſt, & Conſultor, Reg. Conſiliarius) ab omnibus oneribus huius Ciuitatis eximi; quarè Ipſe etiam Conſiliarius ab ijs eximendus ſum.

Neq; obijciatur, memoratam le-
187 gem, & pro quibuſdam dumtaxàt Miniſtris latam eſſe. Nàm primò nõ derogat vniuerſalitati legis, quòd ibi feratur; & ad eos dirigetur, vbi, & in qui-

Digitized by Google

quibus difficultas suborta est. Deindè cum lex ista in volumine Iuris cõmunis inserta reperiatur, liquidò cõstat, non particularem, aùt localem, sed generalem, omninò dicendam esse, vt notauimus in *Rit.* 288. *n.* 23. *hoc 4. tom.*

Præsertim, quia omnes Iuris In-
188 terpretes generalitèr illam semper interpretati sunt; cum inde tanquàm axioma inconcussum apùd omnes illud emanauerit; Assessoribus Magistratuum prærogatiuas omnes, ac exemptiones deberi, nihilo seciùs, quàm ipsis Magistratibus, quod accuratè aduertit *Christophorus Lanfranc. in tract. de priuil. Doctor. tom.* 18. *num.* 44. *fol.* 22. per hæc verba: *Maximè, quia Iure cautum est, quòd Assessoribus Potestatis idem fere honor, & eadem immunitas debetur, qui, & quæ ipsi principaliori Magistratui, casus est in l. non parum, C. de Assess.* Hactenùs *Lanfranc.* Idemq; adnotauit *Xamar de offic. Iudic. & Aduoc. 1. p. q. 2. nu. 20.* ac receptissimam hanc sententiam, *Paris. de Puteo tract. de syndic. verb. Assessor, n. 6. vers. priuilegium*, disertis hisce verbis confirmat: *Priuilegium concessum Potestati, extenditur ad Assessores, qui sibi subsunt, Glos. in l. restituenda, Cod. de Aduocat. diuers. Iud. verb. facundissimi, Glos. in l. & suum, §. vlt. D. de pact. secundùm Ang. ibi, & æqualis honor debetur Assessori, qui debetur ei, cui assidet in causis peragendis, l. 1. D. de offic. Assessor. quia est Socius, & Consiliarius, l. 1. C. eod. tit. quæ nota ad multa.* Hactenùs *Paris de Put.*

Hoc enim declarauit Inuictissimus
189 Philippus, nulli Secũdus, nisi nomine tenus: scribens enim anno 1569. Duci Cõplutensi, in hoc Regno Proregi, præcepit, vt eas ipsas honorum, ac immunitatum prærogatiuas Consultori tribuat, quæ ipsi Regij Sacelli Præsidi tribuenda sunt, vt videre est in Indice librorũm Regię Iurisdictionis. Et quidèm iure merito: etenim, vt legitur in vna *Nouella Theodosij, & Valentini* Imperatorum, *de postulando*, rescripta *in l. fin. C. de Ad-*

uoc. diuers. Cappellani Maioris Consultor, alter Maximus Sacellanus est, vt ea verba apertè innuunt: *Præfectorum vices agit Assessor*, & quæ subduntur: *Vicarię vices agit, Vicarię dignitatis Assessor*. Quòd autem præcipuè muneris particeps sit Consultor, ostendit *Sidonius epist. 3. l. 1.* his verbis: *Vnde te etiam par fuerit priuilegio vti Consiliariorum Præfecturæ, in quam participandam deposceris*. Ac multis exornat *Iulius Cæsar Bulenger. tract. de Imperatore, & Imperio, l. 2. c. 21. de Amicis, & Assessorib. fol.* 147. vbi fusè, ac solidè docet, Assessores olim vocatos fuisse Participes, ex *l. 1. C. si Rector Prouinc.* ibi: *Participes, id est Consiliarios, & Domesticos*, & ex *Ausonio in Idyl. 2.*

Hinc Philippi Secundi mens fuit,
190 assumendos esse ad hoc officium exercendum viros dotibus egregijs, ac insigni eruditione, & prudentia pollentes: nàm ex *Primoribus Aduocatorum sumebantur Assessores*, dicit *Sidonius Apollinarius lib. 1. epist. vlt. & lib. 5. epist. 10.* vbi multa eruditissimus *Ioannes Sauaro in notis, Cassiodor. lib. 8. epist. 12.* dicens: *Decet tractatores habere doctissimos, quibus potestas summa committatur*: cum in eo munere illud apprimè pensitandum sit, quod *Cassiod.* subdit: *Quando illius consilio te vides esse sociatum, qui nostri Imperij tractat arcanum.*

His adde, Cappellani Maioris Cõ-
191 sultorem, etiam antiquis tẽporibus Vicariorum priuilegia habuisse; in eo enim munere cooptatus, censetur ad Vicarij dignitatem euectus, si audiamus *Iulium Cæsarem Bulengerum d. lib. 2. cap. 21. fol.* 147. *lit. F. verb. prærogatiua*, vbi *prærogatiua*, inquit, *Consiliariorum, qui Illustribus assidebant, erat, vt Vicariæ dignitatis priuilegio gauderent.* Quis autem ambiget, quòd si Regij Sacelli Præses Ministro vteretur, qui Vicarij non munus dumtaxàt, sed & nomen haberet, ijs immunitatibus, & exemptionibus frueretur, quas expostulo, Consultoris quidem nomine insignitus, sed tamen

Digitized by Google

Vicarij munus pleniſſimè obiens: ſiquidem in ea Vrbe, in eo Regno degimus, vbi Vicarij omnes ad vnum, ſuorum Prælatorum immunitatibus fruuntur.

Accedit demùm, quòd Regium
192 Sacellũ, eiuſq; Clerus, cui Conſultor vice Iudicis ordinarij fungitur, gaudet omninò immunitatibus, quæ poſtulantur. Quòd ſi Auditores Generales Exercituum, ſuorum Militũ priuilegijs gaudent quòad forum, & exemptiones: vtpotè qui Iudicis ordinarii munus exercent, vt aduertit, & ſolidè probat *Conſ. Patign. in comment.* quæ inſeruit *Reg. Rouit. in prag. 11. de milit. n. 26.* & quòad exemptiones citra omnem dubitationis aleam poſitum eſt; potiori iure Cappellani Maioris Conſultor exemptionibus ipſius Clero conceſſis frui paritèr, & ipſe debet, quando fori priuilegium, quod Auditoribus Exercituum participatur, longè maius eſt priuilegio immunitatũ. Nec Auditoribus Exercituum dumtaxàt, ſed & Caſtellorum Auditoribus immunitates, & fori priuilegium, quæ ad Milites in hijs Caſtris commorantes ſpectant, in hac fideliſſima Vrbe, ac Regno permittuntur, quod omnibus perſpicuum eſt.

Conſultor tamen, non Iudex dum-
193 taxàt eſt, vt Exercituum, & Caſtellorum Auditores; ſed etiam Cappellani Maioris Socius, ac penè Collega, vt ex *Codice Theodoſiano de Comitibus*: *Qui Illuſtribus agentibus adſederunt*, & ex *tit. de Aſſeſſoribus*, animaduertit *Iulius Cæſar Bulinger. loco laudato, fol. 147. lit. C.* ibi: *Comites dicuntur, & lit. D. in Codice Theodoſiano*: *Conſiliarij nuncupantur Adminiſtrantium Socij*, elegantèr *Cuiac.*

Quod autem ſocij, ſociorum pri-
194 uilegijs perfruantur, nõ ſolùm docemur ex *text. in l. 1. C. de Aſſeſſ.* cum doctrina *Paridis de Puteo ſupra laudata*; ſed etiam ex *text. in Clem. vlt. de celebrat. Miſſar. & confirmat.* Gaudent enim Emin. Cardinalium ſocij priuilegio, quo ipſimet DD. Cardinales potiuntur: recitandi ſcilicèt officia breuiora; quod notauit *Gloſſ. vlt.* quam communitèr *DD.* ſequuntur apùd *Suar. lib. 8. de leg. c. 11. n. 7.*

Illud hic obijci poſſet, Sacellum,
195 & Clerum, quibus talis Sacerdos præeſt, frui quidem immunitatibus, & exemptionibus; ſed titulo Clericali, cuius profectò particeps eſſe, nullatenùs poteſt Conſiliarius, vtpotè Laicus. Verùm inficiari nemo poterit, in Iure, Iudici munus Iudicis exercenti; non Iudici vti homini, priuilegia ſubditorum permitti: etenim Exercituum, & Caſtellorum Auditores priuilegijs Militum gaudent, cum Milites ipſi non ſint: munus etenim, & non perſonæ dotes, & inſignia ſpectanda ſunt. Hæc, vt meo muneri ſatisfacerem, dixi.

Cæterùm Poteſtati, atque Prouin-
196 ciarum Præſidibus, de facto facere aliquid volentibus, Aſſeſſores pertinacitèr reſiſtere debent, ex *text. in l. quoniam, la 2. C. de appellat.* quem laudant *Gloſſ. in l. prohibitum, verbo reſiſtentibus, C. de iur. fiſci lib. 10. Aſſl. dec. 265. n. 77.* & diximus in *ritu 39. lib. 1.* quem locũ refert *de Angelis de official. Baron. cap. 11.* Ad quod concinunt Iura Regni in *Cap.* incip. *Item caueant*, vbi ſic dicitur: *Et niſi Iuſtitiarijs excedentibus prædictum modũ pertinacitèr reſiſterint, teneantur pœna prædicta.* in *Cap.* incip. *In accuſatis autẽ*, vbi ſic habetur: *Sed ſi Iuſtitiarius, & Præſes abſque Iudicis, & Aſſeſſoris conſilio ad tormenta prædicta proceſſerit, Præſidente punito, excuſetur Aſſeſſor, & Iudex à pœna, ſi fuerit inſcius tormentorum, aùt ſi ſciuit, & pertinacitèr reſiſterit Præſidenti, ad cuius Iudicis, & Aſſeſſoris inſtantiam ſuam, reſiſtentiam pertinacem, quam Notarius actorum audierit, ipſe Notarius ad eamdẽ pœnam in actis redigere teneatur*, & in *Cap.* incip. *Item quòd prædicti Iuſtitiarij*, vbi ſic delineatur: *Et vbi Iuſtitiarij, & Capitanei prædicti non ſeruauerint, Iudices teneantur reſiſtere eiſdem; & ſi eis reſiſtentibus nihilominùs Iuſtitiarij, & Capitanei contra facient, ipſi Iudices teneantur ſignifica-*

re,

re hac Domina Regina, & vltimatim ad præsentiam eius personaliter se conferre.

Quæ quidem repugnatio ab Assessore, vel Iudice facienda, nō manibus, sed verbis fieri debet, vt dicitur in proximè citato *Cap. Item quòd prædicti Iustitiarij, n.* 9. & in *Cap. in accusatis, nu.* 17. ibiq; *de Nigris* laudat hoc asserentem *Luc. de Penn. in l. omnes, C. de Decur. lib.* 10. *sub n.* 18. *in verb. Inferre*, subnectens sufficere, si Præsidi legis annunciet consilium: Præsidi autem non leuę imminet periculum, si consilium, quod debet audire, motus vitio despicit. Omnia verò agat lepido modo enarrato à *D. Reg. Tapia*, loco à me adducto in *cit. rit.* 39. *n.* 11. *lib.* 1. & iterùm in *rit.* 288. *num.* 79. *hoc* 4. *tom.* Plures autem quæstiones circa Assessores, & Præsides, ac de sequendis eorum consilijs, alijsque scitu dignis, videas ibi apùd *Lucam de Penna*, qui satis doctè, & eruditè, præter alios, illam legem interpretatur; & rationem, quarè pertinacitèr resistere debeat? adducit ipsemet *Io. Ant. de Nigris in mem. cap. Item caueant*, quia si minime contradicit, consentire videtur, & in dubio Assessoris consilio factum fuisse presumitur, ex *Bart. in l. diem functo, C. de offic. Assess. num.* 4. quia omne factum, ab Assessoribus gestum esse intelligitur, iuxtà *Gloss. & Cyn. in cit. l. diem functo.* Hinc infert *Paris in verbo, Assessor, cap.* 2. *n.* 11. quòd Potestas,
198 si de Assessoris consilio sententiam tulisse alleget, ad hoc probandum, probatione minime indiget, ex quo de Assessoris consilio semper facere, lex præsumit, ex *Cyn. in indic. l. diem functo, & Lud. in l. hoc edicto, ff. quod quisque iur.* admonente, quòd si Magistratus iniquam sententiam tulerit, quòd tunc Assessor ibi assistens protestari debet, vt minimè teneatur, *l. quoniam Indices, C. de appell.* quam exornant *Boer. dec.* 153. *ex n.* 4. *Lancel. de attent. app. pend. ampl.* 15. *n.* 16. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *centur.* 4. *cas.* 368. *Stasil. in tract. de liter. iustit. vers. di-*

cendum est modò, n. 26.

Quis verò teneatur de defectibus Assessoris? alibi scribimus.

Libellus autē porrectus cōtra Of-
199 ficialem in syndicatu, absque solēnitate prodita in *l. libellorū, ff. de accus.* an debeat admitti? R. *Tap. de Iur. Regn. tom.* 5. *tit. de accusat. sub n.* 8. recenset affirmatiuè decisum, & reiectas fuisse quærelas, in causa syndicatus Doctoris Salamone cum Ciuitate Aquilæ, hancque aleam tuetur *Nouar. dec. Apul.* 234. ex *Mauson. de caus. execut. ampl.* 28. *sub n.* 20. conferuntq; tradita à *Campag. in Cap. item statuimus, quòd Iustitiarius, n.* 40. ex *Ang. in* §. *necessitatem, Auth. vt Iudices sine quoque suffrag. Paris de syndic. verbo sententia, c.* 5. *Amad. Iust. in eod. tract. in princ. Marant. in prax. par.* 6. *vers. & quandoque, n.* 35. *Cumia in pract. syndicat.* integro *cap.* 24. Contrarium tamen obseruatum vidi in M. C. V. ea quippe ratione, quia in causis proceditur sola facti veritate inspecta, ex *Cap. detestantes*, inserto in *Rit. M. C.* 288. quo casu cessare dispositionem mem. *l. libellorum*, monuit *Marcell. Calà de modo artic. glos.* 4. *n.* 24. censentur enim sublatæ omnes Iuris positiui solemnitates, *Mynsing. singul. obseruat. cent.* 2. *obser.* 44. *Ioach. Scain. dec. Bonon.* 75. *sub n.* 19. Propterea *Anton. Rondinell. in tract. de syndic. Official.* scripsit, in huiusmodi syndicatus
200 causa vigore memoratæ clausulæ, minime requiri petitionem in scriptis, nec seruari ferias, quinimò agi sine strepitu, & figura iudicij, feriis quoque in honorem Dei non attentis, & non dissentit *Barbos. in tract. de clausul. clausul.* 101. *n.* 7. ipsisque relatis decisum memorat *Thor. p.* 3. *compend. decis. sect.* 2. *verbo libellus porrectus*, & addo *Bald. cons.* 178. *n.* 3. *lib.* 1. quem laudat *Purpuratus Tuscus, verbo syndicatus causa, concl.* 275. notantem, admitti libellum generalem, minimeq; requiri loci, neq; temporis specificationem, dummodo specificatio non fiat, quæ facta probari debet. Quin ipsemet *Paris de Puteo*, qui in suo

sœpiùs *mem. tract. de syndic. cit. verbo sententia, cap. 5. num. 2.* voluit, solemnitates *cit. l. libellorum*, fuisse fauore Rei inductas, ipsoq; neq; opponente iudicium reddi nullum, iuris non seruatis, & non dissentit *Carraba de syndic. p. 2. n. 6. in fin.* excitans quæsitum de eo, qui libellum sine memoratis circumstantijs in causa syndicatus porrexit, opposita ineptitudine libelli, si fuerit in iudicio probatum de criminum substantia, concludit, illum contrariũ minime probantem pœnis forè mulctandum: non enim attenditur nullitas, quando merita causæ aliter suadent, vt in arctiori themate iudicauit Curia Traiectina apùd *Vilhelmum Radelantium decis. 45. & decis. 96. n. 1. & 3.* & fusè indicaui in *cit. rit. 288. & 289.*

His motus dicebam, minime tuta
201 scita S. C. apùd *Carol. Rota in floril. pract. cõcl. 14. n. 60. & Thor. p. 3. comp. sect. 3. v. scriptura præsentari*, definiẽtia, quærelas expositas in syndicatu nullius ponderis esse habendas, si præsentata scripturarum non fuisset facta per extensum, sed per abacum, in scribendo diem, mensem, & annũ, contra sancita in *prag. 10. §. 80. & in prag. 79. §. 8. sub tit. de offic. ludic.* Nec eiusmodi quæstio decisa fuit in M. C. me relatore, in hypotesi syndicatus D. Francisci Iesualdi Gubernatoris Ciuitatis Cauæ, in Banca Pennellæ, vt censet *Marcus Antonius Gœlima de syndic. Official. cap. 3. nu. 30.* & repetit *cap. 4. n. 53.* nec non *p. 2. cap. vnic. n. 5.* quem probè, ac affabrè collimat, quæ in *Thor.* alioſque attestantes emanatas è Senatu decisiones, qui non interfuere, in illis, inuehunt *Præs. Merl. controuers. forens. cap. 69. sub n. 10. lib. 1. Reg. Capyc. Lat. decis. 21. n. 7. dec. 91. n. 13. dec. 111. n. 40. dec. 136. sub n. 27. R. Rouit. dec. 49. n. 12. cons. 88. nu. 25. tom. 1. Gait. de cred. in append. p. 4. nu. 231. 232. & 245.* & notaui *in rit. 244. num. 39.*

Non enim hoc perpendimus, sed
202 alia, quæ in illo facti themate concurrebant, potissimùm lapsum temporis post capitum exhibitionem: ridiculum namq; esset, quæ aliquando sunt magni momenti reijcere, hoc paruulo prætextu, atq; errore Actuarij, non extendentis præsentatas in scripturis; maximè cum præfata *prag.* actus nullitatem non minetur; sed tantùm pœnam, mulctamque ipsis Actuarijs imponat. Regula enim, quòd
203 actus factus contra legẽ prohibentem sit ipso iure nullus, ad *text. in l. non dubium C. de legibus*, quam extricant *Dec. cons. 229. & 360. n. 46. vol. 3. Costa de ration. ratè, q. 82. n. 5. Lapus alleg. 87. Mascard. in conclus. statut. cõcl. 6. n. 38. Ferdin. de Mendosa lib. 1. de pact. cap. 4. n. 39. Anguian. de legibus lib. 2. controu. 18. & lib. 3. controu. 5. n. 10. Suarez lib. 5. de legibus, cap. 28. n 9. Larrea decis. Granat. 7. n. 17. par. 1. & alleg. fiscal. 29. ex n. 26.* multas patitur restrictiones, potissimùm, quòd actus valeat, quando certa adest pœna, *lason. in l. Prætor ait, ff. de non. oper. nunc.* occurrens *Bart.* & alijs contrarium sentientibus, idemq; *Bart. cons. 206. lib. 1.* qui repetit *cons. 26. lib. 2.* parũ sibi constans, & *Ias.* aleam insectantur *Felin. in cap. 2. de testib. Apost. ad Roman. cons. 236. Abb. cons. 91. lib. 1.* aduertitq; *Castr. cons. 62. lib. 2.* quòd regularitèr, quando adest pœna, actus valere debeat, vt sit locus pœnę, cui non esset locus, data actus nullitate; maximè, si actus nullitas tenderet in præiudicium alterius, quàm eius, cui pœna imponitur, ex *l. filius familias, §. fin. ff. de fals. Alex. & Addit. lit. A. cons. 24. vol. 6. Dec. cons. 17.* idem *Castrens. cons. 325. vers. obstat lib. 2.* loquens de pœna imposita Notario cõtrafacienti, *Farinac. dec. 324. sub n. 6. in posth. tom. 2. Burat. decis. 688. ex nu. 12. tom. 3. Canaler. dec. 7. n. 4. Feriz ad Statut. Vrb. cap. 49. nu. 21.* qua de re *Cardinal. Tusch. pract. conclus. iur. verbo actus contra legem, concl. 141. verbo actus nullus, vel prohibitus, concl. 143. verbo lex prohibens aliquid fieri, concl. 269. Alex. Trentacinq. cons. 28. p. 1. & cons. 13. par. 2. Tort. ad Stat. Pap. rub. 48. n. 92.*

No-

Digitized by Google

Nostrarum enim municipalium le-
204 gũ Conditores, desiderantes actus nullitatem, vltrà pœnam, expresse illam indixere, vt in *prag.79. cap. 5. de offic. S.R.C.* demandante, quòd Actuarij non procedant, nec pro Actore, nec pro Reo, nisi exhibitis mandatis Procuratoris, sub pœnis &c. vltra nullitatem omnium actorum ipso iure incurrendam. Et tamen opposita hac nullitate per Ill. Marchionem Serra, compilato processu, in causa cum D. Philippo Viues de Cañamas, in Banca Licti, iudicauimus iunctis Aulis S.C. illam minimè obstare, librantes, mandatum in personã V.I.D. Vincentii Leboffe præsumi extitisse, amissum ex tẽporis longitudine absq; vllo conquæstu, in processu diù compilato, ex his quæ tradit *Reg. Rouit. in Rubr. de procurat. nu. 32. & 33.* & notant *Vant. de nullit. tit. qualit. sententia, n. 103. Lancellott. de attentat. p. 1. c. 1. num. 63. Beltramin. ad Ludouis. dec. 176. n. 13. Thesaur. dec. 7. Card. Caualer. dec. 41. Fõtanell. dec. Cathal. 199. ex n. 8.* ex productione scripturarum, & impensis in actis factis ab eodem Vincentio, *Bart. in l. vulgò, in fin. ff. de adminis. tutor. in l. maritus, n. 3. C. de procur. Alex. in l. cum seruus, ff. de verbor. obligat. Cassador. decis. 3. ex n. 4. Puteus dec. 209. lib. 2. Scacc. de Iudic. cap. 111. n. 35. lib. 1. Roman. cons. 486. n. 31. Ludouis. dec. Rot. 44.* qua de re *Gratian. discept. forens. cap. 90. à nu. 13.* ac fuisse mandatum nouitèr exhibitum ex tunc, actum in personam eiusdẽ Leboffi, etsi limitatũ ad causas actiuas, & ad certum tempus. Hinc similia mandata ab exteris facta existimãtur à S.C. etiam ad defendendum; aliàs enim Reus, qui dum taxàt procuratorem constituit ad agẽdum, fieri posset contumax, & in contumaciam condemnari, iuxtà *text. in cap. constitutus 12. de procurat.* ibiq; *Glos. verb. Ad agendum, lit. D.* & ad certum constitutus tempus, lite contestata, prosequi iudicium potest, etiam illo effluxo tempore, *Riminald. iunior cons. 71. n. 13.* Maximè, quia constitu-
205 tus ad exigendũ, censetur etiã constitutus ad defendendum reditũ, quẽ percipere debet, atq; ita potest contineri actione reali, *Reg. Rouit. cit. loc. nu. 42.* post *Præs. de Franch. decis. 177. n. 5. Reg. Reuert. dec. 574. Reg. de Pont. in cons. 91. n. 4. & 5. tom. 1.* illis verbis: *Poterit etiam principalem defendere, tanquàm necessarium antecedens exactionis faciendæ, quia nisi defendat, non poterit exigere, & ad finẽ, vt exigat, censentur mandata omnia ea, per quæ ad illud peruenitur,* ex *Castrens.* & aliis *in l. ad rem mobilem, ff. de probat. Riminald. iun. cons. 11. n. 8.* & videndus *Thor. p. 2. compend. decis. verb. Procurator absentis.* Et tandèm in terminis Statuti requirentis productionem mandati, aliàs quòd nullus admitti possit in iudicio, & acta sint nulla, sufficere mandatum præsumptum, vel ratificationem principalis, non obstante quòd Statutum requireret registrationem mandati in actis, adducuntur *Ferentill. ad Buratt. decis. 593. n. 15. Ludouis. decis. Rot. 44. num. 6. Rot. Bonon. decis. 116. n. 42. in Statuarijs diuersorum.*

Nùm autem Syndicatores merum,
206 & mixtum Imperiũ, tanquàm Delegati, peculiaritèr habeant? Antinomia est inter *Campag. & R. Rouitum.* Ille enim in *cit. Cap. Itẽ statuimus,* cogitat, quòd tale retineant Imperium, tanquàm Iudices ordinarii, & cum eo residere videntur *Carauit. in rit. 295. n. 23. & 24. & Paris de synd. verbo an Syndicatores debeant habere salarium, n. 1. in fin. Berart. in specul. visit. c. 3. ex n. 5. Surg. de Neapol. illustr. cap. 17. num. 32.* Sed *Reg. Rouit. in prag. 1. n. 11. de syndic.* contrarium censet, post *Bart. & Innoc.* affirmatque, illos vti Delegatos à Principe procedere per Regias Sanctiones, ex quibus est eis Regia facultas impartita procedendi contra syndicandos; & Iura, quæ in contrarium adduci possunt, sermocinantur non de Delegato à Principe, sed ab inferiore, qui strictiorem habere videtur potestatem, *Abb. in cap. significasti, de offic. Delegat. & in cap. si*

quis

Digitized by Google

quis contra Clericum, col. fin. de foro competenti, Alex. in l. à Diuo Pio, ff. de re iudic. atq; *Rouit.* insequuntur *Carol. Rota in florileg. pract. conclus. 14. n. 51. & Thor. in C. rer. iudic. ciuil. & mixtor. cas. 66. nu. 54. fol. 241.* Hinc *Mastrill. de Magistr. lib. 6. can. 1. n. 31.* affirmat, Visitatores à Principe electos esse Delegatos ad vniuersitatem causarum, post *Menoch. de præsump. lib. 2. q. 16. n. 36.* à quibus dissêsit P. *Fragos. de regim. Reipub. p. 1. lib. 7. disp. 23. de offic. Syndicat. §. 1. n. 17.*

Possunt itaque ab eis latam sen-
207 tentiam exequi facere, vt in *prag. 1. de syndic. officiat.* non verò mortis, vel membri mutilationis, M. C. V. inconsulta, *Anton. de Nigris in mem. cap. Item statuimus, n. 22. Rota cit. loco num. 52.* quidue existente appellatione? *Viu. dec. 188. n. 1. Auiles in cap. Prator. cap. 10. glos. appella. sub n. 2. Thor. add. cas. 66.*

Cum ergò Syndicatorum iurisdi-
208 ctio ab ipso fluat Rege ad M. C. siue ad Regias Audientias, & non ad Barones primas, vel secundas habentes causas (quibus non licet se ingerere in his syndicatibus, nec in præstando patrocinium, nec tutamen, *Capibl. de Baron. prag. 5. ex n. 95. Neuar. de granam. vasall. granam. 290. tom. 1. Thor. p. 1. compend. dec. verbo Barones an possint*) appellandum est ab illorum sententia, vel decreto, argumento eorum, quæ dicunt *Capyc. decis. 9. Gramm. dec. 46. Cumia in pract. de syndic. c. 14. n. 28. Magar. dec. Florent. 87. nu. 1. Card. Tusc. pract. conclus. 543. nu. 35. lit. I.* & hanc aleam sustinent *Garuit. in hoc Rit. ex n. 23.* ductus ratione à *Gramm.* adducta *in cit. dec. 46. nu. 4.* vt ibi obseruat *in annot. vers. adde Garau. Præs. de Franch. dec. 511. sub n. 2.* (& ibi *Amend. n. 6.* cœteriq; *Addentes*) dicens, contrarium obtinere non potuisse D. Federicum Longum, Aduocatum sua tempestate nemini secundum, & postea integerrimum Fisci Patronum, *Borrel. consil. 85. Mari ad Gramm.* post *Garau. dec. add. 46. nu. 11. Carrab. de syndic. p. 1. n. 24. & p. 2. n. 118. & sing. 180. Affl. in Constit. Magistrorum, prim. notab. Franc. Pand. de syndic. q. 81.* quidquid, reprobato *Garuita*, dicat *Anton. de Ballis tract. var. lib. 6. tit. de syndic. Official. q. 8.* qui loquitur de obseruantia Regni Siciliæ. Maximè cum de delictis Offi-
209 cialium nulla cognitio ad Barones, siue in prima, siue in secunda instantia, spectet; sed ad M. C. *Franch. dec. 274. in fin. & 407. num. 1. Amend. ad Franch. in cit. dec.* & latè diximus in *Ritu 49. lib. 1.* & Regias Audientias, si *Capiblanc.* ex *Reg. Tapia lib. 2. iur. Regn. sup. ritu 48. n. 8. de offic. Magist. Iustit.* vera fatur, *in prag. 5. n. 70. de Baron. t. 1.* etiam rempore syndicatus patratis, §. *illud*, secundùm *Glos. in verbo mortis, Auth. vt Iudices sine quoque suffrag. Cotta in memor. verbo Dignitas, Farinac. de delict. q. 17. n. 38.* quod declarat *Anus meus ad Capyc. dec. 27. n. 6. & Sesse de inhibit. cap. 30. §. 1. ex n. 163.*

Iniuria propterea facta Officiali in
210 syndicatu sistenti atrox dicitur, ac si in officio actu existeret, *Marsil. sing. 179. Farinac. de delict. & pœn. q. 17. n. 38. de Franch. dec. 403. num. 1. & dec. 713. n. 6. Paris de syndic. cap. incip. An si Potestas, pag. 21. n. 16. & verbo Officialis durante officio, vers. Statutum puniens, pag. 120. Caball. resol. crim. cas. 111. Mastrill. in tract. de indultu, cap. 36. n. 9. Petr. Callisto in analytico tract. de lege Regia, §. 7. num. 12. Pater Fragos. de regimin. Reipublicæ Christ. p. 1. lib. 4. disp. 10. n. 155.* extendens ad offendentes familiam illius, tempore syndicatus, *Grau. ad Gayll. ad pract. Camer. Imperial. lib. 1. concl. 39. à n. 5. Raudens. respons. 50. num. 81. vol. 1. Arnon. singul. 13. Cataldin. de syndic. q. 281. n. 185. Bouadill. lib. 5. cap. 1. à nu. 50. Thor. vot. 87. n. 53. Gassol. de visitat. cap. 28. nu. 2. Alfar.* loquens de Aduocato Fiscali, *de offic. Aduoc. Fiscal. glos. 31. nu. 13. Bellon. de his, quæ fiunt in continenti, lib. 2. cap. 7. Olea de cession. iur. tit. 3. q. 3. n. 27. Ann. sing. 13. Franc. Maria Prat. ad Pasch. de patr. potest. p. 1. cap. 10. vers.*

An

An autem, de Luc. ad Franch. dec. 403. adeo quòd coràm Syndicatoribus, dum interrogatur ille, non stare, sed sedere debet, *Mastrill. de Magistrat. lib. 6. c. 2. n. 55. Cyriac. lib. 2. controuers. 202. n. 14.* conferunt tradita à *Io. de Solorzano in discursu de honoribus debitis Senatoribus honorarijs, & emeritis, à n. 113. & de Iure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 9. n. 70. Larrea alleg. 105. & Osuald. ad Donell. lib. 24. com. cap. 22. lit. O.* qui de Aduocato deposito officio sermocinatur, *Thor. vot. 87. ex n. 53. Bellon. de his, quæ fiunt in continent. lib. 2. cap. 7. Olea de cess. iur. lib. 3. q. 3. n. 27.* Quorum potissima est ratio, quia remanent reliquiæ dignitatis, *l. fin. ff. de Decurion.* Et ex hoc non-

211 nulli dixere, Officiali in syndicatu licere arma portare, & ex *Bal.* doctrina *in l. obseruare, §. proficisci, q. 7. ff. de off. proc.* insequutus est *Episcop. Ricc. collect. 1130.* quibus contradicit *Auus mens cit. loco, in nouis,* adiungens, huius criminis cognitionem non ad Syndicatores; sed ad nouum Officialem spectare, post *Campagn. in cap. ut inter subiectos, de prohib. asport. arm. & Fabium de Anna ad Patrem in Cõstit. si quis aliquem,* & redarguit *Affl.* dicentem *in Constit. intentionis, n. 12. & 18.* hanc quæstionem non fuisse tactam à *Parid. in suo tract. de syndic.* quando suam sustinet aleam *in verbo Officialis finito officio,* verùm distinguit *Danz. tom. 2. de pugn. DD. cap. 14. de armat. per campan. ex nu. 44.* Confert tamen ad cõfirmandam *Præsulis Riccÿ,* & aliorum aleam, quòd cedens

212 Comitatum, Ducatum, &c. post cessionem, nedùm nomen, sed eosdem honores, & præheminentias retinet, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Offic. q. 2. n. 19. R. Rouit. in pragm. tit. de abusu sublato, à n. 24. Gratian. to. 4. discept. 834. n. 28. Giurb. de feud. §. 2. glos. 13. n. 63. Cyriac. lib. 1. controuer. 26. ex n. 20. Borrel. de Magistrat. edict. lib. 4. cap. 9. n. 69.* Qua ratione maritus vxoris Comitissæ, qui constante matrimonio Comes cognominari debet, *Cyriac. lib. 3. controu. 401. ex n. 1. Mastrill. cit. lib. 4. cap. 13. à n. 24. Solorzan. de Indiar. iure tom. 2. lib. 2. cap. 20. n. 15. Guttier. de tutel. p. 1. cap. 18. num. 40. Thor. p. 1. compend. decis. verb. Fœmina titulata, Garzia de Nobilit. glos. 1. §. 1. n. 45.* quibus contradicunt *Anibles in cap. Prætor. in proœm. num. 1. de Ponte cit. tract. tit. de diuer. proniss. §. 1. n. 16. Giurba ad consuet. Messan. 1. par. cap. 1. gl. 13. num. 91. Reg. Galeot. lib. 1. controuers. 55.* talis etiam appellatur mortua vxore, *Garzia add. loco, n. 45. Thor. loc. cit.* quamuis de iure aliud sentiant *Thesaur. lib. 1. qu. forens. 90. n. 40. Mastrill. cap. 13. n. 38. R. Galeot. cit. controu. 55.*

Condemnatus extra pœnam cor-

213 poralem à Syndicatoribus, an liceat fideiussoribus relaxari, pendente appellatione? inquirit *Mastrill. decis. 162. lib. 2.* quem laudat *Ricc. collect. 247.* Et quid si damnatus fuerit ad pœnam arbitrandam per Proregem? idem *Mastril. dec. 162. Ricc. collect. 47.*

Quod verò *Carauita in ritu 295.*

214 *q. 6. post n. 26.* ait, nequire Syndicatores mulctare testes eorum mandato citatos, & non venientes, improbat *Borrell.* stante dispositione Reg. Pragmaticæ, *cons. 85.* quem insequitur *Reg. Rouit. in cit. prag. 1. nu. 12. de Marsil. singul. 175. Cumia de syndic. c. 6. n. 16. Laganar. ad Rouit. in pragm. 9. vers. Syndicatoribus, de ord. Iudic.* conferuntq; tradita à *Marant. in specul. p. 4. dist. 6. n. 35. Carrab. de syndic. p. 1. n. 131.* & quæ de Arbitris necessarijs tradunt *Carau. mox adducto loco, Claper. caus. 109. q. 1. Borrell. de comprom. in prag. 1. de arbitr. §. 3. gl. 2. n. 5. & §. 4. glos. 4. n. 5. & Prapos. in cap. 1. propè finem, vers. Nota textum,* ibi: *Compellantur, si de inuest. feud. lis oriat. in usib. feud.* à quibus recedit R. *Rouit. in cad. prag. 1. de arbitr. ex n. 66.*

At, si testis deposuerit falsum co-

215 ràm Syndicatoribus, ab eis mulctari posse, voluit *Carau. in hoc ritu n. 27. Capiblanc. de Baron. prag. 8. n. 224. p. 1.* nec non *Reg. Rouit. in prag. 1. n. 9. & 10. de syndic. Official.* laudans *Borrell. cons. 78. ex n. 9.* confirmantem, Iudicem

cem delegatum posse procedere in causa falsitatis coràm eo patratæ, *Berart.in specul.visitat.cap.3. sub nu.* 14.*Capibl.de Baron.prag.8.n.244. p.l. Laganar. ad* R.*Rouit. in cit. pragm.1. vers.An autem Iurisdictio*, & dixerat *in pragm.9. vers in Syndicatoribus,de ord.iudic. Luca ad Franch. dec.582.n.* 3. & nùm valeant eos guidare, seù saluum conductum concedere,si fuerint inquisiti, vt securi ad deponendum veniant? Idem *Berart.* inquirit *add. c.3. n.* 11. habens enim Iurisdictionem in causa principali, habet quoque in dependente ab ea,*Clemẽt. dispendiosam, de Iudic.Menoch.de arbitrar.q.45.n.13.* ratione connexitatis,*Farinac.de inquis.q.1.n.3. & cons.*
216 69.*n.*2.Quarè *Bart.*doctrinam *in l. interdum,*§.*qui furem, n.*4. *ff. de furt.* communitèr receptam apùd *Roland. à Valle cons.*30.*vol.*2. *Caball. resolut. crim.*82.*p.*1.*Crass.de effect. Cleric. effect.1.n.*1155.*de Franch. dec.*460. Iudici nempè causarum criminalium licere incidentèr cognoscere de articulo ciuili,& è contra, procedere etiam in Syndicatoribus Officialium, scripsere *del Castillo de syndic. n.*216. *Bal.de Perus.in simili tractatu nu.*35. 2.*vol.tract.& Fontanell.dec.*562.*n.*16. *lib.*2. Et Ipse vti Aduocatus Fiscalis Curiæ Cappellani Maioris, ad tuendam eius iurisdictionem, ac Curiæ cognitionem in Scholarem,qui fidem matricularum falsò obsignauit,prorsùs explosa prætensioneAlmi Collegij Neapolitani, ad exornatum *text. in l.nullum,C.de testibus,* edidi respõsum, quod imprimendum hic duxi.

Summi, sapientesquè Reipublicæ
217 Administratores,intelligẽtes ipsius salutem, ex Iustitiæ integritate totam pendere, quam non nisi per plenam Iuris eruditionem peritiores quiquè tueantur: opportunè satis edixerunt, nè in Iurisconsultorum Subsellijs quispiam consideret, nisi in perfectam legum intelligentiam, præuio quinquennali studio,ac labore defatigatus, vt in *Proœmio Digestorum,* ibi: *Et in quinto anno*. Verùm cum nonnulli, vel otium ignauitèr diligentes, vel publicæ rei negotia turpitèr negligentes, edictam hanc literariam operam re ipsa non præmitterent; sed vt plurimum, subornatis quibusdam mendaciorum architectis committerent simulandam, declarandam, ac dilaudandam, Inuictissimus Rex Dominus noster, eiusquè vices in hoc Regno sustinentes, vt tantum Reipublicæ dispendium prorsùs conuellerent, pluribus Sanctionibus statuerunt, nè quilibet Iuris prudentiæ Candidatus ad Doctoratus insignia admittatur, nisi studio peracto per quinquennium: idq; non alia probatione, nisi ex fide affirmatiua matricularum Regij Cappellani Maioris, studiorum Præfecti, de cursu prædicti studij, *in prag.sub die* 31. *Decembris* 1629. registrata *in prag.*7. *de scholar. doctor.* & altera *sub die* 9. *Octobris* 1651. cuius præscripti, iustitiæ luem coercentis,optimas opportunitates quis non videat, suspiciat, atq; summis laudibus non extollat?

Elapsis diebus N. N. Pegasiano-
218 rum Iuris prudentum sectæ certè adscribendus, (de qua *Pompeius in l.*1.*de origin.Iur.*)non firmo doctrinæ gradu, sed velùt volatilis Pegasus, leuibus arrogantiæ alis ad forensis authoritatis culmen ascendere meditatus est. Hic Doctoris lauream, fronde magis insignem, quàm fructu diuitem,ostentandam cum affectaret, nec constitutas annuas probationes, seù matriculas D. Regij Cappellani Maioris haberet, suæ literæ nimium fisus,ambitiosa quadam improbitate ductus, matricularum fidem dicti Cappellani Maioris adulterauit, illamque ipsemet manu,subscriptionequè suppositâ nefarius obsignauit.

Hanc Iuris Antistitum huius Ciuitatis Collegium, exhibitam cognouit, credidit, approbauit; quarè cæteris, quæ præscribuntur per acta firmatæ fidei præsentatis, atque perspectis; de ipsius eruditione periculum facturi, Iuris problemata,vulgò,

pun-

Digitized by Google

puncta, dilucidanda assignarunt. Sed hominis falsarij malis artibus detectis (miraculosè creditur, dum illicò fuit, facto depositò) è suggestu, quem ad proposita responsurus iam subibat, vt corruptorem, ac deprauatorem publicæ fidei in secretos carceres detruserunt, pecunia ab ipso priùs in depositum pro munusculis constituta, sibimet ipsis adiudicata. Quod cum Regio Cappellano Maiori innotesceret (vtpotè sui Iuris) decreuit Dominus Consil. Franciscus Roccus Consultor ab Excellentissimo Regni Prorege electus, Reum eius nomine esse detinendum, capta priùs informatione. Causamquè à Regio eius Consultore esse cognoscendam, & non alitèr à Collegio, demissè ab Exc. Dño, R. Cappellanus Maior cum postulasset, negotium demandatum fuit eius Collaterali Consilio. Postulati verò Ius, & AEquitas ex adiectis probationibus clarè liquet.

Etenim ex pluribus huius Ciuita-
219 tis Tribunalibus, quæ ordinata sunt ad eiusdem Ciuitatis ornatum, & Regis potentiam, teste *Mut. Surgente de Neap. illustr. in annot. ad Patr. sub num. 14. pag. 334.* vnum est Cappellani Maioris, qui cum voto Consultorum à Dño Prorege, tàm in prima, quàm in secunda instantia destinatorum, habet iurisdictionem super Studijs, & Guidellis, seù Bidellis, ac Scholaribus quarumuis scientiarum, intuitu Studij, & illius exercitij delinquentibus, tàm in causis ciuilibus, quàm in criminalibus, vt liquet ex Statutis, & ordinibus Studiorũ Ciuitatis, conditis tempore gubernij Excell. Ducis Ossunæ, sub die 30. Nouemb. 1616. & testatur Iudex olim M. C. *Io. Dom. Tasson. de antef. ver. 3. n. 271.* Ex quorum Tribunalium diuisione non constituitur diuersa iurisdictio, sed vnica penès Regem existens distributa; quod exercitiũ est concessum in genere causarum, & personarum, nè vicissim per concursum eiusdem causæ, & personæ sese impediant, ac promiscuis actibus officia turbentur, & quilibet ex Magistratibus, iuxtà facultatem, & potestatem sibi tributam limitatam iurisdictionem exercet; itaùt vni credita iurisdictio, alteri non subtrahatur, ad *text. in l. consult. vers. absurdum est, C. de testam.*

Cum modò hoc Tribunal habeat
220 iurisdictionem distributiuã in certum genus causarum, personarum, & locorum, certo certiùs in Iure cõstat, illam dici concessam priuatiuè, & abdicatiuè, vt probant *Angel. in l. testam. omnia, C. de testam. Franch. decis. 142. num. 1. Anna singul. 631. Gram. decis. 30. num. 12. Cartar. decis. Gen. 4.*

Ex quo fit, vt vulgata regula *text.*
221 *in l. nullum, C. de testib.* (quo Almum Collegium nititur) locũ nõ vendicet, vbi iurisdictio est tributa cum clausula abdicatiua, & priuatiua: quia tunc ille subditus abdicatus efficitur omninò exemptus, & Iudex offensus omninò incompetens, ad instàr Clerici, *Alber. in l. Presbyteri, num. 1. C. de Sacros. Eccles. Salyc. in d. l. nullum, nu. 4. in fin. Afflict. decis. 230. num. 1.* quì de communi testatur, vbi *Vrsill. n. 1. & 2.* sequitur *Ross. tit. de fals. nu. 110. Clar. §. fin. q. 38. vers. Sed hic quæro, Farin. q. 8. num. 26. Capyc. decis. 122. de Pont. decis. 13. nu. 7. & 8.* & tradunt decisum in Magno Admirato, *Frãch. decis. 722. Reg. Fap. decis. S. C. 13. & de iur. Reg. in tit. de offic. Mag. Admir. nu. 4. Ann. cons. 107. nu. 23. Reg. Sanfelic. dec. 419. num. 36. Capiblanc. de Baron. to. 2. cap. 37. num. 11. Thor. in compend. par. 1. sect. 3. verb. Remissio.*

Et quamuis ex sententia aliquo-
222 rum hæc nõ procedant respectu Baronum, & illorum, qui iurisdictionem habent in proprietate distinctam, ergà quos etiam, quòd sit concessa iurisdictio cum clausula priuatiua, non fit remissio, in terminis *d. l. nullum*, vt sentire videtur *Thesaur. in dec. 266.* quem laudat *Anus meus ad Capyc. dec. 57. num. 2.* (quamuis *Thesauri decisio* nequaquam officiat, & simplicitèr intellecta suos habeat scopulos: nàm aduersùs illam decisum refert *Episc. Campanil. in diuers. Iur. Canon. rubr.*

Digitized by Google

11. c. 28. n. 13. quem refert *Thor. par. 2. compend. dec. verb. Falsarius, Ricc. decis. 119. n. 4. to. 4.*) attamèn vbi iurisdictio est diuisa ratione Magistratus, non est, qui dubitet, desinere dispositionem *d. l. nullum*, quia tunc penitùs ab vno Magistratu est exemptus subditus alterius, & respectu illius habetur Iudex offensus, vti priuatus homo; & tali casu vnum Tribunal non concurrit cum alio, prout in hac Ciuitate diuisa sunt Tribunalia. Quandoquidèm vbi est distinctio Magistratus in exercitio, tenetur regularitèr remittere nulla prorogatione attenta, ex *tex. in l. 1. §. final. col. seq. ff. de suspic. tutor. l. si quid 11. §. de offic. Proconsul. Glos. in cap. 3. de offic. Vicar. in 6. in 1. notab.* & in terminis *d. l. nullum*, vbi adest distinctio Magistratus, quòd remittendus sit subditus illi Curiæ, cui competit cognitio illius, est *Textus* apertus *in l. Diuus, in fin.* & ibi *Bart. in fine, §. de falsis, Marsil. in l. 1. §. praterea, nu. 27. §. ad l. Corneliam de Sicar. DD. in cap. 1.* vbi *Anchar. n. 9. de crim. fal. Angel. de malef. verb. Falsario, nu. 36. Roland. à Valle conf. 11. lib. 2. num. 1, 2. Guazzin. ad defens. 1. cap. 27. n. 2.* & cessat omnis præuentio inter hos, quia vnus Magistratus respectu causæ spectantis, & personæ alterius subditi, est tanquàm priuatus, *Gramm. decis. 30. in fin.*

Et ratio est: quia quando plura sũt
223 Tribunalia distincta in exercitio, vnum faciunt Tribunal, & quilibet forus cognoscit de sibi commissis personis, causisquè priuatiuè, ex doctrina *Castr. in cit. Auth. si qua in Prou. n. 4. vbi de crim. agi oport.* iurisdictio namq; ex se indiuisa, potest respectu exercitij in certas personas, & causas distribui, ita vt vnus de commissis penitùs alterum non cognoscat, vt colligitur ex *Rolan. à Valle conf. 189. num. 7. vol. 1. & Bald. in l. testam. omnia, num. 5. C. de testam. & Hieronym. de Mon. de finib. regen. cap. 11. num. 7. & 8.* dixit *Reg. Merlin. cent. 2. cap. 72. num. 6.*

Hinc inquisito Iosepho Viggiano,
224 aliàs Musico Regiæ Cappellæ, de homicidio satellitis Campaniæ, petita remissione ad Curiam R. Cappellani Maioris, obsistente Cõmissario Campaniæ, vti offenso ex militis nece, in terminis add. *l. nullum*, facta relatione in Collaterali Consilio, fuit causa remissa Cappellano Maiori, vt testatur *Thor. par. 3. compend. decis. sect. 3. verb. Remissio causæ alicuius rei*, ad quem etiam fuit aliàs remissus subditus inquisitus per M.C. de seductione, *Tasson. de antefat. vers. 12. obseru. 1. allegat. 26. Thor. add. sect. 3. vers. Remissio causæ.* E contrà verò, Almum Collegium, quamuis vigore priuilegij impartiti à Rege Roberto, confirmantis illud Caroli II. & ampliati, instante Octino Caracciolo, à Regina Ioanna II. de anno 1428. cuius nos ipsi meminimus *in Commentar. ad Rit. M.C.V. in proœm. n. 9. to. 1.* habeat iurisdictionem; illa est limitata in Senatores tantùm, *Paris. de Syndic. verbo, Iurisdictio, & ver. Arbitrium, Afflict. decis. 41. Gramm. decis. 30.* quo casu cessat dispositio *tex. in l. nullum*, deficiente iurisdictione in habitu, & potentia in alios, vt in terminis perpendit *Capiblanc. de Baronib. prag. 8. par. 1. num. 118. & 119.*

Hinc fit, quòd Iudici ciuilem tan-
225 tùm Iurisdictionem habenti, haùd licebit delictum falsitatis coràm se patratum in causa ciuili, criminalitèr mulctare, vti iurisdictione carenti criminali in habitu, vt ex *de Franch. dec. 722. n. 4.* firmant *Capibl. add. loco*, subnectens, causæ remissionem hoc inthemate omni Iure ad Baronem spectare, quidquid voluerit alitèr *Ricc. collect. 243. in fin. par. 1.* quem refert *Tasson. de ant. ef. vers. 3. obseru. 4. n. 62. & 155.* nàm *Riccius* contrarium notauit *in decis. Cur. Archiep. 119. n. 3. p. 4.*

Iudici propterea delegato hac ra-
226 tione isthæc facultas denegatur, *Marsil. l. 1. §. praterea, n. 27. ff. de Sicar. Marcus Ant. Blãc. in tract. de cõpromiss. in q. 8. vers. testes, n. 19. fol. paruo 165. Couarr. pract. qq. cap. 18. n. 8. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. qu. 91. Capiblan. add. loco, sub num. 119.* & ante ipsos

Bald.

Digitized by Google

Bald. in l. Diuus Pius, ff. de falſ. per *tex.* ibi: *Vbi probatur hæc incidentia crimina in iudicio puniri non poſſe ab eo, qui caret ordinaria iuriſdictione.*

Sed pergamus vltrà. Adductæ *l.* 227 *nullum*, diſpoſitio maiores dicto Cappellano Maiori, quàm Almo Collegio, copias præſtat auxiliares: etenim offenſio, quam illa conſiderat, primò, & principalitèr facta dicitur Cappellano Maiori, cuius manus ſubſcriptio, ac ſigillum à ſcholare, ſubdito ratione ſtuſtij, & rei ad eius officium, & iuriſdictionem pertinentis, ſunt falsò abſignata; quàm Almo Collegio, coràm quo falſa fides eſt edita, & certum eſt, memoratum *tex.* locum vindicare nedùm in teſte falſum deponente, verùm etiam in omni perſona, quæ quouis modo iuriſdictionem Iudicis offendit, *Maſtrill. deciſ. 147. nu. 18. lib. 2.* tradens, fuiſſe illum ſemper intellectum quomodocumque Iudex offendatur, laudans *de Franch. deciſ. 722.* non ſolùm falſitate, ſed etiam fraude; & non ſolùm verborum improbitate, ſed etiam rei qualitate; & falſitas nedùm offendit, & lædit partes, ſed etiam Iudices, *Muta ad prag. Siciliæ, tit. 35. num. 1. Thor. in Cod. rer. iudic. caſ. 45. nu. 6.* & maius crimen eſt falſificare acta, quàm inducere teſtes falſos, *Bertazol. conſ. crim. 218. nu. 17. tom. 1.* Et quòd dictus Cappellanus ſit acritèr iniuria affectus ex illo actu ſubſcriptionis ſui nominis, in terminis, ex *Caball. reſol. crim. cent. 3. caſ. 217. nu. 6.* notat *Reg. Rouit. in deciſ. 2. ſub n. 7. in fin.* & iterùm ſuper *pragm. 4. de falſar. ſub num. 36.*

Quin, & ipſi Cappellano Maiori, 228 vti Iudici Ordinario ratione ſtudij, & exercitij, punitio cõpetit ad pœnam ordinariam, etiam dato, extraordinariam pœnam Collegio competere, cum in terminis *l. nullum*, Iudici incompetenti, coràm quo ſcriptura falſa eſt deducta, non licet mulctare, niſi extraordinaria pœna, & Iudici loci, vbi eſt fabricata falſitas, ordinaria grauiori, *Boſs. in tit. de falſ. n. 103.* atteſtans de communi, *Clar. pract. ſent. lib. 5. quæſt. 38. n. 13.* & antè ipſos *Gloſ. final. in fin. d. l. nullum*, vt ibi *Alber. & Bal.* ac idem *Bal. in l. vbi, C. de falſ. in fine*, ea ratione, quod hic ſunt duæ perſonæ iniurijs affectæ; Primò, Iudex loci (ſed atrociori iniuria) in quo adulterata fuit ſcriptura, vel teſtis productus; Secundò, Iudex, coràm quo eſt producta, atq; hæc etiam admittit *Theſaur. in cit. dec. 266. in fin. verſ. Senatus*. Et tamen ibi agebatur de ſcriptura præſentata coràm Principe in Senatu Supremo, à quo erat in cauſa præuentum, & intereſſe Curiæ Baronis, adeò inferioris, erat tantùm pecuniarium dè apoca falſificata in illius Caſtro, ſed non de falſa Officialis ſubſcriptione, quæ maiorem affert iniuriam, & offenſionem. Imò pœna pro parte in theſi *Theſaur.* fuit Baroni applicata.

Vlteriùs, non concedenda huius 229 falſitatis cognitio Collegio, vtpotè ex eiſdem actis non conſtantis, ſed nouum oportet inchoare proceſſum, & ad reum conuincendum, neceſſaria ſunt Capellani Maioris ſubſcriptio, eius Actuarij depoſitio, & quod magis, matricularum libri; & abſurdum eſt dicere, illos ex Tribunali Cappellani Maioris, vbi adſeruantur, eſſe producendos, ad falſitatem detegendam, in Almo Collegio. Huic concinit Iuris axioma, falſitatem non notoriam, nouo proceſſu indigentem, haud à Iudice non ſuo puniri, in terminis ad *d. l. nullum. Bertazol. conſ. crim. 72. n. 13. & 14. Eymer. in direct. inquiſ. par. 3. q. 73. n. 4. Farinac. q. 188. n. 41. in fin. Marta de iuriſd. caſ. 128. nu. 27. par. 4.*

Et tandèm, in hoc facti themate, 230 prorsùs illa eſt deneganda Almi Collegij Patribus intereſſe proprium habentibus, vtpotè, qui ante falſitatis cognitionem, ante ſententiam, imò ante proceſſum inchoatum, patrati criminis in partem pœnam exegerũt, depoſitum ipſiſmet ex abrupto, abſq; cauſæ cognitione adſcribentes, & vti eorum voti intempeſtiuè propalatores ſuſpecti etiam redduntur, ex à nobis adductis *in Comment. ad Rit. M. C.*

Digitized by Google

V.3.n.11.& de interesse proprio agitur: nempè, de depositi restitutione, *Vrsill. ad Aff.dec.41.n.7.*

Hæc habui, quæ pro munere, pro-
231 què meis viribus in tanta temporis angustia impolitè exararem. Cæterùm, quas non impleui meas partes, integra, absolutissimaq, Supremi Senatus sapientia certè supplebit, cui illa passim corrigenda, mequè ipsum totum erudiendum libens offero, & committo. Neap. 10.Ianuarij 1664.

Relata causa in Collaterali Consilio à D.Consiliario Francisco Rocco tunc Consultore Cappellani Maioris, terminata non fuit, renuente vno ex DD.Regentibus, vt suffragium præfatus Consultor præstaret, cumque tempore meo fuerit decisum, votum esse quoque proferendum à Consultore, libet à me scripta, & scitum inde emanatum, vti notabile, hoc in loco rescribere.

Inter cœteras, quibus gaudet, Re-
232 galias, Inuictissimus Rex noster, quem Deus seruet incolumem per sæcula totius terrarum Orbis fœlicitati, ea est præcipua in hoc Regno, quòd suum eligat, atque habeat Cappellanum Maiorem, institutum, penè dixerim, ab immemorabili; cum vel priscis temporibus Regum Rogerij, Ladislai, Friderici, Caroli I. Roberti, & aliorum, de eo habeatur mentio, & vocabatur Magister Secretæ Cappellæ, & Magister Realis Cappellæ. Munus profectò eximium; exercet etenim iurisdictionem in Musicos, Scholares, & alios, iuxtà tradita à *Marin. Frecc. de subfeud. lib.1.tit. de Offic.M. Cancellar. num.24.Tasson.de antefat. vers.3. obseru.3.n.233.R.de Ponte in tract.manuscrip.de iurisd.tit.14.de iurisd. Capell. Maior. nu.3.R.Tap.lib.2. iur. Regn.tit.de Offic.M.Cancell.nu.9. & de præstan. R.Cancell.tit.de prærog. R.Cancell. n.21.R.Constant.in l.vnic. C. de classic. lib.11.nu.16.& 17.R.Reuert.* & ibi *Reg. de Marin.dec.495.R. de Curt. in diuersor. iur.feud.lib.2.cap. 2.nu.78.Paul.Fusc.de visit.lib.2.c.11. nu.1.Præsul Ricc.in prax.Eccles.lib.4. resol.493.495.& 498.Nouar.de elect. & var. for. sect.4.q.58.nu.15.*& dixi *in rit.265.n.70.lib.3.*nec non *Barbos. in collect. iur. canon. tom.3.in cap.cum Cappella, n.3.de priuil.*memor huiusmodi Cappellani Regis nostri, & authoritatis ipsi à Summis Pontificibus elargitæ, & in genere de Cappellanis Maioribus Regum sermonem habent *Cabed.in patron.R.Corona c.13.Renat. Chop.pin. lib.2.de sac.polit.tit.5.nu.5. Vinc. Turturel. de Cappell. & Cappellan.Reg.in fin. oper.*

Regitur hoc officium, cum consi-
233 lio, & voto decisiuo Regij Ministri (inquo magis, atque magis eluescit Regia prærogatiua) qui primitùs appellabatur Generalis Auditor, hac tempestate Ordinarius Consultor. Hic autem eligi consueuit ab Excellentissimo Domino Pro-Rege, accitus, vel ex cætu S. C. S. Claræ, vel Regiæ Cameræ Summariæ; exercetque iurisdictionem in singulis quibusq; actibus justitiæ, subscribit decreta, & relationes faciendas Pro-Regi.

A decretis Cappellani Majoris, vo-
234 to huiuscemodi Consultoris roboratis, fit ad Vice-Regem appellatio, qui modò alium eligit Ministrum, ex cuius voto Cappellanus Major causam reuideat, etiam cum voto alterius in tertia instantia, attento Iure Canonico: modò iubet, quòd Ordinarius Consultor rem referat in Collaterali Consilio, & ad hoc expeditur rescriptum à Secretis Regni, pacta die ad faciendam relationem.

Quocumque autem modo referat
235 in Collaterali, Consultor priùs suffragium præstat, tànquam causę Commissarius, suaque manu votum exarat in processu, quod deinde extenditur ab Actuario Curiæ sub nomine Excellentiss. Domini, & Collateralis Consilij ad relationem Consultoris, qui demum illud, post Spectabilium Dominorum Regentium subscriptiones, subscribit. Et cum diutissimè praxis hæc stetisset, rumor surrexit, ambiguus licèt, velle huius cãdidissimæ veritatis lumini vmbras, fucosq; induci.

Hinc

Digitized by Google

Hinc ego, qui fungor munere hoc
236 Consultoris, egregia Excell. Dom. munificentia, quæ merita, ubi non inuenit, progignit: ne mihi defuisse videar, memor *Tholosani* verborum *lib. 4. de Republ. cap. 10. nu. 11.* de quo memini in *Rit. 9. sub num. 11. lib. 1.* nec non *Osory lib. 1. de Regis institut.* *Omnis Reipublicæ interitus in munerum perturbatione consistit: dum enim quisque suum negotium non facit, sed alienum officium, atq; munus, & locum usurpat, nihil rectè, nihil ordinatè fieri potest, sed omnia perturbari, & permisceri necesse est*; & *Cicer. lib. 1. de offic.* *Et Magistratus munus proprium sit, intelligere, se gerere personam Ciuitatis, debereque eius dignitatem, & decus sustinere, seruare leges, & iura describere, atque fidei suæ commissa meminisse.* Quod dixit *Callistratus I. C. in l. obseruandum, 16. ff. de offic. Præsid.* *Cum ius ita reddi debeat, vt quisque Iudex authoritatem dignitatis ingenio suo augeat.* Cogor, veritatem hanc conspiciendam omnibus pandere, mutuatus vires, opemque tùm ab actibus possessiuis, tùm à iustitia.

Actus quamplurimi adsunt possessiui, qui nullam admittentes hæsitationem, plurimùm in huiusmodi thesi
237 valent, & non exiguum dant robur: cum semper inspicienda sit consuetudo, longævaque obseruantia, iuris huiuscemodi non interpres modò, sed conditrix etiam, *c. cum dilectus, de consuet. l. si de interpretatione, ff. de legib.* *Multa*, inquit Seneca, *lib. 5. de offic. cap. 21. legem non habent, nec actionem, ad quæ consuetudo vitæ humanæ, lege omni valentior, dat robur*, & titulata, seù iudicata vt inducatur, nulla temporis intercapedo requiritur; sed solùm, quòd ita pluribus vicibus fuerit iudicatum; & licèt quatuor vices oportere, dicat *Gratian. cap. 441. nu. 24. Consil. Staiban. resol. 98. à nu. 144.* tres *Napod. in proem. ad consuet Neap. nu. 42.* duas tamen satis esse, censuit *Præses de Franch. dec. 238. n. 3. & dec. 722. nu. 11. Alex. Monet.* post alios, *in tract. de distribut. p. 2. q. 12. n. 11.* etiam quòd non fuerit in contradictorio iudicio, vt, reprobatis *Croto*, & *Mascardo*, firmant *Guttier. de tutel. p. 2. cap. 1. num. 32. Noguerol. allег. 6. nu. 31. Salgad. in labyrint. credit. c. 1. 8. 2. nu. 60.* quos laudo in *Rit. 1. nu. 1. lib. 1.*

Sic profectò, ne dicam ter, & qua-
238 tuor; sed sæpissimè, & millies sanè seruatum fuit: nimirùm ut Consultor Cappellani Maioris prior suffragium ferat in Collaterali, scribat, atque subscribat decretum, prout in anno 1580. referente Præside R. C. Francisco Antonio Dauid, in causa Alphonsi Viues cum Priore Ecclesiæ Diui Nicolai Barensis. Die 21. Iunij 1625. relatore D. Reg. tunc Consiliario, Scipione Rovito, in causa Io: Christophori de Franco cum Io: Baptista Grimaldo, & eodem referente, die 1. Iulij eiusdem anni, in causa hæredum Petri Lunelli. In altera Principis Bisiniani cum Cardinali Brancacio, die 17. Martii 1639. proponente Consil. Andrea Provenzale. In altera Agnelli Cigliano die 17. Octobris 1645. relatore Consil. D. Ferdinando Arias de Mesa. In causis Io: Donati Montefuscolo, & Io: Laureti anno 1647. Commissario D. Reg. tunc Consil. D. Benedicto Trelles. In causa Procuratoris Fiscalis Regij Patrimonij cum Abbate Regalis Abbatiæ S. Petri de Laureto, die 27. Ianuarij 1653. relatore tunc Consiliar. D. Thoma de Aquino. In altera Prælati de Gaetano cum Duce Laurenzani, referente Consiliario Aloysio Gamboa, anno 1657. in qua relatio fieri demandata S. M. fuit acta propria manu ipsius Consiliarij. In causa Cardinalis Ragij die 20. Maij 1665. D. Consil. Rocco referente, & (cæteris consultò omissis) die 15. Ianuarij 1661. relatore Consiliario Francisco Rocco, in causa inter D. Petrum Zeuallos, & D. Io: Monterum.

Accedant ad saturitatem, Iustitiæ
239 rationes. Præceteris, Cappellanus Maior accersitus fortassis in Collaterali Consilio, quando res agitur, pertinens ad suum munus, non modò

à Pro-

Digitized by Google

à Prorege secum alloquente, iuxtà solitum, honoratur titulo *Dominationis vestræ*, quo DD. Regentes; verùm coràm Prorege in sella simillima sedet in vltimo loco post illos, & votum præstat, auditum, vel probatum à Consultore Ordinario, qui considet in scabello, in quo assidere solent Consiliarij, vel Præsidentes. Idem propterea iuris erit in voto, si referat solus Consultor, qui illius organum, vox, & lingua est. Secùs sequerentur inconueniens, absurdum, & imminutum decus Cappellani Maioris, eiusq; Consultoris, qui vocati quandoque ad Collaterale pro rebus, quas non ipsi, sed à Secretis Regni, vel vnus ex D.D. Regentibus referant, si nullum ferrent suffragium, deberent segnitèr obmutescere.

Neque hic Consultor est simplex,
240 gregariusque (ità fas sit dicere) Assessor: etenim, præter quòd est Minister tam supremorum Tribunalium: videlicet S. R.C. de cuius Supremi Senatus præstantia edidit scriptũ doctissimus *D. R. Anton. Miroballo*, ex scriptum ab *Altimar. in add. ad dec. R. Rouit. 65. n. 25. in alleg. post add.* vel R. Cameræ, pro cuius amplitudine eruditũ calamũ de more arripuit *Ill. D. Carolus Calà*, Dux Diani, Vir omnibus numeris absolutissimus, & responsum rescribit *Topp. de Orig. Tribun. p. pag.* ac ipse memini in *Rit. 1. n. 21. lib. 1.* vti-tur iurisdictione, & facultate dirimendi lites, causas definiendi, omnesque agendi actus iuridicos, tùm in rebus ciuilibus, tùm criminalibus, & mixtis, quæ in sua Curia agitantur. Imo Cappellanus Maior obstringitur, nec vno quidem verbo addito, vel dempto, adamussim subscribere, quod ille decernit: cum iurisdictionis actus, iustitiæque administratio pendeat tantummodò à voto Consultoris, ita quòd decreta authenticet tantùm subscriptio Cappellani Maioris, sub cuius nomine, tituloque prouisiones expediantur. Quin cum exactis temporibus renuissent aliquando Cappellani Maiores decreta à Consultore prolata subscribere, decreuit Collaterale Cõsilium, quòd (velint, nolint) subscribant, die 24. Septembris 1623. in causa inter Fiscum Regalis Cappellæ, & R.D. Fabritium Russo, vt ex archiuio Cappellani Maioris, & in actis resultæ visitationis S. Nicolai Barensis factæ per Archiepiscopum Brũdusinum, expeditæ anno 1665. habentur plura rescripta id palàm demandantia.

Cùm à Cappellano Maiori, eiusq; Consultore fiunt relationes in scriptis Collaterali Consilio, de more consueuit scribere: *Adhibito voto mei Ordinarij Consultoris, ita sentio*. Enquis non videat, quòd in scriptis dum dicit, *ita sentio*, profert suffragium? Cùr ergò hic idem cõticescat, quando non in scriptis, sed viua voce refert?

Idem enim est quod sentis, dicas
241 scripto, vel lingua; æquè vtrumque conceptum mentis declarat, æquè dicentis voluntatem demonstrat; literis ad absentem scribimus, quod vocis ministerio pandimus præsenti, & verè qui scribit quod sentit, dicit quod sentit, teste *Celso in l. Labeo 7. ff. de supell. legat.* & dicebat Turpilius apùd Hieronymum *epist. 46.* quòd epistola sola homines absentes facit præsentes, *quia audiri absentium verba non poterant* (inquit Hipponensis Antistes) *illa ratio peperit literas, notatis omnibus oris, ac linguæ sonis, atque discretis*. Quæ autem ratio subest, vt concedatur Cappellano Maiori, eiusque Consultori scribere, quod sentit, non dicere quod sentit? *l. de quibus, ff. de legib.* cum non minus valeat quod vocibus, quàm quod scriptura significatur, *in l. non figura, ff. de oblig. & act. Borrel. in summ. dec. p. 3. tit. 1. nu. 218.* quãdo eadem voluntas, quæ pluribus modis potest indicari, quod luculentèr expressit Leo Imperator, *Nouell. 26.* & in quadam causa Archiepiscopi Barensis, cũ manasset scitũ subscriptum à D.D. Regẽtibus, & Cõsiliar. Don Thoma Carauita Cõsultore, ob suspicionẽ deductam in Consil. Franciscum Roccum Ordinarium Consultorem, cumque fuisset die 8. Octobris eiusdem

anni

Digitized by Google

anni mãdatum, quòd iterùm præfatus Consiliarius Carauita faceret verbum in Collaterali Consilio, cum adiunctis datis, prodijt è Senatu reſcriptum, tenoris ſequentis:

Su Exc. es ſeruido, que el Miercoles 16. del corriente venga V. S. en Colateral à riferir, y votar en la Cauſa entre el Arçobiſpo de Bari, y el Principe de Aquauiua ſobre el Baldaquin, que el Principe ha pueſto en aquella Yglesia. Y me hà mandado le auiſe à V. S. para que lo tenga entendido, y execute, guarde Dios à V. S. Palatio 12. de Henero 1669.

D. Franciſco Ortiz Cortes.

Sig. Conſ. D. Thomas Caranita.

Inſuper *D. Reg. lo: Frãciſcus Sanfel.* 242 *in prax iudic. ſect. 24. ſub n. 24.* Vir expertiſſimus, utpote qui tot annis adſtitit in illo Senatu, recenſet formã decreti lati in cauſa Archipresbyteratus Altamuræ, referente Conſultore, ab eodemque ſubſcripto. Ex quo luce clariùs emergit, quòd ſuffragium tulit, dum ſe ſubſcripſit. Imo hæc prærogatiua ſtatuta fuit Regijs Conſiliarijs: nimirùm quòd appellatio ab eorum decretis in caſu grauaminis ſit cognoſcenda, & iudicanda cum interuentu, & ſuffragio eiuſdem Conſiliarii, qui decretum iuſſit, *Prag.* 41. §. 2. *de offic. S. C.*

Et demùm in medium deducun- 243 tur literæ S. M. in reformatione Tribunalium anni 1655. *Pragm.* 84. §. 8. *de offic.* S. C. quibus præcipit, quòd Cõſiliarius, vel Præſes R. Cameræ referens in Collaterali, ipſemet ſcribat votum in proceſſu. Quapropter nequiret votum extendere, niſi adeſſet, non adeſſet, niſi ſuffragium ferret. Quod idem in dies ſeruari perſpicimus in Delegatis, & Conſultore Præfecti annonæ, qui quando referunt, votum proferunt. Dandam propterea ſuffragij præſtationem putabimus Delegatis, & Conſultori Præfecti annonæ, & denegandam Regio Conſiliario Conſultori Cappellani Maioris? qui ex Regia Delegatione ſuum habet Tribunal, (ſic hãc Curiam nuncupat *Marin. Frecc. cit. tract. de ſubfeud. lib. 1. de offic. M. Cancell. n. 28.* cum Fiſcali, & actorum Magiſtro, paſſim à Rege vita durante collato) & qui tam præcellenti iuriſdictionis apice effulget, tot prærogatiuarum infulis coruſcat, & in Iuncta Regiæ Iuriſdictionis indemnitati præpoſita, quæ ex D. D. Regentibus, Præſide S. C. Locumtenente R. C. quatuor Aularum S. C. Præfectis, R. C. Decano, cum fiſci Aduocatis R. C. & M. C. coràm Principe conflatur, ipſe Conſultor ſuffragium nouiſſimus præbet.

Tibi augetur, Excellentiſſime Do- 244 mine, Tibi imminuitur Cappellani Maioris authoritas, ac poteſtas; Tuus enim eſt Cappellanus, de Tua familia, non quidem alterius. Tuere igitùr quod tuum eſt. Te vnum fretus iuſtitia ſuæ cauſæ ſibi Patronum eligit, qui Iudex es, præterea neminem. Te, inquam, qui vno, ſimplicique obtutu probè intelligis, quid vel nutibus proponat, quid ſuadeat ratio, quid iuſtitia poſtulet? Si poteſtas hæc Cappellani, & iuriſdictio non creſcat, vt deberet, in dies ſingulos; at non decreſcat cum dedecore, & inuidorum hominum cachinno. A Te igitùr, Supremiſque, ac integerrimis Senatoribus, qui Tibi aſſident, præſtolatur leuamen, opem, & præſidium Tuus Cappellanus Maior. Supplex ſcribebat die decima tertia Kal. Nouembris MDCLXXX.

D. Carolus Petra R. Conſiliarius, & Conſultor Regij Cappellani Maioris,

Qua in re Excel. Dom. Marchio de los Velez, & Integerrimi Senatores Supremi Collateralis Conſilij, maxima qua præſtant benignitate, iuxtà exarata ſtatuere, ſequenti diplomate.

Habiendo viſto S. Ex. en Colateral el eſcrito, que V. S. ha hecho, fundando las razones, que le aſſiſten para votar en Colateral como Conſultor del Capellan Mayor, quando ſe ofreçe referir en el las cauſas concernientes a aquella Corte: Y aplaudiendo eſtos Señores el talento de V. S. en las doctrinas adequadas a la materia, me manda S. E. de-

decirle, que el Inebes 5. del entrante mes Deciembre venga a referir, y votar la causa entre los Canonigos Lateranenses de la Isla de Tremiti con los herederos del qu. Iusepe de Santis. Dios guarde à V. S. Palacio 19. de Nouiembre 1680. Participando esta resoluçion à las partes.

El Marques del Olineto.

Señor Consejero D. Carlos Petra.

Cumque iterùm in dubium reuocata fuisset ea praxis, de qua memini in *rit. 265. sub n. 78. vers. semper verò*, nempè, quòd sua manu Consultor, referens causam in Collaterali Consilio, sententiam in processu, & votum supra processum conscribat; ideò fuere productæ fides facta ab Actuario Officij Cappellani Maioris de hac obseruantia, ac relatio acta D. Pro-Regi per D. Ioannem de Salamanca Regiũ Cappellanum Maiorem, sub die 27. Ianuarij 1661. & tunc per Collaterale Cõsilium fuit resolutum, quòd obseruetur solitum, sub die 11. Februarij eiusdem anni, vt liquet ex fide dicti Actuarij de ordine Ill. Ducis Canzani Secretarij Regni, penes Lanzam in libro inscripto: *Fasciculus diuersarũ scripturarum pro iurisdictione Cappellani Maioris fol. 500. sub diebus 27. Ianuarij, & 11. Februarij* 1661. ac ita obseruatum fuit, me referente causam Spectabilis D. Regentis D. Stephani Carrillo, cum D. Dominico Chiantera, penès Leonardum de Aloysio.

Ac tandèm aduertimus, meritò cõ-
245 demnãdos in expensis querelantes, vel Officialem syndicatum, succumbentes, & obstringi Syndicatores in eadem sententia hoc explicare, minimè valẽtes illas reseruare, quin Officialis absolutus agere poterit iuiuriarum actione coràm Iudice ordinario pro injusta querela, *Paris verbo expensis, num. 4. Cancer. var. lib. 2. cap. 2. n. 165. & lib. 3. cap. 12. ex n. 45. Rouit. in cit. prag. 1. n. 58. Bertaz. cons. 91. n. 8. Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 11. num. 19. R. Sanfelic. dec. 346.* & latè dicemus infra *in Rit. 297.*

RITVS CCXCVI.

ITem quòd in quibuscunque causis ciuilibus, quæ in præfata Curia pro tempore agitantur, post conclusionem factam in illis, per dictos actores, vel conuentos, aliqua petitio restitutionis in integrum offerri non possit.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum, sic à Iure Communi appellata, de Iure Regni Beneficium nuncupatur.*
2 *Restitutio predicta, siue beneficium post publicationem conceditur.*
3 *Sed an concedenda sit post conclusionem in causa?*
4 *Primum, & secundum beneficium, statim, nulla probata lasione, impartitur.*
5 *Beneficium predictum intra quod tempus post publicationem in causa peti debeat.*
6 *Mora modica an praiudicet in casu predicto? adducitur scitum S. C.*
7 *Mora modica post elapsos tres menses statutos heredi ad conficiendum inuentarium ei non obstat.*
8 *Mora modica post elapsos dies quinquaginta præstitutos appellanti, non præcludit ei appellandi facultatem.*
Mora modica quando verificetur.
9 *Mora propriè commissa non dicitur in his, quæ sunt modici temporis.*
10 *Circa moræ purgationem adducitur notabilis casus controuersus in venditione feudi cum pacto de retrouendendo intra præfinitum tempus.*
11 *Annus naturalis, qui dicitur legalis, est dierum tercentum sexaginta quinque, atquè currit de momento ad momentum.*
12 *Promissa legem accipiunt ex forma contractus.*
13 *Permissum intra certum tempus, post illud intelligitur prohibitum.*
14 *Adiectio tẽporis apposita censetur causa*

sa limitanda obligationis.

15 *Tempus habet vim renunciationis; atque ipsa tacita renunciatio orta ex temporis lapsu, magis nocet, quàm expressa.*

16 *Venditor, vt admitti possit ad reemendum, tenetur offerre pretium intra tempus in pacto expressum.*

17 *Dictio* illicò *quid operetur? & quid dictio* confestim?

18 *Purgatio mora fit de legis æquitate. Assensus ad tempus non extenditur.*

19 *Mora vt purgari possit intra modicum tempus, quomodo intelligatur.*

20 *Mortuus quis non dicitur illo actu, quo moritur, sed cum primò desinit esse in vita.*

21 *Depositū fieri non potest in die festiuo.*

22 *Dictio* statim *quot dies admittat post tempus completum.*

23 *Purgatio mora admittitur ex indicandi consuetudine, etiam si ei fuerit renunciatum, sed quando procedat?*

24 *Purgatio mora locum habet in feudis; atq; in contractibus pariter attenditur.*

25 Decisio 142. Reg. Reuert. & Consilium 129. Reg. de Ponte *enucleantur.*

26 *Appellatio admittitur ab indebita citatione super tenore instrumenti, licèt à condemnatione reiiciatur.*

27 *Ablatiuum absolutum inducit conditionem.*

28 *Vna determinatio respiciens plura determinabilia, habet æqualiter determinare.*

29 *Purgatio mora admittitur ad beneficium citati super tenore instrumenti, qui præstare potest cautionem de parendo mandatis, per totas tres horas sequentis diei post rectam Curiam.*

30 *Cautio prædicta, Iudicis arbitrio, præstari potest, etiam post dictum tempus, si per eum non steterit, quo minus non fuerit præstita, & adducitur scitum S. C.*

31 Regia Pragmat. 16. de ordin. iudic. *circa temporis spatium in beneficijs petendis, procedit tàm in Actore, quàm in Reo.*

32 *Reipublicæ interest, celeritatem causis impertiri; vbi plura notatu digna recensentur.*

33 *Contentionibus, siue litibus statuendus est modus.*

34 *Leges celeritatem litium præcipientes, tàm ad Actorem, quàm ad Reum attinent.*

Actor, & Reus non debent ad imparia iudicari.

35 Regia Pragm. 5. de offic. S. C. *sanciens, non esse recipiendas nullitates aduersùs decreta S. C. nisi facto deposito, non includit Actorem, & adducitur nouissimum scitum S. C. emanatum in celebri causa.*

36 *Ratio primò in ordine posita, est priùs in intellectu.*

37 *Nominatio extra Regnum exquirit depositum.*

38 Pragm. 3. de dilat. *procedit tàm in Actore, quàm in Reo.*

39 *Nominatio testiū per nomina, & cognomina facienda est intra quinque dies.*

40 *Audientia testium quibus in causis denegetur.*

41 *Ratio est anima legis, & ea deficiente cessat lex.*

42 *Sententia continens repugnantiam quando sit nullitati obnoxia.*

43 *Formula sententiæ*: Obstare exceptionem rei iudicatæ, & absolui ab impetitis, *in iudicijs recepta est.*

44 *S. C. arbitrare valet summam, quando rationum dispunctio nimis dubia est, & difficilis.*

45 *Minor, qui successit maiori, an valeat petere beneficia, perempta instantia compilato processu, & insufflato vitæ spiritu ex Principis gratia, Actore supplicante?*

1 ISthæc restitutio in integrum, de qua noster *Ritus*, à Iure Communi sic appellata, Iure Regni beneficium nuncupatur, vt diximus in *Ritu* 71. & post *Imbrian.* tradit *R. Capyc. Latro decis.* 91. *n.* 4. *in fin.* notans *n. seq.* ex interpretatione Regni Prudentum ita appellatum esse, desumendo nomen ex *Constit.* Regni incip. *Beneficium resti-*

Digitized by Google

tutionis, alij sq; *Constit.& Pragm.*

Ipsam verò, & consecutiuè beneficiũ prædictũ post publicationẽ concedi, docẽt *Abb. Bell. Aret. Boich. Soccin.* & alij in *cap. fraternitatis, de testib. Oddus in tract. de restit. in integr. p. 2. q. 65 arti c. 11. nu. 51.* de communi, atque in praxi commendata opinione attestans, vt etiam testatur. *Afflict. decis. 216. n. 2. Cacher. decis. 86. n. 2. & 3. Cappell. Thol. decis. 249. & Farinac. q. 76. n. 444. & 446.* Non autem postquàm fuerit in causa conclusum, considerata dispositione præsentis *Ritus*. Verùm concedendam esse, tùm attencto Iure Communi, Canonico, e Cœsareo; tùm Constitutionũ, Pragmaticarum, & Rituum Regni, *Maranta* copiosissimè defendit *cons. 25.* & decisionibus Sacri Consilij, nempè *Afflict. 15. & 114.* addo alteram *Minadoi 15.* neq; obstare verb apræsentis *Ritus*, adiungit *sub nu. 7.* Eius autem replicationem contradicere verbis *Ritus* in nigro positis, patebit vnicuique legenti horum *Rituum* impressionem iuxtà ordinem *Carauita*, arbitror tamen eius conclusionem verissimam, quam etiam *Imbrian.* tutatur *in tract. de 1. & 2. benefic. consid. 5. à nu. 2.* paruipensa eiusdem contradicente, & simplicitèr relata sententia in *consider. 2. nu. 56.* nihil etiam refragante dispositione huius *Ritus*, quæ, vt ille inquit, sub *num. 12.* iudicialem obseruationem, nunquam degustauit, quod etiam *Carauita hoc in Ritu* aduertit, & non dissentit *Affl. in mem. decis. 114.*

Vsus verò seruat in Regno, vigore *Pragm. 16. de ordin. iudic.* dari primum, & secundum beneficium, quæ est duplex restitutio in integrum concessa personis priuilegiatis ad probandum incumbentia, quæ petentibus, statim, nulla probata læsione, impartitur *Capyc. decis. 109. num. 10. Franch. decis. 398. Rice. collect. dec. 186. R. Ronit. in prag. 11. nu. 25. de ord. iud. Gallup. in prax. p. 2. c. 28. Pratus ad Muscat. glos. In integrum, vers. Iudicat author*, R. *Marcian. disp. forens. lib. 1. cap. 19. sub nu. 1.* & dixi in *Rit. 71. nu. 4.* quem locum post alios prosequitur *D. Scoppa ad Sarn. in prax. ciuil. p. 1. §. 16. de beneficijs, n. 11.*

Primum verò beneficium petitur intra triginta dies post publicationem, & quando hæc non fit, vt, si probatio per testes deficiat, intra dies triginta à conclusione. Secundum autem peti debet intra alios dies triginta sequẽtes, *Capyc. Latro decis. 91. nu. 7. lib. 1.* vbi *Gizz. n. 1. Sanfelic. decis. 144. lib. 1. Præsul D. Franc. Verde lib. 1. Instit. tit. 21. de auctor. tutor. lemm. 27. ex n. 587.* memor mei in indicato *rit. 71.*

Hinc cum orta fuisset controuersia in S. C. in causa Viduæ Camillæ Carissimo, cum Ioseppho Rotondo, & Anna de Gratia coniugibus, quæ petierat secũdum beneficium, elapsis mensibus duobus, & diebus tribus; Coniuges Actores negabant concedendum, *ex mem. pragm. 16.* quam esse in viridi obseruantia, non hæsitabatur; sed re peracta in S.C. decretum fuit, die 18. Ianuarij 1680. referente Ill. Duce Cæliarum, esse procedẽdum ad vlteriora petito beneficio non obstante, penès Figliolam; At causa iterùm proposita in gradu reclamationis, die 13. Maij eiusdem anni, censuit Senatus, vno ex Dominis dumtaxàt renitẽte, esse illud concedendum, his verbis: *Visis supplicationibus fol. 49. & 50. per S.C. prouisum est, quòd suspenso decreto lato per S. C. sub die 18. Ianuarij currentis anni, Camillæ Carissimo infra dies quindecim valeat examinare testes, tàm in causa repulsa, quàm secundi beneficij*, vota præstantibus mecum DD. Comite Legardi, Aulæ Decano, D. Antonio de Ponte (qui & Commissarius) D. Io: Baptista de Afflicto, & D. Luca Iacca, nunc Regente emeritissimo.

Perpensum fuit, hic agi de modica mora, de qua ratio minimè habetur à DD. in plerisque casibus: vt in tempore statuto hæredi mensium trium ad conficiendum, absoluendumque inuentarium, ait R. *Capyc. Latr. decis. 121. num. 30.* & latiùs scribit in *decis. 129.* atque itidem in appellationẽ, in qua cum sint præstituti quinquaginta dies appellanti, vt transmittantur

acta

acta ad Iudicem ad quem, secùs redditur appellatio deserta, ex *Const. appellationum tempora*, modica trium, vel quatuor dierum mora post dictum terminum elapsum, non præcludit facultatem appellanti, *R. Rouit. in prag. 1. n. 21. de appellat.* ex *Gama dec. Lusit. 132.* conferuntque tradita à *Viu. opin. 524. Gratian. cap. 307. n. 30. Mauson. de cauſ. exequ. ampl. 5. nu. 25. Coſta conſ. 56. n. 27.* ex *text. in l. ſi poſt tres, ff. ſi quis caut.* vbi *Bald.* nectit, modicam verificari moram in tribus, vel quatuor diebus, *Barz deciſ. 50. nu. 57. Menoch. de arbitr. caſ. 7. num. 13.* & secundùm *Theſaur.* in diebus octo, *deciſ. 77. n. 3.* ex *l. ſi debitori, ff. de re iudic.* siue quindecim, iuxtà *Gacher. deciſ. 48.*

Imò nec propriè commissa mora af-
9 firmari potest in his, quæ sunt modici temporis; ideòque purgatur, attenta modicitate, etiam post diem statutum, & tempus præfixum, siue à lege, siue ab homine, *l. ſi debitori, ff. de iudic. l. quoties, C. de precib. Imp. offer. Gloſ. Bal.* & cœteri, quos *Surd.* sectatur *conſ. 558. ex nu. 11. Vrſill. ad Affl. deciſ. 3.* & *deciſ. 73. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 11. num. 22. Auus meus ad Capyc. deciſ. 81. n. 2.* notans, paria esse, aliqua fieri in termino, vel paulò post, ex *Gloſ. in l. Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de procur.* idemq; *Auus meus ad Capyc. dec. 167. & ad Gramm. deciſ. 45. ſub n. 6.* ac peregrinum casum recenset *Gramm. conſil. ciuil. 95.*

Idque maximè vendicabat locum in hac causa, quippè mulieris viduæ, exteræ, minùs cautè defensæ à procuratore; ac nullo quidem pacto sinere debebat æquitas Senatus, vt alterius incuria ei prorsùs noceret, vel termini defectus ob minimam moram defensionis ansam eriperet, & ad producendas probationes aditum reseraret; idque potissimùm, quia in hoc apparebat adfuisse color industriæ partis aduersæ.

Hæc inquàm de paruæ moræ purga-
10 tione, fuerunt perpensa in iurgio inter Ducem Oratini, & D. Scipionem Moecia. Vendidit enim Dux Scipioni die sexta mẽsis Ianuarij 1677. Terram Ferrazzani pro ducatis septem mille, cum pacto de retrouendendo infra annos sex, conditione adiecta, nè retrouenditio exerceretur, nisi completis dictis annis sex à die contractus, quibus annis sex statim elapsis, atque reemptione non facta, Terra prædicta haberetur illicò libera à pacto de retrouendendo. Completis annis sex ad reemendum sub die 6. Ianuarij anni 1683. Dux Oratini depositauit ducatos 7000. die 7. eiusdem mensis, & anni, fuitq; depositum notificatum D. Scipioni die 9. memorati mensis.

Renuebat D. Scipio illud recipere, vti factum elapso iàm tempore: anni enim sex, incœpti die sexta Ianuarij, fuerunt completi die quinta Ia-
11 nuarij. Annus siquidem naturalis, qui dicitur legalis, est dierum trecentum sexaginta quinq; *Bald. conſ. 457. n. 4. Iaſ. in §. rurſus, n. 60. Inſtit. de action. Caſſan. in conſuet. Burgund, rubr. 1. §. 8. in text. dedans l'an. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 109. lit. B. verbo annus,* qui currit de momento ad momẽtum, *Bart. in l. ita vulneratus, notab. 2. n. 3. ff. ad l. Aquil. & in l. libellorum, in princ. n. 15. ff. de accuſat. Carpan. dict. cap. 109. lit. C. verb. incipere*, & proinde sunt
12 obseruanda promissa, quæ acceperunt legem ex forma contractus, & dum dies est adiectus gratia limitandæ obligationis, non tenetur emptor ad retrouendendum post diem contra formam contractus, & promissionis, *Angel. de Peruſ. conſ. 109.* ac si emptor teneretur post terminum elapsum recipere pretium, & retrouenditionem facere, actus agentium operaretur vltrà eorum intentionem, cum tamen contractus ex conuentione legem accipiat limitatam, & causa limitata limitatum producat effectum, aliàs frustratoria fuisset adiectio temporis, & nihil operaretur, si emptor post terminum elapsum teneretur ad retrouenditionem; & tamen permis-
13 sum intrà certum tempus, post illud intelligitur prohibitum, *Iaſ. in l. Seia cauit, num. 10. ff. de verb. oblig. Roland. à*

Digitized by Google

*Vall.conſ.*10.*nu.*12.*vol.*2.ex *text.in l.* 2.*C.de pact.inter empt.& vendit.* tùm etiam, quia promiſſio cenſetur facta ſub conditione, ſi intra illud tempus voluerit venditor reemere; & qui labi patitur tempus, videtur iuri reemendi
14 renunciaſſe, cum ipſum tempus cenſeatur adiectum cauſa limitandæ obligationis: nàm aliàs fuiſſet inutilis illius adiectio, *Alex.conſ.*117.*n.*3.*lib.*3. *Borrell.conſ.*73.*n.*3.*Burſat.conſ.*32.*nu.* 1.*& 9.lib.*1.*Surd.conſ.*52.*n.*23.*Pacian. de probat.lib.*1.*cap.*32.*ex n.*17. *Hartm. Piſtor.obſervat.*223.*n.*3. habetq; ipſum
15 tempus vim renunciationis, quæq; tacita renunciatio orta lapſu temporis, magis nocet, quàm expreſſa, *Tiraquel.de retract.cõuent.tit.à tel temps: gloſ.*2.*n.*52. ex celebri *textu*, à nemine, vt inquit, adducto, *in l. ſi creditor* 7.§. *illud, ff. de diſtract. pignor.Gratian.diſcept. lib.*4.*cap.*710.*ex nu.*18.*Antonell. de tempor. legal. lib.*1.*cap.*11.*num.*13. *Cartar.deciſ.Gen.*85.

Quod adeò veritate niti addeba-
16 tur, vt neq; poſt lapſum vnius diei admittatur venditor ad reemendum: nam prò implenda conditione neceſſe erat offerre pretium intra tempus in pacto expreſſum, alioqui non poteſt dici impleta conditio, neque poſt tempus impleri valet, *Card. Mantic. de tacit.& ambig.lib.*4.*tit.*31.*n.*48.*Hartm. Piſtor.obſerv.*223.*ex nu.*7.*& ſeq.lib.*5. qui propterea ſubdunt, communitèr eſſe reiectum, ac errorem fuiſſe paſſum *Decianum reſponſ.* 84. *num.*2. aſſerentem, venditorem poſt vnum diem admitti ad exercendam facultatem reemendi, rectiùſq; egiſſe Arbitros non admittentes moræ purgationem, inſequitur *Præſul Ricc.collect.* 2456.*verſ. amplia* 2. nàm ad quid prodeſſet præfigere terminum, ſi illius lapſus venditorem non excluderet? *Paul. de Caſtr. conſ.*351.*lib.*2.*Tiraq.de retract.lignag.* §.1.*gloſ.*10.*n.*120.

Potiſſimùm ex dictione in contractu
17 adiecta *illicò*, quæ id ipſum operatur ac protinùs, & ſine cunctatione, *l.litigatoribus*, C.*de appell.Menoch.de recup. poſſ.rem.*1.*num.*252. & importat idem quòd *ſtatim, & incontinenti*, vt ex *l.* 3.§.*in amittenda, ff.de acquir.poſſ.Tiraquell.in l.ſi vnquam, verb.reuertatur, n.* 122.C.*de reuoc.donat.Cott.in memorab. verb. protinùs, fol.* 715.*Octauian. Vulpell. de propoſit.& adverb.ſignif. ſub dict. propriè, verſ.protinùs, pag.*84. *Barboſ.de dict.* 295.*nu.*1. ſiquidem dictio *ſtatim*, idem operatur, ac dictio *eo ipſo, Gloſ.in* §.1.*Inſtit.quib.non eſt permiſſ. facer. teſtam.verb.ſtatim*, ex *text. in l.ex morte* 9.C.*de pact.conuent. Socc. ſen. conſ.*66.*n.*17.*lib.*2. *Surd.deciſ.*57. *n.*9. *& deciſ.*211.*n.*31.*verſ.quartò non reſiſtit*. Prout de dictione *confeſtim*, quòd ſit eiuſdem naturæ, & ſignificationis, nec momẽtum quidem aliquid patiatur, ex *l.placet, ff.de acquir.hæred. Tiraquell.ad dictam l.ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 113.& ex eius propria natura ſignificat ſine interuallo, ac nullo actu intermedio, *Tiraquell. nu.* 114.*& 116.in dictione Statim*.

Atque proindè cum moræ purgatio
18 non fiat, niſi de legis æquitate, non poteſt agi in feudis de moræ purgatione. Hinc etiam aſſenſus ad tempus nõ extenditur, & in caſu pacti reuenditionis Dominus, qui conſentijt vſque ad certum tempus, eo elapſo cenſetur prohibuiſſe, quia omni tempore contractus in feudo eſt prohibitus; vndè ſtatim elapſo termino ſuccedit diſpoſitio prohibitiua, & eſt abſolutum, minime poſſe partes poſt lapſũ pacti dare nouã dilationem, nec infrà tempus pacti poſſe prorogare; & vbi poteſt conſiderari contemptus legis, vel maieſtatis Iudicantis, non datur moræ purgatio; ideòque conſiderando contemptum Domini, & intereſſe voluntatis ob non factam reemptionem in tempore, non poteſt mora purgari; maximè cum elapſo tempore, etiam per momentum, remanſit dominium illud liberum, quo effectu libertatis conſumato, non poteſt dari per purgationem moræ reacquiſitio iuris per momentum extincti, & in ijs, quæ momento expediuntur, momentum multum operatur, ità quòd nec ea, quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe hoc

19 ca-

Digitized by Google

19. casu; nàm quòd mora possit purgari intrà modicum tempus, quia, quæ incontinenti fiunt, censentur inesse, intelligendum est, quãdo actus fit ab habentibus potestatem de nouo inchoandi; secùs verò quando actus fit ab illo, qui nõ valeat de nouo actum facere; & propterea cum nullum possit de feudo fieri commercium, vanum est tractare de moræ purgatione, & sic post lapsum temporis, remansit dominium liberum.

Clamabat è contrà Dux Oratini,
20 nullam fuisse contractam moram, nec quidem momentaneam: nam anni sex fuerunt completi die sexta Ianuarij 1683. & die quinta Ianuarij minimè erat completus annus sextus, quoniam adhuc durabat. Dicitur enim quis mortuus non illo actu, quo moritur, quia cùm moritur, viuit; sed dicitur mortuus, cum primò non est, hoc est, cum primò desinit esse in vita.

Nec obstringebatur facere depositum die sexta Ianuarij, vti dies festus:
21 nempè Epiphania, *text.* est *in l. datio, §. si per venditorem, ff. de action. empt. & vendit.*

Neque ipsi obesse, sed prodesse di-
22 ctionem *statim*, & similes, quæ ad minus tempus decem dierum admittunt post completum tempus, *l. quod dicimus*, vbi *Glos. verbo intelligendum est, ff. de solut. l. promissor, §. si sine, ff. de constit. pecun.*

Addebat, purgationem moræ, etiam
23 si fuerit ei renunciatum, admitti ex consuetudine iudicandi, dummodò ius partis non sit effectum deteriùs, ex *Vinc. de Franch. dec. 482. Capyc. Latro decis. 30. & 160. Mastrill. decis. 259. Sanfelic. dec. 114. Prat. lib. 1. discept. cap. 27. Ann. singul. 663.* & ex adductis à me in *Rit. 163. ex n. 13.* explosa *decis. Afflict. 174.* vti nimis dura, teste *Vrsill. ibidem*, de qua meminit R. *de Marinis* occurrens *decis. Reuerter. 142.* qui R. *de Marin.* ad rem scripsit *lib. 1. quotid. cap. 271.* maximè modica existẽte mora, *l. si ita quis, §. Seia canit, ff. de verbor. oblig. l. si debitori meo 21. ff. de iudic.* vbi *Gl. modicum s. decem dierũ, l. si in lege, 27. §. colonus, ff. locat. l. ab hostibus, § fin. ex quib. caus. maiores, l. 1. ff. de verb. obligat. l. 1. §. qui præsens, de verbor. oblig.* ex quo *tex.* colligit. *Alberic.* paruam moram, moram non esse, *l. duos Reos 6. §. duo Rei, ff. de duobus reis, l. plerique 33. ff. de ritu nuptiar. l. etsi post tres. D. si quis cautionibus*, & aduertunt *Angel. & Aretin. ibidem, Nig. Cyriac. cõtrou. 459. n. 11. lib. 3. Decian. cons. 84.* ex *nu. 24. lib. 2. Verall. dec. 231. p. 2. Peguer. dec. 129. Ricc. collect. 245.*

Etiam in feudis, *Affl. in cap. 1. §. sed*
24 *ne alia, n. 79. quæ sit prim. caus. benefic. amit. Scrader. de feudis par. 9. cap. 9. in 41. caus. prin. n. 8. R. Capyc. Latro cit. dec. 30. nu. 13.* neq; hoc casu fit extensio de tempore ad tẽpus, prohibita in feudis, nam quæ in continenti fiunt, censentur inesse; Ac in contractibus etiam attenditur rigor, *l. quid per astringendæ, de verbor. obligat.* & tamen admittitur purgatio moræ, vt obseruat idem R. *Capyc. Latro cit. decis. 30. num. 16.* & ibi *Gizz.*

Hinc in thesi *cit. decisionis* R. *Reuert.*
25 *142.* mora fuit duodecim dierum, & in casu *consilij Reg. de Pont. 129.* fuit vnius mensis, postquàm emptor isteterat, declarari nullum ius competere venditori, & impartito termino, instructoq; processu, comparuit venditor pro mora purganda.

His iunctim perpensis, decreuimus sub die 20. Decembris 1683. referente D. tunc Consiliario, D. Ianuario de Andrea, nunc in Supremo Italiæ Areopago Regente emeritissimo, cum interuentu nostri Præsidis, quòd *D. Scipio Moccia restituat Terram Ferrazzani in benefitiũ hodierni Ducis Terræ Oratino, D. Antonio Vitagliano, vnà cũ fructibus à die 9. mensis Ianuarij instantis anni, seruata forma pacti de retrouendendo in instrumento venditionis appositi, & depositum factum sit risico, & periculo dicti D. Scipionis.* In banca Iordani.

Cum modò sermo moræ inciderit,
26 liceat mihi recensere factum, quod accidit, me Iudice M. C. V. dignum sanè, quòd hic non abuoluatur silen-

tio:

Digitized by Google

tio. Citatus quidam in M. C. super tenore instrumenti, appellauit ad S.C. ab indebita enim citatione potest appellari, licèt non à condemnatione, vt alibi diximus; obtinuitq; à D.Præside S. C. solitum rescriptum, scilicèt: *Comparẽte personalitèr, & præstita cautione de parendo mandatis S. C. de supplicatis M. C. V. verbum faciat in S. C.* Comparuit debitor, Curia pro Tribunali sedente, exhibens supplicationem cum memorata Regia decretatione, & è M. C. fuit decretum, quòd adimpleat, & sic discessit Curia. Cumque ille non præstitisset demandatam cautionem, hæsitatum fuit, an potuerint expediri literæ exequutoriales eadem die, vel die sequenti, vel vsq; quo admitteretur ad præstandam cautionem? & hac in re perpendo, quòd illa verba: *Comparente personalitèr, & præstita cautione de parendo mãdatis S.C.* important veram conditionem, perinde ac si fuisset dictum: *Si comparuerit personalitèr, & fuerit præstita cautio de pa-*
27 *rendo mandatis*; patet ex eo ablatiuo absoluto, qui conditionem inducit, & in futurum tempus resoluitur, *Bart. in l. à tex. nu. 1. ff. de condit. & demonst. Paul. de Castro in l. 2. §. tametsi, nu. 2. ff. ad l. falcib. Calber. cons. 1. in tit. de verb. signif. Maran. in specul. p. 6. vers. citat. nu. 57. circa med. Capyc. dec. 128.* & alij penès *Rip. respons. 5. n. 2. de pact. respõs. 21. de probat. lib. 2. Soccin. Iun. in l. gallus, §. & quid si tantùm, n. 48. ff. de liber. & posthum.* Si igitùr illud de præstando cautionem, est conditionale, & designat futurum tempus post comparitionem, quæ vt præcedit in ordine scripturæ, ita debet præcedere in ordine actus, & exequutionis; debet Reus priùs comparere in Curia, & deinde præstare cautionem; tempus cautionis in Regio rescripto non præscribitur: ideo remittitur arbitrio Iudicis M. C. Nisi dicas, quòd tempus, licèt non exprimatur, contineatur: siquidem, cum ibi dicatur: *Comparente personalitèr*, quod intelligitur, Curia pro Tribunali sedente, quo tempore citati comparent, etiam Curia pro Tribunali sedente, obstringitur præstare cautionem de parendo mandatis; etenim vna determinatio respiciens
28 plura determinabilia, habet æqualitèr determinare, *l. cum hoc iure*, & ibi Consulti, *ff. de vulg. & pupill.* minimèq; officit, quòd illa regula vnius determinationis, non habeat locum, quãdo diuersa adest determinandi ratio, *Imol. in l. Caius, ff. solut. matrim. Rip. in l. re coniuncti, n. 215. in fin. ff. de leg. 3.* communem autumat *Menoch. cons. 198. lib. 1.* vti videtur diuersa hic inter vnum, & alterum casum, cum comparitio illa necessariò debeat fieri Curia pro Tribunali sedente, ex natura, & qualitate actus, non autem ex rescripti vi, quod non viget in præstatione cautionis de parendo mandatis: siquidem licèt sit verum, comparitionem esse faciendam Curia pro Tribunali sedente, ex natura, & qualitate actus, tamen rescriptum illud videtur præferre illam eamdem qualitatem, etiam in alijs expressis; ac propterea quando Reus comparet, vt præstet, oportet, cautionem illam; quam si non præstiterit, statim erit condemnatus, relaxatis contra ipsum literis exequutorialibus. Verùm dicas, competere
29 purgationem moræ, & ità communi calculo obseruatur, posse præstari cautionem per totas tres horas diei sequentis post rectam Curiam, in quibus adest de mane Tribunal M.C. ex memorata regula, infra modicum tempus licere moram purgari? etiam post diem statutum, siue à lege, siue ab homine; quod modicum tempus in hoc themate seruatur in illis diei sequentis tribus horis.

Quin, & Iudicis arbitrio poterit
30 post dictum tempus admitti ad illam præstandam cautionem, si per eum non steterit, quominus non fuerit præstita, & ita vidi obseruatum: nam cum fuisset præsentatum huiusmodi Regium rescriptum, & statim post rectam Curiam fuisset oblata cautio, at per Actuarium stetisset, quòd non fuisset accepta, ex eo quia non erat ipse competens illorum actorum Actu-

rius;

Digitized by Google

rius, sed alter absens, & deinde postero die iterum oblata fuisset, ac successissent duo dies feriati, quarta demum die, stantibus prædictis, fuit admissa cautio; At cum M. C. processisset ad relaxationem literarum exequutorialiũ, habito recursu ad D. S. C. Præsidem, stãtibus attestatis factis per Actuarios M. C. emanauit Regia decretatio, quòd *M. C. faciat verbum de supplicatis in S. C.* qui quidem Senatus ratam habuit præstitam cautionem, suspensis exequutorialibus literis.

Sed vt ad beneficij materiam se se
31 deflectat sermo, dicimus, eamdem *Pragm. 16. de ord. iudic.* circa temporis spatium in beneficijs petendis complecti, tùm Actorem, tùm Reum, sicuti noster Senatus censuit apùd *Reg. Capyc. Latro dec. 91. lib. 1.* qui eamdem decisionem rescripsit in *decis. 136. lib. 2.* vt obseruat quoq; *Gizz. ad mem. decis. 91. n. 7.* & de quibus memini in indicato *Rit. 71. nu. 8.* prorsùs explosis, scito à *Thoro* adducto, ac dictis ab eo excogitatis *p. 2. compend. verbo beneficia.* Ex primis enim verbis Pragm. *Perche una delle cause, &c.* ac ex subsequentibus: *Per remediare à tali inconuenienti, & abbreuiare, quanto sia possibile il corso delle liti, &c.* vtrumque amplecti conijcio: etenim Iuris Consulti, ac legum Authores in id toto animo, ac velis, remisq; vt aiunt, incubuerunt: ad celeritatem nempè causis impertiendam, *l. non distinguemus, §. quæsitum, ff. de arb. l. terminate, C. de fruct. & lit. expens.*

32 Cum celer causarum exitus, non Actorem, & Reum modò, sed & Rempublicam iuuet, *Bald. in l. fratris, C. de transact.* nec nisi publico fauet emolumento, lex celeritatem contentionibus præcipiens, *Bart. de non. Cod. fac. §. hæc igitur, n. 22.* ac rationem faciendi finem controuersijs, atq; contentionibus, publicum respicere bonum, fusè scribunt *Imol. in c. finem litibus, de dol. & contum. Felin. in c. nonnulli, col. 2. de rescipt.* & post alios, *Surd. decis. 120. n. 8.* atq, ex *text. in l. si quis in graui, §. in ciuilibus, ff. de captiu. & postlim. reuer. & Bald. ad specul. de appellat.* palamq; deducitur, Ciuium discrimina plurimam afferre perniciem, atq; ex ijs incõmoda pleraq; proficisci, dixit *Aristotil. 1. methaph.* & *Chilonis sapientis* inter tria dicta, literis aureis Delphi conseruata, videlicèt: *Nosce te ipsum: Ne nimium cupias*, adest etiam tertiũ: *AEris alieni, atq; litis miseriam fac effugias*, ex *Stob. lib. 3. cap. 28.* & memini in *ritu 10. sub nu. 11. lib. 1.* Nec exiguum Rei emolumentum ex contentionis celeritate extat, *Abb. in cap. Quintauallis, de iure iur. Glos. in c. pen. verb. Restituere, de empt. & vend. Gratian. discept. forens. cap. 117. n. 17.* Propterea *Specul. de præpar. iudic. ante lit. N. & in tit. de inquis. §. 4. vers. quid si pendente*, suadens inquit, à fraude, & iniusta possessione minimè destitisse eum, qui ad contentionem effugiendam aliquid est impertitus, necnon *Felin. in cap. illud, de præscript.* ait, quòd litem deserens non dicitur de iure suo diffidere, sed tantùm lites execrari, causarumq; moras indignari.

Cum autem ex legibus habeamus,
33 statuendũ contẽtionibus modum, nouimus id tàm pro ipso Actore, quàm pro Reo sancitum esse, ex *citat. text. in cap. finem litibus, de dol. & contum.* & *tex. in l. properandum, C. de iudic.* ad Actoris incuriam, atque moram quoque respexit, dum peremptionem instantiæ intra triennium in ciuilibus præcepit, nè causæ in æternum profluere, tempus, hominumq; vitam excedere, videantur, ibiq; *Glos. in verbo, immortales*, dixit, causarum cunctationes vel ab Reo, vel ab Actore, vel ab Aduocato, vel demum ab Iudice emanare, & *Gl. in l. litibus, C. de agric. & cens. lib. 11.* (in quo *tex.* identidem modus litibus præcipitur) notat, consentaneum *text. in l. quidam, si cert. pet.* vbi Iuris Consultus, nè Actor Reum contentionum vinculis implicaret, statuit, cogendum Actorem, vt debiti partem recipiat, si partem dumtaxàt confessus fuisset, licèt Actor mutilatam solutionem recipere nequaquàm teneatur. Omnia itaq; incommoda, & mala, quæ ex litis mora, ac protelatione proficiscun-

ciscuntur, vt disertissimè ex more recenset *Luc. de Penn. in mem. l. litibus*, ex *n.* 1. tùm in Actorem, tùm in Reum
34 cadunt. Iura propterea omnia litium celeritatem præcipientia ad vtrumq; attinent, ac peculiaritèr ex apertissimis nostræ *pragm.* verbis, & mente vtrumq; includi, perspicuum est. Præterquàm quòd vulgata Iura præcipiũt, non impari more, modoq; cum Reo, ac cum Actore in cõtentionibus agendum, *l. fin. C. de fruct. & lit. expẽs. cap. 2. de mut. petit. cap. nouit, de iudic. Carleual de iudic. tom. 2. tit. 2. disp. 8. sub nu. m. 17. Carau. in rit. 46. nu. 13. & Ipsa ibidem nu. 4. & in rit. 181. n. 3. hoc lib. 4. Prat. pract. obseru. 59. n. 3. R. Gupyc. Latro cit. decis. 71. n. 12. & decis. 136. n. 15.*

Quod vt validiùs constet, in eiusmodi *pragm.* de beneficijs sermonem habẽte, Actorem nequaquam includi,
35 *Thor. in cit. verb. beneficia, seù restitutiones*, retulit S. C. scitum, ex quo apparet, *prag. 5. de offic. S. C.* sancientem, non esse recipiendas nullitates aduersùs decreta S. C. nisi facto depositio, non includere Actorem, cui licet sine depositio rem proponere, vt latiùs idẽ *Thor.* prosequitur *ead. p. 2. verb. depositum pro pœna nullitatum.*

Hæc tamèn quæstio fuit ad libellam reuocata in celebri causa D. Philippi Viues de Cañamas, cũ Ill. Marchione Serra. Etenim prolata sententia, me referente, iunctis duabus Classibus S. C. nempè DD. Consil. de Martino, & Muscettula, cum interuẽtu DD. Consil. de Ponte, atque Caracciolo, & Præsidẽtis R. C. Scondito, sub die 8. mensis Martij 1687. qua fuit sancitum: *Oppositam exceptionem rei iudicatæ, tàm pro parte Ill. Marchionis Serræ, quàm Curatoris Patrimonij Ginesij Sanguinetti, obstare, & proinde non esse locum, neq; esse deferendum petitæ in integrum restitutioni; nec non tàm dictum Ill. Marchionem, quàm Curatorem prædicti patrimonij absoluendos esse, & absolui debere, prout præsenti nostra diffinitiua sententia absoluimus, absolui volumus, & mandamus, ac penitùs liberamus ab omnibus petitis, prætensis, & deductis per D. Philippum Viues, nomine, vt in actis. Verùm ex causis in S. C. discussis, dictus Ill. Marchio soluat dicto D. Philippo ducatos septem mille, quibus solutis, sequestrum factum super annuis ducatis bismille Arrendamenti Olei, & Saponis tollatur, facta obligatione per dictum D. Philippum de eximendo indemnes, & illæsos dictos Curatorem, & Marchionem ab omni molestia forsàn inferenda vigore testamenti qu. Ioannis Viues pro dicta summa ducatorum septem mille.* In Banca de Martino.

Actor produxit nullitates, quas absque depositio discutiendas decreui, sub die 28. Nouembris 1688. non obstante Marchionis cõuenti instãtia pro depositio, ex *pragm.* 5. mòx memorata, tria nempè continente capita. Primum decernit, nefas esse dicere quòad sententiam S. C. de nullitate, idq; duplicem ob rationem; tùm quia à Supremo Tribunali profecta sit, tùm nè tantæ authoritatis, & iurisdictionis decreta exequutione celeri destituantur. Secundum caput declarat, id intelligi, quando nullitas probationem extrinsecam, vel aliam indaginem requireret, secus cum nullitas ex eisdem actis proponitur. Tertium verò præcipit, depositum ijs, qui in eiusmodi decreta nullitatibus inuehi ausi sint. Quamobrem si prima *pragm.* pars expendatur, minimè dicendum, cessare in Actore rationem *pragm.* nimirùm de Tribunalis præeminentia, constatq; quòd illa attencta, sicuti Reo non licebat de nullitate dicere absq; depositio, sic & Actori; si de secunda ratione sit sermo, videlicèt, nè protrahatur exequutio, patet, tùm Actorem includi, tùm Reum.

Maximè quòd ratio appareat præcipua, magis illa, quæ à Tribunalis Supremi authoritate ducitur, tãquàm
36 prima in ordine posita, & sic priùs in intellectu, *Bald. in l. si duas, §. 1. de escusat. tutor.* quem ad hoc probè laudat *Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, verb. testamentum, el 2. nu. 28. de testam. Tiraquell. in tract. cessante caus. limit. 22. Surd. decis. 62.* atq; ad hanc eamdem tuen-

Digitized by Google

tuendam regulam, *Aluar. in cap.* 1.§. *hoc autem, num.* 10. *de his, qui feud. dar. poss.* laudat *text. in l. cum hi,* §. *si Prator, de transact.* & quod notatur in *l. diuortio, ff. solut. matrim.* Hinc, cum aga-
37 tur de nominatione extra Regnum, quæ exquirit depositum, iuxtà *Pragm.* 3. *de dilat.* & quæ nos scripsimus in *Rit.* 140. *ex n.* 1. *lib.* 1. cum expensum esset, an Actori depositum constituẽdum esset? S.C. decreuit contra Actorem, quã decisionem in quadam causa contigisse accepi ex D. Petro Antonio Comite, amicitiæ nexu mihi coniuncto, quem disertissimum causarùm Patronum, & Iudicem M.C.V. nouimus. Licèt hoc
38 dubium carebat difficultate: nàm præfata *Prag.* 3. vtitur verbo: *Quiuis*, quod ad omnes litigatores spectat, & sicuti *Quisquis*, vtpotè distributiuum, nõ potest de proprietate sermonis ad vnum dumtaxàt referri, *Glos. in l.* 34. §. *filium, de vulg. & pupill. in verb. Patris quoque*, & ibi *Aret. n.* 6. & ex toto illius *Pragm.* cõtextu, vbi nulla decisionis ratio, vel causa exprimitur, liquidè cõstat vtrũq; cõprehendere voluisse, & *R. Rouit. ibid. n.* 5. de quo memini in mem. *rit.* 140. *n.* 7. affert aliam S.C. decisionẽ, qua cautum fuit, Actori nominationem extra Regnum omninò denegãdam, eo quòd
39 quinque diebus, post constitutum terminum, elapsis, depositũ facere minimè curauit, tradẽdo ibi ex *Præs. de Franch.* dictis, depositum vnà cum nominatione testium per nomina, & cognomina esse agendum intra quinq; dies, ad instàr Iuris Communis dispositionem de faciendo depositio pro salario testium, de quo *Glos. in cap. statutum*, §. *fin.* iuncto *tex. in verbo expensas, de rescript. in 6.* & cautelam ad euitãdum depositum indicauimus in *cit. rit.* 140. *sub num.* 9. quem locum expendit *Luca ad Franch. decis.* 67. *Thor.* insuper 2. *par. compend. verb. Testium audientia*, conclusionem
40 constituit, non alitèr, ac in causa ciuili ardua, aleæque prorsùs plena; sicuti in criminali causa, vbi testium audientia nequaquam cõmittitur, vt diximus in *Rit.* 156. & 158. & extenditur etiam in causa repulsæ, vt notauimus in *Rit.* 146. *lib.* 1. vbi non solùm Actore, sed Reo etiam petente, denegatur audientia: cum in iudicijs æqualitatis iura seruanda sint. Sacrum tamen Consilium, iunctis Aulis: nempè, mea, in qua præsideo, & D. Consiliarij D. Petri Cortes, cum interuentu DD. Spectabilis Regentis D. Stephani Padilla, eiusdem S.C. Decani, & aliorum Adiunctorum, Commissario D. Consiliario D. Roderico Messia y Prado, sub die 16. Septẽbris 1691. ratum habuit in gradu appellationis, quod ipse decreueram, æquiorem, ac mitiorem insectando sententiam, quia in ea *Pragm.* 5. cùm de depositio agitur, finem ad eius exequutionem habuit, ibi: *Ex quadam abusione introductũ, aduersùs omnes ferè sententias eiusdem S. C. de nullitate opponi ad impediendam, & protrahendam ipsarum sententiarum exequutionem*, & inferius: *Quò fit, vt nonnulli litibus, ac expensis fatigati, derelictis causis suis, iustitiam consequi desperent.* Et cum ratio,
41 quæ legis anima dicitur, *l. cum ratio, ff. de bon. damn. Barbos. lit.* R. *nu.* 3. deficiat, non mirum, si ipsa lex cessare debeat, exequuta iàm sentẽtia, qua Marchio fuit absolutus, & retinet quantitates soluẽdas vigore sentẽtiæ, vt perpẽdit *Thor. cit. loc. & ead. p.* 2. *verb. depositũ pro pœna*, & scripsimus in *Rit.* 252. *ex n.* 22. *lib.* 2. *& Rit.* 269. *num.* 20. *lib.* 3.

Discussis propositis nullitatibus, ad
42 duas in summa redactis: nempè sententiam continere superfluitatem verborum, imò, & manifestam repugnantiam, atq; implicantiam, dùm declarat, exceptionem rei iudicatæ obstare, ac absoluit Marchionem Serra, & Curatorem patrimonij Gineſij Sanguinetti ab omnibus petitis, prætensis, & deductis per D. Philippum Viues, & simul condemnat Marchionem ad soluẽdos D. Philippo ducatos septem mille, & sic prædicta sentẽtia in secundo iudicio est nulla, tanquàm contra *tex. in l. vbi repugnantia, ff. de regul. iur. Dec. in cons.* 8. *num.* 7. & frustrà ad saluandam præfatam quãtitatem addita fuit clausula: *Ex causis in S.C. discussis*, quia nec Princeps, nec Legislator valet actum

Digitized by Google

repugnantem in esse producere, vt in *add. l. vbi repugnantia, cum* §. *seq.* & ibi *Dec. n.* 3. notat *Angel. cons.* 187. *circa finem.* Nec non esse nullam sententiam, dùm productis partitis solutionum, & illarum ordinata discussione, ea non facta, nec discussis singulis partitis; minimè in confuso, non seruato ordine cognitionis, mandari poterat, soluendos esse ducatos septem mille, contrà *text. in l. prolatam*, C. *de sent. & interloc. omniũ Iudic. cap. cum dilecta, de rescript.* Granet *cons.* 592. *ex nu.* 27.

Decreto Senatus, ijsdem Iudicibus ius dicentibus, sub die 20. Septembris 1691. fuit prouisum: *Nullitates non obstare*, & sententia suam habuit exequu-
43 tionem. Obiectis autem occurrebatur, nouam non esse huiusmodi prolationis sententiæ formulam: nempè obstare exceptionem rei iudicatæ, & absolui ab impetitis, vt legitur apùd *Gram. decis.* 68. *sub num.* 7. ibi: *Fuerunt conuenti absoluti, & exceptionem rei iudicatæ obstitisse*, potissimùm hac in thesi, in qua fuerunt deducta alia in primo iudicio minimè producta. Quò ve-
44 rò ad liquidationem non factam, fuit perpensum, rationes dispungendas nimis esse dubias, inuolutas, & difficiles, litem fuisse diù, atque diù agitatam, quæ difficillimè expediri poterat, & proinde licuisse S. C. summam arbitrari, ex traditis per *Escobar. de ratiocin. cap.* 32. *nu.* 25. *& Merlin. decis. Rot. Roman.* 678. *n.* 9.

Nupèr discussum fuit, an perempta
45 instantia compilato processu cum maiore, cui minor successit, insufflato vitæ spiritu ex Principis gratia, Actore supplicante, valeat minor beneficia petere? & quidèm, minorem ipsum non esse audiendum, voluit *Afflict. decis.* 212. quia beneficia ipsa conceduntur ob probationes omissas, propterea cũ processus fuit compilatus, minor, qui maiori successit, non restituendus est aduersùs factum maioris, iuxtà *decisionem de Franch.* 647. ea quippè ratione, quia lis cum sit contestata, & probationes receptæ, quæ perempta instantia non pereunt; sed tantùm acta ordinatoria: prout libellus, litis contestatio, seù terminus, satisdatio expensarum, calumniæ iuramentum, & similia; vt post alios obseruat *Consil. Staiban. resol.* 191. *num.* 55. *tom.* 2. cum enim minor iure suo non vtatur, ex quo cum eo nil gestum est, non est restitutioni locus, insequitur *Fontanel. decis.* 103. *n.* 13. *& in tract. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 3. *nu.* 59. sui Senatus decisionem nectens, *de Luca obseru. ad eamdem decis. de Franch.* 647. *nu.* 1. *&* 2. ex *text.* peculiari *in l. AEmilius Largianus ff. de minor.* & dixi *in ritu* 234. *num.* 19 *tom.* 1.

Contrarium verò decisum fuit de anno 1622. in causa Ill. Ducissæ Gravinæ, cum Bartholomeo, & Victoria de Marino, in qua causa minori fuit concessum primum beneficium, prout etiam fuit elargitum apùd *R. Sanfel. decis.* 145. *n.* 10. *tom.* 1.

Nos autem vtrasque decisiones veras dicimus, quia decisio *Affl.* 212. manauit ex eo, quia instantia non erat perempta, & minor maiori successit tempore, quo erat elapsus terminus beneficia petendi; In casu verò *Sanfel.* instantia fuit perempta, ex Principis benignitate restaurata, & tunc nouum dicitur iudicium, *Staiban. resol.* 134. *n.* 5. *& obseru.* 140. *n.* 25. *Luc. ad Franch. dec.* 473. *n.* 2. *Cõsil. Altimar. de nullit. rubr.* 9. *q.* 36. *ex nu.* 8. *Hieron. Calà de rest. in integ. q.* 28. *ex nu.* 28. *& q.* 33. *n.* 32. *Gallup. in prax. p.* 2. *cap.* 31. *n.* 10. & dixi in *rit.* 234. *nu.* 21. *tom.* 2. atq; ita decreuit S. C. me referente, in causa Hæredum Io: Ambrosij Spinola cum Ill. Ducissa Andriæ. In Banca de Fusco.

RITVS CCXCVII.

ITem seruat ipsa Curia, in prima causa, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, aliquem condemnare in expensis.

SVMMARIVM.

1 *Regula statuens, Victum Victori, in ci-*

Digitized by Google

ciuilibus, in expensis condemnandum, ampliationes habet, & limitationes, vt per DD. ibi.

2 *Victus, qui habuit iustam litigandi causam, an excusetur ab expensis?*

3 *Adducitur distinctio præsentis* Ritus *circà huiusmodi expensarum condemnationem.*

4 *Quam tamen reÿciunt alia Iura Regni, quorum dispositio in praxi seruatur, & recensetur vsus apponendi in fine sententiarum clausulam:* Neutram partem in expensis condemnando.

5 *Vsus, vt conuento instante, Actor obstringatur in principio litis præstare cautionem de reficiendis expensis, ex quo inoleuit.*

6 *Fideiussor nùm teneatur ad huiusmodi expensas, si Actor, pro quo cauit, in causa succumbuerit: veluti si instantiam peremptam pronunciatum sit?*

7 *Sententia an continere debeat expressam expensarum condemnationem, aùt absolutionem?*

8 *Quidnè, si pars iustam litigandi causam habuerit?*

9 *Statutum dictans, expensarum condemnationem, an comprehendat iustam causam?*

10 *Statutum quando interpretari debeat, vt aliquid Iuri Communi addat?*

11 *Iusta causa ab expensarum condemnatione excusat.*

12 *Expensarum condemnatio ita demum fit, si à parte sint petitæ, & declaratur remissiuè.*

13 *Expensarum condemnatio si in sententia omissa sit, Victor valet illas petere, etiam post sententiam.*

14 *Causæ iustæ litigandi excusantes ab expensis, quænàm sint?*

15 *Opinio Doctoris releuat ab expensis.*

16 *Ab expensis excusatur, qui motus fiducia plurium testium extra iudicium se iactantium, deponere pro illo, eos examinari fecit, quamuis illi contrarium testificati sint.*

17 *Ab expensis etiam excusatur, qui instructus fuit à viris fide dignis.*

18 *Homo magnæ, & approbatæ fidei minimè condemnandus est in expensis.*

19 *Error Iuris dubÿ, & intricati ab expensis excusat.*

20 *Victus, ratione sanguinis, condemnari non debet in expensis in beneficium Victoris consanguinei:*

21 *Succumbens ex defectu testium repulsatorum ab expensis excusatur, nisi eos scienter produxerit.*

22 *Reus in expensis non condemnatur ob petitionem plus debito ab Actore factam.*

23 *Legatarius, cui in testamento relicta est aliqua quantitas, quæ moderata fuit in codicillis, rectè petere valet totum legatum in testamento relictum, & fit ademptio ope exceptionis.*

24 *Obtinens ex iuramento suppletorio ob defectum semiplenæ probationis non exigit expensas à Victo.*

25 *Victoria quando est promiscua, cessat expensarum solutio.*

26 *Si quis in prima instantia habuit sententiam fauorabilem, & in secunda succumbuit, quando condemnetur in expensis.*

27 *Iudex secunda instantiæ confirmans sententiam primi Iudicis, & condemnans Victum in expensis, de quibus expensis intelligatur?*

28 *Iusta causa excusat ab expensis vsque ad publicationem inclusiuè.*

29 *Condemnatio expensarum locum habet tàm in diffinitiua, quàm in interlocutoria sententia.*

30 *Expensæ in interlocutoriis statim ante sententiam reficiendæ sunt; & quando Victor eas repetere non valeat? cum aliis ad materiam.*

31 *Iusta causa excusans Victum ab expensis, procedit in Reo, non autem in Actore, & traditur ratio.*

32 *Sententia si dicat:* Victum Victori in expensis, *nec addat aliud verbum:* Condemnantes, *nùm valeat quò ad expensas, ita quòd in ea verbum illud:* Condemnantes, *intelligatur?*

33 *Sententia non habens verbum:* Condemno, *nulla est; secus verò, cum verbum illud virtualitèr intelligi potest per aliquod equipollens.*

34 *Sententia redditionis computorum trahitur ad reliquorum restitutionem.*

35 *Sententia declarans aliquod deberi,*

Digitized by Google

præsupponit condemnationem ad soluendum, & adducitur Scitum S.C.

36 *Iudex declarãs, Actorem ius non fouere, tacitè videtur, imponere silentium.*

37 *Instantia si pereat facto illius, qui restitutionem impetrauit, debet reficere expensas, & quid, si in rescripto Principis, instantiam restituentis, nulla de expensis mentio facta sit.*

38 *Discrimen adducitur inter litis expensas, in quibus quis per diffinitiuam sententiam condemnatus est; & expensas propter desertam instantiam.*

39 *Expensa litis propter desertam instantiam taxantur in parua summa ex inueterato stylo, qui seruandus est.*

40 *Expensa ob instantiæ peremptionem soluta minimè repetuntur.*

41 *Actor in expensis condemnari debet, cũ quis absoluitur ab obseruatione iudicij.*

42 *In liquidatione expensarum litis veniunt tantùm necessariò erogata, non verò voluntariè; & quid de damnis, aùt lucris amissis.*

43 *Absolutio ab expensis an comprehendat damna?*

44 *Expensas litis si quis propter aliquod peculiare priuilegium soluere non obstringatur; neque aduersarius victus eas soluere tenetur.*

45 *Plures victi collitigantes si ad expensas simpliciter condemnati essent, vnusquisque pro sua rata tenetur.*
Intellige, dummodò petitio non fuerit insolidum.

46 *Expensa in priori instantia non debentur in criminalibus.*

47 *Condemnatio expensarum an locum obtineat respectu Fisci? & quid, cum indebitè, iniustèque aliquem vexauit?*

48 *Accusator, qui succumbuit, in expensis non condemnatur.*

49 *Ad quod recensetur nuperrimus casus in S.C. dispunctus.*

50 *In obligationibus descendentibus ex delicto, & quasi, quò ad interesse partis, omnes insolidum obstringuntur.*

51 *Ratihabitio æquiparatur mandato, etiam in delictis.*

52 *Pœna cum omissa est in sententia, absolutionem operatur.*

53 *Dispositio præsentis* Ritus *an sit emendata à Regia* Pragm. 1. de expensis.

54 *Calumniatores vt minimè supplicio afficiantur, nedum corporis, sed etiam expensarum, nulla communi, aùt municipali lege cautum est.*

55 *Condemnatio expensarum semper, & indistinctè fit contra succumbentes in causis syndicatus; & tali etiam casu competit actio iniuriarum.*

56 *Expensæ iure actionis, & conuentionis soluũtur etiã post sententiam, & iusta causa non excusat, maximè Actorem.*

57 *Discrimen adhibendum est inter querelas, quæ porriguntur contra priuatos, & eas, quæ exhibentur aduersùs Officiales.*

58 *Administratores, qui temerè Vniuersitatum nomine querelas porrexerunt, & succumbuerunt, an propriis nominibus teneantur ad expensas, & damna exoluenda?*

59 *Tutor, aùt Curator instituens calumniosè actionem, ipse, & non minor, expensas soluere obstringitur.*

60 *Nimia populi audacia aduersatur æquitatis legibus, & illas retardat.*

61 *Respublica vt benè geratur, dandus est æquè pœna, ac præmio locus; ad quod recensentur nonnulla eruditiorũ loca.*

62 *Decretum*: Esse deferendum, *quid operetur.*



1 Ispositio huius *Ritus*, pugnat cum communi Doctorum conclusione, ac Iuris regula sanciente, Victum Victori, in Ciuilibus, in expensis condemnandum, de qua *in cap. olim, el 2. de priuil. cap. finem litibus, de dolo, & contumac. & l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de iudic.* quamq; exornant, dilatant, & arctant *Gratian. Reg.* 486. *Viu. decis.* 47. *lib.* 1. *Couarr. pract. quæst. cap.* 27. *Bart. in l. si postulauerit, in princ. nu.* 1. *§. fin. n.* 1. *ff. de adulter. & in l.* 1. *in princip. num.* 12. 13. *ff. ad Senat. Consult. Turpillian. Bald. in l. non ignorat, in princip. C. de fructibus, & lit. expens. Andr. Gail. practicar. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 151. *Thesaur. dec. Pedemont.* 67.

n. 1.

Digitized by Google

n. 1. *Franc. Marc. decis. Delphinal.* 191. *n.* 1. *vol.* 2. *de Amatis decis.* 24. *num.* 14. *Fontanel. dec.* 98. *n.* 1. *Ricc. collect.* 2247. *par.* 6. *Rip. obseru.* 47. R. *Valenz. cõs.* 50. *lib.* 1. *Carocc. singul.* 28.

Qui quippè DD. potissimùm *Couarr. nu.* 1. scripsit, præfata Iura inniti calumnia, ac propterea communior est sententia, Victum, qui iustam litigandi causam habuit, excusari ab expensis: quam multis Doctoribus probat *Carthar. decis. Genuensi* 1. *nu.* 3. Verùm in dubio præsumptionem vrgere, quòd non habuerit Victus iustam litigandi causam, adiungit *Couarr. sub n.* 3. amplexaturq; *Guttier. pract. quæst. lib.* 1. *cap.* 135. *sub n.* 5. & *Menoch.* non immeritò recitauit causas, easq; iustas litigandi, *in tract. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 177. & Nos infra ex *num.* 14.

Ab ea tamèn præsumptione desciscens noster *Ritus*, obseruantiam recenset, non damnandi in expensis Victum in prima instantia, nec illam corrigit *Ritus* 310. vt opinatur *Cauens. ibidem*, *& in hoc Ritu*, siquidem ille haud exprimit, in prima, an in secũda causa? ob quod, vt correctio euitetur (quæ non ita de facili, nec per subauditos intellectus est inducenda, *de Franch. decis.* 435. *nu.* 17. *& 25.*) in secunda causa debet intelligi, vt notat *Caran. hoc in loco num.* 2.

Sed *Pragm.* 1. incip. *Temeritatem litigantium, sub tit. de expens.* Iura communia, ac nostri Regni *Constit.* incip. *Diuorum Principum*, imitans, contrarium sanxit simplicitèr, cum nulla de instantijs præmissa distinctione, mandauit, in expensis victum damnãdum, quod seruatur in praxi, vt, *Carauit.* laudato, obseruant *Muscatell. in prax. lib.* 2. *p.* 3. *glos. reformando, nu.* 51. *vers. Demum quæramus*, necnõ *Anus mens ad Gramm. decis.* 83. *num.* 1. *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de expens. Oliua, & ad eum Episcop. Campanil. super* Rit. Cur. *Archiep. Neap.* 4. *Viu. dec.* 47. R. *Tap.* 3. *tom. Iur. Regn. pag.* 229. *Visconti in conclus. iur. verbo Victus Victori*, notans, in S. C. semper victum ex causa iusta absolui ab expensis, & ideò *Constit.* prædicta *Diuorũ Principum*, ligari omnes Iudices, sed non ipsum Regem, eiusq; S. C. ex *Afflict.* sensu in eadem *Const. Diuorũ Principum, n.* 2. Vt propterea inoleuerit vsus in ipso Senatu, apponendi in fine sententiarum clausulam: *Neutram partem in expensis condemnando, Consil. Staiban. cẽt.* 2. *resol.* 176. *n.* 100. Huiusq; demum *Pragm.* vigore inoleuit usus, vt, conuento instante, Actor obstringatur in principio litis cautionem de reficiendis expensis præstare, *Minad. dec.* 4. etiam si litigãs sit Clericus, *Marian. Soccin. in cap. quòd Clericis, col.* 2. *post. nu.* 5. *vers. ex prædictis, de for. compet. Pereir. dec. Lusit.* 109. R. *Rouit. in cit. prag. sub nu.* 1. lepidè notans *nu.* 32. ex *text. in Auth. libellum, C. de litis contest.* contra huiusmodi fideiussores nõposse expensas à Iudice taxari vltrà aureos triginta sex, quod minimè seruatur.

An verò hic fideiussor, si Actor, pro quo cauit, in causa succumbuerit: veluti si instantiam peremptam pronunciatum sit, ad expensas teneatur? Non teneri censet *Bald. cons.* 106. *vol.* 2. ea quippè ratione, quoniam succumbere non dicitur, qui causam adhuc reassumere poterit, & fideiussio stricti iuris locum vendicat in causa principali, non autem in emergenti, scilicèt, super instantia.

Adiũgit insuper memorata *Pragm.* 1. quòd sententia proferenda continere debeat expressam illarum condemnationem, vel absolutionem.

Idque adeò verum, vt si iusta causa vetaret iam dictam condemnationem, illam apponi, atq; exprimi in sententia debere, probat *Viu. decis.* 67. *nu.* 12. *lib.* 1. & ante ipsum notarunt *Bald. in Auth. generaliter, C. de Episcop. & Cleric. Specul. tit. de expens.* §. *nunc videndum, versic. quidam*, per *text. in* §. *oportet, Auth. de indic.* quod tamen Praxis non seruat, teste *Ventrigl. in praxi lib.* 1. *annot.* 21. §. *unic. n.* 41.

Hinc, vt vltra dispositionem Iuris Communis, aliquid hæc *Pragm.* illi addat, condemnatio fieri debeat, quãuis pars iustam causam litigandi habeat, voluere, in terminis similis Statuti,

Digitized by Google

tuti, *Alberic.de Rosate in 2.par.Statutorum,quæst.191,Ioan.de Sylua in tract. de benefic.p.2.q.23.nu.14.Crem.singul. 120. Marsil. singul. 207. & in pract. crim.§.opportunè,n.43.* & alij apùd *Gabriel.commun.opin.lib.2.conclus.2.n.1. tit.de expens. Angel. Gambil.cons.140. n.11.Roland,à Vall.cons.62.n.12.vol. 4.Cremens.& Add.singul.121.* ex *Glos.* singulari *in §.sancimus,Auth.de exhib. & intro.reis*, quam magnificauit *Angel.in l. non solùm,ff. de reiuend. Michael. Graff. in tract. Commun. opin. 22. quæst. 5. Capucius in prax. iudic. tom. 1.q.3.cap.11.artic.9.n.122.*testificans *n.129.*de stylo Rotæ Romanæ,& cum eiusmodi expensæ debeantur iure actionis ex vi Statuti, seù Pragmaticæ, iusta causa non excusat: vt dicitur de expensis promissis in instrumento, quæ, vti debitæ iure actionis, soluuntur,iusta quoque causa existente,*Caualcan. decis.15.n.29.& in tract. de usufruc. mul.relic.n.205.Anna singul.183. Marsil.in l.patre,vel marito, ex n.22.ff.de quæst.Francisc.Marc.dec. 927.p.2.Affl.in constit.cit.Diuorum,n. 4. R.Rouit.cit.sub n.3.Surd.de alim.tit. 6.q.3.n.28.decis.261.n.9.& decis.274. nu.6.Grat.dec.83.n.2.Capucc. cit.loc.n. 133.* Quin si quis expressè absolutus sit ab expensis,non censetur liberatus ab expensis debitis iure actionis, *Aretin.in §.hæc autem,Instit.de pœn.temer. litig.Reg.Rouit.in mem.prag. 1.n.4.*

Contrarium tamèn,vt Statutum dic- 9
tans talem cõdemnationem minimè comprehendat iustam causam,scribũt *Bald.in cit.l.terminato,n.21.in fin.versic.Porrò,vt illud Statutum,C.de fructibus, & lit.expens.& in l.eos,§.cautione, sub num. 2. versic.si verò petuntur,C.de appellat. Fulgos.in cons. 140.incipient. Præsuppositis dubÿs, col. 2. vers.ad tertium de Statuto, Berous cons.150.n.18. vol. 1. Io.Bapt.Asin.in prax.iudic.§.32. cap. 2. limit.1.sublimit.3.num.5.Nicol. Vigell.dec.35.cent.2.* & ex Nostratibus, post alios, *Muscatell. in prax. p.7. glos. condemnando,sub nu.80.vers.aliqui tamen:* nàm, licèt Statutum interpretari
10 debeat,vt aliquid Iuri Communi addat; hoc tamèn ita verum est,si indebitè quis damnum non patiatur, aliàs secundùm Ius Commune interpretandum est, etiam si Iuri Communi nil adderet, & frustratorium redderetur, *Paul. de Cast. in l. 2. C.de noxal.Raph. Comens. cons. 173. Tiraq. in tract. Le mort. saisit le vis.p.4.decl.2.Menoch.de arbitr.cap.177.n.17.Ludouic.dec.Perus. 52.ex n.2.* & post alios *Borrell.p.2.dec. tit. 39. de expens.nu.176.& 178.* quorum nonnulli id coarctant, si Statuto expressè caueretur, victum teneri, etiam si iustam causam haberet, & in nonnullis locis addit statutum, vt in illo Politiano, & in Republica Genuensi,*lib.3.cap.5.* quod etiam si Iudex eum absoluerit, ab ipso Statuto condemnatus intelligatur. Quod Statutum seruandum, quamuis asperum, decisum indicat *Asyn.in prax.cit.§.32. cap. 2.lim.3.primæ limit.nu.7.Chartar. dec.Gen.prima nu.7.* ad tradita à *Tiraquel. in l.si unquam, verbo libertis,sub n.4.C.de revoc.donat.*

Horum aleam:nempè iustã causam
11 excusare,prorsùs Ipse insequor, quia non sumus in meris terminis Iuris Communis, cui, vt aliquid adijceret, ita decreuerit iam dicta Pragmatica. Sed vt contradicentem huius *Ritus* aboleret obseruantiam, vtriusq; Iuris Interpretum opinioni contrariam, *R. Sanfelic. in prax.sect.61.nu.1.* maximè cum Statuta alitèr disponentia iniqua appellet *Paul.de Cast.cons.16.sub n.10. vers.Dico quòd non,vol.1.* & in genere similia Statuta esse odiosa,notat *Asyn. cit.§.32.cap.28.n.1.* Absurdum etenim est, aliquem pœnæ metu perterritum bona sua indefensa relinquere, prout eueniret, si iustam litigandi causam habens in expensis etiam condemnandus esset, quamuis in iudicio superatus, & sub iusta examinatione conuictus, impensas, quas immerito litepulsatus substinuit, meritò exoluere debeat: *Hoc enim remedio fiet, vt in mala causa nullum litigare delectet,* ait *Teodoricus,*apùd *Cassiod.in edictis,n.11.* quia *hinc dantur fomenta detestabilis iurgÿ,cum improbi vincuntur illæsi,nec*

do-

Digitized by Google

dolet calumniantibus pudoris damnum, si euaserent dispendia facultatum, vt dicit *Athalaricus* apùd *eumdem quæst. variar. epist.* 18.

Harum verò expensarum condem-
12 natio ita demùm fit, si illæ à parte fiunt petitæ, post alios *Paris de Puteo de syndicat. verb. expensæ, verbo potestas, n.* 4. & declarant *Borrel. cit. cap.* 39. *n.* 13. & *Carau. in hoc Rit. nu.* 8. *Grauat. ad Vest. lib.* 8. *cap.* 2. *n.* 25. *Ronit. in prag.* 1. *de expens. n.* 9. quæ hodie semper censentur petitæ, maximè ex vi clausularum in libello deductarum, præsertim, *ius, & iustitiam ministrari, Gaill. pract. obseru.* 151. *lib.* 1. Illarum proinde condemnatio, attentis nostrarum *Constitut. &*
13 *Pragm.* expressis sãctionibus, si omissa sit in sententia, earumdem condemnationẽ benè valet Victor petere, etiam post sententiam, contrà *text. in cit. l. terminato*, C. *de fruct. & lit. expens.* tanquàm debitas iure actionis, conditione ex Statuto, *Thor. vot.* 28. *n.* 10. *lib.* 2. *Marant. in singul. verbo expensæ, & filius familias, Alex. Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *tit. de expens. resol.* 1. *n.* 14. *Bernard. Grau. pract. cõcl. tom.* 1. *concl.* 151. *consid.* 2. *ex n.* 3. *Card. Tusc. concl.* 629. *n.* 19. *Add. ad Guid. Papa dec.* 55. *R. Sanfelic. cit. loc. sub n.* 4. *Giurb. dec.* 81. *n.* 3. *R. Ronit. cit. loco sub n.* 38. *Carau. in hoc rit. sub nu.* 5. & memorant decisum, in Regno Germaniæ *Berlich. dec.* 127. *ex n.* 3. Siciliæ *Castill. decis.* 86. *nu.* 8. *tom.* 1. Genuæ *Carthar. decis.* 1. *n.* 3. in Senatu Sabaudiæ *Bened. Carpzou. Proc. Iur. tit.* 24. *artic.* 2. *n.* 28. *in respons. iur tit.* 8. *lib.* 1. *resp.* 79. *nu.* 16. & 17. *Fab. in C. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 82.

Quæ verò sint iustę causę ab expen-
14 sis excusantes? Iudicis arbitrio remittitur, *Affl. in cap.* 1. *n.* 2. *ex quib. caus. feud. amitt. Ruin. cons.* 1. *lib.* 3. & nonnullas libet recensere.

Opinio Doctoris releuat ab expen-
15 sis, *Guid. Papa decis. Gratianopol.* 178. *Franc. de Petr. festiu. lect. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 15. *Bart. in l. qui solidum*, §. *etiam, ff. de legat.* 2. & *in l. bonorum. ff. de bon. poss. Bald. in auth. generaliter*, C. *de Episc. & Cleric. Alex. in l. iuris*, C. *qui adm. Alciat. de præsumpt. regul.* 1. *præsumpt.* 51. *Mattheſil. singul.* 81. *Borrell. cit. cap.* 39. *n.* 69. notans, necesse esse, vt sit Doctor magnæ authoritatis, *Asynius in prax. cit.* §. 32. *in limit.* 3. & 4. qui in *cap.* 35. extricat quæstionem, si in expensis condemnandus sit contra communem opinionem litigans? de quo *de Petr. cit. loc. n.* 14. vel si fuerit fretus consilium plurium Doctorum, saltim duorum, idem *Borrell. nu.* 79. dummodò litem agitans non sit Doctor, *Bart. in l. in bonorum, ff. de bonor. possess. Menoch. add. cas.* 177.

Excusatur is, cui plures testes extrà
16 iudicium se iactabant, posse iustificari, ac deponere pro illo, qua fiducia motus illos examinari fecit, & tamen contrarium testificati sunt, quorum intuitu iustè litigauit, vt habetur in *cap. Paulũ* 22. *p.* 3. *Panorm. in cap.* 2. *n.* 5. & ibi *Felin.* notat *extra de calumn. & Menoch. cit. cas.* 177. *n.* 11. & *cas.* 321.

Similitèr quando quis à fide dignis
17 Viris instructus fuit, vt ait *Bart. in l.* 1. *in princ. n.* 6. *ff. ad Senat. Cõsult. Turpill.* arg. *Glos. si in l. Titio fundus* 72. *ff. de condict. & demonstr.* quam singularem præconizat *Bald. in l. iudicia, sub nu.* 5. *C. de reiuendic.* nectens ex illo *text.* dictũ Nobilis Viri inducere iustissimam credulitatẽ, *Menoch. cit. cas.* 177. *nu.* 11.

Homo insupèr magnæ, & approba-
18 tæ fidei non est condemnandus in expẽsis, *Host. & alij in cap. finem litibus, in pen. col. de dol. & contumac. Borrell. cit. cap.* 39. *nu.* 152. *Sanfel. in prax. sect.* 61. *nu.* 26. *Speckan. cent.* 3. *clas.* 3. *q.* 22. *n.* 15.

Excusat demum Iuris dubij, & in-
19 tricati error, qui æquiparatur errori facti, *Curt. Iun. consil.* 28. *nu.* 9. *Bursat. cons.* 9. *num.* 59. *vol.* 1. *Borrell. cit. tit.* 39. *nu.* 83. & varietas rerum, §. *oportet autem, Auth. de iudic. Gl. in l.* 4. *vers. sustinebit*, C. *de fruct. & lit. exp.* Hinc est immunis, si ageretur de interpretando statuto, cõstitutione, vel pragmatica aliqua adhuc nõ decisa, hinc inde à partibus multum cõtrouersa, allatis rationibus vtrinq; & ambiguitas in arbitrio Iudicis resideat, *Abb.* & alij *in cap. finem litibus, de dolo, & cõtumac. Rebuff. ad constit.*

Digitized by Google

stit.Gallia tom.3.artic.1 glos.vnic.n.37.

Ratione sanguinis, victus non debet
20 condemnari in expensis, in beneficium victoris consanguinei, notabilitèr *Faber in C. tit. de lit. expens. definit. 63. Fontanell.decis.Cathal.95.n.25.Rumm. in add. ad Affl.de iur. prothom.in rubr. in add. n.16.ex n.23.*nectens, salarium patrocinij, & procurationis censeri similitèr remissum ob sanguinis coniunctionem, sicuti ob amicitiæ nexum, ad tradita à *Bald. in l.2.n.20.C.de iur. dot. Ruin. cons.100.n.25.lib.4.*contraria enim sunt in officio merces, & amicitiæ merces, *Ludou. decis.Peruf.111. n.50.Carocc.de locat.p.1.tit.de fruct.& lit.expens.q.8.n.42.* etiam si aduocasset pro persona coniuncta Amico, *Ludouic. decis.192.nu.6.Galganet.ad statut. Vrb.lib.3.cap.92.nu.10.Menoch.de arbitr.cas. 88.nu.6.*quod explicat *Capon. tom.3.discept. forens.cap.109.n.24.*

Succumbens ex defectu testium re-
21 pulsatorum excusatur ab expensis, nisi scientèr eos produxerit, *Menoch. de arbitr. cas. 177. num.50.Anus meus ad Gramm. decis. 87.* & determinauimus in M.C. in causa Capitanei Pauli Pisani, cum V. I.D.Iosepho de Leone, die 9. Iunij 1670. In Banca Testæ.

Ob petitionē plus debito ab Actore
22 factā, Reus in expensis non cōdemnatur, *Menoch.cit.cas.177.n.15.Guid.Pap. dec.77.Tap.de Iur.Regn.tit.de expēsis,* ex *Carpan.de Angel.ad Gizzar.dec.20.* quo casu excusari etiam à mora partis debitæ, censent DD. apùd *Gabr.lib.2.tit. de expens.concl.4.nu.4.*& condemnandū Actorem ad expensas, placuit *Guid. Pap.cit.dec.77.* sed non eius *Addent.* & re vera constituí in mora, ac obstringi debitorem offerre partem veri debiti, scribunt *Bart.in l.1.§.si stipulanti, ff.de verbor. obligat.* vbi *Alex. Cagnol. in l. non potest videri, nu. 7.ff.de regul.Iur. Ioseph. Ludouic. decis. Peruf.51.n.2.*de communi fatentur *Gabriel.lib.2.Cōm. conclus. tit.de expens.conclus.1.n.1.Roland.cons.62.nu.5.lib.4.*& determinatum in Senatu Pedemontano tradit *Thesaur. decis. 231. num.1.* iudicatum aliàs refert *Papon. lib. 8.tit.1.arrest.2.* & in eius Senatu *Faber.in suo C.lib 3. tit.9.de plur. petit.defin.1.R.Capyc.Latr. decis. 133.nn.43.lib.2.& decis.153. sub.nu.11.* subnectens, hoc potissimùm procedere in nostro Senatu, & coràm Principe, vbi Reus non debet simpliciter negare, sed cum qualitate, asserendo factum prout verè est, ex *Ias.on. in §.si quis agens, n.13.Papon.l.b.8.tit. 1. add. arrest. 2. Tepat. in tit. 127. de plus petit. cap. 4. Couarr.var.resol.lib. 1.cap.2.sub 5.* tradente, teneri debitorem interrogatum sub peccati reatu partem, quam ex toto petito liquido debet, propria assertione fateri, ex *text.in l.qui seruū, §. fin.ff.de inter.act.*

Dicebam propterea in consessu
23 Doctissimorum Virorum, quòd moram Caroli Mazzella hæredis Nicolai Mazzella, non tollebat petitio legati ducatorum viginti mille in testamento ipsi à prędicto Carolo relicti à præfato Nicolao, etsi in Codicillis moderati in ducatis sexdecim mille, quo casu ademptio non fit in ipso iure, sed tantùm ope exceptionis, *l. Militis Codicilli 37.§.Veteranus, ff.de milit. testam.Gl.in l.fideicom.C.de fideicom.& l.datum C. de legat.*& obseruat in terminis *Petr. Barbos.in tract.posthum.ad rub.ff.de legat.1.num.13.*& sic poterat petere ducatos viginti mille, sed ope exceptionis replicare tenebatur hæres, in partem legatum fuisse in Codicillis ademptum, & proinde excusabatur Antonellus à culpa ob petitionem totius legati, iuxtà tradita ab *Ercul.in l. 1.§.si stipulanti, col.penul.vers.non data autem culpa, ff.de vulg.* notante, debitorem imò in mora constitui, ac magis communem opinionem esse, firmat *Alex.in l.ex facto, §. ita quaro, ff. de vulg.pupill.*

Obtinens ex iuramento suppleto-
24 rio, ob defectum semiplenę probationis, non exigit expensas à Victo, *Alex. cons. 183.n.17.vol.6.de Marsil.singul. 485.Balb.dec.171.Thesaur.* aliquo modo distinguens in probāte vltrà semiplenam probationē, *dec.236.* quem laudat *Anus meus ad Capyc.dec.35.sub n.1.*

25 Quando victoria est promiscua,

Gaill.

Gaill. obseru. 110. *n.*6. *lib.*1. *Nicol. Vigelius dec.*36. *centur.*2. *Zuccar. decis.*13. 23. 69. *&* 67. *in fin. in ciuil. Gypt. decis.* 22. *in fin. & in cit, decis.*94. *n.*15. & ibi *add. ac in decis.*104. *nu.*4. *Magon decis. Lucens.* 18. *&* 50. *Auus meus ad Grām. dec.*83. quod declarat *Borrell. add. tit. de expens. ex n.*269.

Si quis in prima instantia habuerit
26 sententiã fauorabilem, indeq; in secũda succũbuit, & sententia reuocata sit ex ijsdem actis, condẽnatur in expensis, *Gypt. decis.*140. *n.*58. coarctatur, si casus esset dubius, *idem in decis.* 138. *n.*131. *&* 132. *Monac. in decis. Rot. Luc.* 13. *num.*55. *&* 56. *Viu. dec.*47. *Francis. Vegij cons.* 43. *lib.*1. *Thesaur. dec.*201. *&* 71. *Auus meus ad Gramm. dec.*83. *n.* 4. & alij *DD.* apùd *Fermosin. in cap. fin. de dol. & contum. in princip. n.*8. *&* q.1. multos enarrans casus, quos epilogat *Pegas resol. forens.*16. *ex n.*79. *Ventrigl. cit. ann.*21. §. *vnic. n.*13.

Iudex secundæ instantiæ cõfirmans
27 sententiam primi Iudicis, & condemnans Victum in expensis, intelligitur tàm de expensis primæ, quàm secundæ instantiæ, nisi Victus habuisset iustam litigandi causam, *Gratian. decis.* 10. *n.*11. *Caranit. in hoc rit. n.*16. *Muta ad cap. Sicil. tom.*4. *capit.*188. *n.*30.

Insupèr iusta causa excusat ab ex-
28 pensis vsq; ad publicationem inclusiuè, quia tunc panduntur, & patefiunt iura partiũ, *Caluin. de aequit. lib.*1. *cap.* 45. *n.*81. *Garz. de expens. cap.*23. *n.*14. & si postquàm Reus est certioratus de iuribus Actoris, instrumentorum productione, vel publicatione testium, litem prosequitur, condemnatur ad expensas, tàm ante, quàm post publicationẽ factas, *Intrigliol de cẽsib. q.*72. *n.*5.

Hæc expensarum cõdemnatio pro-
29 cedit, tàm in diffinitiua, quàm in interlocutoria sentẽtia, *Carpan. ad Stat. Mediol. tom.* 1. *cap.*55. *n.*6. *& seqq. Cumia ad Rit. Sicil. cap.*93. *n.*12. *& seqq.*

Ac refici debent in interlocutoria
30 statim ante sententiam, *Carpan. ibidem n.*7. *& seqq.* & si in interlocutoria Victor non consequeretur expensas, & postea in diffinitiua succumberet, illas repetere non posset, *Carpan. ibidem n.* 12. etiam si Iudex interlocutoriam reuocaret, *ibidem n.*11. & expensas refectas in interlocutoria, non repetit Victor in diffinitiua, *Carpan. ibidem n.*12. ac potest Iudex hanc cõdemnation m in interlocutoria facere etiam in diffinitiua, dummodò Victus in interlocutoria, sit victus etiam in diffinitiua, *Carp. ibid. num.*12. *& Sola ad decret. Sabaud. tit. de excep. gl.*4. *n.*2. *fol.*350.

Quæ iam diximus de iusta causa
31 excusante Victum ab expẽsis de plano quidèm, procedũt in Reo, nõ autem in Actore: quia nõ ita simplicitèr ex iusta causa excusatur ab expensis: cum enim sit in eius potestate venire ad iudicium, debet adesse instructus, & prouisus, aliàs sibi prorsùs imputãdum est, ac proindè tanquàm succũbens in facto proprio, in quo error prætendi non potest, debet condemnari in expensis, siue simus in causa principali, siue appellationis, vt dicunt *Bald. in l. eas*, §. *cautionem*, 2. *ff. de appellat. & Paul. de Castr. in l. destitisse, ff. de iudic.* & quia non inuestigauit omnia, quæ debuit antequàm perueniret ad iudicium, vt notauit *Dec. in capit. interposita*, §. *illo deniquè*, 1. *col. de appellat. Borrell. cit. cap.*39. & dicam infra.

An verò si sententia dicat: *Victum*
32 *Victori in expensis*, nec addat aliud verbum *Condemnantes*, iure valeat quò ad expensas, ita quòd in ea illud verbum *Condemnantes* intelligatur? inquirit *Caranit. hoc in Rit. nu.*18. *ac* 19. & affirmatiuam aleam sustinere videtur. Quamuis autem contrariũ indicet *R. Sanfelic. dec.*51. *n.*12. *lib.*1. ex *Bart. in l. Praeses, C. quomodo & quãdo Iudex, Bal. in l.*1. §. *fin. ff. de haered. instit. Iaf. in* §. *curare, Inst. de act.* Nihilominus à prima opinione non recedo, quam ijdem *Bart. & Bald.* ipsis aduersantes, sustinẽt *in l.*1. §. *sin autem, ff. de haered. inst.* & ibi *Castr. nu.*3. *Cuman. & Imol. n.*97. *Nicol. de Mata in l. errore, C. de testam.* & rationibus comprobat *Honufr. Cigala in tract. ad titul. Inst. de action. in* §. 14. *curare autem, ex nu.*38. potissimùm *n.* 55. qua de re *Muscatell. par.*7. *gl. con-*

Digitized by Google

demnando, nu. 76. Boer. conſ. 27. nu. 26. inquirens, an expenſæ futuræ ſubintelligantur in ſententia?

Hinc quamuis ſentẽtia non habens
33 verbum *Condemno*, nulla ſit, *Gloſ. in cap. fin. verb. ſententia, de re iudic. in 6. DD.* apùd *Marant. in ſpecul. p. 6. verb. & profertur ſententia, nu. 122. Carocc. de except. except. 139. n. 1.* tamen ſat erit condemnationem prædictam in ſententia ſuppleri, & virtualitèr intelligi per aliquod equipollens, *l. in ſumma, ff. de re iudic.* vbi *Gloſ.* nàm quod virtualitèr ex verbis reſultat, aùt per neceſſarium conſequens ſupponitur, vel intelligitur, habetur pro expreſſo in qualibet ſtricta materia, vt ex *DD.* apùd *Gratian. diſcept. forenſ. lib. 3. cap. 444. nu. 45. & Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 16. de ſentent. n. 415. & 416.* Exem-
34 plo eius, quod dixit *Afflict. deciſ. 157.* de ſententia reddititionis computorum, vt trahatur ad reliquorum reſtitutionem, & in alijs pluribus caſibus. Quòd verbum *condemno* ſuppleatur, & intelligatur in ſententia, tradidere Scribentes adducti quoque à *Vant. de nullit. cap. de nullit. ex defect. proceſſ. n. 90. 91. & 92. & Caroc. adduct. except. 139. à nu. 3.* Et in ſententia declarante
35 aliquod deberi, intelligi, ac præſupponi cõdemnationem ad ſoluendum, reſpondi fretus authoritate *Cuman. conſ. 75. n. 8. Cravett. conſ. 79. n. 4. Ruin. conſ. 12. nu. 5. lib. 4. Magon. dec. Florent. 3. n. 23. & deciſ. 133. nu. 13. & Grat. diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 40. num. 15.* Ac propterea à ſentẽtiam declarantem deberi alimenta Ill. Principiſſæ Scillæ D. Iſabellæ Aquauiuæ ex toto Patrimonio qu. Principis D. Fabritij Ruffo teſtatoris, pro portionibus hæreditarijs, virtualitèr in ſe continere condemnationem Ill. D. Ioannæ Ruffo Principiſſæ Scillæ, hæredis conuentæ ad ſoluendum pro ſua parte, declarauit S. C. iunctis Aulis de menſe Nouembris 1642. in Banca Borrelli pro Cioffo. Sic Iudex, qui declarat, Acto-
36 rem ius non fouere, tacitè videtur ſilentium imponere, *Bald.* ex eo *text. in l. quod tamen, §. ſi arbitror, n. 1. ff. de arbitr.* quod eſt notabile, & conferenda à nobis tradita in *Rit. 255.*

Clari quoq; iuris eſt, quòd ſi inſtan-
37 tia pereat facto illius, qui reſtitutionem impetrauit, expenſas reficere debet, nec alitèr, niſi, illis refectis, agere poſſet, vt dixi in *rit. 248. ex n. 53.* Etiã ſi in reſcripto Principis reſtituentis inſtantiã, nulla de expẽſis mẽtio facta ſit, parte tamẽ expetẽte, *Flamin. Carthar. Rot. Genuæ 24.* niſi tamen ex iuſta cauſa ſpiritus inſuffletur, *Ricc. collect. 89. p. 1. Auus meus ad Gramm. deciſ. 91. num. 1.*

Inter litis verò expenſas, in quibus
38 quis per diffinitiuam ſentẽtiam, quia non probauit, ineptèq; egit, vel iuſtitiam non fouebat, condemnatus eſt; & expenſas propter deſertam inſtantiam, valdè intereſt: nàm primo caſu, omnes ab initio, vſq; ad finem litis vtilitèr factæ veniunt; at in ſecundo, ordinatorij tantùm iudicij expenſæ coràm Iudice factæ continentur; ideſt expenſæ illorum actorum, quæ per inſtantiæ deſertionem perierunt, huiuſmodi refici debent, nouum iudicium inchoando, quæ ſi pèrempta non eſſet, reficere non teneretur, *Borgnin. Cavalcan. deciſ. Finizan. 17. p. 1.* quam inſectatus fuit noſter Senatus in cauſa D. Ioannæ Laudati Ducisſæ Marzani, cum D. Ioſepho Laudati: cum enim illa prætendiſſet, ob peremptionem inſtantiæ, refectionem expenſarum factarum in illo iudicio in ſumma maximæ quantitatis, ſub die 15. Aprilis 1680. fuit, iunctis Aulis, prouiſum: *Quòd ſolutis carolenis treſdecim, procedatur ad ea, quæ incumbunt in cauſa,* ſuffragia præſtantibus Spectabili Præſide, & vna mecum DD. Comite Leardi, D. Antonio de Sylua Commiſſario, & D. Michaele Muſcettola. In Banca Litti. Maximè exiſtente ſtylo con-
39 ſueto, & inueterato taxandi huiuſmodi expenſas in parua ſumma, qui ſtylus eſt ſeruandus, *Reg. Moles*, præter alios, in *dec. tit. de exact. funct. fiſcal. §. 3. q. 5. num. 40. pag. 44.* & in proprijs terminis ſtyli Curiæ in taxatione expenſarum, ex *Guid. Pap. deciſ. 625.* aduertit *Cancer. variar. par. 2. cap. 6. de ſo-*

la-

Digitized by Google

lution. nu. 32. ex verbis in cit. *l. properandum*, §. *etsi quidèm*, C *de iudic.* ibi: *Quæ consueto modo*, & ibi *Glos. verb. Actorem*.

Istæ verò expensæ ob, huiusmodi
40 peremptionem solutæ, minimè repetuntur, *Franch. dec.* 331. *Anus meus ad Gramm. dec.* 191. *nu.* 6. *& ad Capyc. dec.* 165. *sub n.* 1. *Muscatell. p.* 7. *lib.* 1. *glos. sententiam, in add. sub n.* 13. *lit.* E. *Sola in suis comment. sup. Decret. ad caus. tit. de iudic. glos.* 3. *Paschal. de patr. potest. p.* 1. *cap.* 8. *nu.* 113. *de Laurent. de iudic. cap.* 14. *n.* 108. *Borrell. cit. tit.* 39. *n.* 232. *p.* 2.

Si quis absoluitur ab obseruatione
41 iudicij, debet Actor in expensis condemnari, *Mart. cons.* 39. *n.* 17.

In hac autem expensarũ liquidatio-
42 ne venire tantùm eas in lite necessariò erogatas; non verò voluntariè, & propria culpa, decisum attestantur, exẽpla adijcientes, *de Franch. decis.* 331. atq; *Surd. decis.* 274. quemadmodum, neque damna, nec lucra, quæ amisit: putà Faber operas, & Aduocatus honorariũ; vtiq; tamen personales sumptus, quatenùs plus foris expendit, quàm domi fecisset, vt tradunt *Innoc. Abb. & alij in cit. cap. finem litibus*, & *Ias. eod. cit.* §. *sin autem, n.* 13. quamuis moris esse, vt actorũ tantùm sportulæ pendãtur, addiderit *Parlad. in add.* §. 18. *sub nu.* 11. quod prouidè diuturna inuexit consuetudo, (vt ille ait) nè alioqui grauiũ impensarum timore deterrerẽtur homines à iure suo prosequendo, qua de re *Gratian. discept. cap.* 33. *n.* 45. *Gregor. Lopez in l.* 8. *tit.* 22. *p.* 3. *glos.* 1. *Valenz. cons.* 50. *Zacch. de salar. q.* 109. *&* 110. *Pegas resol.* 16. *ex nu.* 102. *Thesaur. dec.* 67. *Gayll. lib.* 2. *obser.* 151. *Cum. super Rit. Sicil. cap.* 73. *n.* 29. *Menoch.* Iudicis arbitrio relinquẽs, *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 154. ac attingimus in *rit. seq.* 298. *&* 310.

Absolutio ab expensis vtrùm com-
43 prehendat damna? negatiuè cum distinctione resoluit *Surd. decis.* 261. ex *text. & Glos. in l. si tutor, de author. tutor. Roman. singul.* 3461. Quòd si quis non obstringatur expensas litis solue-
44 re propter aliquod peculiare priuilegium, aduersarius victus neque tenetur, *Augast. Barbos. in cap. calumniam, de pœnis, nu.* 211. quem insequitur *Pegas resol. forens. add. cap.* 16. *nu.* 12. inquirens, an Fisco, & Regis Procuratore non soluente expensas, sit etiam immunis altera pars? & explicat *Fontanel. decis.* 424. *ex n.* 2. de quo nos infra loquentes de criminalibus causis.

Si plures essent victi collitigantes
45 condemnati ad expensas simpliciter, vnusquisq; tenetur pro rata sua, *l.* 1. C. *si plurib. vna sentẽt. l. si mandato Titij*, §. *Paulus, ff. mand. l. Paulus respondit, la* 2. *ff. de re iudic. Affl. decis.* 215. *Caputaq; dec.* 343. *p.* 1. *Caual. dec.* 15. *num.* 31. *Tiber. Decian. inter cons. Menoch.* 123. *nu.* 10. *lib.* 2. *Mari ad Gram. decis.* 68. *n.* 4. Ad rem *Intrigl. decis. Sicil.* 13. *n.* 28. *Anna singul.* 539. *de Franch. dec.* 680. *Thor. p.* 1. *compend. verbo Rei quatuor conuenti, Giurb. dec.* 46. *ex n.* 1. *Carthar. dec.* 28. *à n.* 2. & alij apùd *Borrell. mem. tit.* 39. *ex n.* 135. *p.* 2. dummodò petitio non fuerit insolidum, & prolata fuerit sententia simpliciter, ex *Bart.* post med. *& Bald. n.* 3. *in add. l.* 1. *ac dec. Rotæ in Bononiẽsi pecuniaria* 28. *Iunij* 1602. *coràm D. Coccino*, deducit *Ventriglia in prax. cit. ann.* 21. §. *vnico, sub nu.* 33.

Nec vlteriùs in criminalibus debe-
46 ri expensas in prima instantia, sancit præsens *Ritus*, cui etiam Ius commune refragatur, quo Iure, denunciantem, & accusatorem condemnari in expensis, plenè deducitur ex *text.* secundùm vnam lecturam *in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Glos. in cap. finem litibus, in verb. expensas, vers. sed in criminali causa, de dolo, & contumac.* & altera *Glos. in cap. cum dilecti, extra, eodem titulo, in verb. expensas*, quam extollens, & claram non reperiri alibi, monet *Io: de Amicis in cons.* 51. *col.* 2. *Cataldin. de Boncompagnis* §. 85. *&* 86. *Bald. in l. non ignorat, in princ. C. de fruct. & lit. expens. Bart. in l.* 1. *in princ. n.* 12. *&* 13. *ff. ad Senat. Consult. Turpillian. in l. si postulauerit, in princ. &* §. *fin. nu.* 1. *ff. ad l. Iul. de Adult. Alberic. in l. cum quem temerè, in princ. nu.* 3. *ff. de iudic. Hieronym. Gratus in cons.* 97. *n.* 1. *vol.* 1. *Angel. in l. si vacantia, in fin. C. de bon. vacant.*

Digitized by Google

cant. lib. 10. Angel. de Aretio in §. hac autem omnia, col. fin. Inst. de pœna temerè litig. ante eos *Specul. in tit. de expens. §. nunc de expensis, ex n. 4. vers. sicut, Hippolyt. de Marsil. in pract. crim. in. §. superest, nu. 1. & in l. patre, vel marito, nu. 18. ff. de quæst. Franc. Vinius in commun. opin. in verb. Iudex tenetur condemnare, vers. Ampliatur prædicta, Couarru. pract. quæst. cap. 27. n. 2. Marian. iunior in cons. 36. n. 14. vol. 2. Paris. de Puteo in tract. Syndicatus, in verb. expensa, cap. Potestas, circa fin. & Bertazz. in cons. crim. 81. n. 19. vol. 1. & in cons. 404. n. 6. vol. 2. Bernard. Diaz in pract. criminal. canonic. cap. 144. Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam contrà, in verb. expensa, n. 28. de probation. Lancellot. Conradus de offic. Patronis in causis criminal. §. 3. tit. de sententia deffinit. criminali, nu. 5. Io: Milleus in pract. crim. in formula denunciationis, in verb. bonis publicatis, n. 114. fol. 13. necnon in §. hoc extracto, sub verbo Cõquerentibus, & Procuratore Fisci, n. 38. fol. 41. & in §. conuocato consilio, in verb. expensis, n. 38. fol. 116. in paruis, Claud. Battandier regular. crim. regul. 37. num. 5. & regul. 150. ac 151. Guid. Pap. in decis. Delphinal. 269. n. 1. Imbertus instit. forens. lib. 3. cap. 1. Mandell. cons. 5. Petr. Rebuff. ad constit. Gallię tom. 3. tit. de expens. art. 1. glos. vnica n. 17. Ant. Faber in Cod. lib. 7. tit. 17. def. 8. nu. 7. & def. 50. n. 1. Colerit decis. German. 182. tom. 1. Thom. Gramm. dec. 39.* quem insequuntur *Cappell. Tholos. decis. 7. Petr. de Rauenn. singul. 393.* & mille alij, quos recẽsent *Asyn. in prax. cit. §. 3. cap. 1. n. 1. Hieronym. de Ceuagl. quæst. commun. à n. 5. tom. 2. Valenz. cons. 50. nu. 7.* nec non *Caball. cas. 166. n. 14.* aduertens, ab expensis non excusari, quamuis exculetur à calumniæ pœna: cum sufficiat temeritas, & iterum *cas. 205. ex num. 3. Guazzin. ad defens. reor. defens. 3. cap. 13. nu. 8. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 171. n. 5. Conciol. alleg. forens. 100. n. 20. & resolut. crim. verbo accusatio, num. 3. Simon. de Petr. cons. 7. nu. 7.*

Sed non esse locum condemnationi
47 expẽsarum respectu Fisci, credit *Boer. decis. 324. n. 1.* Verùm *decisio 16. Lucensis diuers. in fin.* inquit, non consueuisse Fiscum in illis damnari, maximè in causa appellationis, Reo absoluto, ex nouitèr adductis. Sic *Vinius* etiam simplicitèr annuit *dec. 479. vol. 2. & Cappel. Thol.* inibiq; *Aufrer. decis. 6. Guid. Pap. decis. 269. sub n. 2.* assentitur de iure, nõ consuetudine; quamuis, & in Thesaurario Delfinatus, vsu quoq; obtentum memoret. De his autem omnibus fusissimè agit *Gaspar. Thesaur. quæst. forens. 45.* subnectẽs *n. 6.* si inquisitus tormẽtis, quia suppositus, absolui meruit, expensas pendat, & de Senatu Delphinali *Franc. Marc. dec. 776. n. 1. vol. 1. & decis. 191. n. 2. vol. 2.* & quòd Fiscus nec soluat, nec repetat expensas vincẽs, vel victus, aduertunt quoque *Auus meus ad Gramm. decis. 39. nu. 6. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 7. tit. 4. Mandell. cons. 5. n. final. Faber in C. lib. 7. tit. 17. de fruct. & lit. exp. diff. 33. Alfar. de offic. Fiscal. glos. 16. spec. 70. n. 216. & glos. 18. spec. 23. ex n. 30. Larrea p. 1. alleg. Fiscal. ex num. 28.* dummodò indebitè, iniustèq; aliquem non vexet: nam aliàs expensas de suo soluere tenetur, tanquàm priuata persona, quoniam cum euidentissimus calumniator appareat, priuato quolibet deterioris cõditionis existit, *Vin. mem. dec. 479. Boer. add. decis. 324.* & *Danza* explicat, tùm in Fisco Regio, tùm in Baronalis Curię Coadiutore, *ad Grãm. dec. 39. n. 39.* ex codẽ *Gramm. dec. 60. n. 21.* ac *Farinac. quæst. 16. ex num. 20.*

Quòd verò accusator, qui succum-
48 buit, minimè in expensis condemnetur, voluit *Alberic. de Rosate in l. athletas, §. calumniator, in fine, ff. de his, qui notantur infamia, Bald. in l. qui crimen, sub n. 28. C. qui accusar. non poss.* quibus fretus *Clar. q. 62. sub nu. 4.* clamat his verbis: *Per experientiam, & per practicam vidit Baldus, quòd nõ consueuerant in criminalibus victi victoribus cõdemnari in expensis*; atq; exploso *Gramm. dec. 39.* confirmat *Carau. in hoc ritu, n. 4.* cui adhæret *Auus meus ad Gramm. in eadem dec. 39. n. 4.* ac affirmant *Buccharel. de differ. int. iudic. ciuil. & crim. diff. 54. nu. 6. Prat. resp. crim. 15. nu. 3.* & indicaui *in rit. 47. vers. & tandèm ad-*

uer-

Digitized by Google

*uertimus, ex n.17. tom.1.& in rit.199. tom.2.ac in rit.272.nu.8.tom.3.*necnon *Mucci ad dec.Sanfelic.54.sub nu.10.*citato me, *in mem.rit.199.n.7.*

Hæc nupèr diſpuncta fuere in S. C.
49 etenim anno 1679. porrectis Excellentiſſimo tunc Proregi nõnullis querelis contrà D. Ioſephum Graſſi, Gubernatorem Ciuitatis,& Inſulæ Iſchæ, ab illis de Regimine, nomine Vniuerſitatũ, vocato in hac Ciuitate D. Ioſepho, demandata fuit illarũ informatio Dom. Conſ. D. Ignatio Croſatti, tunc Auditori Generali Exercitus, qua capta, ac trãſmiſſa ad M.C. Delegatam,& opponente Gubernatore, informationem nullam, vti non peractam inſtantibus Vniuerſitatibus præuio publico Parlamento vi Regni Pragmaticæ. Eędem Vniuerſitates, in publica forma, rata habuerunt porrecta capita, & M. C. referente Dom. tunc Iudice, Io: Baptiſta Rocco, decreuit in nõnullis capitibus, quòd *Non moleſtetur*, in alijs *Non procedatur*, necnon in alijs *Agatur ciuilitèr,& ſe abſtineat.* Quamuis autem ſuper quatuor querelis M. C. decreuiſſet, quòd *Reducatur in proniſionem*; atq; deinde, ſuſpenſo decreto reſpecta duorum ex dictis capitibus, in vno mandaſſet, quòd *Non moleſtetur,& in* altero, quòd *Renouetur mandatum ad omnem ordinem.* Attamen per Collaterale Conſilium fuerunt omnia moderata, & prouiſum, *Benè fuiſſe reclamatum,& proindè tollatur mandatum*, ſub die 10. Decembris 1680. Tandèmque in Generali Viſitatione die 24. eiuſdem menſis prouiſum fuit, quòd *Deleatur titulus, & caſſetur à regiſtro.*

Præuio reſcripto Proregis, remiſſo ad S. C. petijt D. Ioſeph, condemnari prædictas Vniuerſitates, & particulares ad ipſi ſoluendum, & reficiendum omnia damna, expenſas, ac intereſſe,
50 & hoc quippè inſolidum: in obligationibus namque deſcendentibus ex delicto, & quaſi, quòad intereſſe partis omnes inſolidum obſtringuntur, *l. 3. ff. de his, qui deiecer. l.4.§. his quoque, ff. de act.* & ibi *Bart. l.1.§. ſi plures, ff. de eo per quem factum erit, l. item mela 11.§. ſed ſi plures, l. ſi ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* Huiuſmodi, dicebat D. Ioſeph Graſſo, actionẽ ciuilem oriri ex criminali, illiuſq; propterea ſortiri naturam, *l. Imperator, §. fin. ff. de leg.2. l.1.§. hæc autẽ actio, ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſus erit, l. ſi eum, §. qui iniuriã, ff. ſi quis cautio, l. ſi donate, §.1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vt obſeruant *Boer. dec.310. R. Rouit. ſuper prag.1. ex nu.66. Carol. Rot. in floril. iur. concluſ.6. nu.75. Loſæus de iur. Vniuerſ. p.4. cap.1. ſub n.93.* loquẽs de Vniuerſitate, quæ in hac theſi, etſi ab initio non porrexerit capita, Concilio conuocato; tamen rata illa habuit
51 in Parlamento: ratihabitio enim æquiparatur mandato, etiam in delictis, *l. fin. C. ad Maced.* imò ſola patientia Vniuerſitatis habetur loco mandati, *l. qui patitur, ff. mandati, Oſaſcus dec.138. nu.4. Mynſinger. obſerv.79. num.4.5.& 6. cent.4.* dicens, quòd ex ratificatione delicti tacita, vel expreſſa tenetur Vniuerſitas, etiam ſi delictum nullo conuocato Concilio, & præcedente deliberatione ſit patratum.

Compilato itaq; proceſſu, ſub die 8. Aprilis 1688. manauit ſententia, vno ex Domìnis dumtaxàt contradicente: *Viſo memoriali porrecto Illuſtri noſtro Proregi pro parte D. Ioſeph Graſſi, ac ſupplicatione Maieſtati noſtræ pro parte Vniuerſitatis, & particularium Ciuitatis,& Inſula Iſchæ, Condemnentur Vniuerſitates,& Particulares, Ciuitatis, & Inſulæ Iſchæ, in actis deducti, ad ſoluendum D. Ioſeph Graſſi expenſas,& damna liquidãda, ſalua proniſione faciendæ, an dicti conuenti teneantur inſolidum, vel pro rata, viſo exitu liquidationis prædictæ?* Suffragia mecum præſtantibus DD. D. Ioſeph Ledeſma, Aulæ Decano, D. Ioanne Brauo, D. Io: Franciſco Marciano Commiſſario. Aduersùs quam ſentẽtiam petita ab Vniuerſitate in integrum reſtitutione, fuit ſub die 27. menſis Ianuarij 1689. declaratum: *Eſſe deferendum reſtitutioni in integrum petitæ pro parte Vniuerſitatum Inſulæ Iſchiæ*; Vota mecum præſtantibus DD. Spectabili Regẽte D. Stephano Padilla, S. R. C. Decano, Adiun-

Digitized by Google

cto, D.Ioanne Brauo, & D.Io:Francisco Marciano Commissario, ac D.Roderico Messia, duobus contradicentibus. In Banca Lombardi.

Pugnabant pro querelãtibus alcam
52 sustinentes, nedum talionis, sed solutionis expensarum pœnam diù ab Aula receſſiſſe, & in desuetudinem abijſſe, ac proinde iure, in Collateralis Consilij scito, fuiſſe illatũ solutionẽ omiſſam, quæ omiſſio absolutionem operatur, *l. terminato eum*, C. *post absolutũ enim*, vbi *Bart.* & cœteri, C. *de fruct. & lit. expens.* Saltim expensas compensari ad inuicem, ac confundi cum capitibus, in quibus M. C. mandauit, *se abstineat*, non moderatis à Collaterali Consilio. Non plenam Rei innocentiam sic à M. C. cognitam in decretis à Collaterali suspensis. Bonam, & optimã fidem Vniuersitatũ, varietatem rerũ, diuersitatẽ opinionũ, & alia similia iustas quidèm inducentia causas, ipsas excusare, calumniamque euidentem exigi, vt accusator temerarius arguatur, ex *Cuiac. tom. 3. in l. qui solidum* 78. §. *etiam, de legat. 2. col. 1392. lit. C. & tom. 2. p. 1. lib. 12. obseru. col. 332. sub lit. G. Fab. defin. 36. lib. 7. tit. 17. & tit. 18. defin. 41. & 50. pagin.* 862. & alijs.

Cœteri verò dicebant, quòd quam-
53 uis nonnulli iuxtà constitutum in hoc *Ritu* censuerint, in Criminalibus non damnari in expensis ratione victoriæ inquisiti liberati; tamen non modò hic *Ritus* emendatus fuit à *Prag. 1. de expensis*, nec iam obseruari; sed specificè in Syndicatu Officialium hoc fuisse prouisum in *Prag. 1. de syndic. Offic.* Imò nunquàm in hoc *Ritu*, & alijs Iuribus comprehensam esse, nec posse comprehendi calumniam, ex qua ingens damnum partibus inferatur: huiusmodi enim calumniatores plectendi sunt, non solùm pœna refectionis expẽsarum, sed etiam corporis; & habendi velut Basiliſci, vt ex AEgyptiorum hieroglyphico compertum est, etenim nullo morsu infixo, clàm in Principis aures insusurrando viam diluendi obiectas maculas alijs præcipiunt, Charondas suis Cathinensibus, & Thurijs præscripsit, quòd si quis alium falsò, & per calumniam conuictus esset detulisse, eum hac pœna affici voluit, vt Myrica coronatus, per Vrbis vicos, ac plateas incedere cogeretur: tùm deindè exilio mulctaretur; vt Respublica hac peste liberata, tranquillitate frueretur, teste *Diodoro Siculo lib. 12.* Quin quòad expẽsas præsumptus calumniator si excusatur à pœna corporali, ex *Const. pœnam calumniæ* (quam exornãt, præcœteris, *Arnon. differ. 35.* ac *R. Tap. lib. 5. iuris Regn. tit. 29. de calumniat.*) damnãtur nihilominus in expensis, & obseruat *Luc. in l. vnica, C. de sumpt. recuperat. lib. 10. circa finem num. 19.* his verbis: *Nota, quòd ad cõdẽnationem expensarum est regula vera, vt eo ipso quòd litigator non probat, præsumitur calumniare, nec ex iuramento calumniæ releuatur*, quia sufficit temeritas, *Gabell. casu 166. nu. 14. & cas. 205. & Boss. tit. de accusat. n. 19. & in tit. de Officiali corrupt. in fine*, clamat: *quòd quidam Aduocatus, qui fuerat instigator, vt plures querelæ contra bonum Officialem porrigerentur, & non probauerat eas, fuit iussus exulare perpetuò, & condemnatus in omnibus expensis, & interesse.*

Neq; ad rem conducit, quòd iam-
54 diù obsoletum sit, calumniatores supplicio afficere, nedum corporis, sed expensarum quoque. Nam id nõ est in more positũ, cum, qui pœnã huiusmodi ab illis expetat? est nemo. Ille enim, postquàm calũniæ sibi eluit maculam, (elapsa adhuc afflictus iniuria) de repetenda iniuriæ pœna non est sollicitus. Non verò, quia Communis aliqua lex, aùt Municipalis extaret, quæ tàm talionis pœnam, quàm omnes alias, quæ in impostores infliguntur, oblitterasset. Meritò *Didacus de Mari* addens *ad Grãm. dec. 39.* vtitur verbo *rarò*, ibi: *Sed hodie rarò, aùt nũquàm accusatores ad expensas condemnantur, nè terreantur querelantes, atque ab accusando desistant.* Non dissentit de *Angelis ad Foller. in fragm. tit. de accusat. sub n. 147. & Mucci ad Sãfelic. cit. dec. 54. n. 10.* indicatam rationem priùs à *Mari*, & postea à *de Angelis* adductam, explanans:

eamq;

Digitized by Google

eamq; indicauit *Tort. ad Stat. Pap. in crimin. Stat.4.n.3.* & *Camill. Borrell.* vir doctrina eximius, & Iudex M.C.V. *cit.tit.39.p.2.sum.dec.n.31.* atteſtatur, pluries vidiſſe in illo Tribunali, victos, in criminali iudicio, fuiſſe ad expenſas condemnatos, vltrà mulctam corporalem; aſſẽtitur *Reg. Tapia lib.3.iur. Regni tit.de expenſ.ſup.cõſt.Reg. Diuorũ Principum, n.3.* qui poſtquàm dixerit, hunc Ritum nullatenùs ſeruari, reſcribendo caſus recenſitos à *Carpano ad Stat. Mediol. cap. 55. ac 56.* probat regulam, Victum Victori condemnari in expenſis, etiam in criminalibus, *Praſul. Ricc. collect. 1275.* laudabilem præconizans obſeruantiam, ac proficuam, vt calumnioſæ euitentur inquiſitiones, & ſcripſerat *collect. 1218.* necnon *Thor. in C. rer. iudic. caſ.39.n.8.* R. *Sanfelic. dec.54. lib.1.* Potiſſimùm in cauſa
55 ſyndicatus, ex mem. *Prag. 1. de ſyndic. Official.* cuius vigore *idem R. Sanfelic. deciſ. 346. tom.3. in fine,* atteſtatur, ortam eſſe quotidianam praxim, quòd ſemper, & indiſtinctè in cauſis ſyndicatus fiat cõtra ſuccumbentes expenſarum condemnatio; conueniunt *Carrab. ſing.200. Tort. ad Stat. Pap. Stat.66. ex nu. 63. Giouag. conſ.43.n.11. tom.1. Bertaz. conſ. 71.n.63. conſ.81 n.19. & conſ.91.n.8.* Quin agi poteſt iniuriarũ actione, arbitrio Iudicis, *l. iniuriarum, §. per iniuriam, l. item apùd Labeonem, §. ait Prator, ff. de iniur. Gomez lib.3. var.cap.6. & 7. Boſſ. tit.de accuſ.n.20. & tit.de præuar. nu.8. Guazz. in.ad defenſ. reor. def.3.cap.13. lib.1.nu.60. Tennen. caut.15.ex n.2. Baiard.ad Clar.q.62.n.34. Turrett. conſ.21.nu.8. lib.2. R. Sanfel. cit.dec.54. & dec.374.nu.6.* notans, arbitrium poſſe vſque ad mortem extendi, attenta qualitate, & grauitate imputati criminis, quod atteſtantur quoq; *de Franch. deciſ.504. n.10.* & ad eum *de Luca, Clar.q.62.n.13. Taſſon.de antef. verſ.11. obſ.1. alleg.24.num.13. Thor. vot. 13. tom. 2.* & memini in *rit. 199.num.4.* In qua iniuriarum actione nedum iniuriæ æſtimatio continetur, ſed omnia expenſę, & intereſſe per iniuriatum paſſa, *cit. l. item apùd Labeonem, § ſi quis ſeruo, Couar. var. lib.2. cap. 10.n.7. Gomez cit.cap.6.n.9. Alex conſ. 11.n.4. vol.2. Baiard.ad Clar. §. iniuria, n.44. Corn. conſ.49.n.17. vol.2. Crauett. conſ.320. col.1. Dec. Gen.87.n.6.*

Accedebat, agi de expenſis iure ac-
56 tionis, & vi Conſt. Regni, ac duarum Pragmaticarum; imo ex conuentione, & ſtipulatione debitis, (fuit enim per querelantes, vrgente d. Ioſepho, præſtita in actis cautio expenſarum) illæq; proinde omni iure peti poſſunt, etiam poſt ſententiã, & tradunt ex *Bart. Gloſ. in prag. temeritatem, de exp. condem. non reſeruatis, Marta conſil. 26.n.10.* deciſum memorat *D. Cõſil. Hodier. ad Surd. deciſ. 261.n.6.* adeò quòd Iudicis ſententia abſoluens ab expenſis, conuẽtionales expenſas minimè comprehendit, *Marſil. ſing.237. Arum. dec. Ienenſ.9. ex num.4. lib.1.* & ſupra diximus, cum de cauſis pecuniarijs egimus, quæ in hoc æquiparantur criminalibus, *Aym. conſ. 178. nu.10. Conrad. in prax. crim. tit. de ſent. diffin. & crim. nu.6. verſ. limitatur primò, Benint. dec. Bonon.46.n.6.* Eoque fortiùs, quoniã ab harum expenſarum ſolutione neque iuſta cauſa (quam omninò in hac re abeſſe audactèr dicebant, nec decreta M.C. quòd *abſtineat,* illam inducere poterat, nec compenſationem operari, vtporè quia minimè criminalitatem olebant) immunes reddit, *Cancer. reſol. lib.2. cap.6. tit. de ſolut. nu.33. & tom.3. tit. de inuent. n.142. Surd. conſ.142. & deciſ.274. Cum. ad Rit. Sicil. cap.73. ex n.4. Berlich. deciſ. 127. p.1.* præſertim Actorem, ſeù querelantem, in quo error prætendi non poteſt, atq; ſibi imputandum, quare ad iudicium inſtructus nõ venerit, ideòq; ſuccumbens, tanquàm temerarius litigator, in expenſis condemnãdus eſt; ſecus verò in Reo, quoniã in eius poteſtate non eſt, quãdo conueniatur. Iuſta enim cauſa litigandi, Reum à pœna conuentionali excuſat, Actorem autem non releuat, *Thom. Gramm.* hæc perpendens, *dec.83. Speckan. quaſt. Iur. cent. 3. claſ.3.q.22.n.20.* & ſpecificè in cauſa ſyndicatus, *R. Sanfel. add. deciſ.346. num.14.*

Di-

Digitized by Google

Discrimen quidèm, addebatur, om-
57 ninò habendum esse, inter querelas, quæ porriguntur contra priuatos, & aduersùs Officiales, ad *tex.in l.1.C.vt dign. ord. ferue. Arist. lib.5.ethic. cap.5. Cassiod.lib.9.var.cap.14. Melch.Iunior. 3.par.qq.polit.cap.97. Nicol.Boll.de statu polit.lib.3.dist.14. Bonadil.lib.5.politic. cap. 2,n.93.* & maius discrimen esse inter postulationes in syndicatu opportunè propositas, & inter illas, quæ dum adhùc muneris administratio exercetur, apùd Superiores exhibentur: istæ enim Superiores impellunt, vt Officij Administratorem reuocent Magistratui, qui rarò suo restituitur muneri, quia etsi crimine liber sit, atq; absoluatur; à Principis tamen animo non omnis omninò criminationis est deleta suspicio; hinc, vt bono caueat regimini propter adnatas simultates, illum prorsùs abdicat officio. Ad rem videdus *Carol.Bardellon.cõs.52.& 53.*

Pergebat vltrà alter ex DD.expen-
58 sas, & damna exoluenda esse ab Administratoribus proprijs nominibus, qui temerè Vniuersitatum nomine capita porrexere, & succumbuere, decisumq; aliàs ipso interueniente in causa Syndicatus attestans; adinstàr Tu-
59 torum, siue Curatorum, actiones calumniosè instituentiũ, qui, & non Minores, expensas soluere obstringũtur, *l.non est ignotum, C.de administ.tutor.l. meminerint, in fin.C.vnde vi, Mencaq. controu.vsufreq.lib.1.p.9.n.10. Borrell. add. cap.39.ex n.40. Fab.in C.lib.7.tit. 18.def.69.* nec dissentiũt *Menoch.cons. 145.n.15. Surd.de aliment.tit.1.q.48.n. 32.* quos laudat *Præsul Barbos.in collect. DD. in lib. 5.C.in l.si tibi pater, 6.n.2. & 3. de testam.tutel.* Imò condemnata Vniuersitas, vel pupillus, contra quos esset facienda exequutio, liberantur, cedendo actiones, ex *Bart.* doctrina *in l. qui solidum, §.etiam, nu.3.de legat.2. Marc. dec. 490.n.13.vol.2. Borrell.cit. loc.n.317.* Confert *Cancer.* dictum *var. cap.2.de inuent.tom.3.* hæredem temerè litigantem non releuari ab expensis beneficio inuẽtarij, verùm de proprio teneri, ex *Bald.cons.73.vol.3.& Casar. Barz.decis. 13.* Maximè, hac in thesi, quòd illi de Regimine proprio marte querelas porrexerunt, non adhibitis cõditionibus constitutis in *prag.3.§.4. & 5.de procur.* Et sanè inter alias Regni nostri sanctiones, hæc maximè eminere videtur, summamq; sapientiæ laudem Legislatori suo parere: nam si inter familiarium cõgressus alterius nomine detrahere non licet *Summa iniquitas est*, ait *text.in cap.summa, 6.q.1. fratres detrahere, & accusare*; quanto grauior erit eorum culpa, qui Ministrum à Principe designatum, apùd *ipsum*met Principem falsò accusare, non verentur, *l.Prætor edixit, ff.de iniur.*

Nec quidquam aliud est, quod adeò
60 æquitatis legibus aduersetur, illasque retardet, quàm nimia populi audacia, quæ Principum Administros absterret; Etenim cũ magni à Principibus fieri huiusmodi accusationes videant, non leui terrore concussi, dexteritate quadam potiùs se tuentur, ac muniunt, quàm iustitiæ telum intentent. Vnde, & ergà Iudices, & ergà Iustitiam, omnis penè sublata est reuerentia. In extremam autem Reipublicæ perniciem cedit, homines nonnullos reperiri, qui in Iudices, ac Magistratus inuehantur, quin possint ab ijs vllatenùs coerceri; quoniam cæteri, eorum exemplo, in eosdẽ maiori audacia idem peragere audent. Ita sanè se res habent, vbi calumnia tyrannidem exercet suam, & Principes faciles præbent aures Sycophantis. Ex opposito autem, si Principibus pateat suo defecisse muneri iustitiæ Administratores, puniendi seuerissimè sunt legum isti Desertores; ma-
61 ximè enim Principi ad benè gerendam Rempublicam est curandum, vt suus æquè sit pœnæ, ac præmio locus. (Democritus propterea duos tantùm Deos credidit: Beneficium, & Pœnam, *Plin.lib.11.cap.17.* Rectè in argumentum cadit Summi Antistitis Pij IV. Symbolum, in quo lauri, & vitgæ pinguntur, hoc lemmate: *Præmium, & Pœna*) Nec magis Reipublicę excidium timendum est à calumnia, quæ Iudices deterret, quàm à Principum socordia,

quæ

Digitized by Google

quæ Iudicibus quidlibet audendi facit potestatem. Calumnia sanè timidos, Superiorum incuria audaces reddit Magistratus; vtrunque Reipublicæ subitam auersionem parat.

Post hæc, quia expetiuit D. Ioseph,
62 iterùm procedendum esse ad expeditionem causæ principalis; fuit proinde dispunctus articulus, an delata restitutione in integrum petita per Minorem, vel alium priuilegio munitum, videatur rescissa res iudicata, & priuilegiatus virtualitèr absolutus? an verò solummodò suspēsa sit iudicati exequutio, ità vt de nouo causa principalis peragenda sit? Quod circà dicebat D. Ioseph, decretum: *Esse deferendum*, nihil aliud agere, quàm reponere ipsas partes in pristino statu: nempè in illo, in quo reperiebantur ante iudicatum: cum restitutio rescindat id, per quod læsi sumus, habilitando partes ad producendum non producta ante sententiam, ex *Cardin. in cap. 1. col. fin. quæst. 6. de restit. in integr. Præpositi. in cap. ex ration. nu. 70. de appell.* qui notat, operari prioris status, vel iuris, vel audientiæ reintegrationem, *Bart. in l. quòd si minor, §. restituto, num. 1. ff. de minorib. & in l. si ab hostibus, §. sed quòd simplicitèr, num. 5. ff. ex quibus causis maior, ac in l. interdum, num. 3. ff. de condict. ind. Alberic. in mem. §. restituto, num. 6. in l. quires, §. Aream, num. 2. ff. de solutionib. in l. 1. num. 8. ff. de condict. ind. & in l. minori, num. 3. de fideiuss. Rebuf. de restit. in integr. quæst. 4. & 5.*

His tamen minimè refragantibus, eodem D. Consiliario Marciano relatore, succubuit D. Ioseph, sub die 10. Aprilis 1690. ciusmodi S. C. Scito: *Visa supplicatione porrecta pro parte D. Iosephi Grassi, debitæ executioni demandetur decretū latum per S. R. C. sub die 27. mensis Ianuarij 1689. oppositis non obstantibus per dictum D. Iosephum.* Etenim sicuti quando defertur remedio ordinario appellationis, reuocatur sententia; eodē modo impartita restitutione in integrum: quòd remedium est extraordinarium aduersùs iudicatum, & vtroque casu videtur Reus condemnatus, & sententia deinde liberatus per *text. in l. Præses, ff. de minor.* ibi: *Præses Prouinciæ minorem in integrum restituere potest, etiam contrà suam, vel prædecessoris sui sententiam, quod enim appellatio à maioribus interposita præstat, hoc beneficio ætatis cōsequuntur minores.* Et quemadmodū si aduersùs sententiam fuerit dictū: *Nullitates obstare*, Reus videtur virtualitèr absolutus, ex *text. in l. 1. C. si aduers. libert.* idem in restitutione in integrum. Nisi fortè nullitas, vel restitutio in integrum, fuerint ex defectu iurisdictionis, legitimationis personæ, aùt ex alia causa, quæ non respiciat iustitiam: tunc enim sententia rescissa liberationem minimè operatur, vt bènè fatetur *Cons. Roccus to. 2. cit. respons. 24.* Si verò fuerint oppositæ in vim exceptionis peremptoriæ, tunc indubitati est, rescisso Scito, Minorem, vel alitèr priuilegiatum virtualitèr esse liberatum: ea potissimùm ratione, quia sententia nouat contractum, & obligationem, quapropter creditor, qui obtinuit sententiam, non valebit ampliùs agere vigore contractus; sed solùm virtute sententiæ, ex *l. fin. §. & ideò, C. de usur. rei iud.* ibi: *Si enim nouatur iudicati actione prior cōtractus, necesse est, usurarū quidèm, quæ anterioris contractus sunt, cursum post sententiam inhiberi.* Rescissa proindè sententia, creditum in ea contentum videtur sublatum, & debitor absolutus, qua de re *Consil. Carleual. disput. 6. ante n. 29. tom. 2. de iudic.* Quod comprobat *R. Rouit.* effatum in *dec. 60.* vt, creditore absoluto, videatur debitor virtualitèr cōdemnatus, & concinunt adducta *ab Auo meo ad Capyc. decis. 144. & 169.*

Idque seruatum memorat *Consil. Prat. lib. 2. discep. forens. cap. 33.* nam condemnato per S. C. Sacro Hospitali Incurabilium ad relaxandum nonnulla bona in beneficium Io: Iacobi Coppula, qui obtinuit possessionem, fuit deinde sub die 28. Martij 1634. delatum per S. C. restitutioni in integrum ab Hospitali petitæ, pro cuius decreti exequutione extitit prouisum. quòd restituantur bona Sacro Hospitali.

Digitized by Google

Verum tamen erit, licere parti reclamare à decreto, quo fuit delatum restitutioni in integrum, *D.Cõsil.Altimare de nullit.tom.1.rub.5.quæst.47.n.1.* prout etiam admittitur reclamatio à decreto mandante, nullitates obstare, iuxtà disposita in *pragm.* 4.§.23.*de dilation.* idem *D.Altimar.cit.loc.quæst.* 48. & 49. *Consil. Carlen. add.disp.16. num.* 28.R.*de Marin.cap.*200.*tom.*2.& conueniunt tradita à R. *Rouit.in prag.* 1.*ex num.*30.*de minorib.*& quæ de Iure communi scribunt *Statil. Pacif. de salu.interd.inspect.*4.*ex cap.*3.*Baltram. ad Ludouis. decis.*459.*nu.*11.*Barz.dec.* 109.*Fontanel.decis.*114.& 115.& *alij.*

Sed an isthæc reclamatio deberet proponi incidentèr coràm eodem Cõmissario, vel principalitèr committi alteri ex DD.Consiliarijs eiusdem Aulæ, iuxtà morem S.C.in sententiæ reclamatione? Nouitèr hæsitatum fuit in causa Ill. Principis S. Agatæ, cum Ill. Principe Bonifati, qui condemnatus vi decreti M.C.sub die 2.Martij 1689. & sententiæ S. C. sub die 18.Aprilis 1690.ad soluendum præfato Ill.Principi interesse tertiarum, proposuit nullitates aduersùs memoratam sententiam, & decreto S.C.sub die 14.Martij 1691.referẽte D.Cons.Carolo Antonio de Rosa, cum interuentu D.Præsidis, fuit prouisum: *Nullitates obstare.* In Banca Figliolæ. A quo decreto, admittente nullitates, obtinuit Ill. Princeps S. Agatæ verbũ fieri in S.C. loco reclamationis, de qua Regia decretatione habito recursu per Principem Bonifati in Collaterali Consilio, prętextu, quòd erat committenda formitèr reclamatio, iuxtà praxim, & Regias Pragmaticas, factaque à D.Præside relatione in scriptis (iuxtà consuetũ) S.E.in Regio Collaterali Consilio, decreto eiusdem Supremi Senatus, re plenius discussa, fuit declaratum: *Benè fuisse, & esse prouisum per Spectabilem Reg. Præsidentem S. R. C.* penès Thomam Cuomo scribam à mandatis. Ratio, quia sicuti restitutio fuit proposita incidentèr; ità etiam poterit reclamatio incidentèr proponi, nè Actor, & Reus ad imparia iudicentur, & si fuerit confirmatum decretum, haud excluditur pars succumbens à remedio ordinario reclamationis, quæ impartitur ad non probata probandum; quemadmodùm è contra, si minor succumbat, in remedio extraordinario restitutionis in integrum, poterit à decreto, illam denegante, appellare, seù reclamare, *l.1.C.si sæp.in integ.rest.postul.* exequuto tamen decreto, vti Præfecti Prætorio, *Franch.decis.*702.& ibi *de Luca, Staiban.resol.*55.*Altimar.add.* q.47.nectẽs, licere proponi etiam nullitates, ex *Nouar.lib.1.quæst.forens.*24. *num.* 15. *Merlin.controu.forens.*49.*in fin. cent.* 2.intelligendo ex eisdem actis, reseruato remedio ordinario reclamationis.

RITVS CCXCVIII.

ITem seruat ipsa Curia, quòd quando expensæ fiunt ante sententiam in aliquo casu: sicut cõtingit in multis casibus: tunc Curia committit taxationem expensarum ipsarum Magistro actorum, & facta taxatione, si dictæ expensæ veniunt reficiendæ propter contumaciam, per l. sancimus. C. de iud. tunc non auditur in iuribus suis, nisi eis refectis: si alia de causa veniũt, tunc facta taxatione, & inquisitione ipsarum per dictum Magistrum actorum, ab eius Procuratore, & Aduocato & Commissario, qui dicuntur recepisse dictas expensas, fit exequutio per Curiam, sicùt sentẽtiarum exequutio.

SVMMARIVM.

1 *Expensa reficiuntur, quando contracta est contumacia, & quippè ante sententiam.*
2 *Intelligitur tàm in Reo, quàm in Actore.*
3 *Contumax persoluit integras expensas;*

Digitized by Google

sas; & ibi nonnulla de contumacia, eiusque incusatione, tàm in causis ciuilibus, quàm criminalibus, notantur remissiuè.

4 *Contumax persoluit expensas, quando liquidæ sunt, aliàs satisdando pro expensis condemnatus auditur.*

5 *Expensæ prædictæ debentur Iudicis officio, & proinde etiam parti non petenti reficiendæ sunt, & in eis iusta litigandi causa non excusat, neque compensatio admittitur.*

Contumax à quo tempore mulctandus sit pœna expensarum?

6 *Contumax si sit Minor, aùt Ecclesia, Vniuersitas, vel Collegium, nùm audiatur non refectis expensis?*

7 *Expensæ persolutæ Procuratoribus, & Aduocatis, veniunt in liquidatione facienda expensarum.*

8 *Victor si sibi ipsi patrocinium præstiterit, non valet consequi salarium ab aduersario condemnato in expensis:*

Sed restringitur, vbicumque operam dando propriæ liti, alias tueri neglexit; & quid in causa communi?

9 *Nemo inuitus litigare cogitur, & propterea ad contribuendum in expensis non obstringitur, & quid cum his competit Collegio?*

10 *Salarium patrocinij præstiti an repeti valeat in refectione expensarum, vbi causa gratuitò, vel propter amicitiam, ab Aduocato defensa fuit?*

11 *Quidnè in expensis, quas Victor ex priuilegio non erogauit.*

12 *Aduocatus partis vincentis nùm aduersùs Victum in expensis condemnatum, recta via agere possit pro patrocinij salario?*

13 *Doctores in causa propria Aduocatum quærere debent; verùm valent in scriptis sua magnificare iura.*

14 *Iudex non parum deferre debet Aduocatorum causis, & in eis procedere debet cum Epicheia.*

15 *Nonnulla de Epicheia, & distributione iustitiæ æqua lance.*

16 *Notabile Responsum* P. Rutilij *recensetur.*

EXpensas refici, eo præsertim in casu, cum contumacia cõtracta fuit, & quippè ante sententiam, ex hoc *Ritu* apertè deducimus, & de Iure Communi ex *l. Sancimus*, C. *de iudic.* ac tradunt *Michael Grass. inter comm. opin. de fruct. & lit. expens. n.* 28. *Plot. in l. si quãdo*, C. *in vi*, §. 38. *n.* 2. *Vazin. inter comm. opin. eod. tit. n.* 78. *Grauat. ad Vest. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 20. *Menoch. de arbitr. Iudic. q.* 36. *& cas.* 153. *ac* 154. *Muscatell. in prax. S. C. lib.* 1. *par.* 2. *glos. veniens, n.* 4. *Ricc. collect. decis.* 571. *Couar. pract. cap.* 27. *nu.* 3. *Tiraq. cessante caus. par.* 1. *nu.* 6. *Marant.* 6. *p. membr.* 27. *tit. de contumac. n.* 18. *Farinac. q.* 11. *n.* 69. *& cons.* 85. *n.* 47. *&* 169. *Osasc. decis.* 9. *n.* 22. *Specken quæst. iur. cent.* 3. *clas.* 3. *q.* 22. *n.* 14. *Velasc. de priuil. pauper. p.* 2. *q.* 65. §. 1. *nu.* 131. *Baron. de effect. minor. ætat. effect.* 32. *Fermosin. in cap. finem litibus. q.* 10. *de dolo, & contum. & in cap. fin. de libell. oblat. q.* 4. §. 1. *ex nu.* 9. qui pluribus modis hoc ampliant, restringunt, & intelligunt nedùm in Reo, de quo in *text. in cit. l. Sancimus*, C. *de iudic.* vbi *Barbos. in collect. cap. quoniam frequenter*, §. *in alijs, vt lite contestata, cap. pastoralis*, §. *præterea, de offic. Ordin. cap. Venerabilis*, §. *porrò, de sent. excom. lib.* 6. *l. si pupillus* 17. §. 1. *ff. priuil. credit.* Sed in Actore quoque, vt in *Auth. qui semel*, C. *quomod. & quando Iudex*, *l. properandum*, C. *de iudic.* ibiq; *Barbos. n.* 24. *l.* 3. C. *de his qui accusat. l. cum* 79. *ff. de iudic. cap.* 1. *de dolo, in* 6. Quin ex *Ritu* 18. *Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ*, in ea Curia admitti constat, vbi, tametsi breuibus; vtilibus nihilominùs verbis *ibi n.* 12. *Præsul Campanilis* aliquos addit casus in praxi perutiles, illos præsertim, vt contumax integras persoluerit expensas, nec quidèm omisso obulo, easque re ipsa peruenisse ad manus partis, in nihilum suffragante deposito facto per contumacem, quod antea docuere *Bald.* & cœteri in add. *l. Sancimus, & in cap. conquerente* 1. *col. de re. spo. las. in Auth. quires*, post

Glos. C. de Sacr. Eccl. Decius consil. 34. *in fin. Leon de præpar. iud. part.* 2. *prap.* 17. *nu.* 13. qua de re *Menoch. de arbitr. quæst.* 36. *num.* 3. *Borrell. p.* 2. *summ. decis. tit.* 39. *à num.* 108. qui *par.* 1. *tit.* 36. nonaginta octo pœnas contumaciæ rescripsit, & nonnulla de contumacia, eiusque incusatione in causis ciuilibus, notaui in *rit.* 28. *ex num.* 5. *rit.* 95. *ac rit.* 123. *num.* 38. *lib.* 1. & in capitalibus causis, *in eod. rit.* 28, *& in rit.* 269. *ex num.* 29. *lib.* 3.

Dummodò expensæ sint liquidæ, 4 aliàs satisdando pro expensis, cõdemnatus auditur, *Bald. in l. eisi post tres, ff. si quis caut. & in Auth. qui semel*, C. *quom. & quando, Fermosin. cit. quæst.* 10. *num.* 8. *Baron. memor. effect.* 32. *num.* 6.

5 Quæ quidèm expensæ, vti debitæ officio Iudicis, & in eius contemptum, etiam parti non petenti refici debent, *Ias. in cit. l. Sancimus, nu.* 4. *Cephal. cons.* 770. *num.* 18. *Asyn. indic. cap.* 32. *nn.* 35. *Baron. mox cit. num.* 7. & in eis iusta causa litigandi non excusat, *Couarr. pract. quæst. cap.* 27. *nu.* 2. neque admittitur compensatio; nec repetuntur, licet cõtumax obtineat in causa principali, *Marsil. in l. patre, vel marito, num.* 17. *ff. de quæst. Carpan. ad Statut. Mediol. cap.* 10. *ex nu.* 116. R. *Tapia lib.* 3. *Iur. Regn. tit. de purg. contumac. sup. Constit. clementia, nu.* 2. & post sententiam fieri valet illarum condemnatio, vt ex *Caranit. in hoc rit. num.* 13. 14. *&* 15. scribit *Ventrigl. in prax. rer. notab. tit. de expens. annot.* 22. §. 1. *num.* 11. inquirens *num.* 12. à quo tempore contumax mulctandus sit pœna expensarum, si à die citationis, vel à die præteriti termini ad comparendum?

Adductam regulam, ad Minorem 6 contumacem, Ecclesiam, Vniuersitatem, vel Collegium, extendunt *Ias. in cit. l. Sancimus, Bart. in l. si finita, § si fortè, num.* 5. *ff. de damn. infect. Speculat. tit. de locat. §.* 6. *vers.* 14. *Decius in cap. causam, de iud.* Quibus tamen competit restitutio aduersùs Tutorem, atq; Administratores, vt aduertit *Bart. in l. contumacia, nu.* 4. *de re iudic.* & notat *Ventrigl. cit. loc. nu.* 4. ac notauimus in anteced. *Rit. num.* 59. & addimus *Borrell. in summ. decis. tit.* 39. *num.* 317. *& num.* 401. *cum seq. part.* 2. *Baron. de effect. minor. etat. effect.* 23. *ex num.* 2. qui *effect.* 32. *num.* 2. regulam constituit contrariam: nempè audiri minorem, mulierem, & rusticum contùmacem, non refectis expensis, ex *Marsil. singul.* 377. *nu.* 2, *Peres de Lara in compend. vit. hum. cap.* 28. *num.* 95. *Nouar. super prag.* 3. *collect.* 3. *nu.* 6. & se refert ad exarata ab ipso *in effect.* 9. *vers. est verum, ac vers. non obstat, in effect.* 19.

Verba insupèr *Ritus*: *Procuratore*, 7 *& Aduocato*, actiuè possent intelligi: nempè, quas fecerunt Procurator, & Aduocatus; nisi alia adnecterẽtur, illa scilicèt: *Qui dicuntur recepisse dictas expensas*, quæ profectò insinuant, passiuè tantùm intelligenda esse; etenim demonstrant, expensas persolutas Procuratoribus, & Aduocatis venire *in* liquidatione facienda expensarum, quod Iure insupèr probant *Vestrius in prax. lib.* 8. §. 2. *circa finem, & Bellam. decis.* 437. *Cum. in ritib. Sicil. cap.* 25. *nu.* 27. *Faust. ad Pancirol. in prax. p.* 3. *pag.* 207. *Alberic Oliva*, & ibi *Episcop. Campanil. in cit. rit. Cur. Archiep.* 4. *in add. num.* 20. *Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 56. *num.* 10. ex *l. eum, qui temerè, ff. de iudic.* Sed *Cardinalis de Luca de indic. discurs.* 79. *nu.* 77. aduertit, in Curia refici expensas viuas erogatas pro actis iudicialibus, & Rotam pro sumptibus Aduocatorum, Procuratorum, & Copistarum impartiti dumtaxàt ducatos decem. In Senatu autem Cathaloniæ, non comprehendi salaria Aduocatis soluta, testantur *Monter. decis.* 36. *Cancer. var. cap.* 16. *num.* 32. *p.* 2. *Fontanell. decis.* 93. *num.* 14. *& decis.* 423. *nu.* 18.

Cum verò idem Victor sibi ipsi pa- 8 trocinium præstitisset, haud quaquam posset salarium consequi ab Aduersario condemnato sibi in expensis, quia verè non expendit, *Ias. in l. properandum, §. fin. Auth. alterutra, num.* 14. C. *de iudic.* aduertit, necnon *Boer. decis.* 201. *Minsyng. singul. obser.* 2. *cent.* 1. ac *Rota Roman. decis.* 533. *siue* 47. *de sent. & re iudic. in antiq.* cuius non meminit *Par-*

la-

Digitized by Google

lador. cum eamdem statuit conclusionem, *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 5. §. 18. num. 14. Graueus concl. pract. conclus. 151. consid. 1. num. 18.* & post *Carauit. in hoc rit.* adnotat *Golin. de procur. p.r. 3. cap. 5. num. 25. & Thor. vot. 33. num. 26.* cui insignem adnectunt restrictionem, vbicunq; operam dando propriæ liti, illiusq; defensioni, neglexisset alias tueri: eo quòd illud iustè peteret, & consequeretur, *Iaſ. & Minsynger. cit. obseru. 24* imò, & pro causa communi habebit pro portione socij, & cohæredis, expensas, siue salarium, vt idem *Minsynger.* adiungit, impulsus doctrina *Boer. in mem. dec. 200.* necnon *Paul Christineus decis. 102. vol. 2. & decis. 98. num. 8. vol. 4. decis. 169. nu. 17. vol. 5. & decis. 9. num. 28. vol. 6. Caroc. de locat. & conduct. p. 1. tit. de fruct. & lit. expens. quæst. 8. ex n. 23. Lanfranch. Zacch. de Salar. & Merced. quæst. 109. num. 16. de Xarto ad cap. Regn. Sicil. lib. 3. tit. 11. de salar. & diet. cap. 59. nu. 17. Marc. Anton. Sabelli in summ. diuers. tract. §. Aduocatus 17. num. 7.*

Verùm hic est notãdũ, quòd litigare
9 nemo inuitus cogitur, & propterea, neque ad contribuendum in expensis; nisi lis competat Collegio, & renuens sit vnus de Collegio; non si conueniant vti singuli, *l. fin. C. arbitr. tutel. Petr. de Antibolo in tract. de munerib. & honor. C. 4. n. 76. & 77. Seraph. decis. 1012. n. 2. vol. 2.* & nisi obtenta sententia velit ille vti beneficio illius, vt eadem *decis.* adiungit *num. 4.* ex doctrina *Iaſ. in l. diuortio, num. 4. ff. solut. matrim.*

Pro Aduocato verò, qui causam
10 gratuitò, & propter amicitiam defendidit, haud repetit salarium, nisi remunerationis ob causam Clienti remisisset illud, ex altera eiusdem *Rotæ decis. 534.* siue *38. & 48. de sent. & re iudic. in antiq.* quæ verior est sine dubio, cum altera relata per eumdem *Parlador. num. 12. Guzm. de euict. quæst. 5. sub num. 95. Scacc. de sent. gl. 15. nu. 27.* Vtrumque verò, duobus recensitis casibus, nempè proximo de eo, qui gratuitò aduocauit, & primo de eo qui propriam defendit litem, rursùs admisit eadem Rota, teste *Bisignetto dec. 5. de procurat.* necnon Rota Perusina, apùd *Ioseph. tract. Ludou. in* illius Rotæ *decis. 301.* insequitur *Guzm. cit. tract. de euict. q. 5. sub n. 95. Scacc. add. glos. 15. nu. 27. Gratian. discep. forens. cap. 56. nu. 4. Monter. decis. Aragon. 14. Marta in compil. decis. tom. 1. verbo, expensa, cap. 57. & cap. 58. Christin. lib. 2. decis. Belg. 102. & 103. Trentacinq. lib. 2. tit. de postul. resol. 3. Carpzou. in iurispr. for. p. 1. const. 31. defin. 12. & 13.*

Sed an expensas recuperet, quas ex
11 priuilegio Victor non erogauit? negatiuè *Caroc. singul. 680.* Contrarium scribit *Baldax. de Angelis in pract. C. de Sacros. Eccles. auth. sed hodie, num. 3.* videas *Benincas. de pauper. quæst. 7. 1. special. num. 20.*

Aduocatus autem partis vincentis,
12 aduersùs victum, & in expensis condemnatum, an pro honorario, siue patrocinij salario, recta via agere possit? *Martin. Monter. decis. Aragon. 36.* negatiuam insequitur aleam; aduersùs quem scripsit *Fontanella dec. 93. num. 14. & decis. 423. num. 18.* vbi decisum testatur; qua de re videndi *Gratian. cap. 49. nu. 8. & cap. 302. nu. 30. discept. forens.* idem *Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 6. glos. 1. par. 1. num. 18. Dom. de Luca ad Gratian. cit. cap. 49. num. 9. Olea de cess. iur. tit. 4. quæst. 10. Miscell. num. 36. Sesse decis. 336. num. 16.*

Iuris Consultis tamen haùd licere
13 proprias tueri causas, ob animi perturbationem, monent *Petr. Gregor. lib. 49. syntagm. de action. num. 35. Faber in rationalib. ad l. 1. §. 1. de postul. Narbon. de etat. anno 17. quæst. 2. Bouadill. lib. 3. polit. cap. 14. num. 62. Borrell. p. 2. summ. decis. tit. 39. ex num. 258. Prat. tom. 2. dicept. forens. cap. 14. & 15. & alij,* vulgato dicto: *In causa propria Aduocatum quære.* Propterea dicebat *Roland. in cõs. 12. num. 62. in fin. lib. 3.* quòd Doctores in causis proprijs minus sciunt, quàm alij, refert *Paul. Rubeus de validit. legal. controu. forens. cap. 17. num. 63.* & ex *Cicer.* apùd *Dionem Cassium, lib. histor. 31.* eruitur ratio in illis verbis: *Verùm animus, vbi quis morbus eum occu-*

Digitized by Google

cupauerit obtunditur, caligoq; offenditur, ità vt nihil idoneum excogitare possit. & dicebat *Quintilian. Curt. lib. 7. histor. Alex. Magni*, nempè: *Obstat namq; alijs metus, alijs cupiditas, nonnunquam naturalis eorum, quæ cogitauerit, amor.* Licet tamen, imò debent, in scriptis sua magnificare iura, sicuti insignes Viri egerunt: nempè Aymon Crauetta pro eius Genero, vt in fine suorum *cõsiliorum*, Io: Vincẽtius de Anna *alleg. 57.* & Reg. Fabius Galeota, qui exquisiuit in causa propria iuris relpõsa à R. *de Põte* vt in *cõsil. 157. ac 158. vol. 2.* & à *Consil. de Georgio, vt in alleg. 18. 19. & 20.* de quibus meminit *Prat. obseru. 90.* & post ipsum *Capon. controu. forens. 18. num. 2.*

Ad quod tamen aduertimus, quòd
14 in Aduocatorum causis per Iudicem non parum deferendum est, vt monet *Bouadilla cit. tom. 2. politic. lib. 3. cap. 14. tit. de la Audienzia publica, num. 62.* hisce verbis: *y quando se les offreçieren pleytos proprios, haganles toda gratificaçion, y buena correspondençia en caso ygual, viendo sus causas con breuedad, y oyendolos, y estudiandolas con ellos, de manera que echen deuer, que desean aueriguar sù Iusticia, y haçerle plazer.* Quod idem firmat *Petr. Gregor. cit. lib. 49. num. 45.* Nàm Iudex in Aduocatorum causis debet procedere cum
15 epicheia: nempè existimando, sua propria authoritate, legis rigorem cum ipsis esse mitigandum: de qua latè Eques *Thesaur. Phyloloph. Moral. lib. 16. cap. 4.* & ex Legistis, *Costa de remed. subsidiar. remed. 35. num. 14. Cafar. specul. peregr. quæst. q. 9. §. 2. Molfes. tom. 2. quæst. 16. Dian. tom. 4. tract. 3. resol. 23. Reg. de Philip. dissert. fiscal. disser. 20. nu. 62. Rot. Roman.* post *Oleam de cess. Iur. decis. fin. num. 96. Risicat. tom. 1. tit. de epicheia, Pasqualin. in comment. ad prag. 18. num. 100. in fin. de admin. Vniuers.* At id, vt idem *Bouadill.* annuit, summa cum prudentia agendum, nè præiudicium alteri parti inferatur, inter quas seruandam æqualitatem, Iura statuunt in *l. petendæ in fin. C. de tempor. in integr. rest. l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* Hoc enim Iudici præcipitur, vt causas partium examinet ante iudicium, semoto in totum respectu personarum, siue sint ciues, amici, domestici; siue è contra, inimici, alieni, exteri; nè qua vel beneuolentia, vel odium cognitionem impediat, *Phil. de Iudice.* Iudicia in quemuis, siue amicum, siue inimicum, ex legibus æqualia fiant, *Anonym. in Aphor. Polit. Sylua ex Agapeto Diacono.* Atquè quemadmodum is, qui sagittam ad metam dirigit, nec vltrà, nec citrà, nec vtrobiq; errãdo à via proposita excidet; Ita rectus Iudex factitabit, nec in iudicando personã accipiat, *Basilius in princ. Prou.*

Vtantur opportunè Iudices respon-
16 so P. Rutilii, qui amico cuidam, rem iniustam petenti, pernegabat, quumq; is commotus per summam indignationem diceret: Quid ergò mihi opus est tua amicitia, si quæ abs te rogo, non facis? Imo, inquit Rutilius, quid mihi opus est tua amicitia, si me vrgere cupis, vt in iustitiæ leges tua causa peccem? *Erasm. lib. 8. apoph.*

RITVS CCXCIX.

ITem seruat ipsa Curia, quòd quando datur aliqua petitio: putà, Clericatus, vel similis, in processu inchoato, vel non inchoato, vbi non requiritur libellus, non fit aliquis actus, nisi quia datur terminus ad probandum, si expedit, & alius actus non fit in ea petitione per ipsam Curiam.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus exceptio in quacunque parte iudicij opponi potest etiã lata sententia.*
2 *Priuilegio fori nec expressè, nec tacitè renunciari potest.*
3 *Neque cum consensu Episcopi.*
4 *Quidue concurrente consuetudine in contrarium, vbi traduntur alia remissiuè.*
5 *Princeps an, & quando habeat iurisdi-*

Digitized by Google

dictionem in Clericos, Ecclesiasticasq; personas? Quod ratione feudi affirmatur, dummodò feudalis causa ciuiliter, non autem criminaliter agatur.

6 *Concessione etiam plenaria Ecclesiæ facta, semper reseruatum censetur ius superioritatis Principis recognoscendi grauamina, ità vt appellatio ad ipsum interponi debeat.*

7 *Clericorum appellatione qui veniant? & an comprehendantur Monaci?*

8 *Ingressi Congregationem, in qua collegialiter, & religiosè viuitur, gaudent prærogatiuis, exemptionibus, ac immunitatibus, quibus Religiosi fruuntur.*

9 *Sed an acquirat relictum*, si Religionem ingressus fuerit? *recensetur casus superioribus annis ad libellam reuocatus.*

10 *Conditio ingrediendi Religionem solo ingressu non purgatur.*

11 *Nouitius an ligetur Consuetudine Ciuitatis Neapolis, quæ incipit*, Et si testator, *& per simplicem ingressum feudum amittat, ac valeat, emissa professione, suam declarare dispositionem?*

12 *Clericus, qui ob non incessionem cum habitu amisit fori priuilegium, an perdat cætera Clericalia priuilegia, & prærogatiuas.*

13 *Clericus non seruans requisita Sacri Concilij Tridentini, non est obnoxius* Consuet. Etsi testator.

14 *Clericus non incedens in habitu, licèt fori priuilegio non gaudeat, non tamen amittit priuilegium* Can. Si quis suadente diabolo.

15 *Nec amittit priuilegium exemptionis à gabellis, & alijs impositionibus.*

16 *Iurisdictio Episcopi in Clericos non pendet ab ipsorum facto, sed à Charactere, quod est indelebile.*

17 *Clericus reassumere potest habitum propria authoritate, absque Episcopi licentia.*

18 *Clericus non incedens in habitu gaudet beneficio* cap. Odoardus, *ac fori electione, & D. D. adducuntur id sentientes.*

19 *Beneficium amittitur ex collatione in alterius personam, & taciturnitate.*

20 *Primogenitus si passus sit, secundum genitum recognoscere feudum à Domino, eique soluere debita feudorum iura, tunc iuri primogenitura renunciasse præsumitur.*

21 *Quis tacitè renunciare potest suo beneficio sine Superioris licentia.*

22 Text. in cap. admonet, de renunciat. *explicatur.*

23 *Clericus, qui per multos annos dimisit habitum, ac tonsuram, & exercet officium Regium, fori priuilegium amittit,*

24 *Clericus non incedens in habitu, & tonsura, vt amittat Clericalia priuilegia, non exquiritur hodie trina monitio à suo Præsule.*

25 *Epistola, quæ in hac materia circumfertur, scripta* P. Comitolo à Cardinale Antonio Carrafa, *non est vera, sed apocrafa.*

Declarationes S. Congregationis non faciunt ius in Orbe, si à Summo Antistite non sunt approbatæ, ac confirmatæ.

26 *Sensus* Reg. de Marinis *circà Clericum, qui dimisit habitum, & tonsuram, an ligetur nostris Consuetudinibus, adducitur, & refellitur.*

27 *Forum sortiri, & Statutis ligari, à pari procedunt.*

28 *Clericus filius familias non obseruans requisita S. C. Tridentini, an spolietur potestate disponendi de bonis profectitijs?*

29 *Ad quod adducitur discrimen, quod extat inter modum acquirendi bona, & in potestate illa disponendi.*

30 *Priuilegium Clerici filij familias in acquirendo bona tempore Clericatus, in hoc totum absoluitur: nempè in acquirendo sibi, & non Patri, ac sub titulo peculij quasi castrensis, non verò profectitij.*

31 *Leges permittunt filijs familias disponere de eorum peculio castrensi.*

32 *Clericus filius familias, abiectis Clericatus insignibus, disponere potest de bonis tempore Clericatus acquisitis.*

33 *Quid vbi Clericale priuilegium non consistit in acquirendis bonis antiquis tanquàm nouis? vbi plenè tratinatur*

Digitized by Google

tur argumentum Reg.de Marinis.

34 *Recenſetur Scitum S. R. G. in adducta hypotheſi emanatum.*

35 *Adducitur aliud Scitum eiuſdē S. R.C. in alia notabili cauſa promulgatum, vbi fuit deciſus articulus de Clerico, licèt aliàs dixerit* D.de Luca.

36 *Teſtes aduersùs probationem affirmatiuam reÿciuntur, niſi probata negatiua, loco, & tempore coarctata.*

37 *Filia naturalis capax eſt ſucceſſionis, tàm ex teſtamento, quàm ex contractu inter viuos, non exiſtente legitima ſobole.*

38 *Naturalis qualitas, vt adeſſe poſſit, plura requiruntur; quæ tamen de æquitate Canonica non ſeruantur.*

39 *Publicus concubinatus eſt prohibitus, & legitima concubina nuncupatur illa, cum qua legitimè matrimonium contrahi valet.*

40 *Ius Ciuile ſequitur Ius Canonicum quò ad ſucceſſionem filiorum naturalium.*

41 *Legatum ſpuriæ relictum, ſi illa præmoriatur, an tranſmittatur ad ſpuriæ filiam?*

42 *Filia ſpuria an legitimari poſſit per ſubſequens matrimonium?*

43 *Beneficium non inducit impedimẽtum ad contrahendum matrimonium; at illud, nuptÿs contractis, amittitur.*

44 *Legatum à patre clerico relictum filio iàm procreato eo tempore, quo idem pater vltrà Clericatum, beneficium quoq; Eccleſiaſticum poſſidebat, eidem deberi, declarauit S.C. in caſu occurrenti.*

45 *Tale Legatum etiam cedere poteſt in cauſam alimentorum, & dotium filiarum.*

46 *Dos habet diuerſam naturam ab alimentis, & quarè?*

47 *Dos filiæ ſpuriæ aliquando poteſt eſſe æqualis doti ſolitæ impartiri filiæ legitimæ, & aliquando poteſt eſſe maior.*

48 Bulla B. Pij V. *ad materiam expenditur.*

49 *Clericus laicus effectus amittit omnia priuilegia, & eximitur à memorata* Bulla B. Pij V.

50 *Teſtamentum factum tempore inhabili, ſuſtinetur deinde tempore habili, cum ſumat vires tempore obitus.*

51 *Legitimatio inualida à Clerico facta, ceſſante Clericatu, valida eſt.*

52 *Filÿ nati ex matrimonio clandeſtino nùm admittantur ad ſucceſſionem in bonis patris, & ad honores? in terminis* Conſt. Regn. Sancimus, de matrim. publ.contrah. non firm.

53 *Cauſa petentis manuteneri in poſſeſſione fruendi prærogatiuis Sedilis, num decidenda ſit iunctis duabus S. C. Claſſibus in Collaterali Conſilio, cum interuentu Fiſci Patroni eligendi à S. E.*

54 *Manutentio interim non habet locum, quando poſſeſſorium dependet à petitorio.*

55 *Filÿ nati ex matrimonio clandeſtino ſunt incapaces bonorum, & ſucceſſionum.*

56 *Feudatarÿ an valeant contrahere matrimonia abſque Regis permiſſu?*

57 *Poſſeſſio patris ad filios legitimos, & hæredes ſanguinis tranſfertur.*

58 *Epiſcopus, accedente iuſta cauſa, remittere poteſt denunciationes, & nonnulla de memorata* Cõſt. Sancimus, *& an ſit in vſu.*

59 *Litera S.M. memorantur dantes regulam, quomodo, & à quibus Iudicibus ſint expedienda cauſæ reintegrationis ad Sedilia, & an procedant in Iudicio poſſeſſorio?*

60 *Filÿ legitimati per ſubſequens matrimonium an comprehendantur ſub appellatione filiorum de legitimo matrimonio procreatorum, ità vt admitti poſſint ad prærogatiuas Montis, quando Teſtator in illius erectione vocauit deſcendentes per lineam maſculinam tantùm, & de legitimo matrimonio tantùm?*

61 *Adducuntur DD. exclaſinam ſententiam annuentes.*

62 *Recenſentur alÿ oppoſitam ſententiam amplectentes.*

63 *Matrimonÿ vis omnem maculam abſtergit, vbi ponderatur verbum* Sint, *quod veritatem præſefert.*

64 *Perpenditur caſus extinctionis familiæ ab Inſtitutore Montis contemplatæ: vtputà ſi vocati, qui ſuperſint de familia,*

Digitized by Google

milia, nec masculos haberent, nec moraliter vlteriores filios habere sperarent.

65 *Propensio conseruationis familiæ cuiq; innata est, vnde vt maioratus conseruetur, deficientibus agnatis, admittitur ad illum legitimatus per Principis rescriptum, aliàs excluſus.*

66 *In dubio est proli legitimatæ fauendū.*

1 QVocumque tempore, etiam lata sententia, opponi posse eiusmodi Clericatus exceptionem, præter Canonistas, dicunt etiam Ciuilistæ, atq; Decisiones Senatuum diffiniunt, sicuti præsertim habetur apùd *Præs. de Frāch. decis.* 400. *num.* 1. *Gramm. vot.* 27. *& Guid. Pap. decis.* 450. Illa siquidem est tanti roboris, vt à se ipsa proponatur, ac propterea, acta facta, ante quàm citatus venerit, eamque opposuerit, invalida omninò esse, docet idem *Præs. de Franch. in indic. decis.* 400. & antea *Afflict. decis.* 85. *nu.* 1. *& Gramm. decis.* 61. illamque posse opponi etiam post sententiam, *DD.* monent, inter quos idem *Gramm. vot.* 17. *& vot.* 27. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 2. *Couarr. pract. qq. cap.* 33. *Valenz. in libell. contrà Venetos*, 4. *par. à num.* 31. *Auus meus ad Gramm. decis. cit.* 61. *num.* 5. *& ad Capyc. decis.* 9.

Huic enim fori priuilegio, nec ta-
2 citè, nec expresè renunciari potest, post *Clar. q.* 46. *vers.* 2. *infertur*, & alios *Prat. tom.* 2. *discept. cap.* 3. *ex n.* 6. *Donad. de renunciat. cap.* 28. *n.* 85. neque cum
3 cōsensu Episcopi, *Gallesi. tract. de oblig. in form. Cam. p.* 2. *q.* 2. *n.* 2. *Scacc. de iudic. p.* 1. *c.* 11. *n.* 38. *Surd. dec.* 26. *n.* 4. *Sbroz. de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 203. *num.* 4. *&* 50.

Verba in *Ritu*: *Processu inchoato*, intelliguntur: nempè, exequuta citatione, quæ initium est cuiuscumque iudicij, ac processus, & non antea, ex notatis à nobis super *rit.* 67. & alibi, nec non tradunt *Vant. de nullit. ex defect. citat. nu.* 1. *in suo tract. de nullit. Marant. in specul. p.* 6. 1. *memb. de citat. num.* 1. *& Farinac. in fragm.* typis datis cum *tract. de Immunit. Eccl.* inibi enim *lit. L. à num.* 367. de hac re agit, copiosèque materiam extricat, ad eius ità-que scripta relegamus auidum Lectorem. Attamen sola oblatione libelli,
4 aùt supplicationis, vel insupèr impetratione rescripti, non dicatur inchoatus processus, quia lis minime dici possit pendere, extricauerat antea ipsemet *Farinac. à nu.* 357. *Rota decis.* 695. *num.* 5. inter congestas ab eodem *Farinac. p.* 2. *tom.* 2. imò nec dicatur lis introducta, deciditur in *decis.* 601. *nu.* 11. cum lis probetur excitatione exequuta, iuxtà *decis.* 736. *num.* 1. *eiusdem vol.* & suffragantur aperta verba *Auth. litigiosa*, *C. de litigios.* coniunctim requirentia preces Principi, Iudici insinuatas, ac Reo cognitas, quorum virtute, oblationem, impetrationem, præsentationem, citationemq; concurrere, oportere, dixerint in eo *tex. Butrig. Bellaper. Cyn. num.* 2. & alij, quos idem recenset *Farinac. n.* 359. ac rei veritate requiri citationem subdit *nu.* 362. *Hodiern. ad Surd. decis.* 110. *num.* 18. *Sanfelic. decis.* 2. *Caruf. ad prag. Duc. Sermon.* §. 8. *gl.* 1. *num.* 22. *Carleual. de iudic. disput.* 2. *quæst.* 5. *num.* 309. Ex quibus cum accidisset, vt quidām Ecclesiasticus offerret supplicationem D. Præsidi nostri S.C. ab eoq; decreta, & cuidam meritissimo Consiliario commissa causa, dictaque supplicatione iuxtà solitum remansa apùd vnum ex Actuarijs, illaq; minime consignata præfato supplicanti, (quamuis si fuisset consignata, non propterea obfuisset, nisi etiam decreta citatio, & Parti notificata) volens Reus illum reconuenire, recusante Ecclesiastico, quia non esset locus reconuentioni; tandèm Aduocatorum monitu quieuit ille, nec vltrò progredi, ausus est.

Rex verò Iurisdictionem habet in
5 Clericos, & personas Ecclesiasticas ratione feudi, si illud habeant à Rege, *cap. item statuimus, sub titul. de non trahend. Cleric. ad secul. iudic.* vbi *Campagn. ac Petr. Foller. sub tit. de Episc. & Cleric. Carauit. in tit.* 235. *nu.* 19. *in fin. Io: Franc. de Leonar. tract. de Magistrat.*

Digitized by Google

Regn. num. 59. *Gramm. decis.* 29. *nu.* 13. *& cons.* 1. *num.* 31. *Ann. in repet. Const. Diuæ Memoriæ, n.* 33. *Borrell. in summ. decis. tit.* 33. *nu.* 1354. *Marta de iurisd. p.* 1. *cap.* 17. *num.* 5. *Gaspar Thesaur. lib.* 2. *quæst. for.* 15. *sub num.* 9. *Bouadill. lib.* 2. *politic. cap.* 18. *num.* 61. *Glorit. responſ.* 13. *num.* 29. dummodò feudalis cauſa ciuilitèr, non autem criminalitèr agatur, *Paris de Put. de reintegr. feud. cap.* 198. *num.* 4. *Marcheſan. de commiſſ. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 61. *Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 71. *à num.* 75. *Molfeſ. in addit. ad conſuet. Neapol. p.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 8. *Mari. ad Gramm. deciſ.* 61. *num.* 6. Quòd ſi concedatur directum, & vtile dominium, res allodialis dicitur, *Capyc. in inueſtit. ver. feudo allodialia, Maſcard. de probat. concl.* 79. *&* 206. ac potiùs donatio, quàm feudum nuncupatur, Gentilis meus *Petr. Ant. Petra de poteſtat. Princip. cap.* 22. *ex num.* 31. Semper verò reſeruatum
6 cenſetur ius ſuperioritatis Principis oſſibus inſitum recognoſcendi grauamina, & proinde appellatio ad Principem fieri poteſt, quamuis conceſſio plenaria Eccleſiæ facta fuerit, *Iacob. verſ. feudales appellationes, de diff. feu. nob. & de tabul. diff.* 26. *Capiblanc. de Baron. tom.* 1. *prag.* 1. *ex num.* 41. *& pragm.* 8. *à num.* 33. *p.* 1. *& Ego dixi in rit.* 52. *ex num.* 9. *tom.* 1.

Qui autem veniant appellatione
7 Clericorum? de quo inquirit *Garauit. in hoc rit. num.* 6. ſcribunt *Campagn. in cap. item ſtatuimus, quòd Clerici, num.* 7. *Marant. in ſpecul. p.* 6. *diſtinct.* 11. *nu.* 3. *Viu. in ſylu. com. opin.* 107. An Clerici in minoribus conſtituti? *Gramm. vot.* 33. *nu.* 20. *Cepoll. conſ.* 11. *nu.* 15. An uè habentes primam tonſuram? *Couar. pract. q. q. cap.* 31. *num.* 6. *Gratian. diſcep. forenſ. cap.* 35. *ex num.* 48. An Monaci? *Caccialup. in conſil. vnico nu.* 16. *Colleg. Ferrar.* paritèr *in conſ. vnica num.* 33. *de præcedent. Monacor.* An Conuerſus, de quo loquitur *tex.* feudalis *in cap. vnic. de Vaſall. milit. qui arm. bell. depoſ.*

An Canonici Regulares? *Tangredini conſult.* 44.

An ingreſſi Congregationem, in
8 qua collegialitèr, & religiosè viuitur: vt putà Oratorij S. Philippi Neri? & affirmatiuè reſpondit *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol.* 100. *nu.* 4. nempè illos gaudere prærogatiuis, exemptionibus, ac immunitatibus, quibus Religioſi fruuntur, & acquirere relictum, cum conditione, ſi Religionem fuerit ingreſſus, ex *Cherubin. in Scholijs Bullar. Conſt.* 22. *Leon. X. Pontio de imped. matrim. cauſ.* 27. *cap.* 19. §. 5.

Hic autem articulus ad libellam re-
9 uocatus fuit in M. C. in cauſa ſucceſſionis Franciſcæ Menhart, inſtituentis hæredem Andream Paſchalem ſuum Virum, expetente medietatem bonorum antiquorum Io: Baptiſta Caſtelli, cui oppugnabat Andreas, ex quo reperiebatur inter Patres dicti Oratorij Ianuæ, etſi non in ſacris, & quamuis M. C. annuiſſet Andreæ, impartiendo in eius beneficium præambulum totius hæreditatis; tamen in gradu appellationis, referente tunc D. Conſil. D. Ianuario Andreæ, nunc emeritiſſimo, & præclariſſimo Regente in Supremo Italię Conſilio, S. C. declarauit ſub die 22. Nouembris *1683. Benè appellatum, & malè iudicatum, ac proinde medietatem bonorum maternorum quondam Franciſcæ Menhart ſpectauiſſe, & ſpectare Io: Baptiſtæ Caſtelli, oppoſitis non obſtantibus.* In Banca Lauiani.

Etenim Io: Baptiſta Caſtelli perſo-
10 na non erat Eccleſiaſtica, quæ illa dicitur, quæ, aùt per Ordinis ſuſceptionē, aùt per Religionis alicuius approbatæ ingreſſum, precipuo quodam modo ad ſeruiendum Deo ſe dicat, *Can. duo ſunt genera, 12. quæſt.* 1. & quis dicare ſe Deo dicitur, quando profeſſionem emittit, *Gloſſ. in cap.* 1. *de Religioſis domibus*; propterea conditio ingrediendi Religionem, ſolo ingreſſu minime purgatur, niſi ſequatur profeſſio, *Bart. in l. ſi quis poſt hæredem, n.* 2. *C. de inſtit. & ſubſtit.* & ante illam, Monacus non vocatur, *Gloſ. in cap.* 1. *verſ. dedicanda, extra de Religioſis domibus*, cum perfectio ingreſſus profeſſionem expectet, *Calcan. de condit. & demonſtr.*

p. 2.

Digitized by Google

p. 2. cap. 90. num. 1. & de Nouitio ante professionem, loquuntur *Virgil. de legitimat. personar. cap. 23. nu. 48. Camill. Salernan consuet. si moriatur, Glos. quid si ingressus, lit. F. fol. 65.* cui ratione habitus, & propter spem professionis emittendę, impartitum est priuilegium canonis, & fori, non quòd sit perfectè religiosus, *Reg. Tapp. in Auth. ingressi, C. de Sacrosan. Eccles. cap. 2. num. 13. Costa de retract. cap. 9. cas. 3. ex num. 17.* In Congregatione verò prædicti Oratorij non emittuntur professio, neque vota; sed tantùm comprehenditur sub nomine Religionis in fauorabilibus, vt in themate exarato à *Reg. de Marin. in addict. cap.* 100. Vnde cum ligari nostro Statuto esset in memorata thesi laico degenti in præfata Congregatione Oratorij fauorabile; propterea absq; hęsitatione aliqua iudicatum, medietatem bonorum maternorũ deberi.

His concinit quæstio, an Nouitius
11 ligetur præfata Consuetudine? Affirmant Nostrates, quòd scilicèt ante emissam professionem, seruata forma S.C. Tridentini disponens, non valeat à medietate bonorum antiquorum debita vigore Consuetudinis, proximiores excludère, excepto tamen instituto Monasterio hærede, ex DD. nouitèr apùd *Pansut. contron. 40. tom. 2.* Dicitur namque, præter priuilegium fori, & canonis, laicus, *Horat. Mandos. in tract. de priuileg. ad instar, glos. 7. nu. 32. Portell. de dub. regular. verb. nouitij annus, num. 54. Suarez. de legib. lib. 8. cap. 16. num. 14. Lassart. de decim. vend. cap. 19. num. 50. & in addit. ad eund. numer. Gutierez de Gabell. quæst. 95. num. 29. Rodriq. qq. regul. tom. 2. quæst. 47. art. 8. ad fin.* nec non *tom. 3. quæst. 74. art. 9. Ripoll. var. resol. cap. 13. de testam. num. 438. Peregr. de fideicom. art. 28. nu. 60. vers. quo circa, Consil. Paschal. de virib. patr. potest. p. 1. cap. 3. num. 8. Fontanell. decis. 531. num. 7. Reg. de Marin. lib. 1. resolut. 120. num. 2. & lib. 2. cap. 50. nu. 3. Bottilier. de succes. ab intestat. theor. 72. num. 3.*

Retinet proinde feudum, & dominium suorum bonorum, *Bambacar. in comment. ad tit. si de feud. defunct. content. sit inter Dom. & Agnat. cap. qui Clericus, num. 12. quæst. 3. Præs. Vrsin. in tract. de succes. feud. p. 1. art. 1. concl. 2. & 3.* & in Nouitia scripsit *D. Reg. D. Marcell. Marcian. excerpt. fiscal. exercit. cap. 6. n. 15.* qui alia adnotat *cap. 18.*

Etiam si dispositio fieret actu irreuocabilitèr inter viuos, qua de re latè *Montan. cit. contr. 46. Molfes. ad consuet. p. 3. de succes. ex testam. quæst. 7. Caput. ad Constit. si moriatur, p. 3. §. 1. num. 12. Reg. Rouit. cons. 27. num. 1. lib. 2. Pansut. contr. 41. lib. 2. Carol. de Rosa ad consuet. Neapol. tit. de succes. morient. sin. filijs ex testam. in consuet. Et si testator, ex num. 47.* taxans *n. 27. Reg. Rouit. cit. cons. 27.*

Licere tamen dispositionem ante professionem confectam Professo declarare, si illa dubia, & ipsa declaratio conueniens sit, *Regin. lib. 8. cap. 27. n. 387. Roder. in comp. qq. regular. resol. 135. num. 3.* & alij apùd *D. Altimar. ad Rouit. cit. cons. 27. num. 12.* & in fideicõmisso, ac maioratu scripsere *Soccin. cons. 102. lib. 3. Gramm. cons. 105. num. 167. Burgos de Paz. in proem. ad ll. Tauri, num. 109. Castill. lib. 3. contron. cap. 10. Mieres de maioratu par. 1. quæst. 44. num. 1.* ex *tex. in l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pupill. in cap. cum venisset.* & ibi *Gl. de iudic. Reg. Capyc. Latro consul. 85. num. 24. lib. 2. Consil. Ioseph de Rosa consult. 69. ex num. 98.* maximè personæ nobilitate, & virtute claræ, in qua non præsumitur mendacium, *Cas. Bargal. de dol. lib. 5. cap. 12.*

Affinis excitata in eodem nostro Senatu fuit acerrima controuersia. Etenim diem functo Marco Piccarello, filio, & hærede Benigni, instituta hærede Venerabili Archiconfraternitate Sanctissimæ Trinitatis Peregrinorum huius Ciuitatis, institit in S. C. Lucretia Piccarello, Soror vtrinque coniuncta præfati Benigni, declarari ad ipsam spectare, & spectauisse medietatem bonorum antiquorum. Obsistebat audactèr Oratorium, dicens, Marcum fuisse Clericum, & beneficiatum, minimeque obstrictum Neapolitanæ consuedini, *Etsi testator*, ac haud

officere, fuisse à Marco beneficio renunciatum, nec incedisse in habitu, & tonsura: nam hoc, vti parui temporis spatio, & rationabili ductus causa excusat.

Vlteriùs etiã amisso ipso priuilegio
12 fori ob non incessionem cum habitu anni curriculo, ad tradita à *Reg. Sanfel. decis.* 13. & ibi *Mucci addens*, memor eorum, quæ scripsi *in rit.* 235. *num.* 13. non amittit tamen cœtera clericalia priuilegia, ac prærogatiuas; pro quarum amissione quatuor exquiruntur: quòd nempè non incedat in habitu, & tonsura, enormibus se ingerat; in illis deprehendatur; persisterit, & fuerit tertiò monitus à suo Præsule, ac post tertiam correctionem fuerit incorrigibilis, *Anan. in cap.* 1. *de apost. Reg. de Pont. cons.* 24. *num.* 36. *Foller. in prax. p.* 1. 3. *p. audiantur excusatores, nu.* 47. *Bellect. disquisit. cleric. tit. de fauor. Cleric. personal.* §. 7. *num.* 3. *vers.* 1.

Ex his dicebat *R. de Marinis quotid.*
13 *resolut. lib.* 2. *cap.* 47. *n.* 11. se consultum respondisse, Clericum non seruantem S. Tridentinæ Synodi requisita, nostræ Consuetudinis, *Etsi testator*, legibus obnoxium non esse, ac proinde minime teneri sanguine sibi propinquiores ex illa linea suorum hæredes antiquorum bonorum instituere pro medietate, nixus indiuiduali declaratione peracta à Sacra Congregatione præfati S. C. Tridentini, cuius dispositio, vti correctoria Iuris Communis, ac odiosa, loquens in vno dumtaxàt casu, nempè de amissione priuilegij fori, in reliquis remanet sub Iuris Communis sanctione, *Nauar. quæst. forens.* 7. *nu.* 17. *Sãchez tom.* 2. *summ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 33. *Nauar. lib.* 5. *const. tit. de priuil. consil.* 24. *Molin. de iust. & iur. lib.* 3. *disput.* 671. *Squillant. de priuil. Cleric. cap.* 12. *dubit.* 1. *num.* 8. *Cephal. cons.* 361. *num.* 16. *Natt. cons.* 469. *num.* 9. *Magon. decis. Florent.* 14 *num.* 9. *Menoch. cons.* 147. *num.* 7. Inclusio enim vnius, est exclusio alterius, vulgata *l. cum Prætor, de iudic. l. cum marito, ff. de procurat. l. quamuis, ff. de pignorib. cap. nosse, de præsumpt. Lanar. cons.* 61. *nu.* 6. nectens, Statutum seruandum esse, prout iacet, nec attenditur ratio Statuti, sed casus formaliter dispositus, & minime potest fieri extensio ob æqualem rationem, cum sit mixti iuris communis, strictè debet intelligi, *Surd. cons.* 418. *num.* 6.

Quod adeò veritate nititur, quòd
14 quamuis Clericus non incedens in habitu fori priuilegio non gaudeat, attamen non amittit priuilegium *Canonis, si quis suadente diabolo*, vt Sacra Congregatio declarauit, teste *Comitol. respons. moral. lib.* 6. *quæst.* 26. *P. Dian. in tract. de immunit. Eccles. resol.* 50. *Ricciul. de iur. personal. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 11. *Nouar, in prax. de elect. & var. for. sect.* 2. *quæst.* 52. *num.* 11. prout antea sancitum erat à Sacris Canonibus, *Glos. in cap. fin. de vit. & honest. Clericor. in verb. tertio, Gonzal. in reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 5. *num.* 7. nec amittit priui-
15 legium exemptionis à gabellis, & alijs impositionibus secularibus, vt decreuit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium, die 14. Ianuarij 1631. testantibus *Barbos. sup. Concil. Triden. sess.* 23. *cap.* 6. *n.* 34. *Nicolao in suis opusculis, verb. Clericus, num.* 27. Propterea nisi fuerit ter monitus, non eximitur à potestate Episcopi, qui ante trinam monitionem, & declarationem, etiam si Clericus habitum reliquerit, poterit inuitus ab illo cognosci, cuius iu-
16 risdictio à facto Clericorum non pendet, sed à Charactere, qui est indelebilis, *Sperell. decis.* 131. *num.* 20. qui pluries ità decisum per Sacram Congregationem vidisse testatur, & refert *Tasson. de antephat. vers.* 1. *obseru.* 3. *num.* 24. *Ricc. in prax. Eccles. resp.* 530.
17 *nu.* 3. *lib.* 3. dictusque Character adeò est indelebilis, quòd Clericus habitum reassumere propria authoritate potest absque Prælati licentia, *Vin. decis.* 512. *Ricc. decis. Cur. Archiep.* 235. *num.* 7. *p.* 3.
18 Gaudere præterea *Cap. Odoardus*, beneficio, *Zipens. in suo Iur. Pontif. nou. lib.* 2. *tit. de for. comp. num.* 32. *Squillant. de priuil. Cleric. cap.* 10. *num.* 12. *Sanch. in sum. Theolog. moral. lib.* 7. *cap.* 13. *nu.* 35. *tom.* 2. & Fori electione, *Nouar.*

quæst.

Digitized by Google

quæst. foren. 7. num. 17. & quæst. 52. n. 9.

Ex aduerso dicebatur, Beneficium
19 quidem Marcum Piccarello amisisse ex collatione facta in alterius personam, & taciturnitate, *Mascard. de probat. in 3. volum. conclus. 1263. num. 18.* vbi tuetur, quòd ex signis certis, & coniecturis renunciantis mens colligi potest: tunc enim renunciatio præsumitur, ex *Bald. in l. habet, §. 1. ff. de pact.* quòd quoties de mente, & voluntate renunciantis apparet, dubium non est, quòd & ipsum Beneficium renunciatum præsumatur, *Natt. cons. 626. in fin. vol. 3.* & inter cæteras coniecturas *nu.*
20 25. nectit, quòd si primogenitus passus sit, secundogenitum, feudum à Domino recognoscere, & iura debita feudorum Domino soluere, cæteraq; onera subire, tunc iuri primogenituræ renunciasse præsumitur, post *de Benedictis in cap. Raynutius, vers. eodem testamento relinquens, il primo, num. 146. de testam. & nu. 28.* eiusdem conclusionis subdit ipse *Mascard.* hæc alia verba: *Qui patitur beneficium ab alio, etiam per biennium possideri, iuri suo renunciare præsumitur, post Imol. in cap. ex ore, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*: ex ipsa quidem diuturnitate temporis tacitè renunciauit Beneficio, *Paris de renunciat. beneficior. quæst. 1. num. 23.* ex *Glos. in cap. benefic. verb. assensu, de Regular. in 6. Cardin. Alex. in cap. quamuis, num. 17. quæst. 1. Abb. in cap. ex ore, nu. 5. & 9. de his, quæ fiunt à maiori parte, Rota Rom. decis. 3. de renunc. in nou.* nam videtur illud haberi pro derelicto. Imò *Abb. Panorm. in cit. cap. ex ore, sub num. 10.* dicit, esse notabilem *Glossam*, quòd quis
21 tacitè potest renunciare suo Beneficio sine licentia Superioris, cuius satis sit tacitus consensus in acceptando renunciationem. Vnde ex quo Superior non contradixit, videtur tacitè acceptasse, atque sub *num. 5.* eiusdem *cap. in verb. reuerentiam exhibuit*, subdēs: *Tene menti super istum tex. quia est valdè singularis, quòd si prætendens habere ius in aliqua dignitate, vel officia, exhibet reuerētiam, intruso tanquàm legitimè constituto in illa dignitate, vel officio videtur tacitè renunciare iuri suo.*

Neq; refragatur *text. in cap. admonet,*
22 *de renunciat.* nam ibi agitur de expressa renunciatione, in qua adesse debet licentia Episcopi; at in hac tacita renunciatione, quæ sufficiens est, nec in ea requiritur licentia Episcopi, vt notat singularis *Glos.* iuncto *text. in cit. cap. ex ore, verb. renunciasse*, vbi *Abb. ex num. 8. Anna alleg. 98. num. 8. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 814.* plura adnotat videndus, ac confirmant *Reg. de Pont. decis. 4. num. 15. Reg. de Marin. quot. resol. lib. 2. cap. 5. num. 7.* clariùs *Garsias de Benefic. p. 11. cap. 3. de renunciat. num. 242.* hisce verbis: *Et in hoc existimo, non requiri licentiam, seù approbationem Superioris, cum ab ipso iure inducatur, & procedit sententia Glossæ, & Host. in cap. admonet, num. 15. cum quo S. Congreg. Concilij visa est inclinare, cum in ea ista quæstio proponeretur, cuius solutionem ad se non pertinere dixit, sed petendam esse ex dispositione Iuris communis.*

Exarata verò à Consil. *Rocc. respons.* 37. *tom.* 1. non refragantur ex lucidè varijs facti circumstantijs.

Quòad habitum, fuit deductum, per
23 multos annos dimissum, ac tonsuram, existimatumq; laicum, & in officio Regij Numeratoris defunctum, ac proinde fori priuilegium iam diù amissum, *Barbos. in collect. ad Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. num. 22.* ex *Cuch. instit. mor. lib. 3. tit. 9. de priuil. cler. num. 66. Lel. Zech. de Repub. Eccl. tit. de Cler. num. 6. Mar. Anton. Vax. res. 530. num. 4. in 2. edit. Prospero de Agustino in add. ad Quaran. in summ. Bull. vers. Habitus clericalis,* & alijs. Quodque hisce temporibus
24 trina monitio minime exquiratur, dilucidè statuit Clemens VII. de anno 1524. in *clem. de vita, & honest. Cleric.* expetente Excell. Ludouico de Cordoua Duce Sueſſę, Principe omni æuo immortali laude celebrando, Antecessore Excel. Dom. D. Felicis Fernandez de Cordoua, Folch, Cardona, & Aragón, Ducis Sueſſæ, Regis Catholici ex Supremis Camerarij, & in

Ma-

Digitized by Google

Mari Oceano, & Bæticis Mediteranei Oris vtriusq; Militiæ Generalis Præfecti, ac Magni Admirati huius Regni, in quo Principe bona sua omnia Natura, Prudentiaq; cum Deo ipso, cumulasse certatim videntur; Huic Excell. domui thea obsequiosissima viuit: Prosper namque Petra Baro Vasti Girardi Auus meus anno 1591. cum tres, & viginti annos ageret Gubernator, & Iudex fuit in Ciuitate Suessæ, teste *Episcopo Campanili ad Rit. Cur. Archiep. Neap. 33. lit. A. in fin.* & D. Dominicus meus filius, illius iura tuetur, vti Aduocatus Fiscalis Curiæ M. Admiratiæ, electus, Ducis placito, à Dom. D. Andrea Guerrero, y Torres, Equite Ordinis Alcantaræ, Præsidente Regiæ Cameræ, Viro integritate, literis, ac omnium vitutum genere celeberrimo.

Quod Pontificium Diploma publicatum fuit hic Neapoli à Nuntio Apostolico, & est impressum in *fin. Comment. Capitul. Regni à Io: Ant. de Nigris* in postrema editione de anno 1594. qui quidem *de Nigris* notat, ex illa Bulla alijs Constitutionibus antiquis Ecclesiasticis derogatum fuisse, insequitur *Reg. Tappia in Const. Regni incip. de personis, sub num. 26. vers. 6. limitatur, sub titulo de Sacrosanct. Eccl. Vrsill. ad Affl. decis. 24. num. 7.* notans, adesse prouisionem etiam Pauli III. communem fatetur *Præsul. Alex. Sperell. decis. fori Eccl. 26. num. 3.* Minime propterea gaudens priuilegio fori, subiacet quidem Statutis laicorum, & Patrijs, *text.* est notabilis in *cap. ex literis, de vit. & honest. cleric.* cum paria sint, subijci iurisdictioni, & forum sortiri, ac statutis ligari, & è contrà, *Episcop. Sperell. decis. 2. num. 23. P. de Ianuar. lib. 1. resol. moral. 63. à num. 3. Prosp. Fagnanus in cap. canonum statuta, ex num. 79. tit. de constit. Alderan. Mascard. in tract. de general. statut. interpret. concl. 1. num. 100. Gratian. discept. 9. num. 2. de Grass. de effect. cleric. effec. 2. num. 1. Menoch. cons. 350. n. 47. vol. 3. Carleual. de iudic. disp. 2. quæst. 6. sect. 1. num. 394. Carol. de Rosa ad consuet. etsi testator, num. 49. fol. 179.*

Epistolam insuper, quæ circumfer-
25 tur, scriptam ab amplissimo Purpurato Antonio Carrafa, P. Comitolo, & ab ipso rescriptam *resp. moral. lib. 6. quæst. 20.* quam memorat *Reg. de Marin. add. cap. 47. num. 9.* & in qua enunciatur, S. Congregationis declaratio, quam ex eodem *de Marinis*, rescribit *Mucci ad Sanfelic. decis. 13. num. 9.* veram non esse, sed apogrypham, ab omnibus explosam, & in nullo authentico libro exaratam, monent, post alios, *P. Thom. del Bene de immunit. & iurisd. Eccl. cap. 1. dub. 5. sect. 4. pag. 25. P. de Ianuar. cit. resol. 63.* Imò *Fagnan. in cap. Odoardus, num. 24. de solut.* omnibus protsùs priuilegijs exui, tradit, Clericum omnia Concilij requisita negligentem, ac qui se tanquàm laicus gerit, sicque publicè æstimatus, & indicat *Squillant. de priuil. Cleric. cap. 6. nu.* 10. atque annuit *Pignatell.* Romanus *lib. 3, consult. 7. ex num. 42.* sibi ipsi parùm constans in *consult. 2. lib. 4.* Imò declaratio Sacræ Congregationis, si à Summo Antistite non apparet confirmata, minime ius facit in toto Orbe Terrarum, sed dumtaxàt, vti doctrinalis amplectenda, *Diana resol. moral. p. 1. tract. 10. resol. 29. & par. 11. tract. 2. resol. 32. Meroll. de legib. cap. 4, dub. 12.*

Atque ex his sua macerie diluitur,
26 ac de facili refellitur altera ratio à priori à *Reg. de Marinis* adducta, imò ipsemet *Reg.* hoc explicuit iuxtà germanum citatæ propositionis intellectum, his ipsissimis verbis: *Item Clericus sine habitu, & tonsura incedens, nec Diuinis inseruiens, adhùc alijs priuilegijs à Sacris Canonibus Ordini Clericali indultis gaudere debet* (nota casualem) *ex quo illa nullam habent dependentiam à fori priuilegio.* Agnouit igitùr ipse, ac fassus est, quòd scilicèt ea priuilegia, quibus Clericus non excidit, habitu dimisso, ea solùm sint, quæ à fori priuilegio non pendent, in quam sententiam exempla etiam adducit ex priuilegio electionis fori ipso Actore, ex alio *Cap. Odoardus, de solut.* & *Auth. Presbyteros, C. de Episc. & Cleric.* quæ re vera minime dependent

ex

Digitized by Google

ex priuilegio fori passiui.

At si *Regent. Donati Antonÿ de Marinis* mens fuit, ex his prę̃missis inferre, nè priuilegiũ quidem amittere immunitatis à Statutis secularibus, ac proinde nec nostræ Consuetudinis legibus teneri; necesse est, vt ipse secundùm ea, quæ ipsemet fatetur, pro comperto supponeret, priuilegium hoc immunitatis minime pendere à Fori priuilegio; hoc tamen, quo nititur tota ratiocinatio, erroneum est, atque apertè legibus repugnat, & communi DD. sensui, tùm antiquorum, tùm recentiorum, vt ostensum est: nam dato, quòd dimittens habitum cæteris priuilegijs Clericali Ordini indultis minime destituatur; quòd tamen amittens priuilegiũ fori Statutis laicorum ligetur, præter adductos, necto *Philip. Dec.* doctrinam ad cumulum *cons. 639. nu. 10. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 17. de constit.* sic loquentis; *Secundò præmitto, quòd persona, & loca, quæ sunt de foro Ecclesiastico, Statutis laicorum non subijciuntur, quia forum sortiri, & Statutis ligari, à pari procedunt, vt notant Innocentius, & alÿ*, idem *Alex. cons. 110. num. 3. lit. A. lib. 2.* ibi: *Procedunt à pari, forum sortiri, & legibus, & statutis subijci*, & post alios, *de Luca de lin. legal. art. 3. sub num. 16.* notantem *D. Altimar. ad Rouit. cons. 27. nu. 6. lib. 2.* discrimen inter forum, & consuetudinem, quando ediffert, nouitium esse personam Ecclesiasticam quòad forum, non quò ad Consuetudines. 27

Nec omittam id, quod Nostrates ad vnum omnes animaduertere, eatenus videlicèt, vsu receptum, Clericos minimè teneri ad obseruantiam nostræ *consuet. Etsi Testator*, quatenus Iurisdictioni laicali non subiacent, ac simul laicorum Legibus, & Statutis, de quo *P. Molfes. p. 2. de person. quæst. 7. num. 17.* in hunc modum concludit: *Quia omnes isti sunt extrà iurisdictionem laicorum, nec illorum possunt ligari statutis, & consuetudinibus.*

Cum igitùr priuilegium laicali statuto minime subiacendi, à fori priuilegio dependeat, imò vnum, & idem sint, qui niti poterit *Reg. de Marinis* lapsus periculum? 28

Altera ratio ab exemplo, & pari, qua initiur *Reg. de Marin.* vibrantiùs quæstionis iugulum petens, in hoc sita est, quòd sicuti Clericus Concilij requisita non obseruans, potestate non spoliatur disponendi de bonis profectitijs, ex *Squill. de priuil. Cler. cap. 12.* post *Sanch. in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 13. num. 33. Nauar. cons. 24. de priuil. Gonzal. in regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 5. n. 6. & 7.* addo DD. quos recenset *D. Ioc. Dominic. Pansuti controu. forens. 6. ex num. 24. lib. 1.* ità pari ratione videtur alio consimili priuilegio spoliandum non esse, de antiquis videlicèt bonis disponendi.

Verùm mirum sanè videtur, tanti nominis Iurisconsultum non attendisse discrimen, quod inter vtrumque casum intercedit. Esto vera sit laudatorum opinio Doctorum à *Squillante*, & alijs adductorum, Clericum nempè filium familias, abiectis Clericatus insignibus, posse de bonis Clericatus tempore acquisitis disponere (quamuis cæteroqui profectitia debuissent regularitèr nuncupari) vt tamen inter hunc casum, & nostrum, expositum discrimen deprehendatur, illud accuratè animaduertendum est, in quo nàm Clerici consistat priuilegium, & quid potissimùm spectet in vtroque casu? 29 Clerici priuilegium in casu *Squillant.* consistit dumtaxàt in modo acquirendi bona, non verò in potestate disponendi contrà regulas iuris; secùs in nostra thesi Clericale priuilegium consistit in libertate disponendi de bonis antiquis contrà leges nostræ Consuetudinis, *Et si testator*; non verò in modo acquirendi.

Ad vberiorem huius rei intelligen- 30 tiam, in memoriam reuocabimus ex *Constit. Leonis Imp.* relata in *l. Sacrosanctæ, 33. C. de Episc. & Cleric.* confirmata deinde à Iustiniano in *Auth. Præsbyteros, C. eod.* in speciale priuilegium Clericorum filiorum familias statutum fuisse, quæcumquæ bona quo-

Digitized by Google

quocumque nomine à Clericis acquisita tempore clericatus, haberi ipsis dumtaxàt acquisita, minime verò suis Parentibus, aùt alijs Ascendentibus, sub quorum sint potestate; itàut non vt profectitia, quo cœteroqui titulo acquiri debuissent, sed quasi castrensium sub titulo acquisita habeantur. Priuilegium igitùr Clerici filij familias, in hoc totum absoluitur, in acquirendo scilicèt sibi, non Patri, & sub titulo peculij quasi castrensis, non verò profectitij. Hinc colligitur, quod innui in ante laudatis legibus potestatem de illis disponendis ad ipsorum libitum, id non fuisse priuilegium, sed simplicem cõsequutionis declarationem, quæ ex proposito priuilegio oriebatur ad normam receptarum vsu regularum nostrarum le-
31 gum, quæ semper filijs familias disponendi de eorum peculio castrensi permiserunt, *l. fin. cum concord. C. de inoffic. testam.* Atque in hunc finem adduntur illa verba in allegata *Auth. Præsbyteros*: *Et donare cui volunt secundùm leges, & in his testari.*

Si res ità se habet, non ab re sense-
32 re *Squillant. & alij*, etiam abiecto Clericali habitu, posse Clericum filium familias disponere de bonis cõparatis tẽpore Clericatus; vt enim possit disponere, satis, superque est principio ea nomine quasi castrensis peculij sibi comparauisse, non verò aduentitij, abundèque est, quòd semel consumatus sit acquisitionis actus prædicto modo ex Clericali priuilegio, vt semper dici valeat, bona acquisita esse quasi castrense peculium, nec requiritur, vt etiam postea Clericus filius familias gaudeat Clericali priuilegio; Inconfesso sit, Clericale priuilegium in actu ipso consumatæ acquisitionis vim suam obtinuisse, atque ad rem fuisse perductum, nec retractari posse, cum fieri nequeat, bona iam Clerico acquisita, tanquàm peculium quasi castrense, non verò, vt profectitium, mutent deinde conditionem. Fixum enim, ratumque est, cessante causa nõ cessare effectum iam consumatum.

Secùs se res habet in mox excitato
33 articulo, vbi Clericale priuilegium non consistit in bonis antiquis acquirendis tanquàm nouis; Vndè deduci posset, satis esse ab initio ea tanquàm noua acquisiuisse, vt hac veluti inusta penitùs nota insignita semper talia perseuerent, ac proinde posset de ijs disponere etiam Clericalis priuilegij vsu, atque à Statutis immunitate cessante, abiecto scilicèt iam habitu. At verò totum Clerici priuilegium in hoc situm est, vt libera gaudeat potestate disponendi de bonis antiquis, quantumuis antiqua sint, nihil obstante, quod id nostra vetet Consuetudo; cum Clericus minimè secularibus statutis obnoxius sit, iuxtà adducta à *Præsid. de Franch. decis.* 285. *nu.* 6. *decis.* 911. *num.* 5. *Reg. de Marin. lib.* 1. *resol. cap.* 55. *num.* 18. *Reg. Rouit. conf.* 44. *nu.* 11. *lib.* 1. *Conf. Hodier. ad Surd. decis.* 20. *ex num.* 10. *Lel. Caput. in* §. 3. *præl.* qui occurrit obiectis excitatis ab *Vrsil. ad Afflict. decis.* 310. & nouitèr, ac post alios à *Pansuto controu.* 38. præcipuè *ex n.* 19. *tom.* 2. & *de Luc. de linea legal. art.* 3. *ex num.* 10. Hæc tamen immunitas, & libera potestas subinde procedit, vimque sortitur suam continenti temporis ductu. Quamobrem si à clericali priuilegio pendet, locum habere non potest, nec durare, nisi durante ipso priuilegio clericali: cum in confesso sit regula illa, quòd cessat effectus, qui habet tractum successiuum, sublata sua causa, sicut sublato Sole deficit lumen. Ac proindè dimisso habitu non poterit liberè permanere in eo liberæ potestatis vsu, atq; immunitatis à nostra Consuetudine, amissis iàm clericalibus priuilegijs. Hinc fit quòd tunc benè procederet argumentum à pari *Regen. de Marinis* cum priuilegium Clerici filij familias non consisteret in acquirendis bonis nomine, quasi castrensis peculij, sed tantùm in legalis præcepti immunitate, quod vetat filium familias posse de peculio profectitio, & aduentitio disponere: vel cum Clericale priuilegium circa liberam potestatem disponendi

de

Digitized by Google

de bonis antiquis consisteret in modo acquirendi: cum scilicèt in Clericatus gratiam statutum esset, antiqua bona, quæ ipsi ex agnatis, cognatisq: proueniunt, noua iuris fictione ab ipso acquiri, non sub titulo, & antiquorum attributis, verùm sub oppositio titulo recentium bonorum ab ipso sua industria acquisitorum. At cum secùs res procedunt, non video, quonàm modo locum habeat paritas adducta à *Reg. de Marinis*, nec quòd sustineri possit eiusdem opinio, quæ in errore nititur iam superiùs demonstrato.

Hæc agnoscens noster Senatus, sen-
34 tentia decreuit, medietatem bonorum antiquorum spectauisse, & spectare Marco Salice, donatario Lucretię Piccarello Actricis, sub die 20. Decèbris 1687. penès Lictum, cõfirmata in gradu restitutionis in integrum, & nullitatum, referente D. Consil. D. Io: Francisco Marciano, Viro ab omni parte laudis florentissimo, minime ab Auito suorum Maiorum splendore degeneri.

Ad rem aliud memorabo forense
35 dissidium: nam expetente Anna Maria de Rugerio, filia naturali Clerici Ioseph de Rugerio, præambuli decretum ex testamento dicti Ioseph, opposuit se Andreas de Rugerio frater consobrinus testatoris, aiens, institutionem nullam, vti factam à Clerico, & beneficiato; compilatoque processu, decreto M.C.V. sub die 19. Octobris 1663. *fuit interpositum decretum præambuli in beneficium dictæ Annæ de Rugerio filiæ naturalis quondam Clerici Ioseph de Rogerio ex testamento*: mecum dijudicantibus DD. Iudicibus D. Antonio Golino, & D. Ioanne de Dura; deductaque causa in S. C. appellationis remedio, accedenteque partium consensu illam reuideri ex eisdem actis, sententia S.C. sub die 8. Februarij 1666. relatore D. Consil. Francisco Rocco, ac cum eo ius dicentibus DD. Consil. D. Antonio Nauarrette, D. Ioanne Vallenilla, & D. Thoma Caranita, fuit declaratum: *Bene fuisse appellatum pro parte V. I. D. Andreæ de Rugerio, atq; male iudicatum per M.C. atq; proinde institutionem factam per Clericum Ioseph de Rogerio esse nullam, & invalidam, & hæreditatem dicti Iosephi spectare ad dictum Andream de Rugerio proximiorem ab intestato, cum onere tamen dotandi Annam Mariam de Rugerio tempore matrimonij, & interim præstet ei alimenta, declaranda per S. C.* Marcello Figliola actorum Magistro; & alio decreto S. C. sub die 14. Maij 1666. eodem referente, fuit prouisum: *Non esse deferendum restitutioni in integrum petitæ per Antoniam Galisæ matrem, & tutricem Annæ de Rugerio; Verùm declaratio facienda per S.C. tàm pro dote, quàm pro alimentis, fiat pinguiùs habito respectu ad quantitatem patrimonij*; quod decretum sub die 15. Decembris 1666. Comissario eodem D. Rocco, fuit confirmatum in gradu nullitatum, de quibus M.C.V. & S.C. Scitis memores sunt *D. de Luca in appendice ad 1. tom. dec. de Franch. obseru. 27. & D. Consil. Altimar. ad Rouit. cons. 74. num. 25. tom. 2.* anhelans reclamationis exitum; quæ reclamationis causa demandata D.D. Thomæ Carauita, Consiliario residenti in cadẽ Aula, cũ ipso suffragia præstãtibus DD.D. Dominico Petrone, ac D. Sancio Lossada, instructo processu, manauit è S. R. C. sentẽtia, sub die 14. Nouembris 1668. *Benè reclamatum, & proinde decretum M.C. latum sub die 19. Octobris 1665. in beneficium eiusdem Annæ Mariæ de Rugerio fore, & esse exequutioni demandandum*, quam sententiam memorat idem *D. de Luc. in noniss. appendice ad decis. de Franch. obseru. 645.* dicens: *Licèt contrarium in reclamatione fuerit decisum in S. C. id processit, quia pater habitus fuit pro laico.* Verùm *D. de Luca* hoc asserit, nescius eorum, quę in Iudicio aguntur, stando alterius assertioni: siquidem re vera fuit decisus articulus de Clerico, idquod eadem verba decreti M.C. lucidè ostendunt ibi: *Clerici*, & in actis fuere productę clericatus, ac beneficij Bullę, ac quòd aliàs fuit remissus ad Curiã Archiepiscopalẽ huius Ciuitatis vigore decreti M. C. in capitalibus causis, sub die sexta

Digitized by Google

Februarij 1662. penès Battimelli.

Quod quippè decretum M.C.ratum
36 habitum à S.C. iure factũ,dicebam,ac ex deductis in facto innotescere, quòd Antonia Galisę fuerit retenta domi à Iosepho de Rugerio,omnia,quę erant sibi necessaria,subministrãdo suo proprio ære, ac sub promissione ducendi eam in vxorem, ex qua postmodum orta fuit Anna de Rugerio communis filia; quæ quidèm probationes nullatenùs elidi, aùt aliquo modo debilitari possent, ex probationibus incontrarium productis, no dum quia sunt istæ valdè generales absque vlla temporis distinctione, imò etiam contrà affirmatiuam attestationem, aduersùs quam testes reijciuntur, nisi probata negatiua, loco, & tempore coarctata, vt Iure constitutum est; maximè quia probatio affirmatiua est roborata(vltra fidem baptismatis) specificè, cum nominatione facta ab eius Patre in testamento, in quo vocando eam filiam, instituit in omnibus eius bonis hæredem vniuersalem. His quidem præ-
37 existentibus, negari nequit, quòd ista filia naturalis dicatur, atque proinde capax successionis,tàm ex testamento, quàm contractu inter viuos, non existente legitima sobole, iuxtà *text. in Auth. licèt, C. de natural. liber.*

Et quamuis obijceretur ex aduerso,
38 non adesse probata omnia requisita naturalitatis de Iure Ciuili,cum inter alia intercedere debeat protestatio, scilicèt, vt in schemate concubinæ teneatur; quæ protestatio fieri debet in principio, & non post,vt animaduertit inter alios *D.Reg. Marcian. disput.29. ex num.* 15. & *vol.* 1.& ante eum *Rota diuers.vol.2.decis.*254.idque amplexus fuit, & noster Senatus in causa Io:Petri de Ecclesia, cum Eleonora de Ecclesia, patrocinante ex aduerso *Dom. Reg. Rouit.* in cuius thesi exarauit *consilium* 74. *vol.2.* vt testis est idem *Reg. Marcian. mem. loc.num.*25.ex eo quòd stuprum, quod committitur, tàm in Virgine, quàm in Vidua, non purgatur de Iure Ciuili, nisi accedat protestatio,vt eam in concubinam detineat, ad *text.in l.in Concubinatu*,iuncta *Glos. ff.de Concubin.* Attamen videtur dicendum, quòd absque alia protestatione dicatur filius naturalis, & vti talis capax successionis: quoniam naturales filij non solùm dicantur,qui ex concubina sunt nati, sed generalitèr omnes qui nati sunt ex soluto, & soluta,cum quibus poterat inhiri matrimonium, etiam si amplexu furtiuo primo loco cum ea rem habuerit, *text.* est expressus *in cap.innotuit*,iuncta *Gloss.de elect.* quem insectantur *Abb.* & cœteri Canonistæ; & dicuntur isti naturales secundùm antiquam consuetudinem, & communem vsum loquendi, *Reg. Marin. quot. resol. vol.*1.*cap.*154. Et proindè vnanimi consensu II. CC. fatentur de æquitate canonica id esse absolutum, quos longa serie recenset *Reg. Capyc. Latro decis.* 164. *num.*95. *lib.*2. & nouissimè *D. Scoppa in Scholijs ad Control. forens.Reg. Merlini*, sub prælo existentibus, *tom.*1.*cap.*1.*num.*8.

Hinc etiam inquiunt, protestatio-
39 nem minime necessariam, neque permissam hodie, cum publicus concubinatus sit prohibitus,& legitima concubina nuncupetur illa, cum qua valet contrahi legitimè matrimonium, potissimùm procreatis filijs, *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. cap.*155.*num.*16. nectens *num.* 17. huiusmodi protestanem apùd Christicolas oboleuisse ex *Reg.Rouit. Reg.Marcian.*& alijs; quòd propterea huiusmodi filij naturales sint capaces successionis iuxtà consuetudinem vsu receptam, testatur *Reg. Capyc. Latr. decis.*14.*vol.*1.à qua consuetudine haud recedendum, imò amplecti, hanc aliam, vti humaniorem, & æquiorem, clamat *Merlin. de legitim. tit.* 2. *quæst.*5. *num.*5. post *Bald.*& alios,quos enumerat,& à Senatu Siciliæ amplexã, testatur *Mastrill.dec.*152. *nu.*18.*vol.*2.maximè addit *Mastrill.*in Regno, in quo proceditur sola facti veritate inspecta,& Iudex,vt Deus iudicare debet, ac in casu fortiori nempè orta ex meretrice,à *Rot. Rom.in p.* 3. *diuers. dec.*1168. *R.Sanfel.dec.*245.

Nec discrimen vllum adest inter fi-

lium

40 lium naturalem de iure ſtricto, & naturalem ſecundùm vſum loquendi, loci conſuetudinem, ac canonicam æquitatem; nec etiam hæſitatur Ius Ciuile ſequi in hoc Ius Canonicum in ſpecie quòad ſucceſſionem filiorum naturalium, quod iterum confirmauit *Rota deciſ.* 254. & apùd *Farinac. in poſthum. lib.* 2. *dec.* 600. in Senatu Valli Soletano *Suarez in l.* 1. *tit.* 4. poſt ſuas allegationes ex *nu.* 5. in Regnis Imperij, *Peregr. de Iur. Fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 10. & apùd Venetos, idem *Peregr. mox cit. loc. nu.* 20. confirmant *Hieronym. Gabr. conſ.* 29. *lib.* 1. *& conſ.* 140. *nu.* 22. *Theſaur. quæſt. forenſ.* 22. *num.* 2. *verſ. hodie.*

Occurrebatur *Dom. R. Marcian. diſp.*
41 9. illa in theſi adeſſe filiam legitimam, & naturalem inſtitutam in teſtamento, ac legatum tantùm ſpuriæ relictum, quæ cum eſſet præmortua, fuit hæſitatum, ſi legatum traſmittendum erat ad ſpuriæ filiam, quod eſt extra huiuſmodi quæſtionem: cui non refragatur alia *deciſ. Rot. Rom.* 254. laudata ab eodem *Dom. Reg. Marcian.* quoniam loquitur in ſoluto minime habente voluntatem contrahendi matrimonium, ſed dumtaxàt exercendi coitum libidinis cauſa, vt ex confeſſione Amaſis conſtabat; imò contra ipſammet *Rotæ* deciſionem iudicauit eadem *Rota Rom.* apùd *Farinac. cit. loc.* pro abſoluto tradens, ſat eſſe, quem procreatum à Soluto, & Soluta.

Minus officiebat alterum obex, fuiſ-
42 ſe Clericum in ordinibus minoribus Ioſeph de Rogerio, & beneficiatum, ac proinde, Annam Mariam ortam non potuiſſe legitimari per ſubſequens matrimonium, vti ſpuriam, & non naturalem, ideòque paternæ ſubſtantiæ incapacem: etſi enim *Bart. in l. inconcubinatu*, 5. *ff. de concub. lit. G.* acritèr hanc ſuſtinuerit aleam, quam communitèr amplexatam ſcribit *Fuſar. de fideicomm. quæſt.* 409. *num.* 102. *Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 6. ſpecie filior. col.* 2. *num.* 6. *Bart.* explicans. Tamen *Io: Andr. in cap. ſine culpa, de reg. iur. in* 6. *col.* 2. contrarium firmauit, communiori II. CC. ſenſu, ac calculo inſequutus contrà *Bartolum*, *Io: Andr.* ſectantur *Sanchez. conſ. moral. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 3. *Parlador. quotid. diff.* 145. §. 2. *num.* 9. *Theſaur. lib.* 1. *q. forenſ. quæſt.* 22. *num.* 29. *& lib.* 2. *quæſt.* 26. *nu.* 8. *Paſchal. de patr. poteſt. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 45. *de Franch. deciſ.* 47. *Ant. Pichard. inſtit. lib.* 3. *tit.* 1. §. 9. poſt *Couarr. in* 4. *lib. decretal. cap.* 8. §. 2. *num.* 5. *Didacus Perez lib.* 1. *tit.* 3. *l.* 22. *verſ. quæritur*, *Gregor. Lopez art.* 4. *lib.* 1. *verb. ſe caſa con ella, verſ. procedit*, *Io: Royas in epitom. ſucceſſ. cap.* 27. *tract.* 1. *Tellus Fernandez in l. Tauri* 9. *num.* 34. *verſ. Et iſta*, ità loquens: *Et tota hæc quæſtio pendet in verificatione huius præmiſſi*, *Io: Andr. in regul. ſine culpa in mercurialibus latiùs hanc quæſtionẽ tractauit* 5. *colum. ver. ad primum quæſt. dubium, vbi definit poſt longam diſputationem, quòd ſi Clericus in minoribus habens beneficium, filios procreauit ex concubina, talis filius eſt ſucceſſibilis Patri, & Matri duplici ratione; primò quia illis coitus non eſt punibilis de iure Tori; ſecundò, quia inter illius Parentes poterat contrahi matrimonium, & D. Auend. de exeq. mand. cap.* 26. 2. *par. infra n.* 18. *Hodier. ad Surd. decl.* 249. *nu.* 5. *Leſſius de iuſt. & iur. tit. de teſtam. & legat. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 6. *Sanctarel. var reſol. quæſt.* 24. *tit. qui dic. filij naturales, n.* 15.

Beneficium enim non inducit impe-
43 dimentum ad contrahendum matrimonium; benè tamen illud, nuptijs contractis, amittitur; Hanc opinionem agnoſcens veram, idem *Bart. in l. & ſi contra, in fin. C. de nupt.* acquieuit; nam dicendo *Bart.* quod non poſſit legitimari, inquit: *D. Io: Andr. ponit iſtam quæſtionem in ſuis mercurialibus, & determinauit contrarium, & in prædictis ſtandum eſt determinationi Canoniſtarũ.*

Atque *Io: Andreæ* opinionem noſter
44 Senatus canonizauit, declarando deberi legatum domus, & ducatorum nouem mille, relictum filijs, & filiabus à Nobili eo tempore procreatis, quo, vltra clericatum, beneficium quoque Eccleſiaſticum poſſidebat, ſub die 8. menſis Auguſti 1690. ſuffragia præſtantibus DD. Præſide S. C. & me-

Digitized by Google

cum Duce Insulæ, D.Nicolao Planelli,(qui & Commissarius) & D. Carolo Antonio de Rosa Adiuncto, in Banca de Neapoli.

Addebatur, quòd attentis qualita-
45 tibus Nobilium personarum,alijsque concurrentibus circumstantijs, etiam si spurij filij essent (quod audactèr negabatur) adhùc illud legatum cedere deberet in causam alimentorum, & dotium filiarum, ex *Bart.* effato *in l. fin.de his, quib.vt indign.num.6.*quem refert,& insequitur *Mathesil.sing.*146. & ibi *Gabriel. Saraÿna in add.* nectens *num.*3. *Bal. cons.*456.*vol.*5. dicentem, Ius ciuile tantùm amasse castitatem, quod destruxit pietatem, *Cranet. cons.* 210. *in* 4.*dub.Sim.de Pret.cent.*1.*cons.* 18. *Præs. de Amat. cons.* 82. *Thesaur. decis.* 211. & in specie *Dec. cons.* 511. asserit, dotem à Viro patritio constitutam filiæ spuriæ valoris aureorum 3500. non esse excessiuam,quem laudat *Paleott.de noth. cap.* 10. *num.* 2.& proinde posse dari excessum in dote supra alimentorum metam, si huiusmodi excessus fuerit necessarius ad inueniendum honestum, ac condignum Virum pro filia spuria: dos namque
46 diuersam ab alimentis habet naturam, illa tribuitur fœminis, nedùm pro ipsis, sed ad sustinenda onera matrimonij, & familiæ splendorem asseruandum; illa verò deseruiunt ad vitam simplicitèr ducendam, *de Franch. decis.*283. *Beia in respons.cas.conscient.* iuxtà Venetam impressionem de anno 1621.*par.*2.*pag.*273.*&* 274.*col.p.*Conueniunt *Peregr. de iur.fisc.lib.*3.*tit.*18. *sub num.* 78.*Cancer. var.resol.p.*3.*cap.* 21.*nu.*221.*Surd.de aliment.tit.*1.*quæst.* 10. *ex num.* 19. *Bonacin. de contract. disp.* 3.*quæst.* 11.*p.*2. *sub num.*12.*Lup. de illeg.com.*2.§.1.*nu.*45.*vers.vel quatenus, Michalor. de fratrib.p.*3.*cap.*21. *sub num.*10.*Barbos.in l.*1.*par.*5.*nu.*65. *&nu.* 70.*in fin.ff.solut.matrim.Rebell. de oblig. iust. lib.*5. *quæst.*8.*sub num.*6. *Fab. in C. lib.*4.*tit.*9.*defin.*3.*num.*8.*Io. Nicolaus Lucidor. in tract.de illegitim. Cleric.& Regul.cap.*21.*ex num.*17. no-
47 tans, huiusmodi dotis præstationem remittendam arbitrio boni Viri, cui quãdoq;licebit etiam tradere filię spuriæ æqualem dotem solitam impartiri legitimæ, mò interdum maiorem, vt condignum inueniat Virum, plurimũ quidẽ abhorrẽtem illegitimitatis notam,cõpensatam cum dote pinguiori, etsi alitèr dicat *Giurba ad Cõs.Messan. cap.*3.*gl.*3.*p.*1.*nu.*20.in specie filiarum Clericorum. Atq; etiam considerata sanctione 120.Summi Pontificis Beati
48 Pij V. quæ nihil disposuit circa id, quod Ius commune quocumque modo habilitat illegitimos;sed tamen abstulit ijs id, quod iure speciale: putà legitimationis facultatis testandi poterat eijsdem filijs accrescere patris dispositione vltra Ius commune, *Nauarr. de spoljs Clericor.* §. 19. *num.* 9. *Quarant.cit.verb.illegitimi.*§.*quamuis, Surd. cons.* 509. *lib.*4. *Campanil.in diuers. Iur. Can.rubr.*11.*cap.*13.*num.*35. *&* 36. *Costa de remed.subsidiar.illat.ad remed.* 66.*num.*1. *Ricc. in prax.Eccles. par.*2.*resolut.*32.*num.*2.*Cyriac.contron.* 79.*num.*3.*contr.* 436.*num.*29.*& contr.* 42.*num.* 3. *Sperell. decis.*73. *num.*11. *Azor. instit. moral. tom.* 2. *lib.*2.*cap.*4. *quæst.*7.*& quæst.*20.*Filliuc.quæst.moral. tom.* 2. *tract.*28.*p.*2.*cap.*2.*num.*34.*Nauarr.de testam.cons.*4.*&* 5.*num.*4.*Thesaur.de pœnis p.*2. *ver. illegitimi,cap.*3. *vers. aduertendum, Mart.de succes.legal. p.* 1. *quæst.*17.*art.*2.*num.*9.latè *cit. Lucidor. cap.*26.*per tot.& cap.*27.*nu.*2. occurrens contrarium opinantibus, confirmat *Rot. Roman.diuers.dec.*487. *num.* 1. *& decis.*505.*nu.*1.*p.*2.apùd *Seraphin. decis.*478. *num.*4.*&* 1358.*n.*1. & inter recensiores *decis.* 319. *p.* 3.*& decis.*114.*p.*7.

Perpensum quoque fuit, legatum
49 factum tempore,quo disponens redierat ad laicalem statum:Clericus enim laicus effectus omnia prorsùs amittit priuilegia, *Sanch.de matrim.lib.*8.*disp.* 8.*n.*11.*Garz.de benef.p.*7.*cap.*10.*n.*90. & eo magis eximitur à memorata odiosa lege Piana, *Lucidor. cit. tract.de illegit.cleric.cap.*28.*nu.*31.*&* 32.cessat quippe potissima ratio scandali, qui oriretur Ordini Clericali, quòd Cle-

ricus

Digitized by Google

ricus legando filio illegitimo, quasi recordaretur de actu fornicationis patrato, *Nauar. de spol. Cleric.* §. 19. *nu.* 3. ex *cap. præcipuè* 11. *quæst.* 3.

Quin si dispositio fuerit in Cleri-
50 cali statu acta, dum tamen suum clauserit diem laicus, illa reconualesceret ex habilitate superuenta: sicuti vltima elogia facta tempore inhabili, sustinentur tempore deinde habili, cum suas sumant vires tempore obitus, ex *l. si quis filio exhæredato*, §. *irritum*, *vers. qua actione*, *ff. de iniust. rupt. testam.* & in specie docent *Bar. in add. l. si quis filio, in fin. Nauar. comment.* 2. *de regular. num.* 57. *de Grass. de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 1191. loquens de facultate obtenta ab Equite Hierosolymitano post conditas tabulas, *Gratian. discep. forens cap.* 895. *num.* 15. *Barbos. de offic. & potest. Epis. p.* 3. *alleg.* 114. *nu.* 27. *& de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *ex n.* 216. *Gionagn. cons.* 16. *num.* 57. *lib.* 2. ne-
51 ctens, legitimationem inualidam à Clerico factam, cessante clericatu, validam esse, & DD. *ad l. Gallus*, §. *quod si tantùm*, *ff. de liber. & posth.* scribunt, dispositionem factam fauore spurij incapacis, reddi validam ex legitimatione superuenta, vt indiuidualitèr in supremis tabulis factis tempore clericatus à mortuo postea laico, *Lucidor.* notat *add. cap.* 28. *num.* 34.

Dùm de illegitimorum re agitur,
52 libet inquirere, nùm Regni Constitutio edita anno 1118. à *Rege Rogerio in cap. sancimus*, *tit. de matrim. public. contrah. confirm.* qua expressè cõstitutum fuit, quòd filij nati ex matrimonio clandestino, quamuis sint legitimi, & naturales, vtpotè nati ex vero, & legitimo matrimonio, minime tamen admittantur ad successionem in bonis Patris, neque ad honores, sit seruanda, sitque in vsu?

Accidit quæstio trutinanda inter Nobiles cuiusdam Sedilis, petentes manuteneri in possessione fruendi prerogatiuis Sedilis, prout eorum pater gaudebat.

Sedile obsistebat, dicens, causam
53 decidendam iunctis duabus S. C. Classibus in Collaterali Consilio, cum interuentu Fisci Patroni eligendi à S. E. in vim literarum Regalium pro Regis interesse, perpenso à *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 12. *de delegat. caus. nu.* 2. *& Reg. Rouit. cons.* 31. *nu.* 3. *lib.* 2. haud refragante agi de mera causa possessorij, quæ venit absorbita ab illa petitorij, cum omninò cognoscendum sit, an Actores sint filij? quod respicit petitorium, *cap.* 1. *de caus. posses.*
54 *& propr.* & proinde, quando possessorium dependet à petitorio, siue quando pendet à negotio, & articulo principali, vel habet admixtam causam proprietatis, vel quando est possessio, quæ petitur ex assistentia Iuris communis, priùs fundari, & cognosci debet illud ius, à quo pendet possessio, & interim non est locus manutensioni, vt latè *Postius de manutenend. obseru.* 43. *num.* 9. *Seraphin. decis.* 1278. *num.* 1. *&* 4. *Beltramin. ad Ludouis. decis.* 283. *num.* 8.

Quòd autem incapaces reddantur
55 bonorum, & successionum, vti nati ex matrimonio clandestino, denunciationibus omissis, quamuis facto coràm Parocho, & testibus, dicebant ex *Basil. Poncio de Sacram. Matrimonij*, *lib.* 5. *cap.* 47. *Sanchez de matrim. lib.* 2. *disput.* 1. *Guttierez de matrim. cap.* 55. *nu.* 5. *Molin. de Ritu nuptiarum lib.* 2. *differ.* 11. *nu.* 40. *Didac. Perez ad ll. recompilac. l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *fol. mihi* 38. *vers. plura tamen*, quod indubitatum esse in Regno ex memorata *Constit.* Rogerij *sancimus* confirmata à Rege Roberto in *Cap. Regn. vt sine mortalis*, potissimùm in Nobili sanguine genitis ibi: *Et nobilibus maximè*, & summatione, de qua *Afflict. in mem. Const. Sancimus*, *vers. sed hic cadunt. & nu.* 2. concurrente Regis interesse, cuius interest non ignorare successores legitimos, & naturales ex publico, ac legitimo matrimonio ortos, nè post feudatarij mortem admittantur filij incogniti, ac illegitimi ad successionem feudorum; quaproinde Rex Federicus post adductam *Const. sancimus*, aliam edidit *incip. honorem*, prohibendo feu-

da-

56 datarijs contrahere matrimonia absq; Regis permissu. Quæ quidèm *Constitutio* fuit deinde moderata à Carolo II. & reuocata à Summo Pontifice Honorio, teste *Afflict. in ead. Const. honorem, nu.* 3. ipseq; Pontifex in capitulis, quæ egit in hoc Regno, non obliteraüit *Const. sancimus*, vti non contrà libertatem matrimonij, dum legem rebus imponit, non personis, publicoq; quàmmaximè necessariam, & de iure illam validam notant *Campagn. in cap. vt fin. mortalis peccati, num.* 69. *Viu. dec.* 39. *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 132. *nu.* 9. *R. Tap. in eadem Const. sancimus, verbo, nostrum Regale edictũ, lit. T.* cuius Cõstitutionis meminit *Didac. Perez ad l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *ordination. pagin. mihi* 2325. *&* 26. *Rosent. de feud. tom.* 1. *cap.* 7. *concluſ.* 18. *num.* 14. *in fin.* post alios, *Petr. Cened. in coll. Iur. Canon. ad decret. p.* 2. *coll.* 58. *nu.* 5. *Molin. de Hisp. primog. lib.* 2. *cap.* 16. *ex nu.* 9. In Hiberia magis rigorosam adesse sanctionem, nempè *l. fin. tit.* 3. *p.* 4. *l.* 49. *Tauri l.* 1. *tit.* 1. scribit *cit. Couarr. in cap. fin.* §. *sanè, de cland. disponſ. & in* 2. *par. de matrim. cap.* 6. *num.* 17. *&* 20. memor nostri *Afflict.* Mediolani, *Menoch. de arbitr. Iudic. caſ.* 398. *nu.* 47. ac in Gallia, *Ant. Contius in comm. ad edict. Reg. Gall. de cland. matrim.* & concinunt verba Purpurati *Pallauicini tom.* 2. *hiſt. Concil. Trid. lib.* 22. *cap.* 4. *num.* 5. ibi: *Il Cardinal di Loreno, la cui voce era la prima, riuolto à Padri ſopra l'annullamento de' Clandeſtini, diſſe, quantunq; non fuſſero conſiderate l'offeſe, le quali ſeguiuano à Dio, mà ſolo i danni dello ſtato ciuile, apparirne ſolo euidente l'vtilità, mà eſtrema la neceſſità, ſenza ciò perderſi tutti i beni, che ridondano alla Republica dell' inſtitutioni de legitimi matrimonij, e dalla prohibitione de vagabondi, perderſi il bene della prole, quando ſpeſſo interuiene, che i figlioli legitimi fuſſero regettati come baſtardi, & i baſtardi eſſer antepoſti quaſi legitimi.* Confirmant exarata à *P. Fragoſ. de regim. Reipub. tom.* 3. *diſp.* 3 *de patr. poteſt.* §. 3. *n.* 68. *Tranchedino conſult.* 33.

Actores clamabant, indubitatam

57 possessionem patris, quæ ad ipsos filios legitimos, hæredesque sanguinis transfertur, & in quam competit immissio, *l.* 1. & ibi *Bart. l. Senator, l. ſi Senator*, C. *de dignat. lib.* 12. *Caſtr. in l. fin. num.* 6. *de edic. D. Adr. Arg. de legit. contradic. quæſt.* 4. *art.* 1. *num.* 21. *Reg. Rouit. conſ.* 80. *num.* 1. *lib.* 1. & vti tales obtinuisse præambuli decretum à M. C. Nec hæsitari posse de validitate Matrimonij sic declarati per Curiam Episcopalem, defectumq; denunciationum (quæ inductæ anno 1202. sub Innoc. III. ex Concilio Lateranensi, *cap. cum inhibitio, de clandeſt. diſponſ. Ponc. cit. tract. lib.* 5. *cap.* 1. *R. Tapia in add. cõſt.*

58 *ſancimus*; possunt à Præsule validè, accedente iusta causa, remitti, post alios *Ant. de Poſſentibus ſingul.* 185. loquens in admodùm simili casu) minime obesse, *Ign. Lop. ad Diax cap.* 75. *adit.* 2. *verb. ſuſpendatur ab officio, verſ.* 1. *ante omnia, Nauarr. in Manual. cap.* 22. *n.* 70. *Maſcard. de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1035. & præsumi factas, etsi in libro non reperiantur, scribit *Ricc. deciſ.* 151. *p.* 3. & proinde haud adaptari posse memoratam *Conſtitut. ſancimus*, editam ante Concilium Lateranense, quam sanctionem nullius esse roboris, tradunt *Molin. de iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 136. *Matthienſ. lib.* 5. *recop. l.* 1. *gl.* 7. *num.* 2. *vbi Azeued. nu.* 40. *&* 46. *Ledeſma de Matrim. dub.* 24. *cõcluſ. vlt. Barboſ. in l.* 1. *p.* 4. *n.* 39. *ff. ſolut. matrim. Alder. Maſcard. de ſtat. interpret. concl.* 1. *in.* 174. *Graſſ. de effect. clerical. cap.* 2. *à nu.* 81. *Corſet. in ſingul. incip. ſtatuto cauet.* & plenè dixerat *Felin. in cap. Eccleſia Sancta Maria, ex n.* 56. *de conſt. Clar.* §. *fin. quæſt.* 82. *nu.* 10. *&* 11. Imò *Blaſius Lancea* inter selecta *conſil. diuerſ. ſicul. in conſ.* 1. *nu.* 34. mirificè monet, illam Constitutionem nõ fuisse, neq; in more esse in illo Regno, imò nec receptam, & confirmat *Addit. ibidem.* Ad rem videndus *Dom. Iul. Capon.* qui responsa exarata in simili thesi rescribit, *tom.* 4. *diſcept. forenſ.* 266. cum pluribus *ſeq. capit.*

Notandum, quòd literæ S. C. Maie-

59 statis, confirmantes modum, & à quibus Iudicibus sint suffragia præstanda

in

Digitized by Google

in causis reintegrationum ad Sedilia, fuerunt renouatæ sub diebus 5. Decembris 1665. & 30. Decembris 1666. *Madritæ in par. Neapol.* 11. *folio* 48. & & quamuis eadem Maiestas in mox memorata thesi manutentionis mandasset sub die 11. Aprilis 1690. causas manutentionis, vti breuis, faciliſque determinationis, non esse tractandas cum circumstantijs in suis priùs ordinibus contentis, etiam si incideret articulus filiationis legitimæ; tamen Ciuitate obsistente Rex noster sub die 12. Februarij currentis anni 1692. iterùm demandauit D. Proregi, vt relationem faceret de statu causæ, atq; de omnibus per ambas partes prætensis, ad finem determinandi magis iuri consentaneum: penès à Secretis Status, & Regni.

Non prætermittam determinatio-
60 nem nostri Senatus in causa illorum de Diamati cum Gubernatoribus Montis de Diamati, admittendo illos ad prærogatiuas Montis, quamuis opponeretur natos ex Clerico, & Montis constitutione fuisse excluſos filios etiam per subsequens matrimonium, Erexit enim Montem anno 1597. D. Fabritius de Diamati Curatus Ecclesiæ Cathedralis Ciuitatis Campaneæ pro suæ familiæ conseruatione, & decore, vocando descendentes per lineam masculinam tantùm, & de legitimo matrimonio tantùm, & plurimum dixerat de legitimo matrimonio procreandos.

Et fore excludendos, Gubernatores
61 clamabant: cum minime legitimati per subsequens matrimonium comprehendantur appellatione filiorum procreatorum de legitimo matrimonio, ex *Peregr. de fideicomm. art. 24. num. 39. Fusar. de substit. quæst. 409. n. 47. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. nu. 17. Merend. contr. iur. lib. 4. cap. 17. Ciarlin. contr. iur. lib. 1. cap. 111. num. 8. Cyriac. contr. iur. contr. 21. nu. 11. & 12. lib. 1. Cald. de iur. emphyt. lib. 4. tit. 62. §. 6. quæst. 21. num. 33. Hodiern. ad Surd. decis. 319. Thesaur. decis. 196. & Iun. quæst. forens. lib. 3. quæst. 80. n. 8. Altobrandin. cons. 115. num. 1. Ludouic. Casanat. cons. 34. nu. 17. Ant. Faber de error. Pragm. decad. 35. error. 6. in fin. fol. 660. num. 10. & lib. 6. tit. 23. C. definit. 19. pag. 202. Angel. Metheac. de legat. & fideicomm. lib. 3. cap. 21. Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 226.* qui negatiuè respondit in monte erecto ab Episcopo contrà huiusmodi legitimatos, *Redenasc. cons. 84. ex nu. 15.* occurrens *Noguerol. alleg. 23. & 24.* ac *cons. 6. Iacob. Gall. cons. 30. à num. 62. Capan. de vit. & milit. quæst. 9. nu. 14. Trentacinq. lib. 1. tit. de legit. resol. 1. n. 28. Fragos. de regim. Reipubl. disp. 6. q. 1. n. 33. Caren. resol. 212. Mans. consult. 224. & 225. lib. 2.* decisum è Lucensi Rota memorans, ac respondet *Altograd. cons. 93. lib. 2.*

Contrariam verò sententiam susti-
62 nent *Andr. de Isern. in cap. 1. §. naturales nu. 8. & si de feudo defuncti controu. fuerit inter Dom. & Agnat. Laderch. cõs. 24. Lelius Altogradus cõs. 93. n. 2. Noguerol. alleg. 23 & 24. Præs. Vrsin. de succeſſ. feud. p. 1. quæst. 4. art. 2. à num. 5. Lupus comm. 4. §. 3. num. 14. Hortman. Pistor. lib. 2. p. 2. quæst. 41. num. 13. Clar. §. feudum, quæst. 82. vers. sed quid, vbi Harpprect. num. 23. & 24. Blasius Michalorius de fratribus, p. 3. cap. 24. num. 24. Viu. comm. opin. lib. 2. verb. filij nati, Baldassar. Thom. in tract. de legitimat. tit. 9. num. 68. & 77. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 1. num. 11. Giurb. ad consuetud. Messanæ cap. 1. gl. 4. nu. 121. Carpan. da Statut. Mediolan. par. 1. cap. 114. num. 47. & 89. Reg. de Pont. lect. 1. feud. num. 108. Molfes. ad consuet. Neapolit. p. 12. de personis, quæst. 10. nu. 11. Episcop. Campanil. in diuers. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 128. Gratiaan, forens. cap. 46. num. 53. Maresc. 3. variar. cap. 18. num. 50. de Luca de linea legal. art. 4. num. 17. Tiraq. de primog. quæst. 34. num. 48. Consil. Paschal. de patr. potest. p. 2. cap. 4. num. 61. Gayll. practicar. obseru. lib. 2. cap. 141. Censal. ad Peregr. de fideicomm. art. 24. fol. mihi 221. vers. 4. obseru. Andreol. contr. 277. num. 39. Larrea decis. Granatens. 8. Farinac. decis. 600. nu. 3. p. 1. Episcop. Ricc.*

de-

*decis.*137.*num.*3.*p.*3.

Inter rationes præcipua fuit, quòd
63 tanta est matrimonij vis, vt omnem maculã prorsùs abstergat, & nõ habetur pro legitimo, at re vera est, ac existit legitimus, quia *rubr.cap.tanta*, non dicit, qui filij fingantur legitimi, sed qui filij sint legitimi; Verbum quidem illud *sint*, veritatem præsefert, non fictionem, *l.ossa*, §.*fin.ff.de relig.& sumpt. funer. Covar. in epit.de sponsa.p.*2.*cap.*8. *num.* 82. vti ex legitimo matrimonio natus vsque ab initio, quasi ex tunc processerit maritalis affectus inter parentes, notabilis *text. in l.cum quis, in fin.C.de natur. liber.* & lex *partit.* 1.*tit.* 13. *p.*4. hoc amouit dubium: nam verbum *habeantur cit. cap.tanta*, trãscripsit sub verbo *Son legitimos*, ibi: *Otrosi son legitimos los hyios, que hombre ha en la muger, que tiene por Vanagana, si despues de esto se casare con ella*. Vnde *Greg. Lopez* ibi, verbo *legitimos*, examinãdo verbum illud substantiuum *sunt*, sic loquitur: *Nota hoc verbum, & sic verè, & realitèr sunt legitimi, & non per fictionem*, ac repetit *in l.* 4. *tit.* 15. *par.*4. *gl.*9. *Faxard.de legitim.per subseq.matrim.ex nu.*8. *Roxas de incompatib.p.*4.*cap.*4.*n.*2. *Noguerol.cit.alleg.*23. *n.*58. *tom.*2. *D.Pansut.controu.*36.*à nu.* 48. *tom.* 2. nulla habita ratione geminationis verborum, quæ sunt synonima, idem significantia, posita potiùs gratia hæsitationis tollendæ, quàm augendæ dispositionis.

His omnibus hinc indè pleniùs in S. C. trutinatis, censuit Senatus, *esse admittendos ad Montem familiæ Diamati*, sub die 14. Maij 1687. quod ratum habuit in gradu restitutionis in integrum, sub die 8. Iulij 1689. ac nullitatum sub die 20. Decembris eiusdem anni. Suffragia præstitere DD. Præses S.C. Reg. & Consil. D. Stephanus Padilla (qui & Commissarius) D. Petrus Cortes, D. Aluarus de Quadra, D. Franciscus Raetanus de Aula, Don Io: Franciscus Marcianus, præclarissimi Senatores, & Ego adiunctus. In Banca Custoli, patrocinante doctissimo Viro Thoma Mazzaccara.

Perpendit insuper S. C. iam extin-
64 gui familiam ab Institutoribus Montis contemplatam: etenim vocati, qui supersunt de familia prædicta, nec masculos haberent, nec moralitèr vlteriores filios habere sperarent, nec alios superesse, per quos finis tàm enixè ab illis Fundatoribus intentus obtineri posset; Et fratres Actores, etsi illegitimè genitos, morum decorari honestate, & vitio minime decolorari: *Quia decus virtutis genitura maculam abstergit in filijs, & pudicitia morum pudor originis abeletur.* Verba quidē sunt Summi Antistitis Pauli II. in breui legitimationis, transcripto ab *Vbald. de succes.ab intest. num.* 116. Quippe interrogati Fundatores, si viuerent, quidnàm potiùs vellent, Montem extingui in hodiernis ius habentibus, an verò conseruari per fratres Actores de eadem familia legitimatos per matrimonium subsequens, bonis imbutos moribus? dubio procul vellent, potiùs per hos conseruari, qui dicuntur de eadem familia Patris, *Angel. cons.* 17. *num.* 6. *vol.*1. *Ruin.cons.*145. *num.*3. *vol.*1. *Intrigl.decis.*5. *num.*4. *lib.* 1. Est cuique innata propensio con-
65 seruationis familiæ, per quam mortui in alijs viuimus, iuxtà illud: *Mortuus est pater, quasi non esset mortuus: similem enim reliquit sibi post se, Mantic.de coniect.vlt.volun.lib.*6.*tit.*15.*nu.* 1. Quinimò deficientibus agnatis, admitti legitimatum Principis aliàs excluſum, vt ab illo, vti de familia, maioratus conseruetur, scripsere *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.*4. *num.*44. *Peregr. cons.* 1. *num.*12. *vol.*3. *Lup. de illegit. comm.*3.§.2.*num.*44. *Menoch.cons.*827. *Præs. Merlin. lib.*1. *controu.forens.cap.* 1.*num.*26. vbi *D.Scoppa in eius Scholijs*; & tandèm pro legitimato, vti æquiorem opinionem insequendam, *Castill. Sotomayor tom.*5. *controu. cap.*75. agnouit, indicans ab ipso exarata *lib.*4. *controu. cap.* 31. locum vendicare in arcta iuris disputatione: tantus enim est ma-
66 trimonij fauor, vt in dubia interpretatione huiusmodi proli fauendum, Mater Ecclesia suadeat, Iura mandent, & DD. clament. RI-

Digitized by Google

RITVS CCC.

ITem seruat ipsa Curia hanc practicam iuris inter Conuentum reiuendicatione, & Actorem: nam si dico, te indebitè, & minus iustè tenere, & possidere talem domum, seù dolo malo desijsse possidere, primò, & ante omnia interrogaberis à Iudice, ante litem contestatam, an teneas, & possideas? & si dixeris tenere, & possidere iustè, & rationabilitèr, nec negas, tunc procedit libellus, quia intentatur directa rei vendicatio; Si dicis, te non tenere, tunc etiam procedit libellus, quia intentatur vtilis rei vendicatio, & prædicta probantur in l. rem, & in l. qui petitorio, ff. de rei vendi. Vbi verò in libello non dicitur, seù dolo malo desijt possidere, tunc non procedit libellus. Quod hic dicitur, non procedere hoc casu libellum, verum est, si Actor velit, quòd vlteriùs non procedatur in rei vendicatione, sed vult dare libellum de mendacio; Sed vbi Actor velit renunciare beneficio l. fin. de rei vend. quia non vult dare libellum de mendacio; sed vult terminum ad probandum contra negantē se tenere, & possidere, procedit libellus, & proceditur in causa vsque ad decisionem causæ, & hoc est de Iure, & hoc etiam ipsa Curia seruat, & propterea in ipso instanti debet interrogari Actor, an velit dare libellum de mendacio? iuxtà formam l. fin. ff. eod. titu. & si dixerit ita, statuatur ei dies, quo veniat cum libello mendacij, & Reo vt veniat eodem die ad recipiendum eumdem; si dixerit non, tunc Curia licentiat ab illa instantia Conuentum, & seruat ipsa Curia, quòd quando proceditur in vtili rei vendicatione, quando dico, te dolo malo desijsse possidere, non cōpellitur Reus, nisi diceret possidere, vel non, & seruat etiam ipsa Curia sic interrogare Procuratorem Conuenti, quando comparet per Procuratorem, scilicèt ante litis contestationem (vt dictum est) vtrùm tenet, & possidet, deinde contestando litem, potest respondere ipse Procutator, cœtera verò in dicto libello ignorat, prout posita sint, litem contestando super causa prædicta. Et nota, quòd in causa reivendicationis prædictę, quando Actor vult conuincere Reum de mendacio, libellus reiuendicationis remanet in Curia, & scribitur in eo actus interrogationis ante litis ingressum, si tenet, & possidet, dixit quòd non, præsente tali Actore, Reum de mendacio conuincere volente, & nullus actus fit in dicto libello, nisi quia datur terminus Actori, vt veniat cum libello de mendacio, & Reo de mendacio.

SVMMARIVM.

1 *Reiuendicatio, vt proponi possit, duo requiruntur.*

2 *Agens succumbit, si non probet dominium. Quod cum sit difficilis probationis, probari valet coniecturis, & indicijs.*

3 *Liber AEstimi, Massariorum, Communitatum, & Ecclesiarum, probat dominium.*

4 *Emens rem nomine proprio, si illam describi faciat in Catastro, tàm nomine suo, quàm fratrum, vel sociorum, dominium etiam illis acquiritur.*

5 *Possessio probata de præterito, & præsenti, dicitur quoque verificata pro tempore medio.*

6 *Reiuendicatio competit venditorì, cui pretium rei venditæ non fuit persolutum, si dominium sibi retinuerit.*

Digitized by Google

Sed limitatur, quotiescumque venditor pretium peteret.

7 *Dominij reseruatio nùm illius retentionem operetur?*

8 *Reiuendicatio non datur pro substitutione facta in contractu.*

9 *Reiuendicatio proposita, si Conuentus alienauerit, iudicium cum alienante finitur, & exequutio fit contrà possessorem.*

10 *Reiuendicationis quatuor sunt species, & quando dicatur intentata, cum petitum est, rem sibi dimitti, & relaxari.*

11 *Alterum reiuendicationis requisitum est, vt Reus sit in possessione, vel dolo desyit rem possidere post litem contestatam.*

12 *Ad quod sat est, vt Reus solam tenutam habeat.*

13 *Conuentus reiuendicatione non valet obyicere, vt non possit molestari, quia sit infra tẽpus cõficiendi inuentariũ.*

14 *Iudex in iudicio reiuendicationis ante omnia interrogare debet Reum, si tenet, & possidet.*

15 *Reus si tali casu neget possidere, & conuincatur de mendacio, spoliatur ipsa possessione, & datur Actori.*
Quid si esset Rusticus? aùt Procurator?

16 *Recensentur alij casus, in quibus propter callidam negationem amittuntur beneficia, vel priuilegia alioquin competentia.*
Positionibus quando quis respondere obstringatur?

17 *Actor cum interrogatur, quo remedio vti intendit? si replicet, velle vti beneficio* l. fin. C. de rei vendic. *impartitur terminus.*

18 *Quæ statuta sunt in rei vendicatione, locum habent in Publiciana.*
Actio Publiciana quandàm sit?

1 REiuendicatio, vt proponi, & intentari possit, duo necessariò requiruntur, & probanda sunt: dominium scilicèt, vel quasi, ex parte Agẽtis, & possessio, seù detentio ex parte Rei, ex *text. in l. 1. C. de alien. iudic. mutan. caus. fact.* ac *in l. officium Iudicis, ff. de reiuendicat.* & notant omnes in *cap. examinata, de iudic. Carthar. decis. Gen. 42. ex num. 2. Scurf. cons. 2. nu. 12. cons. 9. num. 9. & cons. 33. num. 4. cent. 3. Soccin. cons. 89. sub n. 9. vol. 1. Bellac. int. commun. opin. lib. 7. de reiuendic. nu. 17. Mascard. de probat. conclus. 537. nu. 1. & seq. Costa* siculus *cons. 40. num. 1. Giurb. decis. 74. num. 8. Cyriac. controu. 285. num. 44. & contr. 300. nu. 15. Cammarat. resp. 25. num. 1. Censal. decis. 80. Noguerol. alleg. 20. num. 70. Medic. cons. 9. num. 1. Georg. alleg. 10. num. 2. lib. 2.*

Adeò quòd succũbat Agens, si non
2 probet dominium, *Ruin. cons. 54. num. 3. lib. 4.* quod est difficilis probationis, *DD. in l. cum res, C. de probat. Mascard. de probat. conclus. 536. Reg. Reuert. decis. 88. & decis. 64.* & ibi *de Marinis, Rocc. resp. 43. nu. 46. lib. 2. Card. Tusc. pract. concl. lit. D. concl. 611. Affl. decis. 40. nu. 2. & decis. 277. num. 1. Staiban. resolut. 193. num. 10. Scoppa ad decis. Gratian. obseru. 192. num. 11.* & alij, concludentes propterea, illud probari posse coniecturis, & indicijs; ac nonnulla hanc dominij probationem concernentia tangit *D. Consil. Altimar. ad Rouit. cons. 30. num. 3. lib. 3*, potissimùm si probẽtur ex affictu, quod notat *Christin. dec. Belg. 118. tom. 3. Reg. Reuert. d. dec.*
3 *64. tom. 1.* & de libris AEstimi, Massariorum, Communitatum, & Ecclesiarum, si probent dominium, lepidè tangit *Auus meus ad Capyc. decis. 107. nu.*
4 3. notabile obseruans, quòd emens rem nomine proprio, si illam describi faciat in Catastro, tàm nomine suo, quàm fratrum, vel sociorum, dominium etiam illis acquiritur, & de illis Ecclesiarũ in possessorio, scribit *Mocchia in sylua casuum forens.* integro *cap. 32.* Aliudque notabile, obseruat idem *Auus meus ad Capyc. dec. 37. n. 1.* extre-
5 mis nempè probatis in possessione, dici probata media, & proinde probata possessione de præterito, & præsenti, esse quoq; verificatam pro medio tempore, ex *Pract. Papiens. in for. respons. rei, verb. præscriptio, ex nu. 19. Alciat.*

de

de præsumpt.regul.2.præsumpt.22.

Eamque actionem propterea com-
6 petere etiam venditori, cui pretium rei venditæ persolutum haud fuit, si dominiũ sibi retinuerit, affirmat *Magon. decis.Florent.91.nu.7.& decis.92. num.12.*ac post alios *Surd. decis.* 157. quod coarctatur quotiescumque venditor peteret pretium, quo casu non licet ad rem agere, *Paul. de Castr.in l.* 1.*sub n.9.C.de pact.Mansent.conf.129. ex nu.7.*impresso post suas decisiones.
7 Huiusmodi tamen reseruationem dominij illius retentionem non operari, sed dumtaxàt specialem reiuẽditę hypothecam, scribit *Consi. Hodierna* decisum attestans *ad Surd. decis.*157.etsi aliàs dicat *Carleual.tom.2.de indic.tit.* 3.*disput.8.sect.5.à n.57.* cui cõtradicũt DD. quos sequitur *D.Scoppa ad decis.*
8 *Gratian.obseruat.13.n.10.*Haud autem dari reiuendicationem pro substitutione facta in contractu, scribit *Guid.Pap. decis.* 312.& docent *Bellam. Alciat. Tiraquell.Couar.& Menoch.* quorum meminit *Surd. decis.*144.*num.*22.

Propositâ verò ista rei vendicatio-
9 ne, tùm lite contestata, tùm quasi, si Conuentus alienauerit, finitur iudicium cum alienante, & exequutio fit contrà possessorem, ex Regni *Constit. Eorum fraudibus,& Cap.*151.incipiente *Conuentus*, aitq; *Foller.ad Marant.par.* 4.*distinct.3.num.4.* nisi tamen possessor iam dictus esset Clericus, iuxtà decisionem *de Franch.* 545. quam referunt *Castil. post tom.* 3.*decis.in add.ad decis.* 2. *Barbat.de assistent.gl.3.num.10. Molfes. ad consuet. Neap.p.2.quæst.8.nu.22. Paschal. de patr. potest. p.* 1.*cap.8.num.* 217.qua de re *Vrsill.ad Affl.decis.*331. *Carleual. de indic. lib.* 1.*disp.2.quæst.7. sect.* 3.*num.* 934. *Mastrill. decis.79.de Marin. lib.* 1.*resol.*54. *Diana tract.*1.*de immun. Eccles.resol.*4. *Reg.Sanfel.decis.* 2. *Salgad. de protect.Reg.tom.2.p.4.cap.* 14.*nu.96.Fermos.de for.compet.in cap. proposuisti, quæst.*13.

Rei vendicationis quatuor esse spe-
10 cies, rescribit *Carau.in hoc Ritu nu.* 6. & tangunt *Io.Crisp.de Montib.in cit.nomenclat. rub. de rei vendic. Marant.in singul.verbo rei vendicatio*, & formam libellandi in huiusmodi rei vẽdicationis actione, tangit remissiuè idem *Carau. num.* 14.& ante *Speculat.in tit.de cauf.possess.& propr.*§.4.*num.*5.ac quòd intentata dicatur, cum petitum est, rem sibi dimitti,& relaxari, indicat quoque *Carthar.decis.*42.*ex num.*1.

Reum insupèr in possessione esse, vel
11 rem dolo desijsse possidere, constare debet, *l.qui seruum,*§.*in iure,de interro. action.& l.Iulianus,*§.*quid sit, ex quibus causis in possess. eat. Viu. comm.opin.lib.* 7.*tit.de reiuendic.ex n.*1.aliàs *in sylua comm. opin.* 18. *Io: Crisp.de Montib.in sua nomencl. action. rub. de rei vendic. in prin. Giurb.decis.*1.*num.*51.*& decis.* 74.*num.* 8. *Vrsill.ad Affl.decis.*343.*ex num.* 3.*Menoch.de adipisc.possess.remed.* 1.*num.*64.si tamen dolo desijt possidere post litem contestatam; secùs si antè: tunc nàmque competit actio in factum ad interesse, ex *titulo de alien. iudic.mutandi causa facta*, vt notat *Carau.in hoc rit.sub n.*2.*vers.secus, Vezin. int. commun. opin.eod.tit.de rei vendic.*
12 *num.*9. Et ad hoc sufficit, quòd Reus solam tenutam habeat, quamuis non veram possessionem; si tamen facultatem rem restituendi teneat, *l.Officium, de reiuendic.Hostiens.in cap.cõtingit,de dola,& contumac. Abb. cons.*109.*col.*2. *vers.sed diligenter, lib.*2. *Innoc.in cap. quoniam cõtra, de prob.Federic.de Sen. consil.* 212. quos refert *Cigal. in comment. ad tit.de action.*§.2.*incip.omnium autem actionum, num.* 51. Conuentus
13 autem rei vendicatione nùm objcere valeat, non posse molestari, quia sit infra tempus conficiendi inuentarium? *ad text. in l. fin.* §. *donec.C.de iur.deliber.* negatiuè respondet *Carau.hoc in rit.n.* 15.quia non conuenitur, vt hæres, sed vti possessor, ex *Alex.Paul.de Castro,& Roder.Suar.*& confirmant *Porcellin.de inuent. cap.*4.*num.*9.*Phanucc.eod.tract. de inuent.in* 4.*par.nu.*1.*de Monticul.in add.l.fin.C.de iur.delib.num.*161.

Vlteriùs ex verbis huius *Ritus* ibi:
14 *Primò,& ante omnia*, confirmatur Iuris Communis dispositio in *l.qui petitorio,ff.de rei vendic.*quòd in huiusmo-

Digitized by Google

di iudicio, ante omnia Iudex debet interrogare Reum, si tenet, & possidet, qua de re *Marant. in pract. p. 6. membr. 7. num. 3.* huius *Ritus* memor, & multa ad hanc declarationem spectantia congerit, & copiosè tractat *Muscatell. in praxi ciuili, par. 3. glos. hereditaria*, Ipseq; scripsi super *Ritu* 70. quid in re feudali? quidque in Actore? tractat etiam *Capyc. decis. 97.* & super ea addit multa vtilia *Anus meus*, ac aliqua *Reg. Ronit. super pragm. 6. à num. 5. de ordin. iudic. Marchisell. quæst. 17.* Quòd si neget possidere, & conuincatur de men-
15 dacio, spoliatur ipsa possessione, & datur Actori, quamuis non probet, rem esse suam, ex *l. fin. de rei vendic. Lapus alleg. 54. num. 2.* & clariùs *alleg. 63.* ac vtrobiq; *Additio Mandos.* etiam si negasset possidere nomine proprio, affirmasset autem nomine alieno, *Afflict. decis. 18.* quamuis Rusticus esset, qui negasset possidere, *Surd. decis. 237.* & de Rustico nonnulla notat *Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, verbo, & Vxorem nom. Adel. de test. im. pag. 141.* Quid verò si procurator? *Ioseph Ludo-
nic.* alia præterea congerens vtilia *dec. Lucens. 50.* & in habente speciale mandatum diuersimodè respondit *Ricc. col-
16 lect. 210.* Similitèr Emphiteuta negante non esse Emphiteuticam, vel Ecclesiæ, discutit *Ias. in l. 2. num. 8. C. de Iure emphiteutico*, qui vlteriùs alios casus enarrat, in quibus propter callidam, seù calumniosam negationem, atque mendacium, nonnulla amittuntur beneficia, vel priuilegia alioquin competentia, in *l. quod re. ff. de re indic. Rom. consil. 59. nn. 9. & cons. 70. nn. 4. Marsil. Rub. ff. de fideius. quæst. 46.* & Ipse complura in hac materia declarationis, enarraui super *ritu* 70. & 120. & an, & quando positionibus quis respondere obstringatur? *Præsul Ricc.* tangit *par. 6. collect. 2083.* & signantèr criminalibus, nempè si dolo desijt possidere, *Granat. ad Vestr. lib. 5. cap. 14. num. 18. Troyl. in prag. 5. de ord. indic. ex nn. 10. R. Sanfel. in prax. sect. 48.*

Cum verò interogatur Actor, ne-
17 gante Reo, quo remedio vti intendit? si replicet, velle vti beneficio *cit. l. fin.* impartitur terminus Actori ad producendum libellum de mendacio, & Reo ad illud recipiendum, vt distinctè *Caranit.* declarat *in hoc rit, vers. quintò nota*, monens, vt Actor non eligat remedium *cit. l. fin.* ad quod multa requiruntur, atque enarrant *Gabriel lib. comm. opin. tit. de acquir. poss. concl. 5. num. 27. Michael Graff. lib. 3. commun. opin. tit. de reiuendic. num. 10. Marcell. Calà de modo articul. §. 2. glos. unica, nu. 132. Vrsill. ad Afflict.* tria requisita necessaria recensens, *decis. 18. ex num. 1.*

Cœterùm, quæ locum habent in rei
18 vendicatione, procedunt in Publiciana, & Iura de vna loquentia, de altera etiam loqui censendũ est, ex *l. eum qui, §. in Publiciana, ff. de Publiciana, l. officium, §. finali, ff. de rei vendicatione*; adeò quòd inter se æquipollentes esse, voluere nõnulli, quorum antinomiam conciliat *Cigala §. 4. Instit. de action.* est namq; Publiciana, actio in rem competens alicui ratione iuris sibi bona fide quęsiti in rem, vel ad rem, commercio hominum non exemptam, non prohibitam vsucapi propter vitium, traditione, vel quasi, sequuta ex causa habili ad translationem dominij contrà habentem facultatem restituendi, ad declarationem sui Iuris; *Alex. in l. 3. §. ex contrario, in fin. ff. de aqua pluuia arcend. cons. 118. in princ. lib. 2. & cons. 182. col. 2. lib. 7. Suarez de Pax. in pract. tom. 3. cap. 2. integro, §. 1. Cigala adduct. loc. num. 5.* qui *nu. 41.* rescribit formam libelli in huiusmodi Publiciana.

RITVS CCCI.



Oanna Secunda, Dei gratia Vngariæ, Hierusalem, Dalmatiæ, Croatiæ, Romæ, Seruiæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Romaniæ, Bulgariæque Regina, Prouinciæ Forcalquerij, ac Pedemontis Comitissa. Vniuersis, & singulis præ-

sen-

Digitized by Google

sentes literas inspecturis, tàm præsentibus, quàm futuris.

Concessiones,& gratias benemeritis fidelibus nostris gratiosè concessas, licèt perpetua firmitate consistant,plerunque ad maioris cautelę præsidium, non solùm nostrę confirmationis munimine roboramus; sed libenti animo de nouo concedimus,atq;damus:sanè mota: nouitèr supplicationibus vniuersitatis, & hominũ Ciuitatis nostræ Neapolis nostrorum fidelium dilectorum per eorum speciales Syndicos,ad nostræ Maiest.præsentiam destinatos, humili cum deuotione porrectis, volentesque cum eis benignè,& gratiosè agere, eisdem Vniuersitati,& hominibus præfatæ Ciuitatis nostrę Neapol. omnes,& singulas franchitias, immunitates, exemptiones, priuilegia, gratiosè factas, & facta, ac concessas, & concessa eis per claros memoriæ Dominos Reges, & Reginas prędecessores nostros,à tempore scilicèt Domini Regis Roberti Octaui nostri citra,per eorum literas, & priuilegia, & omnia singula in eisdem literis, & priuilegijs contenta iuxtà earum, & eorum continentias, & tenores, quos haberi volumus,de certa nostra scientia prędictis, pro sufficientèr expressis,specificè declaratis; necnon,& omnes consuetudines, statuta, ritus,& obseruantias, & capitula antiquata tempore Regis Roberti, & successiuè vsque ad prędicta tempora obseruata in dicta Ciuitate nostra Neapol.eius Casalibus,& pertinentijs omnibus,quę hic etiam haberi volumus pro sufficientèr expressis, in quarum, & quorum possessione,seù quasi, ad prędicta existũt, tenore prędictiũ de certa nostra scientia,specialique gratia confirmamus,& ad maiorem cautelam de dicta certa nostra scientia, de nouo concedimus, atque damus. Declarantes tamen expressè,ac eadem scientia certa nostra, earundem tenore præsentium, quod per huiusmodi nostrę confirmationis, & nouæ concessionis dictorum priuilegiorum, franchitiarum, immunitatum, & exemptionum, & omnium aliorum superiùs expressorum literas, seù priuilegium eisdem Vniuersitati, & hominibus per Nos factas, siue factum, Nos, & nostra Curia, nostriq; in dicto Regno hæredes, & successores, non teneamur, nec teneantur ad solutiones prouisionum quarumcunq; pagamenti, seù solutionis,alterius cuiuscunque; nec etiam per eas,vel ea volumus aliorum iuribus quomodolibet derogari,cõfirmantes,ac de nouo concedentes earundem tenore prædictiũ de dicta certa nostra scientia, iam dictis Vniuersitati,& hominibus prędictę nostræ Ciuitatis Neapo. infrascriptas alias gratias, & priuilegia: videlicèt, quòd Ciues nostrę Ciuitatis Neapolis, & habitantes in ea, & eius districtu, non possint vocari, vel ad iudicium trahi ciuilitèr, vel criminalitèr, etiam ex delegatione,extrà Ciuitatem Neapolis ratione rei,ratione contractus,& ratione delicti.

SVMMARIVM.

1 *Neapolis celeberrimæ Ciuitatis inter alia encomia tanguntur nonnulla.*

2 *Huic Ciuitati, eiusque Ciuibus, multa elargita sunt priuilegia, quorum illud potissimùm, quòd Neapolitani, ac Incolentes Neapolim, non possint ab alijs Tribunalibus cognosci, sed tantùm à M. C. V. tàm in causis actiuis, quàm passiuis, atque ita vt trahant, & non trahantur.*

3 *Quod priuilegium locum obtinet, tàm in ciuilibus, quàm in capitalibus causis,*

sis, licèt causa ab Excell. Prorege delegata sit.

Princeps causam committendo, quando delegare videatur.

4 *Priuilegium huiusmodi procedit, tàm si conueniantur Regnicolæ, quàm si exteri extrà Regnum habitantes; etiam si fuerint authores laudati.*

5 *Mulier extera nupta Neapolitano gaudet hoc priuilegio; ad quod recensentur plura notabilia.*

6 *Prafatum priuilegium intelligitur non solùm de ordinario foro, sed etiam de concesso viris ratione personæ, officij, vel artis.*

7 *Imò procedit in bonis extradotalibus ex generalitate dispositionis Iurium, quæ dum non distinguunt, nobis distinguendi facultatem occludunt.*

8 *Regulæ adhærendum est, & erubescere debemus, dum sine lege, aùt DD. authoritate loquimur.*

9 *Bona vti accessoria ad personam, cuncta proinde exempta sunt à iurisdictione, à qua persona eximitur.*

10 *Maritus constante matrimonio dicitur dominus, & possessor bonorum dotaliũ.*

11 *Adductum priuilegium locum obtinet, etiam si vxor ex contractu paterno conueniatur; sed limitatur, vt ibi.*

12 *Prorex assensum præstare potest alienationibus feudorum possessorum in Regno per Mulierem exteram Ciui Neapolitano nuptam.*

13 *Vxor mariti gloria & ipsa elucet, ac illius honore erigitur, & genere nobilitatur.*

14 *Filius, patre nobili, matre verò ignobili ortus, nobilis existit. Verùm in Regno ex peculiari lege, filius ex matre nobili, quamuis patre plebeio, Nobilitatis infulis decoratur.*

15 *Nobilitas Neapolitana quamlibet notam, etiam leuissimam excludit.*

16 *Fœmina ignobilis Nobili nubens fit Nobilis.*

17 *Fœmina naturalis nubens legitimo efficitur legitima; & quid in spuria?*

18 *Vxor arma viri defert, præterquàm si ille Maiestatis, vel hæresis crimine damnatus sit.*

19 *Mulier propter matrimonium suo Viro copulatur, atque vna cum eo efficitur caro.*

20 *Vxor præsumitur conscia secretorum Viri.*

Testimonium Viri, & Vxoris pro vnico habetur.

Ius transeundi per ades, Vxori relictum, competit etiam Viro; vbi adduntur aliæ illationes.

21 *Priuilegium Mulieri ex Viri persona impartitum, nùm illo defuncto extinguatur? recensentur contrariæ opiniones, & probatur alea pro Vidua.*

22 *Vidua contribuere non obstringitur, sicuti neque eius Vir in vita tenebatur, & recensetur scitum Collateralis Consilij in terminis* Pragmaticæ *sanctionis, vt forensis pro bonis in Regno possessis solueret quartam partem.*

23 *Vidua dicitur esse in primo matrimonio, & est imago viri præmortui. Dummodò lectum viduilem seruauerit, & castè vixerit.*

24 *Mater mortuo secundo Viro, reassumere non potest tutelam filiorum ex primo matrimonio.*

25 *Vidua sequitur Virum etiam quòad tumulum, vt in eo humanda sit.*

26 *Liberalitas Munificentissimi nostri Regis elargiri solet Vxoribus Magistratuum defunctorum partem pensionis, quæ Viris in vita præstabatur.*

27 *Vxor Officialis prædefuncti nùm valeat multos post annos petere pensionem pro annis præteritis?*

28 *Vidua ex Neapolitano Viro, qui ab oneribus pro suis, & sua Vxoris bonis alibi sitis immunis erat, non fruitur eodem priuilegio pro suis bonis.*

29 *Vidua ex Viro Clerico non gaudet immunitate vectigalium, aliorumque onerum, quibus gaudebat eius Vir Clericus.*

30 *Famuli Scholarium tandiù gaudent priuilegio, quandiù in eorum famulatu existunt.*

Vidua nùm contineatur sub priuilegio Statuti disponentis contrà Ius Commune? latè expenditur ex Tiraquello *pluribus in locis.*

31 *Priuilegium Neapolitanis concessum, vt non cogantur subire onera pro suis re-*

Digitized by Google

rebus, nùm sit Iuri Cõmuni conforme.

32 Vidnas gaudere Viri priuilegijs, qualitèr intelligatur.

33 Mulier Neapolitana extero nupta, quæ in Viri Patriam commeauit, huius Ritus prærogatiua non gaudet.

34 Priuilegium Nobilitatis Vxori elargitum non extenditur ad Virum.

35 Ad dotem lucrãdam quãdo attendendũ sit Viri domicilium, einsquè Statuta.

36 Bona mobilia domi repèrta præsumuntur Viri; sed limitatur, quando Maritus ad Vxoris lares se recepit.

37 Priuilegium, de quo in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. vel vid. sub quocumque priuilegio, alteri sub quibusuis clausulis concesso, nunquàm comprehensum intelligitur, nec illi derogatum censetur, nisi specialis, & expressa derogatio interuenerit.

Locum tamen non obtinet contrà Neapolitanos.

38 Id ipsum est quò ad Ciues Capuanos, & Cosentinos, qui licèt non absimili fruantur prærogatiua; indistinctè tamen trahuntur, quotiescumque à Neapolitanis ad iudicium vocantur.

39 Extenditur etiam quò ad Mercatores ratione mercium, licèt aliàs conueniri non possint, nisi coràm suo Iudice.

Alitèr verò seruatur contrà eos, qui lanea, aùt serica Artis priuilegijs potiuntur.

40 Neapolitani gaudent priuilegio huius Ritus, etiam aduersùs Locatos Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ.

41 Priuilegium in Corpore Iuris clausum nunquàm per posterius priuilegium derogatum censetur.

42 Priuilegium Regiæ Dohanæ non derogat priuilegio Neapolitanorum.

43 Sacrum Consilium est in quasi possessione cognoscendi remissiones in gratiam Neapolitanorum, vt trahant Locatos Regiæ Dohanæ, & non trahuntur.

Stylus concedit iurisdictionem procedendi in similibus causis.

44 Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de Regal. imposit. §. 8. num. 49. perpenditur.

45 Baro Neapolitanus, si de actu ad Baronis officium spectante conueniatur, fori priuilegio non gaudet.

46 Conuentus ad reddendum rationes ad instantiam Neapolitani trahi non valet; sed illa reddenda sunt in loco administrationis.

47 Neapolitanus habitans in aliquo Oppido, si ibi delictum patrauerit, fori priuilegio non gaudet.

48 Neapolitanus, siue velit, siue nolit, prorogare non valet iurisdictionem Iudicis nõ sui in Ciuitatis præiudicium.

49 Regula, vt cum Reus plures habet Iudices, sit in Actoris electione, coràm quo illum conuenire velit, comprimitur, quando Reus haberet plures Iudices ex priuilegio.

50 Neapolitanus damnificans quo in loco conueniendus sit? & pro oneribus?

51 Priuilegium prædictum locum obtinet, etiam si Neapolitanus agat ex iure cesso; dummodò non concurrat fraus, ad quod recensetur scitum S.C.

52 Similitèr procedit, si post delictum, vel contractum obtẽtum esset huiusmodi priuilegium Neapolitanæ Ciuilitatis; sed intelligitur, dummodò non sit ad hunc effectum procuratum.

Qualitas, aùt dignitas superueniens, quandoque operatur, vt quis valeat se excusare ab eo, quod promisit.

53 Priuilegium huius Ritus nùm extendatur ad homines Casalium Neapolis? recensentur contrariæ opiniones, & enucleantur eiusdem Ritus verba.

Neapolitanus propriè dicitur Ciuis, qui Neapoli nascitur, ex Anagrammate puro, quod hic adducitur.

54 Vrbis appellatione quid veniat? & nùm Vrbs, & Ciuitas idem sint?

55 Legatum factum de eo, quod est in Vrbe, nõ extẽditur ad ea, quæ reperiuntur in alijs locis extrà Vrbem posita.

Priuilegia quando sint strictissimè intelligenda?

56 Priuilegium Ciuitati concessum nùm etiam eius Casalibus impartitum censeatur? & quid in iure congrui?

57 Ciuis si concurrat cum aliquo de Villa in iure prothomiseos, præfertur, eumq; trahit ad hæc tribunalia.

Consuetudines Neapolitanæ ligant Casalenses Ciuitatis Neapolis.

58 Tex-

Digitized by Google

58 Textus in §. si quis igitùr, Auth. quib. modis natural.effic.sui, *plenè enucleatur.*

Modus legitimandi per oblationem, recenſetur.

Ciuis appellatur etiam ille, qui natus eſt in Terra, Oppido, aùt Villa.

59 *Priuilegium Caſali impartitum, non cenſetur conceſſum Ciuitati, cui ſubeſt.*

60 *Quod ſtatutum eſt pro Ciuitate, ad Caſalia non porrigitur in pœnalibus, & odioſis.*

61 *Iuriſdictio conceſſa de Ciuitate, nùm conceſſa intelligatur etiam de Caſtris ipſius? adducitur diſtinctio inter delegatam, & ordinariam.*

62 *Priuilegium Neapolitanis indultum, vt non torqueantur ex proceſſu informatiuo, niſi ex ſpeciali Principis diſpenſatione, amplectitur homines Caſalium.*

63 *Id ipſum affirmatur de altero priuilegio Ciuitati Neapolis conceſſo, quòd Studentes non poſſint expelli à vicinio honeſto.*

64 *Priuilegium huius* Ritus *complectitur Caſalenſes Neapolis, licèt Caſalia diuiſa ſint quò ad iuriſdictionem.*

Legatum alicui relictum, vt habitet in Ciuitate, debetur habitanti in Caſali.

65 *Priuilegium præſentis* Ritus *impartitur quoque habitantibus Neapoli.*

66 *Diſcrimen inter habitatorem, & habitantem.*

67 *Peregrinus non dicitur habitare.*

68 *Habens apothecam, in qua de die artem exercet, ſed de nocte recedit, clauſis ianuis, habitare non dicitur.*

69 Deciſio *relata per* Conſil. Hadierna ad Surd. deciſ. 329. num. 2. *ſuſtineri non poteſt.*

70 *Conſuetudines Neapolis locum habent inter Ciues, & habitatores eiuſdem Ciuitatis.*

71 *Fugitiuus non dicitur habitare.*

72 *Orti in Ciuitate Neapolis per accidens, priuilegia huius* Ritus, *neque alijs fruuntur.*

73 *Ciuis quibus modis quis efficiatur? latè exponitur.*

74 *Domicilium conſideratur triplicitèr: nempè Naturale, Commune, & Accidentale.*

75 *Ciuilitas, qua acquiritur ex priuilegio, vera, & non ficta Ciuilitas eſt.*

76 *Maximè, cum in conceſſionis priuilegio dictum eſt, vt in omnibus habeatur pro originario.*

In concurſu muneris iniuncti in loco originis, & domicilij, iſte præfertur; ſecus verò ſi diuerſis temporibus.

77 *Expoſiti in Xenodochio D. Mariæ Annunciatæ gaudent priuilegijs Ciuitatis Neapolis.*

Sed reſtringitur in eorum filijs, ſi extra Ciuitatem naſcantur.

78 *Infideles baptizati in hac Ciuitate gaudent eiſdem priuilegijs.*

79 *Baro dicitur Ciuis ſuæ Baroniæ loci, in quo poſſidet feudum.*

80 *Scholaris ſtatim, ac Scholaris efficitur, ſortitur forum loci Studiorum; & gaudet Ciuium priuilegijs, at non oneribus.*

81 *Iudices omnes, & illi, qui honorem, ac dignitatem in hac Ciuitate adepti ſunt, quamuis exteri, huiuſmodi fruuntur priuilegio.*

82 *Itidemque Doctores exteri conducti ad legendum in Ampliſſimo Studio eiuſdem Ciuitatis.*

83 *Rector, vel Prælatus alicuius Eccleſiæ eodem gaudet priuilegio quò ad forũ.*

84 *Monachus, aùt Monialis Monaſterij in hac Ciuitate fruitur eodẽ priuilegio.*

Sed quid de Clericis?

85 *Clericus beneficiatus efficitur Ciuis loci, in quo beneficiũ poſſidet, & recipere valet Ordines ab Epiſcopo illius loci.*

86 *Ciues Neapolitani non gaudent immunitatibus, & priuilegijs, niſi obtineant ciuilitatis Neapolitanæ.*

87 *Illud verò fori, vt habeant, ſat eſt, quòd conſtet de habitatione, vel ciuilitate, & proindè ſolet interponi decretum:* ſtante notoria habitatione.

88 *Mandata iuſtificata contrà exteros, & Vaſallos Baronum, non poſſunt expediri à Regijs Tribunalibus, ad inſtantiam quorumlibet, niſi ſint priuilegiatæ perſonæ, & conſtet de priuilegio. Quod reſtringitur in Neapoli habitante.*

Vt-

Digitized by Google

1 VRbem Neapolim cõditam, si Straboni credimus, à Cumanis, ab Euboea Insula aduenis, ante Annũ reparati Orbis M. C. LXVIII. vel à Parthenope, vt quidam maluerũt, Eumeli filia, à Chalcide ad Euripi arenas sita, nemo vnus est, quin miretur. Ea siquidem est, quam in amœnissima Campaniæ idcircò felicis ora residentem, velùt gemmam feliciorem, æterno Veris honore, æterna Autumni vbertate donauit Natura; adeò vt Floram, Pomonamq; Ciues dixeris Neapolitanas, quæ semper hilari vultu, ac pede indefesso per eius plateas obambulant. Exul hinc hyems, qui vix illã proculq; salutat; Sirij latratibus surda est; Nullos Eructat Boreas flatus, qui Sitoniam inducant niuem; Nec Notus madidas, humentesque nubes conuocat, quæ puriſſimam aeris temperiem labefactent. Semper eadem Cœli clementia, immunitas eadem à nimia caloris, ventorumq, molestia Vrbem hanc Orbis delicium ostentat, vt iure merito Sirenis illi nomen indiderint Poetæ; quandoquidem Sirenis more extremos Orbis accolas, qui in semotissimis Sarmatiæ Regionibus, qui in vltima Thule degunt, ad se sua pulchritudine, tanta Vrbs, inter præclaras Telluris Vrbes præclarissima, aduocat, cantuque allicit, cogitque. Perpetuis vallata spectatur Collibus, qui circumductis, nexisque verticibus Regium Regiæ Vrbi nectentes diadema, Vrbium Reginam proclamant; perque angusta Caprearum, semperque virentis Pausilypi freta ingressum Neptunum, quis non mancipium huius Vrbis dixerit? dum Montium hinc inde constrictus compedibus, ad eius sese pedes, cognatarum alioqui irarum expers, humillimè prouoluit; & piscosi maris delicias in tributum defert. Nemo est in historijs adeò peregrinus, & hospes, vt nesciat, Neapolim fuisse semper Heroum altricem inuidiosam;

Quos, qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ;
Aut vbi nanigijs violentior incidit Eurus,
Nosse, quot Ionij veniant ad litora fluctus. *Virg. Mar. Georg. 2.*

Non vnum ex illa Alexandrum Exercitus sensere; Plures Vaticani Purpura; Plurimos Sacræ Tiaræ ornarunt, & nõnullos etiam Summi Sacerdotis Infulæ, quos rerum gestarum monumẽta passim cõmemorant. Inter eos tamen, velùt inter ignes Luna minores, longè, latèque emicat, ex splendidissima Pignatellorũ familia, INNOCENTIVS XII. nulli sanè secundus, (cuius commemorato nomine, magnum excelsi animi, vigilantiæ, ac pietatis incrementum audientis animo oboritur) qui nõ sine Numinis prouidentia id temporis ad Reipublicæ Christianæ clauum sedet, vt dũ Europa tot insanis bellorum fluctibus agitatur, tanto sub Hierarcha malaciã assequatur suã; & Othomana tyrannis in profundũ mergatur.

Hanc igitùr Vrbem (de qua diximus 2 *in proœm. ad hos Rit. nu. 33. lib. 1.*) maximè præcœteris insignem, præcœteris etiam maximè priuilegijs ornarunt Reges, qui longo ordine in ea vixere, præsertim Regina Ioanna Secunda, quæ, viso cõcursu Gentium, vndequaq; conuenientium, vt eas ad hanc inhabitandam alliceret, hoc *Ritu* decreuit, quòd Neapolitani, ac incolentes Neapolim fruerentur priuilegio, vt, & conuenirent, & conuenirentur in M. C. V. Priuilegium sanè eximium, ac amplissimum, quod secum grande fert beneficium. Quandoquidem ex Iuris dispositione, Actor sequi debet forum Rei. Hinc non leuis commodi est, quòd Actor in Tribunali illius Vrbis, quam colit, Reum trahat, eumdemq; cogat, vt relictis propria domo, ac Patria, incumbat ad litem in foro Actoris. Quod Reginæ rescriptum, Ferdinandi I. anno 1459. 1462. & 1476. & Catholici Neapolitanorum Regum pluries speciali gratia cõfirmatum ostenten-

tendit *Carleual de indic. tom. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 8. num. 652.* adeſtq; *Pragm. 2. de immun. Neapolit.* Idque ità paſſim ſeruari, & communis ſtylus nos edocet, ac notant *Carau. in hoc Ritu, num. 5. Campagna in cap. pridem, nu. 10. Capyc. decis. 59. num. 1. Gramm dec. 87. in princ. Præs. de Franch. decis. 382. nn. 3. & decis. 416. Reg. Rouit. in prag. 5. nu. 3. vbi de delict. quis conuen. deb. Præs. Merlin. tom. 1. contron. forens. cap. 99. in prin. Nouar. in prag. 2. de immun. Neap. num. 2. & in prax. elect. & variat. fori quæst. 63. Capiblanc. de Baron. prag. 8. p. 1. nu. 343. Ricc. collect. 38. Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. Neapolitani Ciues, & in Carer. indic. cas. 24. nu. 5. Muscatell. in prax. lib. 1. p. 2. glos. competenses, nu. 6. Gallupp. in prax. p. 2. cap. 6. nu. 61. Pisan. ad Gaet. super ritib. R. Cam. rubr. 1. num. 256. & rubr. 10. num. 23. Scialoya de for. compet. cap. 18. Reg. Sanfelic. decis. 73. num. 10. Reg. Capyc. Latro consult. 130. n. 34. lib. 2. Anell. de Amat. cons. 31. nu. 2.* Siue in ciuilibus, ſiue in
3 capitalibus cauſis, quamuis ſit ab Excell. Pro-Rege cauſa delegata, vt ex *Carauit. in hoc rit. nu. 5. Danz. de pugn. DD. tom. 2. tit. de immunit. Neapolit. cap. 2. num. 11.* & an, ac quando Princeps cauſam committendo videatur delegare, vel iuriſdictionem excitare? quibuſque clauſulis delegatio inducatur? perbellè examinat *D. Conſil. Ioſeph de Roſa conſult. 48. ex nu. 12.* & tetigi in *rit. 287. nu. 24. cum ſeq. hoc 4. tom.* Tàm
4 ſi conueniãtur Regnicolæ, quàm extrà Regnum habitantes, *Præs. de Franch. cit. dec. 416.* qui dictione *omnes* vtitur, qua nil excluditur, *cap. ſolita, de maiorit. & obed. & verb. quoſcumq;* ac decreuit S. C. teſte *Thor. p. 3. compend. deciſ. verb. Remiſſio petita per conuentum ad ſoluendum paragium*, etiam ſi fuerint authores laudati, *Ann. ſingul. 45. in fin. Donad. de renunciat. lib. 1. cap. 29. n. 16. in fin. & lib. 2. cap. 15. num. 24.* memor *Aui mei ad Gramm. deciſ. 21. nu. 6.* qui idem dixerat ad *Capyc. deciſ. 59. num. 1. in fin. Muſcatell. in prax. part. 3. lib. 1. gloſ. nominet, Montan. contron. 84. num. 7. Hodiern. ad Surd. deciſ. 110. num. 15. Thor. par. 1. compend. verb. Neapolitani, Scialoya de for. compet. cit. cap. 18. ex num. 3.* Quo quidèm priuilegio gaudet negotiorum geſtor Neapolitani pro ſua negotiatione, *Ann. ſingul. 401. Capibl. de Baron. prag. 8. p. 2. nu. 132. & tom. 2. cap. 53. nu. 25. Ricc. deciſ. 69. nu. 8. p. 1. Nouar. ſup. prag. 2. n. 6. de immun. Neapolit.*

Mulier inſupèr extera Neapolitano
5 nupta, quòd huius *Ritus* gaudeat priuilegio, *Carau.* ſcripſit *hoc in Rit. n. 25.* qui adhærent *Carleual. cit. loc. ſect. 2. nu. 560. Nouar. add. tract. ſect. 4. quæſt. 62. nu. 8. Scialoya de foro compet. cap. 18. nu. 14.* conferunt tradita à *Caracciol. de for. priuil. remiſs. quæſt. 14. nu. 1. Sperell. deciſ. 157. Donad. de renunc. lib. 1. cap. 24. ex nu. 50.* Vxor etenim forum Viri ſequitur, *l. quædam puella, ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. ea quæ la 2. ff. ad municip. l. fin. §. item reſcripſerunt, ff. eod. l. mulieris, & l. vlt. C. de incol. lib. 10. l. 1. C. de dignit. eod. lib. l. vnic. C. de mulier, & in quo loc. mun. lib. 10. Bart. in cit. §. item reſcripſerunt, num. 4. & 5. Præs. de Franch. deciſ. 363. num. 1. & deciſ. 416. Rouit. deciſ. 76. ex nu. 3. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effec. 1. nu. 178. Theſaur. deciſ. 123. Oſſuad. lib. 17. cap. 12. lit. H. Montalegre lib. 1. prax. cap. 9. num. 291. Mier. p. 1. quæſt. 51. num. 323. Azeued. lib. 9. tit. 11. nu. 4. lib. 2. recopil. Præſul Ricc. collect. 251. & 269. p. 2. Capibl. de Baron. prag. 8. par. 1. num. 247. Conſil. Staiban. in obſerv. ad reſol. 92. ex num. 58. cent. 1.* notans, eſſe verè Ciuem loci, in quo Ciuis eſt Maritus, & comprehendi ſub Statuto loquente de Ciue, ex *Gratian.* poſt alios, *diſcep. forenſ. cap. 623. num. 11. Nouar. de elect. for. p. 1. quæſt. 63. num. 8. & 78.* dicens, ligari cõſuetudinibus huius Ciuitatis, prout obſtringuntur cæteræ Mulieres in ea natæ, quod confirmat *R. de Marin. lib. 2. quotid. cap. 56. nu. 13.* Oppugnat verò *Reg. Galeota lib. 2. contron. 30. ex nu. 43.* memor, non ſine ratione Sacrum Conſilium inſequi noluiſſe *Theſaur. deciſ. 123.* apùd *Præſidem de Franch. deciſ. 546.* quod noſtri Senatus ſcitum adeò veneratus fuit *Theſaur.* filius *lib.*

Digitized by Google

2. qq. *forens. cap.* 6. vt lectorem ad memoratum *Præsid.* releget, & satis ad hanc quæstionem in genere conferunt adducta à *Paride de reintegr. feud. cap. quæro Dominus, & Menoch. de præsump. lib.* 6. *nu.* 1. *præsump.* 42. suadetquè *Euripides: Mulier*, inquiens, *egressa paternis ædibus, non ampliùs est parentum, sed coniugis; Masculum verò genus perpetuò manet in ædibus Deorum paternorum, & sepulchrorum limites honorat*, vt refert *Philipp. Matth.* 3. *Marpug. cõs.* 25. *n.* 3. *in fin. & Philipp. Knipschist. de fideicomm. famil. Nobil. cap.* 1. *n.* 184.

6 Quod non solùm de ordinario foro, sed de concesso Viris ratione personæ, officij, vel artis, intelligunt Iura in *l.* 1. *C. de uxor. milit.* & ibi *Bald. l. cos, & l. penult.* vbi *Gl. C. de Fabricens. lib.* 11. ac in *l. nè ad diuersa, C. de silentiar. lib.* 11. quorum Iurium duo dumtaxàt memorat R. *Reuert. decis.* 7. *nu.* 6. & illud in *cit. l. eos*, extollit *Marian. Soccin. de for. compet. num.* 66. Comprehensionis vi, non extensionis, vt declarant *Reg. Galeot. add. loc.* post *Sard. dec.* 330. & iterùm *contron.* 55. *num.* 20. R. *Tap. in l. ultim. C. de Constit. Princip. cap.* 3. *num.* 6. *Paschal. de patr. potest. p.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. *Præs. Merlin. controu.* 94. *nu.* 2. *cent.* 1. *Fab. defin.* 3. *C. vbi Senat. Danz. de pugn. DD. tom.* 2. *tit. de elect. for. cap.* 5. *n.* 17. R. *de Marin. lib.* 1. *resol.* 23. *n.* 6. *Tiraq. de Nobilit. cap.* 18. *& ad LL. connubial. glos.* 2. *nu.* 14. *Barbos. in l. quia tale, nu.* 23. *ff. solut. matrim.* Quicquid velint *Gratian. discep. forens. cap.* 623. *n.* 7. ac *Pereya de instr. edit. tit.* 2. *resol.* 6. *special.* 6. *num.* 49. reprobans *Gutell. ad l. Sicil. contr.* 9. *nu.* 6. exquirentem, quòd Vxor exerceat artem Viri, & *Merend. lib.* 19. *controu. cap.* 39. sustinentè contra Vxorem, prætextu, quòd priuilegium sit personale. De Vxoribus Clericorum coniugatorum loquuntur *Capyc. decis.* 161. *Milan. decis.* 10. *nu.* 9. *lib.* 1. *de Grass. cit. effect.* 1. *num.* 135. *&* 182. *ac effect.* 3. *num.* 187. *Auendan. de exeq. mandat. cap.* 22. R. *de Marinis lib.* 1. *cap.* 350. *Gizz. ad Capyc. Latrò decis.* 198. *num.* 11. *lib.* 2. & *Ipse in rit.* 66. *num.* 19. *lib.* 1. Officialium Regiæ Cameræ, Galeot. *in respons. fiscal, l. in calc. nu.* 111. de Vxore Doctoris *Barbos. cit. loco nu.* 33. *Boer. decis.* 260. & aliorum Officialium, *Gizz. ad Capyc. Latro decis.* 181. *ex nu.* 9. *lib.* 2. Famulorum Sanctæ Inquisitionis, *de Grass. d. effect.* 1. *nu.* 186. & Locatorum Regiæ Dohanæ Apuliæ, scribit *Danz. cit. loc. Thor. in C. alleg.* 49. *n.* 27. Nautarum, *Luca ad Frãch decis.* 363. *num.* 2. sermonem habens de priuilegio, ratione artis Patris, & Domini, quòd filio, & seruo competat, quamuis isti non sint in matricula descripti, sed tantùm Pater, & Dominus, ex *lo: de Platea in l. in filijs, num.* 4. *C. de Decur. lib.* 10. & decisum refert *Reg. Sanfelic. decis.* 21. *lib.* 1.

Vel in bonis extradotalibus, licèt 7 contrarium autumauerint aliqui in cõsessu doctissimorum Virorum, quorum sermo fuit contrà expressa adducta Iura generalitèr, nulla adhibita distinctione, loquentia, quæ dum non distinguunt, nobis distinguendi facultatem occludunt, *l. de pretio, ff. de publican. l.* 2. & ibi *Bart. ff. de offic. Præsid. Gl. in l. prospexit, ff. qui, & à quib. l.* 3. *§. si liber homo, ff. de condit. ob caus. l. adigere, §. quamuis ff. de iur. patron. Bart.* & cæteri *in l.* 1. *§. idem, ff. de iur. & fact. ignor. de Marsil. cons.* 53. *n.* 28. *cons.* 71. *num.* 12. *& cons.* 136. *num.* 35. *vol.* 2. & concinunt *tex. in l. seruum, vers. non dixit Prætor, ff. de acquir. hared. l. liberto §. largiùs, de ann. legat. Soccin. regul.* 12. Et regulę in beneficium vxoris adhę- 8 rendum, fretiq; limitatione aduersùs regulam, illam deducere obstringebantur, vt fides adhiberetur, *Roman. & Salyc. in l. quodsi, ff. si cert. pet. at. Curt. cons.* 11. *vers. vltimò faciant, & cõs.* 73. *in princ.* quandoquidem erubescere debemus, dum sine lege, aùt DD. authoritate loquimur, *Tusc. pract. concl. lit. E. concl.* 331. etenim huiusmodi priuilegium cum sit in persona vxoris, quam principalitèr respicit, & non in bonis, omnes res indiscriminatim debent comprehendi: vt in simili materia fori, respectu Clericorum, & omnium eorum bonorum, indicauit *Speculat. in sua pract. tit. de foro compet. §.*

1. *in addit. vers.* 27. *num.* 27.

Bona quippè veniunt necessariò ac-
9 cessoria ad personam, & proindè cuncta sunt exempta à iurisdictione, à qua persona eximitur, vt in Clerico arguit *Grass. cit. effect.* 1. *num.* 13. *&* 14. Quin frustratoria foret harum legum dispositio (à quo Iura tantoperè abhorrent, ad *text. in l. quod Labeo ff. ad Carbon. Bal. in l. voluntas, C. de fideicom. Specul. de Aduocat.* §. 6. *vers. porrò, de iuram. calumn. Tusc. pract. concl. lit.* L. *concl.* 520) si coarctaretur tantummodò in
10 bonis dotalibus, quorum Vir Dominus est, ac possessor, constante matrimonio, *l. doce ancillam, C. de rei vendic. l. in rebus, C. de iur. dot. l. quinque legibus, ff. de bon. damnat.* contrà quem, & non contrà vxorem, iudicium concipitur, *Iul. Capon. in tract. de dote, quæst.* 5. *ex nu.* 19. & hanc opinionem sectatur *Thor.* bis determinatum notans *in compend. dec. tom.* 3. *p.* 2. *verb. Mulier nupta.*

Etiam si ex contractu paterno con-
11 ueniatur, *Fab. in C. lib.* 2. *tit.* 2. *de in ius vocãd. definit.* 5. ex *l.* 3. *&* 4. *l. adsumptio* 6. §. *filius Ciuitatem, ff. ad municip.* quod coarctatur, si lis ante matrimonium fuerit cœpta in alio Tribunali, cum Vxore, *Koquier de iurisdict. in exempt.* 1. *quæst.* 29. *num.* 6. *Escobar. cap.* 36. *n.* 6. *Pereyr. cit. loc. nu.* 357. vel cum defuncto, *l. si is, qui Romæ,* 34. *ff. de iudic.* ex regula *l. si quis* 7. *& l. vbi testatum* 30. *eod. tit.* & conferunt tradita à *Fabr. definit.* 4. *&* 5. *de iudic.* Hinc potissimùm est, quòd Prorex, cui est interdicta potestas assensum præstandi alienationibus feudorum possessorum per ex-
12 teros Regni, ex *prag.* 17. *sub tit. de feud.* poterit assentiri Mulieri exteræ Ciui Neapolitano nuptæ, feuda in Regno possidenti, *R. de Marinis lib.* 1. *resol. cap.* 22. *ex num.* 3. quem insequitur *D. Altimare ad Ronit. decis.* 75. *ad num.* 10. & confert *consilium Menoch.* 667. Vxores enim maritorum gloria, & ipsæ elu-
13 cent, radijs coruscant, *l. fin. C. de nupt.* ac illorũ honore eriguntur, & genere nobilitantur, *Impp. Valent. Theodos. & Arcad. in l. mulieres* 3. *C. de dignit. l. fin. C. de incol. Fontanel. de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gl.* 3. *ex num.* 44. *Gabed. decis.* 98. *Milan. decis.* 10. *num.* 6. *Ciarlin. lib.* 2. *controu. iur. lib.* 2. *cap.* 119. *nu.* 32. *Cyriac. controu.* 273. *nu.* 40. *&* 41. *Carpan. ad statut. Mediol. cap.* 454. *num.* 5. *& cap.* 295. *num.* 47. *Gratian. tom.* 4. *discep. forens. cap.* 623. *Surd. decis.* 330. cui in illa thesi contradicere videtur *Thesaur. ad Patrem decis.* 123. Adeò quòd Liberi
14 Patre nobili, Matre verò ignobili orti, patris sequuntur conditionem, nobilesq; existunt, *Knipschist in tract. de ordin. Equestr. iurib. & priuileg. lib.* 1. *cap.* 9. Quod nõ rarò euenit, egregiam, ac maximè conspicuam Nobilitatem Venetam, magnum robur, & incrementum sibi adsciuisse, quòd ex moribus, & legibus connubialibus, egentes Patritij locupletes plebeiorum filias sibi despondere potuerint, testatur *Bodin. de Republ. lib.* 5. *cap.* 2. At in Regno Neapolis, in quo Patritiorum Nobilitas, qua vetustate, qua opibus, qua ingenua viuẽdi ratione, qua proauorum, domi, militiæque gestis, nulli totius Orbis Ordini non comparãda, præfulget: progenitum ex Matre Nobili, quamuis Patre plebeio, Nobilitatis insulis decorari, legem reliquit Carolus Andegauensium Rex Primus, vt in *Archiu. lib.* 1267. *fol.* 14. *& lib.* 1283. 11. *indi. F. fol.* 13. teste omnigenæ eruditionis Viro *Francisc. de Petris festiu. lect. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 40. *& cons.* 35. *nu.* 36. Idemq; vsui esse in Gallia, in Campaneæ Comitatu, refert *Cassan. in Catal. glor. Mund. p.* 8. *consid.* 8. neque dissentiunt exarata à *Neuizan. in sylu. nupt. verbo Non est nubendum, ex num.* 26. Licèt cæteroquin, quòd solidior, clarior, & illustrior sit Nobilitas, si ex parte quoque Matris Nobilitas præclara accedat, nemo dissentiat, *Natt. cons.* 638. *ex nu.* 18. *Decian. respons.* 19. *num.* 237. *vol.* 3. *Crauett. cons.* 982. *num.* 5. *p.* 6, *Nolden. de stat. Nobil. cap.* 11. *num.* 17. addens *n.* 19. Germaniæ consuetudinem, Nobilitatem probandi, *Bon. de Curtil. de Nobilit. p.* 4. *n.* 29. *Tiraq. add. cap.* 18. *num.* 26. *de Nobilit. Kinpschist cit. tract. de fideicom. famil. Nobil. cap.* 7. *num.* 53. Maximè hoc in Regno, in quo

15 in-

Digitized by Google

15 intemerata, semperq; augusta Nobilitas vera quamlibet, vel leuissimam notam excludit.

Imò Fœmina ipsa ignobilis Nobili
16 nubens fit Nobilis, ex *l. feminæ 8. ff. de Senator. cum concord.* post alios *Guid. Papa consil. 217. decis. 190. 349. & 359. Petr. Friz. de Nobilit. concl. 7. lit. G. Hoping. de iure insign. cap. 7. n. 345. Tiraq. add. tract. de Nobil. cap. 18. ex num. 1. Knipschist cit. tract. de fideicomm. famil. nobil. cap. 8. num. 174.* atque adeò na-
17 turalis nubens legitimo legitima efficitur, *Dec. in l. famina, num. 7. ff. de regul. iur. Sylua nupt. lib. 2. nu. 27. Cassan. ad consuet. Burgun. tit. de succes. des Bastard. rubr. 8. §. 3. nu. 13. Surd. mem. decis. 330. ex nn. 18.* & laudato *Marsilio singul. 501.* obseruat *Anus meus ad Capyc. decis. 76. nu. 2.* & de spuria loquentes, scripsere *Gramm. voto 40. num. 20.* nec non *Arnon. soliloq. 25. R. Capyc. Latro decis. 99. num. 29. & 30. lib. 1. Thes. p. 3. compend. decis. tom. 1. verb. Filia naturalis,* vnum *Arnonum* memoratum referens, quamuis ipse contrarium decisum testetur ex facti varietate, quòd non constiterit, filiam illam, de qua disceptatio habebatur, fuisse naturalem, sed spuriam, sicuti apùd *cit. decis. Reg. Capyc. Latro,* non fuerant probata requisita ad constituendum filiam naturalem. Notatque *Bald. in l. si quis naturalem, C. de natur. liber.* his verbis: *Nota, capacitatem Viri porrigi ad Vxorem, & eam fieri capacem per eum,* insequitur *Angel. in §. quantum verò, in fin. Auth. quib. mod. natur. filij effic. legit.*

Arma Viri defert, quod minimè si-
18 neretur, si ille Maiestatis, vel hæresis crimine damnatus sit: sicuti vidisse in quadam Comitissa, cuius maritus confugerat ad Turcas, meminit *Rebuff. in l. malum, §. viduam, pag. 1077. de verbor. signific.* etenim hoc nequissimo facinore conuicti post memoriam damnatam, ædificia solo adæquantur, & gentilitia insignia perpetuo ignominiæ studio tolluntur, ac deijciuntur, *l. eorum 24. ff. de pœn. Farinac. in pract. crim. p. 5. de crim. læsæ Maiest. quæst. 16. num. 6. Sixtin. 2. de regal. cap. 20. num. 48.* de quo plenè dixi *in rit. 274. tom. 3.*

Liquet hoc facillimè, quia per ma-
19 trimoniũ Mulier Viro copulatur, atq; vna efficitur cum ea caro, ita vt esse duos in carne vna, scripserit Gregorius Pontifex Venerio Celaritano Episcopo, *in cap. fraternitatis vestræ 1. 35. quæst. 10.* necnon Innocentius III. Meten: Episcopo, *in cap. debitum Pastoralis officij 5. de bigam. non ordin. cap. nec non, cap. hac imago 33. q. 5. cap. Agathosa 27. q. 2. l. 1. §. vir, ff. ad Syllan.* Hinc sanè est, quòd *Isidorus lib. 2. de offic. cap. 19. in can. famina dùm maritantur 730. quæst. 5.* post principium infert: *Item quòd nubentes post benedictionem, victa inuicem, quasi vno vinculo copulantur: videlicet ideò fit, nè compagem coniugalis vnitatis dirumpant.* Id quod perpendens *Diuus Paulus* in re maiori, *1. ad Corinth. 6.* clamat: *An nescitis? quoniam, qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur. Erunt enim duo in carne vna,* inferens: *Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est.* Quem locum *Ioannes à Gorgum,* ex *Estio,* & *Cornelio à Lapide,* sic illustrem, ad hanc thesim efficit, inquiens: *Vnum corpus per corporum vnionem, & commixtionem: Vt sicut Mercatores in societate vnas habent opes, quia communes; sic Fornicarij vnum habent corpus, quia vtriusq; corpus est vtriusque commune,* ait *Caietanus: & sic sunt duo in carne vna: idest duo sunt vna caro, quasi dicat: E' duobus fiet quasi vnus homo, non spiritualis, sed carnalis, & quasi totus caro.*

Hinc ad rem proinde traditum est,
20 quòd Vxor præsumitur conscia secretorum Viri, vt scribunt *Tiraquell. lib. 12. connub. glos. 1. par. 12. R. Galeot. lib. 2. controu. 60. num. 5.* & lepidè dicebat *Anus meus ad Gramm. decis. 34. nu. 20.* testimonium Viri, & Vxoris pro vnico haberi; atque *Anton. Faber Iurispr. Papin. tit. de nupt. princ. 3.* ex principio, consortium esse omnis vitæ, diuini, & humani iuris cõmunicationem, ad *text. in l. 1. ff. de rit. nupt.* vigintiquinq; eruit illationes, & in *illatione 5.* docet, ius transeundi per ædes esse personale, imò personalissimum; tamen si fuerit

vxo-

Digitized by Google

vxori relictum, competere, etiam viro. *Quia*, inquit, *non alia mariti, alia vxoris; sed una, eademq; persona vtriusque esse intelligitur, nec tantùm mera iuris fictione, vt de hærede dici solet; sed etiam re vera*, & in *illat.* 9. addit: *Nihil fieri contra rigorem, & proprietatem verborum, cum persona vxoris accipitur pro persona viri, aut contrà. Siquidem vtriusque persona vna, & eadem esse creditur*, infertq; *Vt ex duabus personis, & carnibus, velut vnam personam, carnemque vnam efficiat. Et quod futurum erat consequens, vnius carnis vna subindè voluntas esset: nam è contrario, dinortium à mentium dinersitate dictum fuisse*, Caius scribit *in l. 2. ff. de dinort.* quod optimè explicuit *Connan. lib. 8. comment. iur. ciuil. cap. 4. in princ.* his verbis: *Quemadmadum humida corpora tota in totis miscentur, & confunduntur. Ita coniuges, & animo, & corpore, & bonis, & amicis, consanguineisque omnibus quadam iuris, & amicitia temperatione commiscentur.*

An verò huiusmodi priuilegia, de-
21 functis maritis, extinguantur? In ancipiti versantur DD., absolutè enim affirmatiuam sustinet aleam *Barbos. in l. quia tale, ff. soluto matrim.* quam acritèr reprehendit *Escob. add. cap. 36. num. 2. & 21.* illam falsam præconizans, audactèrq; tuetur, viduam gaudere priuilegijs viro concessis, durante viduitate, etiam si iure speciali, & ratione ministerij personalis marito competerent, quod multis comprobant *Mier. de maior. 1. par. q. 51. ex n. 322. Didac. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. glos. 1. col. 7. vers. vxor*, latèque defendit, obiectis occurrens, P. *Pereyra add. tract. de iur. Accad. lib. 3. de priuil. quæst. 3. ex num. 359. Guid. Papa decis. 379.* sui Senatus adducens determinationem, vt Vidua
22 Doctorum, Consiliariorum, & Regentium in Parlamento Delphinatus contribuere non obstringatur taleis, neq; alijs Patriæ subsidijs, sicuti neque eius Vir in vita tenebatur, quam decisionem laudat *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, 3. part. vers. qui cum alia matrim. contrah. nu. 140. de testam.* memor quoque *Mansuer. de taleis, §. item Vxor Militis*, quos *Cons. Fab. de Anu.* adducit *cons. 108. lib. 2.* eamque approbasse videtur Supremum Collaterale Consilium, apùd *Reg. Rouit. decis. 76.* pro D. Lucretia Feltrio de Ruuere, vidua ex Marchione Vasti, dùm prætendebatur, ipsam, tanquàm exteram, esse inclusam sub Pragmatica anni 1622. qua sancitum fuit, vt forensis pro bonis in Regno possessis solueret quartam partem: nempè vigintiquinque pro centenario; & quamuis in primo decreto fuisset contra ipsam pronunciatum; tamen in reclamatione, suspenso decreto, fuit declaratum, ipsam vti Marchionis Vasti Regnicolæ viduam, non esse inclusam in memorata Pragmatica loquente de exteris, & forensibus, quamq; *Rouiti decis.* laudant *Reg. Galeota controu. 13. lib. 1. Thor. in supplem. compend. decis. verb. Mulier, Nouar. in obser. ad l. Mulieres, n. 2. C. de incol. lib. 10. Ricc. ad mem. dec. de Früch. 416. Donad. cit. tract. de renunciat. cap. 24. ex num. 61. lib. 1. Molfes. ad consuet. Neap. p. 2. tit. de bon. quæst. 12. num. 18. Nouar. de elect. for. lib. 1. quæst. 6. num. 7. Carol. Rota de priuil. mulier. cap. 1. nu. 44. 83. & 87. & cap. 2. n. 5. ac speciali 6. Capan. discept. for. cap. 90. n. 78. to. 2. &* ad rem latè *Henric. Nouennanus de priuileg. viduitat. memb. 3.* integra *sect. 6. pag. 102. de Marinis lib. 1. quotid. resol. cap. 22. nu. 5. & 6. & lib. 2. cap. 250.* qui audactèr sustinet, vxorem Militis, seù alterius personę, à muneribus patrimonialibus immunem, si vidua euaserit, gaudere priuilegio, etiam in collectis, alijsque vniuersalibus oneribus, *Reg. Moles tit. de immun. §. 7. quæst. 8.* notãs, matrem viduam viuentem in communi cum filijs frui immunitate concessa patribus onustis numero duodecim liberorum, etiam si filij partim essent ab ipsa procreati, & partim à viro ex prima vxore susceptis. Vidua enim di-
23 citur esse in primo matrimonio, *l. fin. C. de bon. matern.* Viri præmortui est imago, in qua viuere maritus censetur, *Bald. in l. voluntas, C. de fideicomm. Marsil. in l. vnic. C. de rapt. virg. num.*

215.

Digitized by Google

215. Fœlin. *in cap. super eo, col. de testib.* de Laurent. *decis. Anonion.* 145. *nu.* 13. Caball. *cons.* 125. *nu.* 10. Surd. *decis.* 65. *num.* 6. notans, ex hoc esse locum dispositioni *Auth. præterea, C. unde vir, & Vxor*, quam exornant *Gratian. discep. forens. cap.* 120. *Costa de remed. subsidiar. remed.* 2. *de Franch. decis.* 318. *nu.* 4. 410. *nu.* 2. *&* 489. *nu.* 2. *Præs. Merlin. cap.* 42. *tom.* 2. explicans *dec. Reg. Ronitii* 46. *Tiraquell. in tract. cessante causa, limit.* 4. *Surd. de aliment. tit.* 9. *quæst.* 35. *num.* 21. *Molin. de primog. Hispan. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 15. *Polyd. Ripa observ.* 384. *num.* 4. *Fontanel. de pact. nuptial. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 9. *nu.* 52. *Rot. Roman. in decis.* 173. apùd *Pacific.* impressa post *tract. de Salvian. interdic. lit. A. & B.* Dummodò lectum viduile seruauerit, & castè vixerit, *Paul.* 1. *ad Timoth.* 5. *Viduas honora, quæ verè vidua sunt*: nàm si impudicè, desinit esse de domicilio viri, *Pinell. in l. fin. num.* 4. *C. de bon. matern. Mari ad Gramm. decis.* 54. *nu.* 6. *& decis.* 107. *num.* 8. *Imbrian. in tract. de primo, & secundo benefic. ex nu.* 87. *de Franch. decis.* 233. *num.* 2. Qua maximè ratione
24 mater tutelam filiorum èx primo matrimonio reassumere non potest, mortuo secundo viro, quia dùm est vidua, videtur esse in secundo matrimonio, *Surd.* notabilitèr *decis.* 206. *num.* 2. ex *l. fin. C. de bon. matern.* vbi *Pinel. num.* 4. adducit *Bar. Alber. Cast. Alex. Ias. & Tiraquel.* necnon *Menoch. cons.* 278. *nu.* 20. & confirmant *Mynsing. observ.* 83. *cent.* 3. *Peguer. decis.* 166. *Fab. in C. lib.* 5. *tit.* 2. *quand. mul. tutel. offic. fung. poss. defin.* 2. *Guttier. de tutel. cap.* 9. *p.* 1. *Montan. de iur. tutel. cap.* 15. & alij apùd *Consil. Hodiern. ad cit. Surd. decis.* 106. limitationes regulæ subnectens, & videndus ad materiam mulieris viduæ *Capon. discept. forens.* 194. *&* 195. *to.* 3.

Sequitur Virum, vel quò ad tumu-
25 lum, in quo est humanda, & in vltimi, si plures habuit, *Glos. in cap. vnaquaq;* 13. *q.* 4. *Alex. in l. penul. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Guid. Papa decis.* 349. *sub nu.* 2. *Capyc.* & ibi *Anus meus, decis.* 84. *Ricc. in prax. var. resol.* 46. *sub nu.* 4. *Barbos. de Parocho, cap.* 26. *num.* 29. *D. Iacob. Pignatelli consultat.* 17. *nu.* 13. *&* 19. *Rummus ad Affl. de iur. prothomis. in rubr. ad vers. item ratione sanguinis, num.* 3. *Io: Dilect. de art. testand. caut.* 4.

Quapropter incomparabilis Muni-
26 ficentissimi Regis nostri liberalitas solet elargiri Vxoribus Magistratuum defunctorum partem pensionis, quæ Viris in vita præstabatur, quæ practica à Iure communi ortum ducit in *l.* 1. *C. de filijs Official. lib.* 12. sicuti Mulieribus Imperialibus, ex Theodosij instituto, ab AErario Fisci mensæ dabantur Regales, *Carol. Sigon. de Imper. occident. lib.* 10.

Ex quo fuit mihi quandoque quæ-
27 situm, an Vxor cuiusdam Officialis prædefuncti, quæ iàm pridem, vix iustis Viro persolutis, secundo nupserat, posset multos post annos petere pensionem pro annis præteritis, quasi læsa, & iniuria affecta non consequendo, quod alijs conceditur, *l.* 1. *§. permittitur, ff. de aqu. quotid. æstiu.* Quæ consultatio prorsùs insulsa mihi visa fuit, tùm quia pars stipendij donatur in solatium amissi viri, *Io: de Plat. in add. l.* 1. *C. de fil. Official. lib.* 12. atque adeò non competit actio, quæ præteritis prospiciat, *Ann. cons.* 93. *num.* 10. tùm quia præsertim in hoc casu attentari posset, hoc priuilegiũ Viduis tantùm competere, non autem conuolantibus ad secunda vota, *Ann. cit. cons.* 108. *lib.* 1. *D. R. Constant. in C. de fil. Offic. lib.* 12. *à nu.* 4. subiungens, vt quando in Vxores hæ deriuãtur largitiones, semper clausula apponi soleat: *Donec lectum viduile seruarent*, ex dictis per *Io: Garon. de secund. nupt. nu.* 4. *inter tract. tom.* 9. *pag.* 118. *Thom. Act. de ludo scacc. quæst.* 5. *princ. num.* 79.

Ipse verò sustinui nõ semel, Viduam
28 ex Neapolitano Viro, qui ab oneribus pro suis, & suæ Vxoris bonis, alibi sitis, immunis erat, non frui eodem priuilegio pro suis bonis; aliorum insequutus opinionem: viduam nempè minimè gaudere priuilegio reali, quod datur rebus intuitu personæ mariti, ex regula, de qua *Cyn. in l.* 2. *C. de Episcop. & Cler. num.* 3. quòd quoties alicui

Digitized by Google

cui personæ competit priuilegium ratione alterius personæ, tamdiù habeat illud, quandiù illa persona viuit; quam regulam probat, ex *tex. in l. si tibi*, §. *pactum*, *de pact.* & *l. fin. C. de iniur.* sequiturq; *Cyno* relato, *Bald. ibidem nu.* 7. atque ambo illam tradunt super decisione quæstionis, an Vidua ex Viro Clerico gaudere debeat vectigalium, & aliorum onerum immunitate, quibus gaudebat eius Vir Clericus? iuxtà *tex. in cit. l.* 2. *C. de Episcop.* & *Cleric.* quem *textum*, dicunt, loqui in Clericis orientalibus, quibus matrimoniū contrahere non est interdictum. Tandèm præfati isti Iuris doctissimi Interpretes resoluunt non gaudere, & est decisio, quam retulisse ante eos *Glos. in eod. tex.* refert ibidem *Cyn.* adducens, quia cessante causa, cessat effectus, *l. generaliter*, *eod. tit.* & *Bald.* aduertit, huiusmodi decisionem elici ex litera *text.* subnectens, quòd fundamentum istius priuilegij, vel istorum priuilegiorum, de quibus in dicto *text.* consistit in Clerico, quo viuente, ad vxorem extendebantur; destructo propterea fundamento ex Clerici morte, ruit quæ ad eius vxorem viduam extensio indè fieri debebat.

Quam *Bald.* theoricam, *Cyno* haùd
30 adducto, laudat *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 10. §. 1. *n.* 30. & innixus memoratæ regulæ, aliud exemplum adducit: nempè de priuilegio Famulis Scholarium, vt tandiù gaudeant, quandiù in eorum famulatu existunt, quia non sui causa, sed Dominorum fauore priuilegium habent, ex *Iaſ. in l. cum aliquis*, *C. de iur. delib.* multaq; obseruat *Tiraq. cess. caus. num.* 107. & esse generale inquit ex *text. in l. in omnibus*, *ff. de regul. iur.* his verbis: *In omnibus causis id seruatur, vt vbi persona conditio locum facit beneficio, ibi ea deficiente, beneficium quoque deficiat*, qui etsi sub *num.* 18. tradat, vxores, etiam mortuo viro, in viduitate existentes maritorum priuilegijs gaudere; tamen in *fine* istius *num.* adducit *Alex. in cons.* 207. *lib.* 6. *col.* 2. *vers. Quintò quia dato*, & *col.* 5. *vers. Non obstat quintò*, & se ipsum dixisse in *tract. de Nobilit. cap.* 18. *num.* 8. vbi *Alex.* theoricam refert, atq; sectatur in calce illius numeri; quibus in locis. *Alex. sub num.* 9. *cit. vers. Quintò quia dato*, *Ludouic. Roman.* laudat *in l.* 1. *C. vnd. vir.* & *vx.* quòd licèt mulier, quæ est vidua, cēseatur esse in priori matrimonio; tamen quando lex de vxore sermonem habet, de ea intelligi debet, quæ verè, durante viri vita, est in matrimonio, non de ea, quæ in matrimonio fingitur esse. In *vers.* verò, *Non obstat quintò*, *supra nu.* 22. occurrendo quinto argumento, quo arguebatur in thesi sua, quòd licèt non posset dici, esse verè in matrimonio, sed fictè: tamen in Statuto casus verus extenditur ad casum fictum, quando eadem est ratio, ac Iuribus, & DD. ex aduerso adductis, sub *nu.* 4. respondet ipse, quòd hæc theorica procedere potest, quando Statutum disponit de casu, qui est præter, vel secundùm Ius Commune, tunc enim fit extensio de casu vero, ad casum fictum; nō verò si Iuri aduersatur Communi. Præterea idem *Tiraquell.* magis in specie sub eodem *nu.* à *vers. Sic dato*, subsequitur inquiens: *Et sic dato, quòd in casu nostro Iura Communia quandoque velint priuilegiare viduam in retentione domicilij, & dignitatis maritalis, & similibus casibus, sicut erat priuilegiata constante matrimonio; tamen quòad ea, qua sunt inducta ex priuilegio Statuti contra Ius Commune, non gaudebit Mulier vidua priuilegio concesso à Statuto Mulieribus sistentibus in matrimonio*, & prosequendo theorematis explicationem, vsq; ad finem *cōsilij*, acerrimè sustinet, Viduam haud contineri sub priuilegio Statuti disponentis contrà Ius Commune, & propterea in illo casu, in qua hæsitatio fuit, an causa inter Viduam, cum affinibus Viri, deberet compromitti, prout compromitteretur, viuente Viro, vi Statuti? resoluit, non esse compromisso locum.

Cum igitùr nostra in thesi priuile-
31 gium Neapolitanis concessum, vt nō cogātur sufferre onera pro suis rebus,

pro-

Digitized by Google

prout alij sustinent Ciues, in loco, vbi ea sita sunt, aduersetur Iuri Communi, quo statuitur, vt Vir pro rebus dotalibus onera publica subire debeat, *l. neque stipendium. ff. de imp. in reb. dotal. Paul. de Castro cons. 329. num. 1. lib. 1.* hoc aduertens notari in *C. de mul. & in quo loc. lib. 10. & l. si pendentes, §. si quid Cloacarij, ff. de vsufruct. Antib. de muner. 3. par. prin. de excus. muner. n. 26.* Vidua hoc priuilegio frui non valet.

Ac ita idem *Alex. cit. n. 22. vers. & sic* 32 *dato*, intelligit axioma illud, Viduas gaudere Viri priuilegijs, in hijs scilicèt casibus, qui de Iure Communi sunt Viris elargiti, & *Paul. de Castro cit. cõs. 329. nu. 3.* dicit, illud esse verum, his verbis: *Quantum ad forum, & quantum ad dignitatem, & alia suam personam concernentia; non autem quantum ad concernentia patrimonialia, quia hoc nõ reperitur.* Quod inconcussè fatetur *Reg. de Ponte add. loc. n. 33.* hisce verbis: *Et quod dicitur, quòd durante viduitate vxor gaudet viri priuilegijs, procedit in priuilegijs honorarijs, & vt dicatur de foro viri, & similibus, &c.*

Huiuscè opinionis propugnator extitit *AEgid. Thomati de collect.* inter *tract diuers. to. 12. cap. Medici verò, nu. 15. pag. mihi* 145. perperàm, salua pace, à *D R. de Marinis* adductus pro aduersa sentẽtia, *in cit. cap. 250. n. 5. lib. 2.* siquidem *AEgidius* quæstionem excitans de Vidua Senatoris relicta, an sit immunis, defuncto Viro? dispunctis vtriusque partis rationibus, concludit pro negatiua opinione, vt à *vers. Mihi tamen videtur*, & liberis habenis satisfacit adductæ *decis. 379. Guid. Pap.* omnia enim Iura ab ipso *Guid.* adducta sermocinantur de priuilegijs, atq; prærogatiuis, quæ honorem, dignitatem, forum, & domicilium respiciunt, vt in *l. cum te, C. de nupt. l. famina, de Senat. l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. & l. fin. C. de incol. lib. 10.* de quibus memoreſt *Guid. Papa cit. loco*, nec non alia Iura ab ipso *Guid.* non adducta *in l. filij, §. vidua, ad municip. cap. 3. §. 1. de sepult. in 6.* licèt, fori priuilegium datum Senatoribus, ad eorum Viduas, & liberos non transmitti, notet *Fab. defin. 3. C. vbi Senat. vel Clariss.* ratione peculiari ab ipso adducta. Hisque concinit, & non obstat scitum Collateralis Consilij, apùd *Rouit. cit. decis. 76.* siquidem ibi agebatur articulus, an Vidua origine extera potiri valeret eadem ciuilitate Viri, qua, durante matrimonio, fruebatur? de quo loquitur *Gratian. discept. forens. cap. 76. ex nu. 3.* & in ea verbum nullum de muneribus patrimonialibus, de quorum exemptione ex Viri præmortui persona leges non reperiri, scripsit *Paul. de Castro in cit. cons. 329. num. 3.* quem Doctorem aureum appellat *Cott. in mem. Iuris perit. pag. 392.* ac recenset *Card. Tusc. in conclus. iur. verb. Vidua, conclus. 204.* & *verb. Vxor, conclus. 387.* & *Additio* ad eumdem *Castrens.* laudat *Soccin. conclus. 81. lib. 3.* sed de ijs, quæ ex Viris acquisita à Viduis retineri, memorata Iura docent, quæ nil commune habẽt cum fruitione priuilegiorum respectu munerum, vt obseruat *Thomati cit. loc.* qui multa cumulat pro illis inter se discriminandis, *AEgidium* insequitur *Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. q. 90.* quos laudat *Consil. Pasthal. de patr. potest. p. 3. cap. 10. num. 64. Auus meus ad Gramm. decis. 10. nu. 3.* & confirmant bina Arresta Regiæ Cameræ Summariæ, inter collecta à *D. Regente de Marinis tom. 2. decis. Reg. Reuerter.* nempè *Arrest. 525. & 658.*

Mulier verò Neapolitana extero 33 nupta, quæ in Viri Patriam commeauit, quòd non gaudeat huius *Ritus* prærogatiua, tùm *Præs. de Franch. decis. 416.* tùm *Reg. Rouit. in prag. 1. n. 5. de cession. bonor.* defendunt ex *Peregr. cons. 55. nu. 13. vol. 1. Guid. Papa decis. 349. Gratian. discept. forens. 886. Capiblanc. de Baron. prag. 8. p. 2. nu. 192. lo: de Amic. cons. 20. ex num. 2.*

Quidquid contradicant exarata à *Tiraquell. ad LL. Connubialis gloss. 1. p. 1. num. 30. Thesaur. decis. 123. num. 14.* & *Ant. Merend. lib. 6. cõtrou. cap. 30.* quos laudat *de Luca in obsern. ad mem. de Franch. dec. 416.* Magni enim interest, si Vxor Neapolitana ad Viri Patriam

Digitized by Google

migret, an vir exterus ad Neapolitanæ vxoris ædes se recipiat.

Colligitur etiam, quia priuilegium
34 Nobilitatis Vxori elargitum non extenditur ad Virum, qui Nobilitatis nihil acquirit ex illa Vxoris, vt constat ex *text. in l. vlt. C. de nupt. in l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. Tiraq. add. cap. 18. de nobil. num. 15. P. Merolli. tom. 3. disput. 6. de priuil. cap. 3. dub. 7. num. 206.* Imò Nobilis ignobili nupta efficitur ignobilis, post *Tiraquell. & Merolli. cit. in loc. Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 181. num. 33. Barbat. in cap. ex parte, in princ. de for. compet.* tradens exemplum de nupta nobili, quæ si postea nubat plebeio, nobilitatem amittit: perdit enim primi viri priuilegia, & acquirit illa secundi, eiusq; domicilium, *Bart. in l. quoties, C. de priuil. scholar. lib. 12. & in l. fin. §. idem rescripserunt. ff. ad municip. Tusc. in conclus. iur. verbo Vxor, concl. 387.* dummodò non sit in præiudicialibus honoris Vxoris, & præterea non posset torqueri, *Gizz. cit. loco*, & è contra, Vidua ignobilis, si nubat secundo viro nobili, amissam recuperat nobilitatem, *Papon. lib. 5. Arrestor. tit. 11. arrest. 27. Amend. ad Franch. dec. 416. n. 7.* & multa notat *Luc. de Penn. in l. vnic. C. de Mulier.*

Vt propterea, quamuis ad lucran-
35 dam dotem attendatur Viri domicilium, eiusq; Statuta, *DD. in l. exigere dotem, ff. de iudic. Bart. in l. cunctos populos, C. de summ Trin. & Fid. Cathol. Dec. cõs. 19. Affl. dec. 226.* tamen quãdo Vxor ad suas ædes Virum ducit, inspicitur Vxoris domicilium, *Bald. in l. fin. C. vtsi à comp. lud.* Quod intelligas, vt per *Cremens. & add. sing. 67.* dummodò appareat animus perpetuæ habitationis; insequitur *Arnon. epitom. 28. Cotta memor. des repetitur, in fin.* quos *Auus meus* refert *ad Capyc. decis. 135. vers. fin. & decis. 176. nu. 1.* & declarat *Consil. Staiban. in obseru. ad resol. 92. num. 61. cent. 2.*

Hinc Iudex dùm essem M. C. indi-
36 caui, quòd etsi bona mobilia domi reperta Viri præsumantur, *Bald. in l. ob maritorum, num. 3. vers. Reuoco in dubium, C. de vxor pro marit.* si Maritus tamen se receperit ad Vxoris lares, præsumuntur Vxoris, ex *Bald.* doctrina *in cap. iuranit, de probat. & in cap. ex parte, de consuet. Auo meo ad cit. Capyc. decis. 135. in fin. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 123. num. 24. Fontanel. de pact. nupt. claus. 6. glos. 1. p. 3. num. 39. tom. 2. pag. mihi 275.* decisum per illum Senatum subnectens aduersùs Viri Creditores. Singulare tamen *Ruin.* aduertit *cons. 58. nn. 4.* necnon *Passett. cons. 163. nu. 13.* quod ad effectum, vt mulier fruatur Statuti priuilegijs, sub quibus Vir eius cõprehenditur, tãquàm ciuis loci statuentis, nõ est opus, quòd sit ad viri tectum traducta, cum sat sit, quòd, marito volente, sit parata ad accessum, & perpendunt illam eundi potentiã.

Illud præterea priuilegiũ pijssimũ,
37 atq; ex Imperiali lenitate procedens, quod pupillis, viduis, diuturnoque morbo fatigatis, seù alitèr fortunæ iniurijs afflictis conceditur, nè inuiti trahantur ad Iudicem, quem ipsi non elegerint, de quo in *l. vnic. C. quand. Imp. int. pupill. vel vid.* quamuis, pietate suadente, maximè omnium fauorabile sit, adeò vt ex quocunque priuilegio alteri sub quibusuis clausulis concesso, nunquam illi derogatum censeatur, ni specialis, eaque expressa derogatio interuenerit, vt communitèr sentiunt *DD. in add. l. vnica*, & ostendit *Præs. de Franch. decis. 192. nu. 3.* necnon *Reg. Capyc. Latro decis. 68. ex num. 7. lib. 1. Scialoy. de foro compet. cap. 15. ex num. 102.* Attamen nullas vires obtinet, quotiescumque cum Neapolitanis quæstio sit: nàm eos, etiam contra miserabiles, suo ampliissimo priuilegio potiri, non ambigitur, vt obseruant *Carau. in hoc. rit. ex nu. 5. Tartagl. in prax. M. C. causar. ciuil. cap. 2. nu. 23. Visconti ad Franch. decis. 416. Marcell. Calà de mod. artic. §. 1. glos. 1. num. 93. Auus meus ad Capyc. decis. 59. Nonar. in pragm. 1. de immun. Neap. & cit. prax. elect. forens. tom. 1. sect. 4. quæst. 62. Consil. Carleual add. sect. 8. nn. 678. Capibl. de Baron. cap. 53. nu. 25. tom. 2. Scialoy. de foro competent. cap. 18. num. 7. Consil.*

Rocc.

Digitized by Google

Rocc. lib. 2. resp. 79. nu. 13. Præs. de Amat. cons. 31. num. 2.

Eadem ratione, quamuis Capuani
38 Ciues non absimili fruantur prærogatiua, nè extra proprios fines iudicium vllum suscipere coganturi; eos tamen indistinctè trahi constat, quotiescumque à Neapolitanis ad iudicium vocantur, vt decisum refert *Vrsill. ad Affl. dec. 133. n. 8. Carleual. cit. disp. 2. n. 677. Nouar. in pragm. 1. collect. 3. n. 8. de immun. Neapolit.* Idemq; in Cosentinis, qui pari, ac Capuani, priuilegio fruuntur, nè illud aduersùs Neapolitanos obijcere possint, scripsit *Thor. p. 1. compend. decision. verbo Neapolitani Ciues.*

Quinimò, etsi in hijs, quæ ad mer-
39 cium rationem spectant, peculiare sit, vt non nisi coràm suo Iudice possint Mercatores conueniri, & ad illum alios trahant, vt obseruat *Soccin. verbo Actor, regul. 10. limit. 7.* ex *Paul. de Castro in l. fin. col. 1. ff. de iurisdic. omn. Iudic.* Quod in hoc Regno pluribus priuilegijs Venetis, & Raguseis Mercatoribus concessum est. Adhùc tamen cessare illorum priuilegia, si cum Neapolitanis concurrant, pluries S. R. C. decreuit, teste *Thor. 2. part. Cõpend. verbo, Remissio causæ*, qui ibidem discriminis rationem ostendit, cùr non idem seruetur contrà eos, qui laneæ, aùt fericæ artis priuilegijs potiuntur: nempè quia, cum ij, siue originis, siue incolatus, iure eodem, quo, & cæteri Neapolitani priuilegio fruuntur, iniquum esset, ius ipsorum fauore introductum cõtra eorumdem cõmodum exercere.

Isthac immunitate Neapolitani an
40 etiam aduersùs Regię Dohanę Locatos fruantur? acerrima est inter Nostrates dissentio (Cuius quidẽ Dohanę Menepecudum, celebris fama est, vtilitas maxima, vtpotè quæ Reges, Catholicum, & Christianissimum, diuisione vnitos, vnione diuiserit; nostrisq; temporibus eiusdẽ Dohanæ machina incrementum suscepit ex solertissima Regiæ Cameræ diligẽtia (in ea enim semper alter illius Tribunalis Præses residet) adeò, vt inter non minimos Regiæ Curiæ introitus cõnumeretur,

Quod non est mirum, si vetera secula animaduertamus, quãdo pecus ab eo, quòd perpascat, denominatum fuit, à quo pecunia dicebãtur vniuersa, quòd in pecore tunc omnis pecunia cõsisteb at, *Varro lib. 4. de lingu. latin.* etenim pecuniæ appellatione rem significari, *Proculus* ait, *l. pecuniæ appellatione 4. ff. de verb. signif.* & pecuniæ verbum nõ solùm numeratam pecuniam cõplectitur; verùm omnem omnimò pecuniam, hoc est omnia corpora: nam corpora quoq; pecuniæ appellatione contineri, nemo est, qui ignoret, *l. pecunia verbũ* 178. *ff. eod.* Demùm pecuniæ nomine non solùm numerata pecunia, sed omnes res, tàm soli, quàm mobiles, & tàm corpora, quàm Iura continentur, *l. pecunia nomine, 223. ff. eod.* Dohanę igitùr Menepecudum pecunia, vt par est, in pecore consistit, *Blond. lib. 8. Roman. triumph. super pecuaria agricultura*, innuit, originem Menepecudum, & ante *lib. 5. sub vectigali pecuario, Salluſtr. in Catilina*, meminit de Catilina, qui misit ad sollicitãdos Pastores in Apulia, atq; *Horatius lib. 2. O. 6. & l. 3. O. 4.* ac *Martial. lib. 2. epigr. 46.* memores sunt de pecoribus Apuliç, de quibus *Garsias de Barionono pag. 105. Frecc. de subfeud. authorit. Baron. 46. Pancirol. lib. vlt. var. lect. cap. vlt. de tributis pascuor. & Faber semestr. lib. 2. cap. 25. in fine*, ait, antiquitùs Romanis omnem publicum redditum fuisse in pascuis, *Ionius l. 4. histor. Reg. Moles decis. quæst. 6. ex §. 1. de doh. Menep. Apulia.*)

Atq; Neapolitanis, vti potiori priuilegio, ac maiori munitis, palmã dandam contrà Locatos, veriùs videtur: Regina enim Ioanna nullam Regni Magistratibus iurisdictionem ademit, cum ab eorum cognitione Neapolitanos subtraxit; aùt vllum Neapolitanis priuilegiũ priuatum concessit; sed sibi ipsi tantùm in suis Tribunalibus Neapolitanorum cognitionem reseruauit, cæteris Iudicibus penitùs eorum cognitione denegata, ita vt veriùs nõ cõprehensi, quàm ab aliorum iurisdictione Neapolitani exempti censeantur, vt primus docuit *Garau. in hoc rit. n. 7. Nouar. cit. q. 63. n.*

Digitized by Google

2. *Carleual. q. 6. sect. 8. n. 780. Præs. Merlin. cap. 99. n. 2. lib. 1.* Modò huiusmodi ius, quod abusiuè priuilegium appellamus, cum à Regina Ioanna sit inductum: sicq; sit anterius priuilegio Regiæ Dohanæ, quod ab Alfonso Primo vires accepit, vt post *Frecc.* scribit *R. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. imposit.* §. 8. *num.* 56. siue à Ferdinando Primo, vt censet *de Rosis select. iur. obseruat. cap.* 85. *num.* 11. qui nonnulla de pascuis in partibus Apuliæ recenset. Imò inter Regni leges adnumeretur, cũ nedum sit in hoc Ritu M. C. insertum, sed & in Pragmaticis Regni. Vtiquè erit præferendum cunctis cæteris priuilegijs. Nec ex Locatorum priuilegio fuit vlla ex parte derogatum: quandoquidem priuilegio, vt aiunt, in
41 corpore Iuris clauso, nequaquàm per posterius priuilegium derogatum censetur, quominus etiam contra priuilegiatum locum habeat, ni specialis, expressaq; huiusmodi derogatio haberetur, vt tradunt *DD. in Auth. qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport.* adeò, vt neque generalis clausula huiuscemodi priuilegijs obsit: cum ea non ad priuilegia in corpore Iuris clausa; sed ad ea dumtaxàt referatur, quæ priuata sunt, & extrà Iuris corpus vagantia, vt docuerunt *Glos. in add. Auth. qua in Prouincia*, & ibidem *Bart. Bald.* & alij, *Iaf. in l. 1. n. 16. ff. de constit. Princip. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 49. nu. 13. Reg. Reuert. decis. 97. Ann. alleg. 53. num. 25. alleg. 56. num. 23. alleg. 64. num. 16. & allegat. 69. nu. 33. Carleual. de iudic. lib. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 7. nu. 579. Capibl. de Baron. tom. 2. pragm. 3. cap. 12. num. 3. Thor. p. 3. compend. decis. sect. 2. verbo Neapolitani Ciues, Reg. de Marin. ad Reuert. dec. 215. ex n. 3. lib. 1.*

Insupèr non modò priuilegium Re-
42 giæ Dohanæ illi Neapolitanorum nõ derogat; sed ex subsequutis Regum confirmationibus, de quibus supra in princ. per illorum priuilegium cunctis alijs derogatur. Cum igitùr apertissimè omnes exteros, quamuis priuilegiatos, Neapolitani trahant, non est ratio, cùr Regiæ Dohanæ priuilegium, quod in corpore Iuris clausum est, sub ampliſſimo illo Neapolitanorum non comprehendatur. Hancq; aleam in gratiam Neapolitanorum, quòd trahant Locatos, & non trahantur, insectantur *Thor. in compend. dec. to. 3. sect. 2. verb. Neapolitani, & sect. 3. verb. Remissio*, quinquies in S. C. decisum notans, *Gallupp. in prax. S. C. p. 2. cap. 6. nu. 92.* nec non *Constant. Cafar. in specul. peregr. qq. quæst. 15. ex num. 42.* determinatum subnectentes, atque pluries S. R. C. decreuit, mecum suffragia præstantibus DD. Consil. Marchioni Latertiæ, Scipione de Martino, & Carolo Vergara (ex quibus liquet, no-
43 strum S. C. in quasi possessione esse, vt super huiusmodi remissione cognoscat, & iure ex traditis à nobis in *rit. 265. num. 73. tom. 2.* Vnde non est ampliùs hæsitandum: Stylus enim ita seruatus concedit iurisdictionem procedendi in similibus causis, *Glos. in l. 1. verb. Duumuiris, C. de emancip. liber.* quam insequitur *Gratian. discep. for. cap. 154. num. 18. tom. 1.* & vnicum actum sufficere in iuribus incorporalibus, maximè si sit vltimus, ad huiusmodi iurisdictionem acquirendam, notant *Anna alleg. 151. num. 1. Gomez in l. 45. Tauri, num. 42. Mastrill. decis. 12. num. 3. Reg. Capyc. Latro decis. 77. num. 12. lib. 1.*

Contrariam verò partem, nempè in fauorem Locatorum contrà Neapolitanos, ex *Reg. de Ponte cit. §. 8. nu. 49.* sustinent *Consil. Carleual. add. sect. 8. n. 687. Nouar. cit. prax. de elect. for. tom. 1. sect. 4. quæst. 47. num. 3. & quæst. 62. in fin. Danz. de pugn. DD. tit. de immun. Neapol. cap. 1. num. 11. Scialoya de for. compet. cap. 18. num. 19. & cap. 20. nu. 9.* qui ampliant, quòd habeat Regia Dohana iurisdictionem in Neapolitanos ad instantiam Locatorum; cui sententiæ fauere videntur scita eiusdem S. C. Anno 1644. relatore D. Consil. Muscettola, contrà Donatum Antonium Grimaldi Neapolitanum, instante Io: Petro Manzella Locato. Anno 1655. eodem referente, in causa hæredum Amati de Alexio, cum Hieronymo

Le-

Digitized by Google

Letitia. In Banca de Martino,& decisum quoq; memorat *Gizz. ad Capyc. Latro decis.54.num.13.lib.1.*quem refert, & insequitur *Coda in sua praxi cap. 3.num.2.vers.fidatur namque, Severin. ad Sanfelic.decis.400.vers.limitatur tertiò, Capon.lib.2.discept.forens. 90.num.71.*

Quibus quidèm vires auxiliares
44 non præstant exarata à *Reg. de Pont. cit. loco*, qui huius opinionis Achilles præconizatur. Nihil enim ibi à *Regente* adducitur ad hanc speciem pertinens; quippè cum egisset de pascuorum Custodibus,qui vulgò *Caualliarij*, appellantur, vt in ijs custodiendis diligentiam adhibeant,subdit: *Qui omnes gaudent fori priuilegio, vt cognosci non possint de quocunque delicto, nisi à Dohanerio, cui concessum est merum, & mixtum Imperium super omnes Locatos, seù Dohanæ subditos; in tantùm quòd fuit decisum, habere iurisdictionem etiam contra Neapolitanos.* Quibus verbis id solùm docet,vt pascuorum Custodes, seù alij Dohanæ subditi, possint,si in officio delinquant,à Dohanerio puniri, etiam si sint Neapolitani; nec idcò sequitur, in ijs, quæ ad Dohanam non spectant, in Neapolitanos censeri priuilegium ademptum,prout ità eumdem *Regẽtem* explicant *Carleual. d. num. 687.*& *Thor.cit.loco*, quo casu cum Neapolitanus in officio delinquit, videtur iuris ratio postulare, vt officij Iudex ipsum delinquentem cognoscat: *Periniquum enim esse*, exclamat Imperator *in l. periniquum, C. de iurisd. omn.Iudic.eos, qui professiones aliquas, seù negotiationes exercere noscuntur, Iudicum, ad quos earundem professionum, seù negotiationum cura pertinet, iurisdictionem declinari conari.* (de quo *text.* aliqua apùd *Hyppol. de Marsil. singul.560.Vrsill.ad Affl.decis. 41.num.5.*) Vt proindè quamquàm ex prædictis Neapolitanus Dohanæ subditus, si circà illud munus delinquat, cognoscatur à Dohanerio; non indè sequitur, vt in cœteris quoque actibus minimè suo fruatur priuilegio.

Ex quo *text. in l. periniquum, & in*
45 *cap. 1.§. fin. de priuil. in 6.*tradidere Nostrates, Neapolitanum Baronem, si de actu ad Baronis officium spectante conueniatur, siue ciuilitèr, siue criminalitèr agatur, minime gaudere priuilegio fori, *Carau.in hoc rit. num. 30. in fin. Capyc.decis.59.*& ibi *Anus meus, Borrel. ad Belluc. in specul. Princ. rub. 11.§. videndum, lit.F.vers.exempto, R. Tap.in l. fin. 1.par.cap.5.num.15.ff.de Constit.Princip.Capiblanc.in pragm.12. num. 2.& num.3 de Baron.lib.1.& tom. 2. cap. 85.nu.2.Ann.sing.57.Nouar.cit. quæst.63.num.27.Carleual.mem.sect.8. num. 681. Scialoya de foro compet. cap. 35.num.5.*quibus Neapolitanis Baronibus in ijs,quæ ad Baronis munus non spectant, integrum, illibatumq; priuilegium custodiri, decreuit Collaterale Consilium, teste *Gallupp. in prax.S. C. p. 2.cap.6.num.93.in fin.* Huiusmodi verò DD. antinomiam conciliat *D. Altimar. cit. tom. 1. de nullit.quæst.30. sub num.54.vers.Verùm ego*, scito S.C. quo fuit remissa causa Matthei Sansone Neapolitani Actoris, ad Regiam Cameram Summariæ,cum Iacobo Caso indohanato,& sic satisfactum huius *Ritus* Sanctioni. Quod tamen non semper, sed perpensis causarum figuris, ac circumstantijs insectandum.

Concinit, conuentum ad instantiam
46 Neapolitani ad reddendum rationes non posse trahi, sed illas reddendas in loco administrationis, vt post alios, in praxi seruatum ostendit *Nouar. in prax. elect.fori sect.4.quæst.34.ex num. 1.& de grauam. Vasall.grau. 26.nu.3.* & 4. inlequitur *Gizz. ad Capyc.Latro decis. 113.num.5.lib.1.*ex *text.in l.1.& 2. C.vbi de ratiocin.Escob.de ratioc.cap. 7. Auend. de exeq.mand.cap.1.num.16. Gratian. dec.180.Cõsil.Paschal.de patr. potest. p.2.cap.2.num.108.& in add.post dict. tract. num.11. Consil. Rocc. de societ. mercat.notab.100.n.211.& D.Nicolaus Vincent. Scoppa*, vir eruditus, *in obseru. ad Gratian.decis. 108.nu.5.*qui me allegat in *ritu 230. num. 32.lib.2.*

Fauetq;alia decisio relata per *Gizz.*
47 *ad Capyc.Latro decis.54.num.11.*Neapolitanum nempè habitãtem in aliquo

Op-

Oppido, si ibi deliquerit, non gaudere fori priuilegio.

Sed his obstant, cum minime Neapolitani, siue velint, siue nolint, valeāt, neque tacitè, neque expresse, prorogare iurisdictionem Iudicis non sui in
48 præiudicium Ciuitatis, *Caran. in hoc rit. nu.*7. cuius rationem, quam habuit à Federido Longo Fisci Patrono, perpendit *Cafar. in spec. q. q peregrin. quæst.* 23. §. 1. *num.* 18. *&* 19. & memorati Federici iuris responsum rescribit *Nouar. de elect. fori, quæst.* 69. *vers. quam retinendo, Schrader. cons.* 17. *col.* 23. *vers. similitèr, & ciuibus, pag. mihi* 110. *inter consil. Porcholt. par.* 2. *Vrsill. ad Affl. dec.* 41. *sub num.* 9. decisum tradens, *Anus meus* ad *Capyc. decis.* 9. *nu.* 4. & ibi *Masull. nu.* 16. *Thor. in C. rer. iudic. cas.* 60. *miscell.* 21. *ex num.* 162. *R. Rouit. prag.* 5. *vbi de delict. quis conuen. deb. Paschal. p.* 3. *cap.* 3. *num.* 28. *Reg. Sanfelic. decis.* 400. *p.* 3. *Consil. Rocc. resp.* 79. *n.* 12. *lib.* 2. declarat *Cafarus add. specul. quæst.* 15. *ex num.* 39. *Capon. discept. forens.* 90. *nu.* 62. *to.* 2. & conferunt tradita à *Bald. in cap. Imperialem,* §. *fin. col. vlt. de prohib. feud. alien. per Fed. Gulielm. de Benedict. cit. loco, verbo, & vxorem nomine Adelasiam, decis.* 2. *num.* 54. quos refert *Reg. Sanfelic. cit. decis.* 400. *num.* 4. *lib.* 3. illam præbens cautelam, quòd Procurator Ciuitatis instet procedi in M. C. vigore priuilegij Ciuitati impartiti, quæ suum Ciuem reuocare, & vendicare potest, si alibi se transferat, ex *Gl. & Bart. in l.* 1. §. *per hanc, ff. de rei vendic.* non verò Incolam, cui libet priuilegio renūciare, vt in terminis Incolæ, & habitantis Neapoli scribunt DD. apùd *Thor. in C. rer. iudic. alleg.* 15. *n.* 11. Cōfertq; quod peculiaritèr aduertit *Affl.*
49 *in const. si quis in posterum, n.* 56. dicēs, regulam, Reo plures Iudices habente, electionem esse Actoris, coràm quo eum conueniat, non militare, quando Reus haberet plures Iudices ex priuilegio: nàm tunc Rei esse electionem subnectit, & post eumdem *Affl. decis.* 257. *n.* 5. *Carleual. de iudic. disp.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 6. *nu.* 479. *& sect.* 7. *nu.* 608. docet *Fermosin. de iudic. p.* 2. *ad tit. de for. compet. cap. ex parte, quæst.* 12. *ex nu.* 5. & proindè contumacia incusata contrà Neapolitanos nulla redditur, exequutūq; restituitur, *Grām. vot.* 27. *Anus meus cit. loc. Caran. in hoc ritu* memor.

Singularitèr prætèrea hic venit no-
50 tandum, quòd Neapolitanus damnificans conuenitur in loco damnificato, dummodò tamen animalia damnum dantia ibi reperiantur, vel aliàs reperiatur ipse Dominus, *Capiblanc. loco cit. Altimar de nullit. rubric.* 9. *quæst.* 26. *num.* 68. *Sanfelic. in prax. sect.* 19. *num.* 1. nec pro solutione bonatenentiæ, à qua nullus possessor excusatur, *Campag. in cap. Regn. In kalendis Maij, num.* 13. *de appret. fol.* 182. *Ladouis. decis.* 279. *Nicol. Marotta de collect. seù bonaten. cap.* 3. *num.* 3. nec Neapolitani, *pragm.* 4. vbi *Rouit. de immun. Neapol. R. Moles decis.* 5. *de fuct. fiscal. Capon. discept. forens.* 90. *nu.* 19. *&* 46. *tom.* 2. sicuti possunt conueniri ad solutionem salarij Medicorum, & similium, *Nouar. sup. pragm.* 1. *de cess. bonor. collect.* 2. *num.* 13. *& p.* 1. *quæst. forens.* 75. *Capiblanc. de Baron. pragm.* 22. *num.* 7. *Seuerin. ad Reg. Sanfelic. dec.* 400. *vers. limitatur quintò.*

Vlteriùs priuilegium huiusmodi lo-
51 cum obtinet, quamuis Neapolitanus agat ex iure cessо, siue ex causa onerosa, siue lucratiua, *Affl. & Vrsill. dec.* 74. *num.* 6. *Paschal. de patr. potest. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 91. *Capiblanc. cit. cap.* 53. *nu.* 25. *Thor. p.* 1. *compend. verbo Cessionarius, Nouar. cit. in loc.* necnō *Scialoya num.* 10. *Carleual. mem. sect.* 8. *nu.* 661. *Gallupp. in prax. p.* 2. *cap.* 6. *n.* 64. *Consil. Rocc. respons.* 79. *tom.* 2. *Donad. lib.* 2. *de renunc. cap.* 16. *sub nu.* 25. & dixi supra *in rit.* 290. *ex num.* 5. Dummodò cessio sit facta bona fide: nam concurrente fraude, huiusmodi cessat priuilegium, vt si acta fuerit, lite iam à cedente mota in foro conuenti, *Thor. in compend. decis. tom.* 3. *sect.* 3. *verbo Remissio*; vel contra viduam, idem *Thor. in supplem. compend. verbo Remissio*, vel absq; causa, quod fraudem arguit, *ad text. in l. per diuersas, C. mandat. Cald. Pereyr. de empt. & vendit. cap.* 24. *num.* 34.

Nouar.

Digitized by Google

Nouar. de priuil. miser. pers. cap. 17. D. Luca ad Franch. decis. 195. nu. 2. Propterea S.C. reformando decretum D. Iudicis Golino, remisit causam Reu. D. Antonij Ciaccone, Neapoli habitantis, cessionarij D. Vincentij Ciaccone, cum Vidua Catharina Ascione, ad Curiam Casalis Toraldi, ex quo agnouit, cessionem factam in fraudem, vti sine causa, die 5. Iunij 1675. confirmauitq; in gradu reclamationis die 30. Ianuarij 1676. suffragia præstantibus DD. Consil. Erasmo de Ponte, Aulæ Præfecto, Paulo Iannettasio, Aloysio Maria Macedonio, D. Michaele Muscettula, & D. Antonio de Sylua, penès Carolum Ardia Actuar. M.C.

Etiam si post delictum, vel contra-
52 ctum, obtentum esset priuilegium Ciuilitatis Neapolitanæ, extendit *Carau. in hoc ritu, nu. 6. Masull. ad Capyc. decis. 86. in fin. Giurb. decis. Sicil. 23. nu. 4.* dummodò non in fraudem contractus, vel delicti, *l. fin. C. de bon. eor. qui sibi mort. consciuer. Oldran. cons. 4. de Franch. decis. 209. Reg. Tapia in Const. Regn. De personis, nu. 33. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 7. §. 7. num. 16. Caball. resol. crim. cas. 108. Ann. sing. 140. Farinac. in pract. crim. de inquisit. quæst. 8. ex num. 105. Carocc. de except. quæst. 3. except. 22.* Vt propterea si lite pendente superueniat priuilegium, itaut non sit ad hunc effectum procuratum, sed ex accidenti, vel motu Principis, Reus forum immutat, ad *text. in l. idem Vlpianus 14. ff. de excusat. tutor. de Franch. decis. 544. num. 5. & 17. Cabed. decis. Lusit. 24. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. nu. 318. Masull. ad Capyc. dec. 51. num. 13. Giurb. decis. 23. num. 4. & decis. 82. nu. 7. Nouar. in cit. prax. elect. & variar. fori, quæst. 13. num. 2. & 116. lect. 3. Luc. ad Franch. decis. cit. 544. n. 4.* memores ambo *Carau. in hoc rit.* decisum refert *Grass. de except. except. 3. nu. 28. Præs. Merlin. lib. 1. cap. 8. num. 6. Gratian. discept. forens. cap. 421. num. 26. & 28.* Quicquid velint indistinctè *Fermosin. in cap. ex parte, de foro compet. quæst. 8. Carleual. de iudic. lib. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 7. num. 635. Merend. lib. 24. contron. cap. 38. ex num. 67.* Vnde Mulier, mortuo viro, & impubes, defuncto patre, viduale, & pupillare priuilegium quò ad lites incœptas etiam obtinet, *Balb. dec. 70. Lancellot. de attent. lim. 10. n. 21. Aufrer. ad Tholos. dec. 147. Nouar. sect. 4. quæst. 13. add. tract. Præs. Merlin. loco cit. num. 8.* de Pagano effecto Milite loquuntur *Mantua de priuil. Milit. priu. 30. Decian. tract. crim. to. 1. lib. 4. cap. 24. Caball. resol. crim. centur. 1. cas. 147. num. 7.* & de effecto Clerico pendente iudicio, *Felin. in cap. ex tenore, col. 10. fallent. 11. de rescript. Gabriel. concl. 2. num. 29. de iudic. Alex. in l. cum quædam puella, nu. 3. ff. de iurisd. omn. Iudic. Bart. in l. 1. ff. de pœn.* Qualitas enim aduenies enti, nouum ens constituit, & reponit illud in diuersam naturam, *cap. statutum, de elect. in 6. Marsil. singul. 520. Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 11. num. 13. & de recup. possess. remed. 6. num. 8. Surd. de alim. tit. 5. quæst. 4. num. 21. & tit. 9. quæst. 29. n. 12.* Vnde *Bonus de Curtili in tract. de Nobilit. p. 3. num. 114.* scripsit, qualitatem, aùt dignitatem superuenientem quandoque operari, vt quis valeat se excusare ab eo, quod promisit, insequitur R. *Valenz. cons. 34. num. 107. lib. 2.* ex *Iacob. Butric. in l. quisquis, in fin. C. de Episcop. & Cleric.*

Ad homines verò Casalium Nea-
53 polis hoc fori priuilegium minime extendi, ex *Angel. in Auth. quib. mod. natur. effic. sui, §. si quis igitùr, el 2. n. 1. & Io: Angel. Pisanell. ad Afflict. dec. 74. in fin.* obseruat *Auus meus ad Gramm. decis. 21. num. 10.* confirmantq; *Præsul Ricc. decis. 84. num. 18. p. 3. & D. Carolus Rota ad Rouit. cons. 60. num. 11. lib. 1.* notans, Neapolitanos propriè dici Ciues, qui nascuntur Neapoli, non in eius Casalibus, ex anagrammate puro nempè: *Neapoli natus*, & propterea non deberi legatum, puellis Neapolitanis relictum, Casalensibus, quibus Casalensibus non competere priuilegium Neapolitanis cessionarijs impartitum, quod trahant, & non trahantur (de quo nos supra) ex *Reg. Capyc. Latr. decis. 54.* concludit. Licèt autem

huius

huius opinionis sectatores, ac sigillatim *Auum meum*, improbent *Consil. Carleual. add. loco nu.* 673. *Consil. Franc. Maria Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 16. *& lib.* 3. *cap.* 18. *Nouar. in prax. elect. for. quæst.* 63. *num.* 4. *Luca ad Franch. decis.* 316. *nu.* 4. *Donad. de renunc. tom.* 2. *cap.* 16. *nu.* 22. *de Angelis ad Gizzar. decis.* 71. *nu.* 8. *D. Consil. Altimar. cit. tom.* 1. *de nullit. rub.* 9. *q.* 30. *n.* 10. *&* 11. cui non arridet distinctio ex verbis *Ritus* excerpta, de qua infra. Nihilominùs,& *Aui mei*, & cæterorum opinio rectè tueri potest: etenim eorum sermo versatur de priuilegio ab hoc *Ritu* impartito dumtaxàt Neapolitanis, quod trahant, & non trahantur, & non generatim, quòd priuilegia non extendantur ad Casalia, (de quo videndus *Capon. to.* 2. *discept. for.* 115.) idq; ex eiusdem *Ritus* verbis. Hic n. *Ritus* in prima parte, loquens de priuilegijs immunitatum,& exemptionum, comprehendi etiam Casalia voluit, in eorumq; beneficium illa cõfirmauit ibi: *In dicta Ciuitate nostra Neapolis, eius Casalibus, & pertinentibus*. In secunda verò parte, cum de foro loquitur, memorat tantùm Ciues Neapolis,& habitantes in ea, eiusquè districtu, ibi: *Quod Ciues nostræ Ciuitatis Neapolis, & habitantes in ea, & eius districtu*, vt notat *Scialoya in cit. tract. de foro compet. cap.* 18. *sub num.* 6. relato *Auo meo in dict. loco*, qui propterea *Auus meus nu.* 11. statim subsequitur: *Licèt alia priuilegia*, illis scilicèt Casalibus, *competant*. Id quod deducitur etiam ex *text. in l.* 2. *ff. de verb. signific. l. pupillus*, §. *Vrbs*, *ff. eod.* vbi Vrbis appellatio muris finitur, *in cap. Ego Ludouicus* 63. *distinct.* in quo in donatione Ciuitatis Romanæ facta Ecclesiæ, fuit expressè dictum, cum Ducatu Vrbis, & territorij, concinunt *Glos. in l. si finita*, §. *si de vestigali*, *verb. per longum. ff. de damn. infect. Castrens. in l.* 76. §. 1. *num.* 2. *ff. de*
54 *leg.* 1. Insuper Vrbs,& Ciuitas vnum, & idem sunt, *l. si quis*, *l. singulorum C. de ædific. priuat. l. præscriptio*, *C. de oper. public.* sed certum est, appellatione Vrbis non contineri Castra, & Villas eidem Vrbi adiacentes, *l. nam quod liquidè*, §. *fin. ff. de penu. legat.* nec proinde appellatione Ciuitatis. Tantò magis, cùm in legatis fiat plena interpretatio, *l. in testamentis*, *ff. de regul. iur.* &
55 tamen legatum factum de eo, quod est in Vrbe, non extenditur ad ea, quæ reperiuntur in alijs locis extrà Vrbem posita, licèt sint eidem Vrbi adiacentia, *d. l. nam quod liquidè*, §. *fin. Menoch. lib.* 4. *præsump.* 126. *& cons.* 498. *nu.* 34. *Tusc. tom.* 1. *concl.* 280. *Oldrad. cons.* 12. *Azeued. ad Cur. Pisan. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 3. Igitùr moltò magis hoc erit in priuilegijs concessis Ciuitati, vt non extendantur ad Villas adiacentes: cum priuilegia sint strictissimè intelligenda, quãdo sunt contra Ius commune, *l. si quando C. de inoff. testam.* Propterea dicit *Additio Alex. cons.* 27. *vol.* 6. dictum *Angeli in cit.* 8. *si quis igitùr*, esse verius in priuilegijs, quæ sunt contra Ius cõmune, & obseruat *R. de Ponte cons.* 55. *n.* 35. *lib.* 2. *Mart. Laud. in tract. de priuileg. quæst.* 99. expressè notat, priuilegium concessum Ciuibus, vel Ciuitati comprehẽdere Comitatenses, nisi cõtrarium de mente Concedentis appareat, & pro opinione *Angeli* scripsit *Soccin. sen. cons.* 86. *n.* 1. *vol.* 4. post *Bald. in cap.* 1. *num.* 10. *de capit. qui cur. vend.*

Sed quæstionem simplicitèr, an pri-
56 uilegium concessum Ciuitati, etiam eius Casalibus impartitum censeatur? satis doctè inuestigat *Felin in cap. Rodulphus*, *col.* 9. *de rescript. Bald.* autem *in l. vt inter Diuinum*, *C. de Sacrosanct. Eccles. n.* 8. opinionem affirmatiuam quoque amplectitur, licèt subnectat, *Glos.* aliter sentire, attẽta vna lectura, quam ipse non approbat, sed *Guliel.* affirmatiuè sentientem sectatur, & idem prorsùs firmat *Alex. cit. cons.* 27. *vol.* 6. *num.* 10. ex *Bart. in l.* 2. *de verb. signific.* & in alijs locis, per *text. in l. qui ex Vico*, *ff. ad municipal.* & *Anchar. in cap. falicis*, *de pœn. in fin. & in cap. Canonici statuta*, *de Const. & in cons.* 437. *Affl. de iur. prothomis. in princ. l. sancimus*, *num.* 1. *&* 2. concludens, etiam Villis,& Castris sub Ciuitate sistentibus, illud ius
57 prothomiseos competere (Nota tamen

men singularitèr, quòd in hoc iure prothomiseos, si concurreret aliquis de Villa cum Ciue, præferri Ciuis debeat, ex hijs, quæ notat *Iacob. Nouell. de iur. prothom. §.7. num.38.* sicuti, admissa sententia, quòd Casalensis gaudeat prærogatiua, quòd trahat, & non trahatur, Ciuis, & habitator Neapoli trahit Casalensem, vt decisum tradit *Carol. de Rosa ad cõsuet. Neapol. in princ. ex num. 30. pag. 5.*) quem *Gulielmum*, aliosquè insequuntur *Guid. Papa dec. 365. & cons. 134. num. 1. Franc. Marc. dec. 365. par. 1. Borrel. de Magistr. addict. cap. 5. num. 3. lib. 1. Conar. pract. qq. cap. 37. num. 7. Girond. in tract. de priuileg. cap. 2. quæst. 4. num. 54. Anil. in cap. Praetorum, cap. 6. glos. verb. Fierre, num. 6. Valenz. cons. 2. num. 87. Nouar. lib. 1. quæst. forens. 130. & cit. tract. de elect. fori, quæst. 63. sect. 4. Reg. Sanfelic. decis. 189. lib. 2. de Georg. alleg. 15. Trentacinq. cons. 3. num. 21.* alijq, apùd *Donad. add. cap. 16. ex num. 10. Costa* Siculus *cons. 1. nu. 31. Molfes. ad Consuet. Neap. p. 2. tit. de person. quæst. 9. nn. 7.* nectens, Neapolitanas Consuetudines etiam Casalia ligare, *Caput. in prælud. ad prad. Consuet. §. 4. de loc. & distrct.*

Intellectus verò citati *§. si quis igi-*
38 *tùr*, cuius literæ *Angel.* innititur, & ante ipsum *Iacob. de Belusio*, teste *Alex. in Rubr. ff. solut. matrim.* in affirmando priuilegium, vi legis, vel statuti, Ciuibus Ciuitatis concessum, ad Comitatiuos non porrigi: cum variè à DD. adducatur; ideò aduertendum puto, quòd Imperatores cum perspexissent Curialium Ordinem satis diminutum, penèque destitutum, dum inter alia onera, quę subibant, id erat precipuum satis oneroſum, ferèq; intolerabile, exigendi nempè tributa, eaq; à subditis non soluendo, vel difficilè exigendis, vel conueniendis, si exigere nequibant, ea de suo soluere adstringebantur: hinc ad inopiam isti Curiales versabantur; ideò, vt illum ampliſſimum Curialium Ordinem, tàm Imperiali AErario proficuum, seruarent, multa in eorum beneficium Cæsares statuere, præcipuè, vt naturales filij, si ipsi per patrem, vel ipsimet mandato patris in testamento Curiæ Ciuitatis offerrent, ad natalia pristina, ac si legitimè nati fuissent, restituti erant censendi, quamuis pater alios liberos legitimos, & naturales haberet, vt ex *Aldob. Inst. de nupt. §. aliquando*, recenset *Caluin. lexic. iur. verb. Oblati Curiæ*, & ex traditis per *Mynsing. Inst. de hared. quæ ab intest. defer. §. quibus, ex num. 4.* ibidemq; per *Franc. Broeum in §. intestatorum, pag. 502. & Io: Bercolten. sub n. 5. eod. loc.* ex *Cassiod.* alijsque. Et propterea in memor. *§. si quis igitùr, il 1.* sanciendo hunc legitimandi modum per oblationem, Curiæ cum hæsitatio oriri potuisset, an solùm illi, qui sunt in Ciuitate orti, illum nanciscerentur ad hoc dubium resecandum subsequitur Imperator in adducto *§. si igitùr, il secondo*, dicens: *Si verò nec Ciuis ipse consistat; sed ex Villa quadam, seù Vico sit oriundus, illi à patre offeratur Ciuitati, aùt semetipsum offerat, sub qua Ciuitate, Villa, aùt Vicus tributa persoluit.* Et sic quando ex his verbis inferre voluit *Angel.* quòd natus in Villa non dicatur Ciuis illius Ciuitatis, sub qua subest Villa, dùm Imperator dixit: *Si verò non Ciuis ipse naturalis cõsistat, sed ex Villa oriundus*, quasi quòd expressè ibi natum in Villa, dicat Imperator, non esse Ciuem; est aduertendum, Imperatorem sub illis verbis: *Si verò nec Ciuis*, non hanc voluisse decidere quæstionem, neq; hanc tradere theoricam; sed voluit explicare, quod in præcedenti §. seù præcedentibus verbis dixerat de facultate concessa illi, qui ex qualibet oriatur Ciuitate, offerendi filios illius Curiæ; per quæ verba si Imperator idem dixisset respectu illorum, qui ex Villa sunt oriundi, poterat rationabilitèr dubitari, quòd solùm ijs, qui ex Ciuitate sunt orti, hoc priuilegium esset concessum, & proinde illa verba: *Si verò nec Ciuis ipse consistat*, debent intelligi, ac si dixisset: si verò non in Ciuitate esset ortus. Id quod liquet etiam ex sequentibus eiusdem §. vbi generalitèr per verba generalia dicẽs,

quòd si quis se offerat Curiæ, hoc nanciscitur beneficium, vel si ipse oriatur ex Maxima Ciuitate Constantinopolis, vt explicat *Glos.* aùt ex Seniore Roma; & sic id quod per verbum *Ciuis* supra dixerat, variat loquēdi modum dicens: *Si oriatur*, & paulò inferiùs subiungit: *Aùt ex Ciuitate ipsa, sub qua orti sunt, aùt sub qua Villa, aùt Vicus tributa persolvit*, & sic illa verba: *Orti sunt*, demonstrant, & declarant per illa verba: *Si verò nec Ciuis*, voluisse dicere, si verò nec ex illa Ciuitate sit ortus, prout in dies Ciuem illum appellamus, qui non solùm est in Ciuitate natus, sed qui in Terra, Oppido, Castris, & Villa: Ciues namq; vocari dicit *Isidor. de ethimol. tit. de ijs, qua ad person. cap. 4. in princ.* quòd in vnum coeuntes viuant, vt vita communis, & ornatior fiat, ac tutior; quod quidem non perpendit *Angel.* dum ex dictis verbis in cit. *vers. si verò*, in illam iuerit opinionem. Aliqua ad rem dixi in *rit. 85. tom. 1.* & in *rit. 216. tom. 2.*

Priuilegium autem Casali impartitum minimè censeri concessum Ciuitati, cui subest, concludunt *DD.* apud *D. Reg. de Ponte cons. 51. nu. 33. lib. 1.* & in *l. ex pupilli, ff. de vulg. & pup. substit.* 59

In pœnalibus tamen, & odiosis, quod statuitur pro Ciuitate, minimè comprehendere Casalia; sed tātùm in fauorabilibus, & beneficialibus, *Bart.* tradidit *in l. 2. ff. de verb. signific.* nec non *Alex. in Rub. ff. solut. matrim.* multaq; notauit *Gratian. discept. forens. cap. 217. ex n. 1.* reprobans in illa thesi adducta à *Iacob. Nouell. de iur. prothom. in princ. n. 111.* haud refragante, quòd *Bart. in cit. l. 2. num. 6.* ex *text. in l. Ciuitatibus, de leg. 1. & l. Ciuitas, quod quis Vniu. nom.* dixerit, vt condemnatis Ciuibus videantur etiam condemnati Comitatiui: cum illius effatum locum vendicet, vel quando Comitatenses de illo facinore sint participes; vel quando res, etsi odiosa, omnibus etiam congruat: quod *Gratian.* inquit, declarari per *Felin. in add. cap. Rodulphus, nu. 9. concl. 4. de rescript. Rebuff. in memor. l. 3. col. 5. vers. denegatur in materia congruenti, de verb. signific.* & *Lancellot. Galiaul.* latè *de Stat. in præfat. 8. ex nu. 59.* idēq; *Gratian. in cap. 383.* sermonē 60

habens de iurisdictione concessa de Ciuitate, an intelligatur etiam concessa de Castris ipsius? & negatiuè sentit quò ad iurisdictionem delegatam; affirmatiuè verò sub *nu. 18.* quò ad ordinariam, tanquàm fauorabilem, & ampliatiuam, & confirmant *Ann. alleg. 27. Reg. Capyc. Latro consult. 69. num. 19. lib. 1. Gramm. cons. 48.* & cœteri à *Donad.* adducti *cit. cap. 16. num. 20. &* 61

21. qui *in vers. & respectu ciuium*, notat, in odiosis damnato Ciue, comprehendi dumtaxàt originarium, ex *Aretino cons. 77. Capbal. cons. 451. num. 10.* alijsquè, & non ex priuilegio, post *Gramm. consil. ciuil. 5. nu. 7.* & *Paschal. de patr. potest. p. 3. cap. 2. num. 34.* & an valeant Casalia à Ciuitate dismembrari, & separari? pertractant *de Georg. alleg. 15. Censal. ad l. vnic. C. si quis Imper. maledix. §. 8.*

Hinc priuilegium Neapolitanis indultum, vt non torqueantur ex testibus ad informationem Curiæ receptis, siue, vt Nostrates dicunt, ex processu informatiuo, nisi ex speciali Principis dispensatione, amplectitur homines Casalium, *de Franch. decis. 143. 316. &* 62

459. Camill. de Medic. cons. 149. nu. 34. Reg. Tap. decis. S. C. 4. num. 4. Præs. Merlin. lib. 1. cap. 100. num. 4. & memini in *rit. 54. num. 9. lib. 1.* quem locum laudat *de Rubeis certam. 12. num. 23.* Quod ampliatum fuit ad Regni Barones, siue illi sint, siue non Neapolitani, *Reg. Rouit. in prag. de immun. Neapol. concess. num. 17.* cum alijs, quos sequitur *D. Scoppa in annotat. ad Sarn. in prax. crim. part. 2. formul. 47. num. 17.* qui potissimùm Nos laudat in *rit. 259. num. 15. tom. 2.* & diximus *cit. rit. 54.* quo se decepit *Capiblanc.* dum in *prag. 12. nu. 2. de Baron.* asseruit, Baronem, quamuis exterum, ciuilitate Neapolitana gaudere, ipsumque insequutus fuit *Ther. p. 2. compend. decis. verb. Baro extera nationis*, quos refellunt *Præs. Merlin. controu. 79. à nu. 17. lib. 1. Reg. Sanfelic. decis. 65. num. 15. tom. 1.* ex

Con-

Digitized by Google

Consil. Carleual. de iudic. disp. 2. quæst. 6. sect. 8. num. 697. vers. dum verò, & dixi in *ritu 49. sub num. 8. lib. 1.*

Alterum præterea priuilegium huic
63 Ciuitati concessum, quòd Studentes, & exteri sine mulieribus expelli possint à conuicinio honesto, ex *Cap.* Regis Catholici 66. de quo *Tasson. de antefat. vers. 3. obser. 3. nu. 233. Consil. Rocc. de offic. tit. de pot. & offic. elect. num. 32. & 121.* (quod restringitur si habitent simul cum Neapolitanis, vel alijs personis honestis, etiam si pensionem soluerint, vel si lauream Doctoratus susceperint, ex adductis per *Ann. sing. 338.* idemq; de Scholari Clerico, & licētiato notatur) sicuti interpretatū fuit non amplecti Studentes Neapolitanos; sic nec illos Casalium, ex *cit. l. qui ex Vico, ad municip. de Franch. dec. 316. num. 3. Ann. cons. 59. R. Rouit. in prag. de Scholar. doctor. num. 4. Medic. cons. 149. num. 33. Consil. Prat. cit. cap. 16. nu. 8. lib. 1. & cap. 18. lib. 3. ac respons. crim. 24. num. 23.*

Dubium tamen exortum fuit, an
64 eodem priuilegio gaudeant Casalenses, si Casalia sint diuisa quò ad iurisdictionem à Ciuitate Neapolis? & affirmatiua prodijt determinatio, apùd *Præs. de Franch. cit. decis. 316.* quia illa iurisdictionis separatio solùm quò ad ipsam iurisdictionem effectum sortitur; in cæteris autem Ciuitatis remanent, prout per priùs, *l. 1. C. de Metrop. Beryt. lib. 10. Reg. de Pont. cons. 51. vol. 1. Gizzar. decis. 71. Reg. Rouit. cons. 10. num. 10. lib. 2.* ibique *D. Altimare, Reg. Sanfelic. decis. 50. num. 1. & decis. 327. tom. 3. Præs. Merlin. cent. 1. cap. 99. Consil. Prat. add. cap. 16. Tasson. cit. tract. de antef. vers. 13. obseru. 1. n. 92. Reg. Galeot. lib. 2. controu. 20.* restringens *num. 33.* si Casalia sint separata à Ciuitate quò ad omnia, quia separatorum separata est ratio, & separata separato iure censentur, cui limitationi contradicunt *Castrens. cons. 307. lib. 2. Lanar. in repet. cap. 1. de his, qui in feud. dar. pot. nu. 42. Laganar. ad Rouit. in pragm. 1. de Militib. D. Luca ad Franch. decis. 316. num. 5.* aduertens *num. 7.* legatum relictum alicui, vt habitet in Ciuitate, deberi habitanti in Casali, *Thor. in compend. decis. p. 3. sect. 3. vers. remissio alicuius vasalli,* rescribēs iuris responsum V. I. D. Io: Antonij Parisij Baronis Casalis Panicocoli: qua de re idem *Thor. p. 2. compend. verb. remissio delinquentis pro delicto,* recolligens labores Alexandri Palmerij, *Reg. Marinis tom. 2. quotid. resolut. cap. 115. Agat. Assantus inter alleg.* eiusdem *Reg. tom. 3. alleg. 33. Camill. de Medic. cons. 118. Reg. Valenz. cons. 79.*

Huiusmodi fori priuilegium *Ritus*
65 noster impartitur, nedū Ciuibus Neapolitanis, sed & Neapoli dumtaxàt habitantibus, & proinde eo ipso, quòd quis habitat, trahit, & non trahitur, vt obseruat clarè in hoc *Ritu Carau. num. 34.* & tradunt *Gramm. decis. 87. Annotatio ad Cap. 53. in lib. priuileg. pag. 46. vers. Nota, Muscatel. in praxi p. 2. glos. competentes, nu. 76. Consil. Carleual. add. sect. 8. num. 655. Thor. compend. decis. to. 3. sect. 2. verbo Neapolitanus.* Cœteris verò priuilegijs, vt gaudeat, necesse est, quòd sit Ciuis, de quo infra. Lapsi propterea fuere *Gallupp. in cit. prax. p. 2. cap. 6. ex nu. 64. & Nouar. add. tract. sect. 2. quæst. 39. num. 4.* autumantes, non gaudere præfato priuilegio, nisi qui per habitationem facti fuerint ciues. Sufficit enim attenta *Ritus* sanctione, quòd habitet, scilicèt, quòd tantùm stet in Ciuitate absque vxore, & familia, *Affl. in Const. Regni quisquis, n. 6.* qui differētiam notat in-
66 ter habitatorem, & habitantem: nam habitator ille censetur, qui vxorem, & familiam habet; habitans verò, tantùm stans in loco, absq; vxore, & familia, ex *text. in l. est differentia, ff. in quib. reb. tacit. hypoth. contrah. Tiraq. in tract. de retract. consang. §. 9. glos. 2. verb. Suo domicilio, pag. 149. Vrsill.* indiuidualitèr *ad Affl. decis. 334. sub n. 5.* quem laudat *Ciarlin. controu. forens. cap. 37. num. 46.* à qua differentia non recedit *Carpan. ad Const. Mediolani, cap. 375. num. 97. tom. 2.* necnon *Cancer. p. 3. var. tit. de content. iurisdict. nu. 42. & 43. Consil. Carleual. de iudic. tom. 1.*

lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 1. nu. 10. latèq; *Iul. Capon. tom. 4. discept. forens. 295. art. 2. ex num. 6.* & de exercente tabernam scripsere *Auus meus ad Gramm. decis. cit. 87. num. 9.* vbi *Mari*, post *Carau. in hoc rit. num. 30. & 31. Muta dec. 81. num. 20. Apicell. alleg. 19. num. 10. Reg. Sanfelic. decis. 68. num. 9. vol. 1.* declarans in illa thesi *num. 19.* de exercente fundacum, seù apothecam, *Alex. cons. 50. lib. 1.* & de famulis, quòd dicantur habitare, quia non dicitur ibi tantisper hospitari, *Bart. cons. 42. vol. 1. Bonacos. de famul. quæst. 176. & quæst. 237. Mollignat. in tract. de appellat. vtriusque iur. extens. num. 519.* meminit *Danz. de pugn. DD. tom. 3. tit. de præuent. cap. 2. sub num. 1. Carau. in hoc ritu* memor, & ante eum notauit *Bart. cons. 42. nu. 2. vers. secundò quia, lib. 1.* quem laudat *Tusc. in concluss. iur. verbo, habitatio, concl. 7.* & in terminis huius Ritus decisum refert *Thor.* in famulo, *in supplem. Compend. verbo Ciuis Neapolitanus*, & priùs *Gramm. cit. decis. 87. nu. 4.* quem laudat *Carpan. ad cit. Const. cap. 1. nu. 16. Carocc. de loc. p. 1. tit. de famul. nu. 43. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 10. num. 42. & 43.*

Propterea Peregrinus non dicitur
67 habitare, quia in Hospitio habitat animo statim recedendi, *l. 1. §. penul. ff. de ijs, qui deic. vel effic.* & videndi *Affl. in Const. quisquis, num. 6. Camill. Salern. in add. ad proœmium ad Consuet. Neap. incip. Ad hoc, vt quis fol. 157. Apostill.* magna *ad Roman. cons. 624. verb. requiruntur, & verb. secundò quaro*, & qui habitat ob negotia sua tractanda, recessurus illis cõpletis, eadem *Apostilla cit. loco*, quam refert *Tusc. d. concl. 7.*

Nota tamen, quòd habens merito-
68 rium, videlicèt apothecam, in qua exercet de die artem, sed de nocte recedit, clausis ianuis, non dicatur habitare, *Bald. cit. cons. 234. in fin. vers. Nec dicitur istud, lib. 1.* Non enim dicitur habitare, momentaneè habitans, *Fanut. de moment. tempor. cap. 31. n. 29. Paul. Bellon. de potest. eor. quæ in contin. fiunt, lib. 2. cap. 96. num. 3.*

Ex quibus vacillat decisio, apùd
69 *D. Consil. Hodiern. ad Surd. decis. 329. sub num. 2.* cuius meminit *Francisc. de Petris cons. 15. nu. 17. & Thor. in compend. decis. p. 3. verb. Remissio causæ præambuli*, meritò in gradu reclamationis reuocata, & DD. allati non loquuntur in terminis *Ritus*: Etenim *Napodan. in Consuet. Pupillus, num. 10. de in integrum restitut.* eamdem traditam ab *Affl.* distinctionem confirmat, his verbis: *Aliud est dici habitatores, quàm habitantes, quia habitatores dicuntur, qui habent domicilium; habitantes verò, qui non habent, cum serui dicantur habitantes*, & *Napodani* sermo est de Consue-
70 tudinibus, quæ habent locum inter Ciues, & habitatores huius Ciuitatis, idemque *Napodanus* firmat in *consuet. vbi domus, verbo siuè, num. 61.* ibi: *Ita enim vult dicere, siue habitator*, & in *vers. qui non sit, num. 62.* ibi: *Et sic sufficit, quòd sit habitator, siue incola*, deniquè idem subijcit in *vers. contra Ciuem, num. 71. non legas hanc literam coniunctim, vt requiratur, quòd sit Ciuis, & habitator, sed separatim*, quasi *dicat, rusticus non habet ius congrui contra Ciuem, nec contra habitatorem*, sequitur *Lelius Caput. in consuet. si moriatur, in præludio, §. 5. num. 8. P. Molfes. par. 2. tit. de personis, quæst. 1. nu. 3. Rosa ad consuet. Neap. in princ. ex n. 49. pag. 6.* de eadem quæstione latè agit, *Capon.* videndus in mem. *discept. 295.* ac de *Napon.* meminit quoque, prout & de *Carau. in hoc ritu, Thor. in supplem. cõpend. verbo Ciuis Neapolitanus*, decisum referẽs, nulla habita ratione sciti per *D. Hodiernam* relati, & in his terminis videtur loqui *Capiblanc. tom. 2. de Baron. prag. 8. cap. 60. sub nu.* 14. qui perperam laudat *Reg. Ronit. in pag. 1. nu. 9. de immun. Neapolit.* cuius sermo non est respectu huiusmodi priuilegij, sed aliarum immunitatum: maximè cum sit loco, & non personis elargitum, *Fontanel. de pact. nuptial. claus. 3. gl. 2. num. 77.*

Atq; idem *Capiblanc. in add. prag. 8.*
71 *cap. 53. num. 20.* loquitur de inquisito in Curia Baronis, qui aufugerat ad hanc Ciuitatem, & vti fugitiuus non

di-

Digitized by Google

dicebatur habitare, ex *Mascard. de probat. concl. incip. domicilium, num.* 26. & addo *Rip. de peste, de priuil. contr. causam pest. ex num.* 180. notantem, fugitiuum in tertij præiudicium non dici abesse, ac discrimen inter habitantem, & habitatorem, de quo *Garau. in hoc rit. nu.* 32. præter *Napod. & Affl.* aliud scribit *Vrsill. ad Affl. decis.* 384. *num.* 6. S.C. scitum nectens, & *Capibl. cit. tract. de Baron. pragm.* 8. *n.* 257. *p.* 1.

Hinc orti in Ciuitate per accidens
72 neq; hoc, neq; alijs fruũtur priuilegijs: nempè si pater prægnantem vxorem in aliquem locum transtulerit, ibique vxor, partu edito, statim ad propriam Patriam reuertatur, *Ripa de peste p.* 2. *ex num.* 182. *Boer. decis.* 13. *à num.* 51. & alij apùd *Visconti ad Franh. decis.* 197. *vers. Cines ad hoc, D. Reg. Moles in decis. tit. de ciuil. Neap. acq.* §. 8. *quæst.* 2. decisum testatur *Franc. de Petr. cit. conf.* 15. & post *Auum meum ad Grãm. decis.* 103. *nu.* 94. obseruat *Consil. Hodier. ad cit. Surd. decis.* 329. *sub num.* 5. fraus enim ab omni excipitur dispositione, & in nulla vnquàm latitudine includitur, *l. non solùm,* §. *fin. l. Aurelio,* §. 1. *ff. de liber caus. Bald. cons.* 40.

Pluribus tamen modis dicitur quis Ciuis: Primò enim Ciuis efficitur per originẽ, & est, qui nascitur in Ciuitate, in qua Pater domicilium habet, ex *text. in l. Cines,* C. *de incol. lib.* 10. *l.* 3. C. *de municip. lib.* 10. *l. assumptu,* 6. §. 1. *ff. ad municip. Carleual. cit. disput.* 2. *num.* 50. *Rouit. cons.* 85. *num.* 3. *tom.* 1. *Mut. Surgens de Neap. illustr. cap.* 27. *nu.* 15. ibiq; *Marc. Ant.* frater *in add. pag.* 411. *consid.* 1. *Antunez de Portugal. in tract. de donat. Reg. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 15. *ex nu.* 13. qui strictè loquendo venit appellatione Ciuis: nempè Ciuis per extensionem, non per comprehensionem, *Reg. Tap. decis. Collater.* 3. *n.* 79. *& dec.* 14. *num.* 5. *Rot. ad Rouit. cit. cons.* 60. *nu.* 13. *lib.* 1. Quæ quidèm ciuilitas originis an admittatur, si quis recedens à Patria, alibi domicilium transferat? inquirunt idem *Carleual. add. loc. ex nu.* 124. *Sadarin. respons.* 1. *à num.* 2. *Gananer. decis.* 41. *Dexart. decis. Sardin.* 67. *Sanfel. decis.* 74. *n.* 6. *Nouar. sect.* 2. *q.* 39. *Marcian. disput.* 43. *ex n.* 8. *lib.* 1. & peritus, ac omni Magistratu dignus, *D. Caietanus Ageta* in tractatu, sub prælo existente, *Annot. pro Reg. AErario ad Dec. Reg. Moles* §. 8. *de ciuil. Neap. q.* 1. *n.* 11. qui sub *nu.* 16. sermonem habet de Nobilibus Sedilium huius Ciuitatis extrà Regnum domicilium cõstituentibus. Secũdò Ciuis efficitur per incolatũ, & domicilium, iuxtà *text. in l. incola* 29. *ff. ad municip. & l.* 1. C. *de incol. lib.* 10. & tradunt *Rouit. in prag.* 1. *num.* 2. *de cession. bonor. Staib. obseru. ad resol.* 92. *à num.* 8. *Brill. ad consuet. Neap. tit.* 28. *cap.* 2. *ex nu.* 108. *Reg. Moles in add.* §. 8. *à nu.* 20. *Consil. Altimar. ad Rouit. in mem. cons.* 48. *n.* 26. qui in omnibus, & per omnia verè Ciuis est, *Staiban. cit. resolut.* 92. *num.* 24. Quod hodie est indubitatum per *Pragm. primam, de immunit. Neapol.* (de qua meminit *Garau. in hoc ritu ex num.* 33.) concedentem, alienigenis vxorem Neapoli ducentibus, & domum ementibus, vel ædificantibus, vt habeantur tanquàm oriundi, & gaudeant, *Vrsill. ad Afflict. decis.* 384. *num.* 5. *Gramm. decis.* 87. *& consil. ciuil.* 159. *num.* 30. *Ann. alleg.* 74. *Pisan. ad Gaet. rub.* 27. *num.* 8. *Camill. de Medic.* memoratam Pragmaticam interpretans, *cons.* 80. *num.* 4. *lo: Franc. de Leonard. in tract. de Magistrat. Regn. cap.* 1. *num.* 61. *Thor. p.* 1. *compend. verbo ciuis,* Anuè requiratur continua habitatio, vel sufficiat pro maiori parte anni? *Roman. singul.* 676. *nu.* 1. & ad rem *Boss. de Princip. n.* 371. Tertiò demùm per allectionem, quando in loco, vbi fit Ciuis, cõmoratur: nam etiam verè Ciuis dicitur, & gaudet omnibus priuilegijs, prærogatiuis, exemptionibus, ac immunitatibus, prout gaudet verus originarius, & naturalis Ciuis, *Paris de reintegr. feud. cap. quaro Dominus, Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 42. *Pisan. ad Gaetam in ritib. R.C. rub.* 10. *ex n.* 19. *R. Rouit. add. cons.* 48. *& seq.* & idem *Rouit. to.* 2. *cons.* 62. *à nu.* 1. vbi differit etiam pro Ciue vigore Statuti, ibiq; *D. Altimar.* qui requisita, & attinentes quæstiones nectit, *Reg. de Marin. obseru. ad Reg. Re-*

uert.

uert.in decis. 297. & alios modos, quibus quis efficiatur Ciuis, tradit adductus *Reg. Rouit. tom. 1. cons.* 48. ac ibi *D. Altimar.* cœteros cõgerit casus, & alia tradit *Cardin. de Luca tom. 3. tract. de præem. disc.* 37. *Reg. Moles tit. de immunit.* §. 8. *quæst.* 1. *cum seq.* & præcipuè *quæst.* 7. *Landulf. de Aquina* apùd *Reg. de Marin. lib. 3. alleg.* 102.

Quòd autem domicilium consideretur triplicitèr: nempè Naturale, Commune, & Accidentale, optimè monent *Gayll. 2. obseru. 36. num. 3. Farinac. in fragm. verb. domicilium, num.* 194. *Menoch. lib. 6. præsumpt. 42. nu. 3.* & alij, quos laudat *D. Ageta cit. loc. ex num.* 37. potissimùm allectione, vel ex priuilegio, quibus competit prærogatiua, sicuti & originarijs, vt mox dixi- 74
mus: nàm Ciuilitas, quæ ex priuilegio acquiritur, vera, & non ficta Ciuilitas est, *Honded. cons. 5. num. 8. vol. 1. Rom. cons. 62. n. 9. Reg. Sanfel. dec.* 74. *&* 75. *lib. 1. Hyppolitus Vannius* apùd *Rouit. cons. 49. lib. 1.* Quod fortiùs ven- 75
dicat locum, si in priuilegio concessionis fuisset dictum, vt habeatur in omnibus pro originario (sicùt fieri solet) quia tunc quò ad iuris effectum in nihilo ab originario differt, *Cyriac. cit. controu.* 303. *nu.* 32. & *controu.* 205. *nu.* 56. *lib. 2. Decian. cons. 16. nu. 79. vol. 4. Boer. decis. 260. Menoch. cons. 738. n. 6. vol. 8. Costa inter cons. eiusd. Menoch. cons. 678. num. 1. vol. 7. Sese decis. 90. n.* 2. & scripsi super *rit.* 85. *num.* 3. Quam conclusionem *Nouar. grau. 32. n. 7.* extendit ad Ciuium filios in alio loco habitantium, & *Surd. cons. 65. num. 7. lib. 1.* de quo *D. Altimar. cit. obseru. 48. num. 19.* Et si eodem tempore in loco domicilij, & originis alicui iniungantur munera, tenetur potiùs subire id, quod in loco originis ei fuit iniunctum, ex *Glos. vlt. in l. 1. C. de municip. & orig.* vbi *Platea*, & comprobatut ex *tex. in l. libertus, §. præscriptio ff. ad municipal. de Marin. lib. 1. resol. 63. num.* 5. *Nouar. sup. l. originem, C. de municip. lib.* 10. *Capiblanc. de Baron. prag. 10. n.* 75. *Maur. allegat. 4. nu. 3. Luc. in tract. de pluralitate legali, cap. 70. nu. 4. Montanar. de administrat. Vniu. pragm. 2. ex num. 334. Dominic. Homen. de Almida Media in analysi excellẽtiarum in Iure numeri quinary, cap. 5. num. 15.* secus autem notat, si diuersis temporibus munera conferantur: nam tunc priùs iniunctum subeundum est, ex *l. si pluribus, in fin. ff. de leg. 1.* vbi præfertur, qui præuenit.

Expositos in Xenodochio D. Mariæ Annunciatæ, gaudere priuilegijs Ciuitatis Neapolis, decisum indicat *D. R. Moles* mem. §. 8. *quæst. 3.* & comprobat *Montan. controu. 30. num. 19.* cum enim ignoretur eorum origo, ex loco, in quo sunt expositi, illam sumunt, *Vinc. de Ann. singul.* 185. Eorum tamen filij si extrà nascantur Ciuitatem, illis non fruuntur: cum prærogatiua gaudendi ciuilitate originis paternæ, à Iure est clargita veræ origini paternæ; origo autem vera expositorũ ignoratur, *Montan. & Moles cit. in loc.* 77

Quibus quoq; gaudẽt Infideles bap- 78
tizati in Ciuitate, per Baptismum enim dicitur homo renasci, *Reg. Moles cit. tit. & 8. quæst. 3. Montan. mem. loc. num.* 20. Quod *Gratian.* limitat *tom. 1. discep. forens. cap. 75. num. 16. Præsul Rocca disput. iur. tom. 1. cap. 83. n. 4.* Tantaque est vis Sacri Baptismatis, vt si Turca Christianam Mulierem in concubinam habuisset, postea ad Fidem conuersus, illam in vxorem ducat, filij interea ex concubinatu nati legitimantur propter Matrem fidelem, & conuersionem ad Fidem, *Adam Kell. de iur. succes. ab intest. tit. 7. num.* 18.

Baro dicitur Ciuis suæ Baroniæ lo- 79
ci, in quo possedit feudum, vt insinuat *Capon. discept. for. 55. ex n. 1. tc. 1.* & obtinet, vti Primus Ciuis, vsum vtendi pascuis Vniuersitatis, vti habent duo ex Ciuibus ditioribus: qua de re *Capiblanc. in pragm. 12. de Baron. n. 28.* & ibi *Rouit. & Nouar. de Franch.* & ad eum *Luca decis. 197. Consil. Ioseph de Rosa consult. 9. ex nu. 23. lib. 1. Ganauer. decis. 37. Consil. Altimar. ad Rouit. cons. 62. n. 18. to. 2. Carleual. cit. loco nu. 656. & 697. Reg. de Ponte de potest. Prorog. tit. de elect. Offic. §. 2. nu. 1. Thor. add. p. 3. sect.*

Digitized by Google

3.sect.2.verb.Officialis,Præs.Ganauerr. dec. 38. *n.*12.quod explicat *R.Galeot. lib.2.controu.*37.adeòq;possit ordinari ab Episcopo loci feudi, *Capon. ibid.*

Scholares etiam statim, ac Scholares efficiuntur,fortiuntur forum locī Studiorum,idq; ex speciali priuilegio in *l.2.C.de incol.lib.*10.& *in Auth.habita,*C.*nè filius pro patre,Fermosin.de iudic.p.2.ad cap.exparte* 15.*de for.compet. quæst.*14. *Thor.p.*1.*compend.decis.verb. Habitans,Pereyra de iur. Accadem.lib.* 3. *disput.* 4.*ex nu.*392.*Coler.de process. execut.p.*2.*cap.*1.*nu.*40.& alijs medijs, *Consil. Staiban. in observ.ad resolut.forens.* 92.*ex nu.*66.*cent.*1.*Luc.ad Gratian. cap.* 181. & in Regno adest *Cap.* incip. *Inter virtutum,versic. volumus, decernimus, & mandamus, Reg. Ronit. in rub.prag.de Schol. doct.* gaudentque priuilegijs Ciuium, & non oneribus, *Dec. in l.si Ruffinus,nn.*13.*C.de testam. Milit. Tiraquel. de Nobilit.cap.*6.*num.* 49.*Præsul D.Franc.Verd.in proœm.Instit.lib.*1.*lemm.*8.*n.*48.amplians *sub n.* 52. *vers.* 14.ad electionis fori beneficium,ex *Nouar. in prax. elect. for.sect.* 2. *quæst.* 15. *num.*1.*Vin.decis.*55.*nu.*1. *Rydolfin. in prax. p.* 3. *&* 4.*num.*118. *Salgad. in labyr. cred. p.*1.*cap.*7.*nu.*40. *tom.* 1. *Solorz. de Indiarum iure lib.* 2. *cap.*25.*num.*117.*tom.*1.*Mart.de iurisd. p.*4.*cent.*1.*casu* 39.*Bened.Carp.in prax. crim. p.* 3.*quæst.*110.*num.*8.*Scialoya de for.cōp.cap.*16. Quiduè si,elapso quinquennio, habitauerit,recipiendi causa praxim ab Aduocatis? aduertit *Amaya in cit.l.Ciues,num.*106. *Nouar.in l.nec ipsi* 2.*C.de incol.lib.*10.*Consil.Altimar. ad Ronit. cons.*48.*num.*38.*P.Mendo de iur. Accadem.lib.*1.*quæst.*42.vel extra Studium reperiantur,vt in propria Patria, vel alibi solatij causa, *Carleual. lib.* 1. *tit.*1.*disp.*2. *quæst.*6. *sect.*5.*num.* 496.*Nouar.de elect.for.sect.*2.*quæst.*15. *num.* 3. *tom.*1. *Pisan.ad Gaet.in Rit.R. C. S. tit. de fundic.flagell.ex num.*184. qui in *nn.* 173. *cum seq.*extricat quæstionem à me excitatam in *Rit.* 272. *ex nu.*62.& scitum S.C.quo fuit data, in concursu cùm Studio,doti prælatio.

Omnes Iudices, & illi, qui honorem, & dignitatem in hac Ciuitate adepti sunt,etiam exteri,hoc fruuntur priuilegio, ex *Carau.in hoc rit. nu.*21. *&* 23.notat *Consil.Carleual. cit.loc.nu.* 656. *Guid.Papa decis.*631. *Donad.tom.* 2. *de renunc.cap.*16.*ex num.*26. etiam Milites Hispani, nedùm qui in eadem Ciuitate stipendia merent, sed qui in ea morantur, *Thor.in supplem.compēd. verb. Milites,Reg.Sanfelic.decis.*74.*to.* 1.& vti habitantes, & vti Ciues, *Nouar. de elect.sect.*2.*quæst.*38.*nu.*7.*Ann. sing.* 365. *Ricc. collect.*269.*Scialoya de for. compet. & cap.*18.*n.*4.*Franc.Marcus decis.*713.*num.*26.*p.*2.*Paris de Puteo de syndic. verb. Ciuilitas Officialis, cap.* 1.*&* 2.*Mut.Surgens ad Marc.Ant. Surgen.de Neap.illustr.lib.*1.*ad cap.*16. *n.*25.*Tasson.de antefat.vers.*3.*observat.* 3.*n.*171. latè idem *Thor.*relato quoq; *Carau. p.* 3. *compend.decis.sect.*2.*verbo Officialis quamuis,*inquirens, an teneantur ibi soluere gabellas? quod tangit *Auus meus ad Capyc.decis.*209.*n.*6.

Eodem modo Doctores exteri conducti ad legendum in hoc ampliſſimo Studio,ex *Carau.in hoc ritu, num.* 22. *vers.intelligendo prædicta,Reg.Sanfel. add.loco n.*4.*Ann.singul.*365.*Reg.Tap. decis.Supr.Senat.Ital.*14.*nu.*4.*Lenaud. tract.de Doct.p.*2.§.29.*D.Benedict.Pereyra de Academia, lib.*8.*tit.de Doctorib.n.*1411.Idq;ad Aduocatos extēdit *Narbon.in l.* 20. *glos.* 2.*tit.*1.*lib.*4.*rec. n.*194.& ad Officiales Accademiæ, ac Tribunalis Studij publici,*P.And.Mendo de iur. Accadem.lib.*1.*q.*42.*n.*481.

Rector itidèm,vel Prælatus alicuius Ecclesiæ,*Innoc.in cap.ex ore,vers.Item in casibus,de priuil. Glos. in cap. omnes Principes,de maior.& obed.Bald.in l.*2. *C. de infant. expos.& in tract.feud.cap.* 1.*qual.dom.propr.feud.priuet.*Reputantur enim, & ipsi tanquàm Ciues, *Losfred.cons.*4 *ex nu.*7.*Bellett.disquis.Cleric.p.*1.*tit.de disciplina Cleric.*§.2.*num.* 17. *Rota decis.* 380. apùd *Farinac.p.*1. *recent.*& videndus *Donad. cit. tract.de renunc.tom.*2.*cap.*16.*num.*29.

Monachi etiā,Monialesq;Monasterij in hac Ciuitate:dicuntur enim serui, & filij Monasterij,in quo sunt ingressi,

Apo-

Apostill.ad Abb.in cap.postulasti,nu.5.de for. compet.incip. Illius Ciuitatis,Thor. p.3.compend.decis.sect.2. verbo Moniales,fol.104.Carol.de Gras.de effect.Cleric. effect. 1. num. 99.& 100. & Ciues propterea loci, vbi degit Monasterium, ex *Carau. in loc rit.num.24.Thor. p.3.compend. decis.sect.2. verbo Moniales,versùs med.Capibl.tom.2.de Baron. cap.57.nu.2.* & aduersantes sententias conciliat *Molfes. ad consuet. Neap.p.2. quast. 7.num.27.* ac dispungit *Boer.dec. 260. num. 31.* & an Clerici? *Velasc. consult. 100. Surd. decis. 120.Carol.de Grass.cit.tract.in prælud.num.381.Oter. de pasc. cap.8. Nouar. cit. loc. num.8.* loquens de Monasteriorum animalibus

85 Quod, & in Clerico habente Beneficium in aliqua Ciuitate, intelligunt quoq; *Amaya in l.Ciues, num.62.C.de incol. lib.10.Reg.Galeot.contro.67.nu. 8. Rodoer. ad Reg.de Marin.resol.220. num.1.lib.1.*& proinde ipsi liceat recipere Ordines ab Episcopo loci Beneficij, licèt exigui, aduertunt *Reg. de Marin. lib.2.resolut.152.Consil.Altim. ad Rouit.cons.48.num.39.in fin.*

Tãdèm pro coronide notãdum est,

86 quòd quamuis Reus extrahi nõ possit à proprio incolatu pro primis causis, nè subditi depauperentur, vt aureis verbis rescribit *Imperator in §.vnam quidem, versic. quid enim,Auth. vt omnes obed. Iudic.&c. in §.1.Auth.cit.diff.iud. coll. 6. §. sit tibi quoq; Auth.de mandat. Princip.*& de Iure Regni sancitũ est in *prag.8.de citation.prag.2.vbi de delicto, prag.3.§.3.& prag.79.§.6.de offic. S.C.* ac seruari Panormi indicat *Caracciol.*

87 *dec.Sicilia 38.n.2.& 3.* ac proinde non possint mandata iustificata, nec primæ citationes relaxari, nisi expressa causa priuilegij, cuius vigore Actor valeat trahere Reum extrà proprium larem, *Capiblanc. de Baron.pragm.3.post num. 194.& pragm.8.cap.55.num.14.tom.2. Auus meus ad Capyc.dec.18.n.1.Nouar. decis. Apul. 216.Scialoya de for.compet. cap. 2.de for.domicilij compet.n.5.* Quò

88 verò ad Neapolitanos,& habitantes, sat est, quòd habitatio innotescat, & fit decretum,*stante notoria habitatione*, absq; vllo priuilegio.

RITVS CCCII.

ITem, quòd Curia Capitanei Ciuitatis nostræ Neapolis, non possit cognoscere de causis ciuilibus, nec super tenoribus instrumentorum; sed tamen habet cognoscere de causis criminalibus, iuxtà antiquum ordinem antiquitùs obseruatum.

SVMMARIVM.

1 *Ex* Rituum *ordine indicatur,an veritati congruat effatum* Carauitæ *insinuans, Capitaneum Ciuitatis Neapolis præsedisse M.C.V.*

2 *Causa liquidationis instrumenti est criminalis, & id latè probatur.*

3 *Iudicium aliquod, vt dijudicetur, an ciuile sit, vel criminale? quæ sint inspicienda.*

4 *Instrumentum an liquidari valeat ad instantiam matris aduersùs filium?*

5 *Iudicandum non est exemplis, sed rationibus,nec debet attendi illud,quod fuit decisum, sed quod de iure decidi debuit.*

6 *Pactum, vt filius accusari possit de periurio ad instantiam patris, vel matris, vti contrà bonos mores, non est seruandum.*

7 *Mater liquidare non valet instrumentum contrà filium.*

8 *Filij,& Parentes non tenentur ad inuicem,nisi in quantum facere possunt.*

9 *Iudex ex officio repellere potest Actorem sine actione agentem.*

10 *In iudicijs quasi contrahitur.*

11 *Contractus non potest pro parte valere, & pro parte non valere. Et quid in sententia?*

12 *Purgatio moræ semper admittitur de æquitate,tàm Canonica, quàm S.R.C. quando ius patris aduersa non fuit effectum deterius.*

13 *Renunciatio purgationis moræ non valet in Regno.*

14 *Aduocatus an liquidare valeat instrumen-*

Digitized by Google

mentum contra Clientem pro palmario promisso?

15 *Beneficium, quòd teneantur in quantum facere possint, certis tantummodò personis concessum est, quæ enumerantur.*

16 *Doctrina* Consil. Paschal. de patria potestat. part. 2. cap. 9. num. 42. *perpenditur.*

17 Ritus M.C.V. 166. *tribuens paratam exequutionem instrumento guarentigiato, comprehendit omnes personas.*

18 *Quisque locuples, & soluendo præsumitur.*

19 *Iuramentum excludit beneficium, nè quis conueniatur vltra quam facere potest.*

20 *Beneficio, nè conueniatur vltra quam facere potest, nùm renunciari possit?*

21 *Renunciatio proprij iuris expressè, vel tacitè fieri potest.*

22 *Renunciatio generalis cum iuramento sat est, vbi specialis exigitur.*

23 *Aduocato ob causam orandam, quam pecuniæ summam dari permissum sit? & qualitèr Iudex in palmario ei taxando versari debeat?*

24 *Summum ius, summa est iniuria; vnde S.R.C. consueta æquitate, in iudicando, Dei vestigia nititur imitari.*

25 *Iudex cum taxare intendit palmaria Aduocatis, quid attendere debeat?*

26 *Aduocatus præstare tenetur patrocinium gratis Clienti pauperi.*

27 *In dubijs quæstionibus pro Reo iudicandum est, & adduntur alia notabilia.*

28 *Citatio nulla conualidatur per comparitionem citati.*

29 *Quid, si vitium consistat in forma, etsi comparuerit animo dicendi de nullitate?*

30 *Instrumentum liquidari minime valet, non facta requisitoria in loco destinato ad solutionem, vel in loco contractus, licèt in instrumento adsit pactum, vt liquidari possit in omni Curia, loco, & foro.*

31 *Quod declaratur non militare, comparente debitore, & non docente de pecunia in loco destinato existente.*

32 *Notario asserenti in instrumento in publicam formam redacto, se habere licentiam Principis instrumenta scribendi, & reassumendi per alios, an, & quando credatur?*

33 *Hæres creditoris an possit liquidare instrumentum, quando creditor in contractu pro se, & hæredibus non est stipulatus, & promissio solutionis nequidem creditori, eiusq; hæredibus facta est?*

34 *Actio accusandi de periurio commisso in persona testatoris, non transit ad hæredem, si ipsi hæredi non est iratum solui.*

35 *Occurritur* Regenti Rouito decis. 26. & Consiliario Prato obseru. 63. *pro hærede aleam sustinentibus.*

36 *Regula, quòd persona hæredis est eadem cum defuncto, ipsumq; representat, suas habet limitationes, inter quas est restrictio in delictis priuatis.*

37 *Effatum, quòd nominato creditore in contractu, censeatur nominatus eius hæres, restringitur in casu hic adducto.*

38 DD. *per* Rouitum, *&* Pratum *adducti dispunguntur.*

39 *Ad libellam ostenditur,* decisionem 26. Reg. Rouit. *esse iustam, & prolatam in diuerso casu.*

40 *Stylus Notariorum, quòd intelligatur stipulatus pro creditore, & hæredibus, & proinde ex præsumptione iuris intelligatur, ac si esset nominatus hæres, non vendicat locum in liquidatione instrumenti.*

41 *Perpenditur* decisio Præs. de Franch. 325.

42 *Clausula &c. non extensa in instrumento reassumpto, partiq; consignato, non potest amplius extendi.*

43 *Instrumentum non continens obligationem personalem debitoris an liquidari possit?*

44 *Tria sunt, quæ liquidationem instrumenti promouent: nempè obligatio personalis, debitum liquidum, & iuramentum de facie ad faciem.*

45 *Liquidatio instrumenti multoties fit quò ad districtionem bonorum tantùm, suspensa districtione personæ.*

46 *Actio realis oriri non valet absque personali obligatione.*

47 *Venditio annuorum introituum nùm*

Digitized by Google

fieri possit ex interesse tertiarum:

48 *Pecunia numerata non requiritur ad constituendum capitale census; sed sat est aliquod debitum verum seruata forma Bulla* Nicolai Papæ V.

49 *Tertia decursæ an constitui potuerint in nouum capitale, & in emptionem annuorum introitum.*

50 *Interesse debetur pro annuis redditibus non solutis.*

51 Textus in l.fin.C.de vsur.*declaratur, & disceptatur, an locum obtineat in interesse.*

52 *Interesse quando est certum, & debetur iure actionis,parit aliud interesse.*

53 *Opinio, quòd interesse conuerti possit in capitale,ex quo aliud interesse promanet, quomodo procedere debeat.*

54 *Annui redditus debentur tanquàm sors, cum eorum capitale censeatur demortuum.*

55 *Accessio accessionis non dicitur, quoties interesse exuit naturam interesse, & induit titulum alicuius sortis.*

56 *Interesse parere potest aliud interesse, quando illud deducitur in alium contractum, per quem extinguatur, ita vt incipiat deberi ex noua causa.*

57 *Idque eo fortiùs procedit, cum debitum extinguitur à viribus contractus censualis.*

58 *Maximè accedente relaxatione facta in contractu venditionis annuorum introituum.*

59 *Magna Curia Vicaria an sola cognoscat de præsentatione instrumentorum, etiam priuatiuè quò ad Baronesè adducitur casus superioribus annis in eadem M. C. V. controuersus.*

60 *Actor sequitur forum Rei in qualibet actione, tàm reali, quàm personali.*

61 *Iura generaliter loquentia, generaliter intelligi debent; & cum non distinguunt, neque nobis distinguere licitum est.*

62 *Locus idoneus ad conueniendum Reum est Forus Rei.*

63 *Concessa cognitione delictorum læsæ Maiestatis, non venit illud in primo capite.*

64 *Cognitio iudicij executiui non tantùm tributa sit M. C. V.*

65 *Clausula abdicatiua, & priuatiua reddit priuilegiatos similes Clericis.*

66 *Vna causa excepta, regula aliarum causarum fundatur in contrarium.*

67 *Pactum exequutiuum est iudicium extraordinarium, & summarium.*

68 *Barones cognoscunt de liquidatione instrumentorum, & de apocis Banci.*

69 *Recensentur plures differentiæ inter iudicium liquidationis instrumẽtorum, & illud pacti exequutiui.*

70 *Apoca Banci verificata æquiparatur instrumento liquidato.*

71 *Adducitur scitum M. C. V. confirmatum per S.R.C. quo denegata fuit Baroni remissio cognitionis in pacto exequutiuo.*

72 *Stylus, etiam contra Ius Commune, vim legis obtinet.*

73 *Pactum exequutiuum assimilatur causæ liquidationis instrumenti, recognitionis apocarum, obligationum penès acta, & literarum exequutorialium vigore Consuetudinis, in quibus nulla datur remissio Baroni petenti.*

74 *Ratio vbi est eadem, licèt non expressa, habetur pro expressa, etiam in Statuto condito contrà Ius Commune.*

75 *Pactum exequutiuũ ex quibus oriatur.*

76 *Partes paciscipossunt, vt processus inchoetur ab exequutione.*

77 *Præceptum Iudicis, quòd solnat, æquiparatur mandato de parendo.*

78 *Remissio post sententiam non est concedenda Baroni illam petenti.*

79 *Concessio cognitionis causarum ad casus non expressos extendi non debet.*

80 *Clausula*, quòd debitor conueniri possit in omni Curia, loco, & foro, *apponi potest in contractu censuali.*

81 *Debitor, qui certo loco se soluturum pecuniam obligauit, si solutioni satis non fecerit, conueniri potest in quocumq; alio loco idoneo.*

82 *Baro remissionem petere non potest, cum Vasallus arctatus est ad soluendum in loco destinatæ solutionis.*

83 *Officialis Regiæ Cameræ Summariæ nõ potest alibi conueniri, nisi in Regia Camera.*

84 *Pactum exequutiuum non est causa.*

85 *Protectio est de Regalibus maioribus, qua*

Digitized by Google

quæ Regi competunt in signum Supremæ potestatis, nec alteri concedi, aùt communicari potest, neque in generali donatione iurisdictionis concessa intelligitur.

86 *Princeps si Superioritatis ius abdicatiuè à se concessisset, diceretur homicida suæ dignitatis; nec tali casu obstringeretur ad obseruantiam talis concessionis.*

87 *Authoritate propria quod facere licet, multo magis licet authoritate Iudicis incompetentis.*

88 *Praxis de expediendis literis exequtorialibus vigore Consuetudinis, vnde ortum habuit, & alia notabilia ad rem.*

89 *Pactum ingrediendi propria authoritate nùm valeat creditor exercere contrà debitorem, eiusquè heredem, petendo familia associationem, absque partis citatione?*

90 *Dominus directus an possit apprehendere possessionem propria authoritate, sine nota turbationis, neque citato vtili Domino rei emphyteuticæ propter emphyteusim finitam, vel alijs in casibus?*

91 *Quidnè existente pacto, ad Domini directi beneficium, ingrediendi possessionem propria authoritate.*

92 *Ac quid si adiuit Iudicem.*

1 SI *Rituum* præcedentiam deducere vellemus ex illorum ordine, vtiquè fatebimur, ante præsentem *Ritum*, vnitas fuisse Magnam, & Vicariæ Curias; tùm quia *Ritus* complures hunc nostrum antecedentes, de illis coniunctim verba faciũt; tùm præsertim ob *Ritum* 54. speciatim dicentem: Nè vlla altera Curia, præter Magnam Vicariæ, cognoscere valeat causam liquidationis instrumentorum. Qua stante conclusione, cessabit *Caranita* explicatio, tùm in præsenti, tùm in altero *Ritu* 55. vt Capitaneus, de quo loquuntur, intelligatur de eo, qui præsidebat Curiæ Vicariæ: nam Magnę præerat Magister Iustitiarius; tùm præsertim, quòd tempore, quo prædictæ Curiæ distinctæ erant, qui præsidebat Curiæ Vicariæ, Regens Curiæ Vicariæ appellabatur, vt fuit Ioannes de Haya, cuius meminit *Cap. Regni Si cum sceleratis*, alterumq; *Detestantes*. Demumque haud subticeo, quòd si noster *Ritus* intelligeretur de Curia Vicariæ, dedeceret fateri, non potuisse in eo Tribunali tractari instrumentorum liquidationem. Ita quoque credere oportet, aliam tunc fuisse Neapoli Curiam à Capitaneo gubernatam, atque in ea agitari causas super tenoribus instrumentorum, non potuisse: quod etiam tetigi in *rit. 1. nu. 22. ac rit. 55. in princ. tom. 1. & hoc tom. 4. rit. 278.*

Igitùr non eruitur ex hoc *Ritu*, causam liquidationis instrumenti esse ciuilem, dùm Gubernator non cognoscebat de illa; at eam esse criminalem, deducitur: quia vires sumit à periurio. Prisco enim tempore inoleuit pœna, quę debitorem periurum manus mutilatione plectebat; inde in eius locum successit mulcta pecuniaria Fisco applicanda, ad rationem ducatorum decem pro centenario, vt per *Affl. in Const. Regni, Statuimus, in 17. notabili*, ac per *Carau. in Ritu 133. & 171. num. 2. & 109. num. 1.* At licèt illa pœna corporalis fuerit transfusa in pecuniariam; non propterea dici debet mutata causæ natura, & origo; sed remanet causa adhùc criminalis: ità perpendit *Carau. in Rit. 109. num. 2. &* 3. cum ad dijudicandum, sit nè iudicium aliquod ciuile, an criminale? inspici debeant modus agendi, causa, principium, & origo, *text. in l. qui id quod, ff. de donationib. & in l. ictus fustium, ff. de his, qui notan. infam.* Vnde, quòd causa sit criminalis, censuere *Frecc. de præsent. instrument. par. 5. num. 1. & par. 11. quæst. 3. num. 4. Afflict. decis. 64. nu. 2. Carau. in Rit. 182. num. 9. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 7. nu. 47. Præs. de Franch. in decis. 162. num. 5. &* 15. & ibi *Addentes, Galter. de præsent. instrumentor. in verb. Audiantur excusatores, num. 1. Ricc. in decis. 170. par. 3.*

2 3

Minad. in decis. 2. Novar. quæst. forens. quæst. 79. num. 6. Reg. de Marin. resol. quotid. cap. 58. num. 15. Reg. Galeot. controu. 54. num. 17. Reg. Capyc. Latr. decis. 45. nu. 17. & decis. 58. n. 5. Præs. Merlin. tom. 2. cap. 22. num. 2. & cap. 24. num. 16. & 17. Cons. Staiban. resol. forens. tom. 2. resol. 109. num. 58. Muscatell. in pract. fideiuss. par. 2. quæst. 2. num. 12. Consil. Pratus in addition. ad Paschal. de patr. potest. p. 2. cap. 9. fol. 420. & 421. & discept. 15. Borell. in summ. decis. tom. 2. tit. 19. de instrum. liquidat. n. 9. Reg. Sanfel. decis. 84. n. 8. & decis. 189. Rota Roman. in dec. 96. n. 28. post *tract. Merlin. de pignorib.* memor *dec. de Franch. 162.* notat, hoc iudiciũ esse famosum, & non posse exerceri contrà Patrem, *Camill. Villan.* apùd *Tapp. de iur. Regn. lib. 3. rubr. de instrum. liquid. ex. n. 6.* improbans *Rauiti* opinionem, iudicium nempè esse ciuile, *in prag. 1. de off. Baiul.* qua de re idem *R. Sanfelic. dec. 203. n. 6. Marott. discept. 9. R. Capyc. Latr. consult. 48. à n. 57. lib. 1. Præsul Afflict. contr. 48. nu. 49. Iul. Capon. lib. 5. discept. 401. in 6. concl.* loquẽs in *cõcl. 3. 4. & 5.* de Clerico coniugato.

Ex his Fabritius Guardati, Eques
4 Militaris Ordinis Calatrauæ, aduersùs quem, instantibus Liuia Ambrosini eius matre, & Carolo Guardati fratre, liquidatum fuerat instrumentum pro ducatis quincentum capitalis, ac ducatis vigintiquinque tertiarum, expeditisq; literis exequutorialibus: aiebat, liquidationem esse nullius roboris, vtpotè expetitam aduersùs filium instante matre. Etenim cum causa liquidationis sit criminalis, quippè quæ versetur circà periurij delictum: cuius immanitatem exitio plectit Diuinum Ius, Humanum dedecore, vt ait *Cicero lib. 2. de Legib.* & grauiorem ipsomet homicidio, censet *D. Thomas*, quem sequuntur communitèr DD. apùd *Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 319. ex num. 1.* & dixi *in rit. 270. ex num. 1. tom. 3.* nullo pacto poterit filius contrà patrem, vel matrem liquidare instrumentum, *Præs. de Franch. in decis. 162.* qui licèt annuat in *decis. 366. circà finem*, vnum ex Consiliarijs dixisse, quòd ipse viderat liquidari instrumentum, petente D. Carolo de Aualos, contrà Marchionissam Vasti eius matrem; non tamen rectè infertur, ergò filius potest liquidare contrà matrem, & mater contrà filium; cum non sit iudicandum exem-
5 plis, sed rationibus; nec debeat illud attendi, quod fuit decisum, sed quod de Iure decidi debuit, *l. nemo, C. de senten. & interloc. omn. Iudic. Reg. Rou. dec. 9. num. 39. Carleu. tom. 2. de iudic. disp. 29. num. 11.* & indicaui in *ritu 1. n. 17.* & alibi: cum illud potuisset forsitàn accidere, quia mater non se defendisset. Ex Iuris enim dispositione contrarium erat decidendum, iuxtà latè tradita ab eodem *Præsid. de Franch. in add. decis. 162.* ac in specie, quòd dicta liquidatio facta à filio contrà matrem non potuisset iure fieri in eo casu, notat *Paschal. de virib. patr. potest. p. 2. cap. 9. num. 21. circà finem*, his verbis: *Præs. de Franch. in decis. 366. qui etiam in finalibus verbis asserit, vnum ex Dominis dixisse, vidisse liquidari instrumentum contrà matrem; quam quidem decisionem fateor per supradicta nimis duram mihi videri, cique nullo modo acquiescere valeo*, Reg. *de Marin. lib. 1. cap. 190. Thor. p. 3. compend. verb. Liquidari an possit*, Præsul Rocca *tom. 2. disput. iur. select. cap. 182. ex num. 20.* loquens etiam in Socero, quod extricant *Minad. decis. 2. & Thor. mox cit. loco, Danz. de pugn. DD. tom. 3. tit. de instrum. liquid. nu. 27. Luca ad Franch. cit. decis. 366.* Pactum præterea, vt pos-
6 sit filius ad instantiam patris, vel matris, accusari de periurio, abominabile, ac execrandum putat *Ricc. ad Frãch. in d. decis. 162.* atq; adeò, vtpotè contrà bonos mores, non esse seruandum, *cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* Quæ Iuris conclusio procedit, non solùm in Patre, verùm etiam in Auo, & omnibus alijs Ascendẽtibus vtriusque sexus, *l. sunt qui in id, ff. de re indic.* nàm veniunt appellatione Parentum cuncti Ascendẽtes vtriusq; sexus, *l. appellatione, ff. de verb. signif. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 4.* Et quòd dixere *Præs. de Franch.* & alij in filio

con-

Digitized by Google

contrà patrem, vel matrem: procedit etiam in matre, vel patre contrà filios; cum correlatiuorum eadem sit ratio, ac disciplina, idemque iudicium, vel in materia correctoria, ac pœnali, provt ex *Paul. de Castr. Ias. Salyc. Surd.* & alijs probat *Gratian. tom. 1. discept. for. cap. 27. num. 14. & 15.* Et in specie, quòd mater nequeat liquidare instrumentum contrà filium, aduertit *Reg. Sanfel. in nouiss. additionibus* per ipsum factis in *decis. 230. fol. mihi 371. num. 4.* ante *Pras. Battaglin. in addit. ad Cyn. in l. qui in potestate, C. de in ius vocand.* quem refert *Thor. cit. tom. 3. par. 2. in verb. liquidari fol. 37.* Filij enim, & Parentes non tenentur ad inuicem, nisi in quantum facere possunt, deducto nè egeant, *l. inter eos ff. de re iudic.* quapropter cessat liquidatio, & carceratio: prout optimè probat *Paschal. d. cap. 9. par. 2. num. 13. cum seqq.* Imò liquidatio, & carceratio non vetatur solùm matri contrà filium, sed & fratri contrà fratrem, iuxtà latè tradita à *Thesaur. in decis. 119. Paschal. vbi supra, & Ricc. in addition. ad Pratid. de Franch. in d. decis. 162.* & dixi *in rit. 166. ex num. 84. tom. 2.* & aduertit *Olea de cess. iur. tit. 6. quæst. 11. nu. 41.* quamuis abnuat *Girond. de priuil. quæst. 88. n. 715.* Ideò dum prædicta mater, & eius filius non poterant accusare filium, & fratrem de tàm graui crimine periurij, ex *text. in l. si magnum 13.* & *l. si sororem 18. C. de his, qui accusar. non poss.* dicebat, nullitatem decreti liquidationis interpositæ, tanquàm decretum latum in beneficium illius, qui de Iure nulla competebat actio, ad *text. in l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gest. l. qui habebat, in princ. ff. de instit.* & poterat Iudex ex officio, etiam parte non opponente, Actorem sine actione agentem repellere, DD. quos refert *Dexart. in decis. 100. num. 19. & Prat. tom. 3. cap. 1. num. 83.*

Discussis propositis nullitatibus in M. C. V. dictum fuit: *Illas non obstare, & literæ exequutoriales exequutioni demandentur, citrà districtionem personalem*, die 9. Iulij 1668. suffragia præstãtibus mecum Iudicibus Ioanne Baptista Astuto, & D. Aloysio Socampo, Commissario.

Ab hoc decreto appellauit debitor ad S. C. à quo obtinuit, quòd M. C. verbum faceret; ac aiebat, decretum M. C. neque in bonis subsistere, cum nulla penitùs esset liquidatio. Siquidem si dictæ Liuiæ matri non competebat ius, & actio liquidandi contrà filium, ipsumq; de periurio accusandi: nè poterat quidem liquidare, neque contrà bona, soluendo pœnam Regio Fisco. Nàm in iudicijs quasi contrahitur; & idem iudicatur de contractu, quod de quasi contractu; ac valet argumentum de contractu ad iudicium, *l. ædiles, §. item sciendum, ff. de ædilit. edict. Barzius decis. Rot. Bonon. 23. n. 17. & 18. Reg. Capyc. Latr. in decis. 120. n. 117.* Quemadmodum propterea contractus non potest pro parte valere, & pro parte non valere: cum sit indiuiduus; maximè quando super eo impositum est iuramentum, prout optimè probat *Faber in eius Cod. tit. de distract. pignor. defin. 4.* & communitèr DD. relati per *Pras. Merlin. cap. 55. n. 7. cum seqq. Reg. Capyc. Latr. in dec. 104. num. 29.* & *Leotard. de vsur. quæst. 4. num. 50.* Ità etiam sententia, ac res iudicata nequit pro parte valere, & pro parte non valere; cum censeatur indiuidua sententia, quando vnico verborum contextu, eademq; carta est prolata, quamuis super pluribus articulis, vel pluribus libellis, prout ex *Alex. de Neuo, Montero, Gaillo*, alijsq; probat *Reg. Capyc. Latr. in decis. 83. nu. 11.* demonstrans, sententiam latam in beneficium duorum Creditorum, quorum vnus erat mortuus tempore sententiæ, & alter reperiebatur viuus, non posse exequutioni demandari, neque respectu portionis concreditoris viuentis; & ità testatur fuisse decisum per S. R. C. Vrget magis in casu nostro, quia non sumus in fieri, sed in facto esse; & in decreto nullitèr lato per M. C. V. contrà filium, tàm super bonis, quàm super persona, instante matre; quamobrem totum decretum est nullum:

Digitized by Google

lum: dùm non competebat matri actio criminalis, nec super bonis, nec super persona filij; sed tantùm actio ciuilis, exercẽdo pactum exequutiuum, remediumque ordinarium ciuile; ità relatis *Præs. de Franch. Thesaur. Paschal.* & alijs tuetur *de Marin. cit. cap.* 190. *nu.* 1. & 2. vbi in *nu. seq.* probat, neque posse instrumentum liquidari contrà patrem spiritualem, siue compatrem, stante affinitate, siue cognatione spirituali, *Ricc. in addit. ad Præs. de Franch. in d. dec.* 162. *Gait. de credit. cap.* 3. *ex n.* 1082.

Addebat, quòd cum venisset debi-
12 tor in Aulam M. C. sacculo paratus, ferens liberam fidem crediti Banci pro tertijs decursis; nimio rigore vtens eadem M. C. noluit admittere purgationem moræ; quæ de æquitate, tàm Canonica, quàm S.R.C. semper admittitur; maximè quando ius Partis aduersæ non fuit effectum detrerius, *Rot. in decis. diuers.* 277. *Grammat. decis.* 95. *Macerat. decis.* 67. *num.* 17. cum alijs, de quibus *Scoppa ad decis. Gratian. obseru.* 49. *nu.* 25. & potest purgari etiam post sententiam; ac post exequutionem factam, quando exequutio suum non habuit effectum: prout latè post alios probat *Consil. Staiban. tom.* 1. *resol.* 78. *num.* 10. *cum pluribus seqq.* & ante eum *Reg. Capyc. Latr. dec.* 30. *num.* 14. potissimum in Regno, ac in S. C. prout ex *Vrsill. Ann.* & alijs fundat prædictus *Cons. Staiban. in d. resol.* 78. *nu.* 21. Imò
13 in Regno adest lex municipalis in *Cap.* incip. *Legem veterem*, vbi disponitur, quòd non potest quis renunciare purgationi moræ; quæ quidem morę purgatio admittitur, non obstante iuramento, etiam de Iure Canonico, prout post alios plenè inquit *Reg. de Marin. tom.* 1. *resol. quotid. cap.* 133. *num.* 8. & hanc eamdem Iuris conclusionem pluribus alijs relatis probat *Cons. Prat. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 27. *à num.* 75. *vsq; ad num.* 92. *Episcop. Rocca* loquens in assensu *disput. iur. select. cap.* 62. *ex num.* 11. Et in causa Venerabilis Collegij Sancti Iosephi Clericorum Regularium huius Ciuitatis, cum D. Horatio Carrafa, referente D. Consil. D. Dominico Garofalo, sub die 7. Iunij 1690. in Banca de Neapoli: illud admisimus ad purgandam moram solutionis quantitatis in transactione promissæ infrà mensem, haud refragante pacto, quòd effluxo termino, & solutione minimè facta à dicto Collegio, teneretur soluere dicto D. Horatio integram quantitatem crediti, renunciando quoq; moræ purgationi. Idque in propriis terminis liquidationis instrumenti, annis elapsis, decisum per S.C. fuit in causa Marchionis Petrella, qui ex decreto M. C. fuerat condemnatus; at posteà facto verbo in S.R.C. in Aula Regij Consiliarij Iouino, fuit admissus ad purgationem moræ, solutis tertijs decursis, quas in promptu obtulit in eodem S.R.C. neque prædicta causa agebatur inter matrem, & filium; sed inter personas penitùs extraneas. Quod quotidiè æquitati *innixi* seruamus.

Vnde per S. C. referente Dom. Iudice Soccampo in Aula Illustr. Marchionis Crispani, Reg. D. Didaci Soria, tunc Consiliarij, die 11. Octobris eiusdem Anni 1668. decretum fuit: *Remissa est causa M. C. quæ prouideat, quòd stante solutione tertiarum in Aula S.C. supersedeatur in liquidatione.* Penès Thomam Guadagno Actorum Magistrum M.C.V.

Ex hijsdem motiuis, nimirùm, quòd
14 instrumentorum liquidatio sit causa criminalis; dubitatum fuit in M.C.V. an posset Aduocatus instrumentum liquidare contrà Clientem pro palmario promisso? Idque accidit in causa V.I.D. Ignatij de Marinis, contrà Bartholomæum Raparo: habita quadam ratione, quòd Patronus causæ loco patris habeatur; Cliens verò quodammodò filij vices gerat. Quamobrem cum opposuisset Cliens, se non teneri vltrà quam facere posset; sed deducto nè egeat; atq; adeò via *Ritus* agi non posse, quasi personali obligatione non esset astrictus.

Pro Aduocato perpendebatur;
15 quòd hoc Iuris beneficium, nè teneantur in integrum, sed in id, quod facere

Digitized by Google

cere possunt: certis personis tantummodò concedi, constat ex *l. sunt qui*, 16. *cum ll. sequ.* ex *l. miles* 6. *de re iudic. l. maritum. ff. solut. matrim. & §. sed, & si quis, Instit. de action.* vbi enumerantur dumtaxàt, parentes, filij, socer, patronus, maritus, miles, socius, ac donator: cum huiusmodi beneficium tribuatur, vel ratione reuerentiæ personæ, vt parentibus, soceris, ac patronis, *l. alia, §. & elegantèr, ff. solut. matrim. d. §. sed & si quis, Instit. de Action.* vel ob reuerentiam coniugalem, vt viro, & vxori competit, *l. maritum, ff. solut. matrim. l. vnic. §. cum autem, C. de rei vxor. action.* vel ratione dignitatis personarum, vt possint publicæ vtilitati inseruire, vt sunt milites, *d. l. miles*, vbi *Glos. ff. de re iudicat.* vel ratione liberalitatis, vt donanti, *l. nec liberalitate, ff. de re iudic. l. ex donatione, ff. de donation.* vel ratione communitatis, putà socijs, *l. verum, in princ. ff. pro socio*; vel tandèm habito intuitu miserationis, vt sunt qui bonis cesserunt, *l. is qui bonis ff. de cessione bonor.* At omnibus his competit ex peculiari priuilegio, vt ex *Criuell. decis. 115. num. 4. 11. & 12.* alijsque, tradit *Castagna in suo tract. de benef. deduct. nè egeat, in proœm. 1. par. sub nu. 2. in fine.* Quod sanè priuilegium cum non reperiatur in vniuerso corpore Iuris scriptum in beneficium Clientis; neq; vlla subsit ratio, ex qua protrahi possit; sequitur, gratis opponi à Cliente.

Neque authoritas obstat *Consil. Pa-*
16 *schal. de patr. potest. p. 2. cap. 9. num. 42.* ex *Baez.* dicentis: *Item qui debitor est Aduocato ex causa patrocinij, hoc beneficio gaudere, optimis rationibus probat idem Baez. in tractat. de inope debitore, cap. 12. num. 13. & seq.* Etenim ex his verbis linguæ potiùs lapsus, quàm opinio *Paschalis* refertur; & est intelligendus iuxtà dictum *Baezæ* allegati sic dicentis: *Sed an debens mihi, quia Aduocatus eius fui, debeat mihi addici, si soluendo non sit; & certè non addicendus, text. est expressus in l. 20. Stili, vbi dicitur: El Abogado por su salario, si a quel, que ha de dar salario, no hà bienes, de que lo pague, no se lo darà por preso; vaya el ayuda por amor de Dios*; idque comprobat alijs rationibus *num. 14. & seq.* Ex quibus patet, loqui attenta lege municipali, quæ prohibet Aduocatum pendente aduocationis tempore agere pro consequutione sui salarij contrà Cliẽtem pauperem; quod notat *Christophorus de Paz ind. l. 20. Stili*, qui summando, & explicando *text.* illum, ait, quòd illa lex probat, non posse pauperem comprehendi, neq; in vinculis detineri pro mercede Aduocati; in cuius cõfirmationem idem *Paz* adducit *text. in l. 16. tit. 16. lib. 2. Compilat.* vbi traditur, cogi Aduocatum gratis præstare patrocinium pauperi, in locis, in quibus non sunt Aduocati publico stipendio constituti; cum id congruat Reip. benè institutæ, *Glos. in l. 1. §. id Prator, ff. de postulan.* Cum ergò lex illa localis sit, & secũdùm eam loquatur *Baez.* non potest allegari in hoc Regno, in quo nulla adest prohibitio, ac adsunt pauperum Aduocati ex publico AErario stipendiati; secùs non reperirentur Patroni pro Clientum tuitione, vt obseruat idem *Paz loc. cit.*

Insupèr sumus in salario, ac palma-
17 rio post litem terminatam conuento, & in stipulationem deducto, mediante publico instrumento guarentigiato, quod paratam habet exequutionem, ex *Rit. M. C. V. 166.* omnes personas comprehendente, neque casum Clientis excipiente, vt probatur ex verbis eiusdem *Rit.* ibi: *Item, quòd si qui debitores, aùt debitrices quarumcũq; personarum, seù eorum fideiussores, ex quibus debitis publica instrumenta appareant, & in dictis Curijs, seù altera ipsarum præsentantur.* Sufficit ergò, ad hoc vt instrumentum possit via *Ritus* liquidari, si debitor sit purus, liquidus, ex iusta causa à Iure non improbata, & quòd sit in mora soluendi, adeòq; periurium committens, in quod cedit etiam pauper, vt ait *Apicel. de tutam. pauper. tit. 2. num. 21.*

Ex quibus non possunt ad rem referri tradita à *Baez.* & *Paschal.* à quibus

bus aliquã vim videtur Cliens mutuari. Nihil enim ab ijs adducitur ad hanc speciem pertinens: quippè eorum casus non est debitoris obligati per instrumentum guarentigium, quod præsentetur via *Ritus*, non limitans in Cliente; proindèq; est standum regulę.

Sed esto, quòd à *Baez.* exarata per-
18 tinerent ad rem; paupertas in facto non fuit probata, Curia pro Tribunali sedente, & de Iure locuples, ac soluendo quisque præsumitur, *l. si creditores, ff. de priuil. credit.* quapropter illam deducenti, onus probandi incumbit, *Glos.* singularis *in l. si verò, §. qui pro rei, verb. Dubitetur, ff. qui satisdar. cogant. Afflict. decis. 377. nu. 6.* præsertim si prædia possideat, atque stabilia, *l. verum, §. sciendum, ff. de minorib. 25. ann.* atque adeò Actore, vel Reo in sua exceptione non probante; Reus, vel Actor absoluitur, *l. qui accusare, C. de edend.*

Demùm, licèt inopia probata esset;
19 ac beneficium deducto nè egeat, competeret, quod negatur; cum tamen huiusmodi promissio patrocinij, ac palmarij sit iurata; beneficio locus non est, ratione iuramenti, quod excludit beneficium, nè quis conueniatur vltrà quam facere potest, vt in indiuiduo tradunt *Felic. de societat. cap. 6. num. 32. Farin. quæst. 27. num. 70. Seraph. de priuil. iur. 56. num. 3. & 4. Grat. decis. Marchiæ 130. num. 12. Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 78. num. 26. & 27. Carau. in Pragm. ad Maced. §. 12. n. 70.* quia hoc priuilegium saltèm fuit cogitatum in genere, si non in specie, quod satis est, *l. qui iure militari, ff. de testam.*

Quamuis autem satis controuersa
20 sit quæstio inter DD. an huic beneficio expressè renunciari possit? dissidentes tamen opiniones, huius distinctionis ope, communitèr conciliantur: nimirùm, aùt res versatur circà beneficium concessum ob reuerentiam personæ, & huic non posse renunciari, concludunt: cum ius illud reuerentiale remitti non possit; sicuti idem dicitur de beneficio, quod causam habet publicam, quæ priuatis pactionibus non tollitur; aùt res versatur circà beneficium, quod datur ratione contractus, vt in societate, & donatione; vel ex causa miserationis, vt in inope: & huic beneficio posse renunciari, affirmant, vt optimè post *Castagn.* & *Baez.* distinguit *Galler. in tract. de renunciat. cent. 2. renunt. 182. num. 3. & seq.* cum vnusquisque possit renunciare ijs, quæ pro se sunt introducta, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* vt exclamat *Cic. act. 2. in Verrem*, ibi: *Quod mihi lex mea causa dat, eo mihi non uti licebit*; & tradit *Alb. in l. 1. num. 1. C. de pact. Corn. cons. 109. col. 1. l. b. 1.* & quilibet renunciare possit, qui non est prohibitus, *Odofred. in l. commissoriæ, C. de pact. inter empt. & vend.*

Cum ergò possit expressè renun-
21 ciari huic beneficio; tà quoque, & tacitè, ad *text. in l. recusari 95. ff. de acquir. hared.* vbi *Iuris Consultus* inquit: *Quocumq; iudicio voluntatis remitti ius nostrum posse*: hoc est omnibus ex modis. Qui enim quodcumq; dicit, nihil excipit, *Martin. Vran. in cap. 1. extr. de Constit. num. 3.* vnde expressè, vel tacitè, posse fieri renunciationem proprij iuris, probatur ex *text. in l. 1. C. de restit. in integr. min.* & in *cap. cum olim, de censib.* obseruat *Glos. in l. nihil interest, verb. Commouebitur, ff. de inoff. testam.* latè *Galleratus de renunciat. lib. 5. cap. 1. num. 20.* Et idcircò qui renuntiat omni legum, & iuris auxilio: prout in quolibet instrumento supponitur, censetur huic beneficio renunciasse, *Rolan. de dote, quæst. 40. nu. 13. & cons. 13. num. 10. lib. 1. Bertazz. de claus. claus. 40. glos. 6. num. 4. & Galler. cent. 2. dict. renunc. 182. num. 12.* quia in renunciatione non est necesse, vt iuris remedia specialitèr exprimantur, *l. si duo, §. idem Iulianus, l. duobus, §. à fideiussore, ff. de iur. iur.* & tradit *Cancer. par. 3. variar. cap. 15. de renunciat. num. 140.* Quod præsertim obtinet in generali renunciatione iurata: etenim, cum
22 exigitur specialis, sufficit generalis cũ iuramento, *l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. Bald. in l. 1. num. 12. C.*

com-

Digitized by Google

commodati, Seraph. de priuil. iurament. priuil. 7. n. 9. & Reg. Cappc. Latr. consult. 242. num. 12. nàm iuramentum operatur, vt renunciatio generalis habeat vim specialis, & comprehendat etiam ea, quæ specialem expressionem requirerent, *Decian. conf. 39. à nu. 71. & num. 80. lib. 2.* & post alios *Seraph. priuileg. 56. num. 2.*

Tandèm pro Aduocato perpẽdeba-
23 tur, quòd licèt antiquitùs Lex Cincia, seu Titia, prohibebat, nè quis ob causam orandam, pecuniam, donumuè reciperet; quam sustulit Claudius Cæsar, & vsque ad dena sestertia, seù centum aureos taxauit, vltrà quam summam Repetundarum esset crimen, vt ait *Corn. Tacit. lib. 11. Annal.* Cum tamen contingeret, gratuitò non omitti curas familiares, vt quis alienis negotijs intendat; & alioquin: *Sublatis*, vt inquit idem Tacit. *studiorum pretijs, essent, & studia ipsa peritura, vt minus decora*; abrogata veteri taxatione, obtinuit quandoquè mos, vt peractis demùm negotijs, permitteretur pecuniam dari vsque ad summam aureorum decem mille. Verùm, & hoc Principibus reijci placuit, vt ad commune malum intendens, sicuti apùd *Plin. Iunior. epistol. lib. 5. epist. 14.* Ac idcircò sancitum fuit, in honorarijs Aduocatorum ità versari Iudicem debere: vt pro modò litis, proquè Aduocati facundia, & Fori consuetudine, ac iudicij, in quo erat acturus, æstimationem adhiberet; dũmodò licitum honorarium non egrederetur; quæ licita quantitas intelligitur pro singulis causis vsq; ad centum aureos, *Vlpian. in l. 1. §. in honorarijs, §. si cui, ff. de var. & extraord. cognit.* qui aureus erat decem librarum valoris; iuxtà quam æstimationem poterat consequi Aduocatus ex vna quaq; causa mille libras, vt declarat *Alciat. lib. 3. disputation.* & notat *Ranchin. ad decis. Guidon. Pap. 190.* quos refert *Fontanell. decis. 427. num. 14. tom. 2.* Quod quidem ius in hoc Regno fuit correctum per *Const. Hac edictali, de salario Aduocatorum*, quæ vsque ad sexagesimam partem litis, pro qua patrocinium præstatur, Aduocatorum salarium constitui permittit in causis, quæ æstimationem recipiunt; in hijs verò, quæ non possunt æstimari, prout cum de criminibus agitur, in quibus pœna est corporalis: Iudicis arbitrio commendat, qui in illius æstimatione iuxtà criminum qualitatem illud statuat. Nõ tamen prohibetur Aduocato vltrà dictam summam conuenire cum Cliente in casu victoriæ pro laboribus, & palmario, ad *text. in l. vnic. C. de suffrag. Auend. de exequ. mand. p. 1. cap. 2. sub n. 14. vers. tamen illud*, subdens, in Aduocatis tantummodò tolerandum ex consuetudine, vt vltrà taxam salarium accipiant, *Guid. Pap. decis. 190. & decis. 102.* præsertim pacto inhito cum iuramento, quòd consequi posset etiam partibus transigentibus, *l. fin. ff. mand. Guid. Pap. cit. decis. 102. ex num. 6.* licèt aliter distinguat *Præs. de Franch. decis. 265.* Maximè si hoc pactum terminata lite subsequatur, iuxtà *Cuman.* & aliorum distinctionem, quam retulit idem *Præs. de Franch. mem. decis. 265. sub n. 2.*

Licèt autem è M.C.V. extiterit decretum, posse liquidationem fieri; atq; quòd pœna ponatur in libro Inferni, referente Dom. tunc Iudice, D. Michaele Muscettula. Re tamen deducta in S.C. prouisum fuit: *Quòd causa remaneat in S.C. & coràm D.* tunc *Consiliario, Antonio Florillo, Commissario nullitatis contractus*, suffragia præstãtibus DD. Præsid. S. C. D. Bernardo Zusia, Marchione Oliueti Aulæ Decano, Hortensio Pepi, D. Gregorio Gallo, Antonio Florillo, ac D. Ferdinando Moscosio. In Banca Breazzani.

Senatus enim, semoto rigore, ac
24 summo iure, (de quo *Terent. Heaut.*

Verùm illud Chreme
Dicunt: Ius summum, summa sæpè malitia est.

quia quandoq; nimis iustus in sua iustitia perit, *text.* cũ *Glos. in cap. nisi cum pridem, de renunciat. Prateius lib. 1. regularum iur. tit. 2. Reg. Valenz. con. 164. num. 74. lib. 2.*) consueta æquitate, qua maximè præfulget, vti maluit: quandoquidem in iudicando, Dei vestigia niti-

Digitized by Google

nititur imitari; cuius iudicia nihil aliud sunt, quàm æquitas, iuxtà illud Oseæ Proph. *Cognoui, Domine, quia æquitas iudicia tua*, cecinitque Regalis Prophæta: *Lætentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate.* Vnde non benè dixerunt *Franc. Marc. decis. 13. num. fin. in 1. par. Anton. Sola in Const. nou. Sabaud. in tit. de modo, & forma supplic. à sent. Senat. glos. 2. num. 6.* quos refert *Fontanel. tom. 2. de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. part. 2. num. 89. pag. 449.* orandum esse, vt Deus nos præseruet ab æquitate Parlamenti, & ab expedienti Magni Consilij. Cum
25 Iudicis munus sit, pensare qualitatem, ac facundiam Aduocati, opes Clientis, & causæ circumstantias, quando intendit taxare palmaria; adeò quòd si excessiuam quantitatem promissam senserit, illam ad iustam trutinam reduci iubebit: non obstãte quòd Cliens illam expressè pollicitus fuerit Aduocato, mediante instrumento publico, & guarentigiato; ità tenent *Rip. Baez. Guttier. Rebuf. Azened.* quos refert, & sequitur *Florez. de Mena pract. quæst. lib. 1. quæst. 8. §. 1 num. 50. fol. mihi 109.* vbi habet hæc verba: *Imò, & si excessiuum salarium promissum sit Aduocato, & de eo confecta scriptura publica, & guarentigia, non est valida, neq; exequi potest, nisi pro iusto salario à Iudice moderato, & taxato*; & in fine dicti *num. 50.* nectit, hanc opinionem esse verissimam, & iustissimam; neque ab ea recedendum, tàm in iudicando, quàm in consulendo, *Sarmient. selectar. interpretation. lib. 1. cap. 11. num. 9. fol. mihi 33.* dicens: *Quòd cum salaria Aduocatorum non simpliciter voluntariè constituantur, sed necessitate quadam præexistente, à Prætoris æquitate, moderatione, & arbitrio dependet*, & postea sic subdit: *Et ideò licèt millies de certo salario partes conueniant; poterit, & debet Iudex ad iustam quantitatem moderare.* Idem ait *Gratian. lib. 1. discept. fore. c. cap. 56. num. 4.* ibi: *Ità vt neque scriptura publica de salario confecta, aùt guarentigia sit valida, vel exequi possit; nisi pro iusto salario, & per Iudicem taxato*; allegando *Rebuf. Pinel. Ceual.* & alios. Eamdem opinionem, pluribus alijs relatis, tuetur etiam *Consil. Carleual. to. 1. de iudic. tit. 1. disput. 2. quæst. 4. num. 182. fol. 92. Barbador. in semicent. differ. 130. §. 1. Fermosin. de iudic. & foro competent. lib. 1. ad cap. Pastoralis 14. quæst. 11. nu. 4. Præsas de Mauro alleg. 97. Amicangel. de Regal. Offic. quæst. 18. nu. 22. tit. de offic. Aduoc. ipsius offic. Censal. ad text. in l. vnic. C. si quis Imper. maled. §. 10. ex num. 51.* nec non *Consil. D. Io. de Xart. super Capit. Regni Sicil. lib. 3. tit. 11. cap. 59. nu. 25. pagina mihi 914.* & denique probatur per synodalem *text. in l. 1. §. in honorarys Aduocatorum. in vers. incip. si verò, ff. de var. & extraord. cognition.* his verbis: *Si verò post causã actam cauta est honoraria summa, peti potest vsq; ad probabilem quãtitatẽ, etsi nomine palmarij cautum sit*: qua de re scripsi in *tit. 58. lib. 1.*

Eò magis, quia inspecta fuit debi-
26 toris notoria egestas, in quo casu firmat *Baez.* adductus à *Consil. Paschal. loco citato*, quòd, citrà Statutum, teneatur Aduocatus præstare gratis patrocinium Clienti.

Demùm opinio *Paschalis*: nempè quòd minimè teneatur Cliens, nisi in quantum facere potest, proindè quòd contrà ipsum non possit liquidari instrumentum, ad tradita à *Præs. de Franch. decis. 164. & 366. num. 12. in fin.*, aùt veritate nititur, aùt saltèm dubia. Si vera, ergò Cliens carcerari non debet. Si dubia, & adhùc pœnam effugiet, & vincula: nàm in du-
27 bijs quæstionibus non solùm pro Reo est iudicandum, *l. fauorabiliores 173. l. semper in dubijs, ff. de regul. iur. l. Arrianus, de action. & obligat. l. absentia, ff. de pœn.* cum concordantibus; verùm etiam similitèr est iudicandum, vt pœna euitetur, & vt quis se excusẽ à mora, & contumacia, ex *Grauett. Honded.* & alijs probat *D. Consil. Staiban. in resolut. 173. nu. 17. & 18. & in resolut. 176. num. 99. & 97. tom. 2.* ità paritèr in dubio est iudicandum, aliquem non esse periurum, ex *Beroo, Cephal.*, & alijs deducit *Caualcanus in decis. 9. p. 1. nu. 36.*

Anna

Digitized by Google

Anna filius in addit. ad patrem in singular. 624. Ac etiam in dubio est iudicandum contrà Fiscum; maximè quando Fiscus agit de lucro captando, ac de pœna exigenda, vt in recensito themate, & non de damno vitando, ex *text. in l. non puto, ff. de Iur. Fisci*, & dixi in *rit.* 57. *ex nu.* 16. *lib.* 1. *in rit.* 261. *sub num.* 12. *vers. & Princeps*, ac *in rit.* 265. *sub num.* 55. *lib.* 3.

Iam quòd incidit sermo de instrumentorum liquidatione, quæ sanè est materia practicabilis, ac vtilis; non abrerit, si nonnullas quæstiúnculas, earumque dijudicationes, quæ acciderunt, perstrinxero.

Instante Io: Baptista Mauriello, citatus Thomas Muscato super tenore instrumenti, opposuit nullitatem, eo quia in relatione citationis famulus Curiæ non expressit, ipsum debitorem citasse coràm duobus testibus, nec cõstabat, famulum prædictũ fuisse matriculatum iuxtà nostras pragm. Credi-
28 tor opponebat, debitorẽ prædictũ per comparitionem, omnem defectum citationis sanasse, *l.* 1. *& §. fin. ff. de for. Vbert. de cit. tom.* 3. *cap.* 16. *num.* 788. *& cap.* 13. *num.* 145. *August. Barbos. in vot. decis.* 1. *p. lib.* 2. *vot.* 58. *num.* 25. *& 26. lib.* 3. 2. *p. vot.* 81. *num.* 8. *& in collect. ad text. in cap. proposuisti, num.* 19. *de for. compet. & num.* 6. *Salgad. in cent. decis. ad labyrint. credit. decis.* 66. *nu.* 15. *Cald. cons.* 11. *num.* 8. *&* 13. *Carleual. de iudic. tit.* 3. *disp.* 4. *num.* 30. *Margar. var. conel. verb. citationis, pag.* 54. *vers. col.* 1. *Chartar. decis.* 14. *num.* 9. *Gam. decis.* 326. *nu.* 1. *&* 324. *num.* 1. *Gratian. cap.* 60. *nu.* 4. *Gramm. cons.* 1. post *decis.* & ibi *Anus mens num.* 11. *& ad Capyc. decis.* 82. *à num.* 1. *de Franch. decis.* 514. *nu.* 9. *Vin. decis.* 274. *Cancer. var. resol. p.* 3. *cap.* 18. *num.* 159. *Polidor. Rip. obseru.* 120. *lib.* 1. *Pegas. resolut. forens. cap.* 2. *num.* 44. siue
29 nullitas, & vitium consistat in forma, siue in materia, *Baron. citat. quæst.* 44. *num.* 12. *& num.* 13. *Ripoll. var. resol. cap.* 13. *num.* 118. ampliat procedere, etiam si compareret animo dicendi de nullitate citationis, & ex *Posth. de manut. obser.* 84. *num.* 46. dilatat, etiam si deficeret relatio, & exequutio citationis, vel si citatio esset alitèr nulla, idem *Post.* post *tract. de subhast. decis.* 193. *nu.* 4. & post *tract. de manut. decis.* 427. *num.* 4. *& Ciuil. resol.* 50. *ex nu.* 26. *Sueles cent.* 1. *cons.* 31. *num.* 8. *& cent.* 61. *num.* 14. *Baron. in add. ad cit. quæst.* 44. *ex num.* 5. nimirùm, quia cessat causa finalis pragmaticæ, emanatæ ad obuiandum fraudibus creditorum, quæ in citatione, & relatione illius possent patrari, quæ ratio, & causa finalis colligitur ex procemio eiusdem Iuris municipalis, ex *text. l. pen. ff. de iur. & facti ignor. Reg. Rouit. conf.* 65. *num.* 5. *tom.* 1. *Mnta decis.* 81. *nu.* 27. & saltèm tacitè inest; propterea habetur pro expressa, *Neguis. quæst.* 69. *num.* 7. *&* 13. *& quæst.* 190. *ex num.* 26. & ratio in procemio Statuti ipsum limitat, & restringit, *Nepet. ad Cons. Cathan. in proœm. n.* 92.

Hæc perpendens M. C. in memorata causa decreuit, sub die 25. Iunij 1667. me referente: *Nullitates propositas per Thomam Muscate non obstare*. In Banca Gamberasæ. Quod quippè decretum ratum non habuit S. C. nàm, me relatore in Aula, tunc D. Consil. Marchionis Crispani, sub die 20. Octobris eiusdem anni 1667. decernit: *Illas obstare, & proindè rectiùs citetur*: penès de Mercati à secretis S. C. siquidem regula, quòd minimè refert, sub qua forma quis in iudicio citatus fuerit, si in eo inueniatur, vel interueniat, & quòd nulla citatio tunc conualidatur, non procedit, si citatio nullitati sit obnoxia, quia non fuit facta seruata forma Statuti, ex *Ias.* doctrina *in l.* 1. *ff. de in ius vocand. versic. secundò limita, Purpuratus Tusc. cõcl.* 246. *n.* 4. *ver. citatus nullitèr*, & ante *Bald. in cap.* 1. *de milit. Vasall. qui contum. est*; si tamen res non est integra: Nàm re integra indubitati est, illam conualidari. Sed si comparuerit (vt in enarrato themate) peracto liquidationis actu, vel emanata sententia, tunc nullitas deducta militare debet, ac ex integro audiri; id quod voluit idem *Ias. loc. cit. nu.* 12. dùm dixit: *Limita quando citatio fit solùm ad finem simplicis comparitionis, vt cita-*

Digitized by Google

tus simpliciter compareat; secus si fuerit ad finem responsionis, & defensionis, & aduertit *Tusc. ead. concl. 246. num. 9.* his verbis ; *Restringe, quia nulliter citatus: puta die feriato in honorem Dei, vel aliàs nulliter, si compareat ad allegandam nullitatem sententia, & opponat de nullitate, non sanatur citatio, imò omnia acta, vigore dicta citationis nullius, erunt nulla, facta oppositione, Alex. cons. 188. in fin. lib. 2. Castr. in l. 1. in fin. de for.* vbi dicit, menti tenendum, & ibi *Alex. Specul.* quoque *tit. de cit. §. 1. verb. Item excipitur*, & videndus *Thor. p. 3. compēd. sect. 2. verbo nullitatis, pag. 177.*

Cum liquidatum fuisset instrumen-
30 tum mutui rogatum in Ciuitate Barij ad instantiam Antonij Gallo contra Franciscum Bello, aiebat debitor, dùm ageretur causa in Aula, quòd quamuis adesset in instrumento appositum pactum, vt possit liquidari in omni Curia, loco, & foro (de cuius validitate, præalijs, exquirunt *de Petris cons. 25. Consil. Altimar. de nullit. lib. 1. rubr. 9. quæst. 10. ex 4. Reg. Sanfelic. in prax. sect. 11. num. 19. Carleual. tom. 1. discept. 2. quæst. 2. nu. 248. de Marin. quotid. resol. cap. 108. lib. 2. Carthar. dec. Gen. & Thor. vot. 84. num. 155. & p. 3. compend. verb. instrumentum*) adhùc desiderabatur requisitoria, quam oportebat fieri in dicta Ciuitate Barij, loco destinato ad solutionem, *l. contraxisse 20. ff. de act. & obligat. l. 3. ff. de bon. auth. Ind. possidend. l. 2. ff. de eo, quod certo loco, l. Vnica, C. vbi conueniatur, Bart. in l. non vtiq; §. si quis ita, num. 3. ff. de eo, quod certo loco, Bart. Bald. Castrens. Fulgos.* & cæteri *in l. idem illa, ff. de constit. pecun. Anell. de Amato cons. 66. nu. 2. Faber def. vlt. C. vbi, & apùd quem cognit. restit. in integr.* Et respondente Creditore, prætensæ requisitoriæ locum esse, quando esset promissa solutio in Ciuitate Barij; tamen per M.C.V. prouisū fuit, *quòd rectiùs citetur* : etenim putauit verum, quamuis non fuisset expressè conuentum, vt fieret solutio in dicto loco, subintelligi per iuris dispositionem ; cum solutio cēseatur destinata in loco contractus; atq; adeò taciti, & expressi eadem est virtus, *l. cum quid 3.* vbi *DD. ff. si certum petatur, l. hæc verba 3. ff. de legat. 1. l. aliquando 106. ff. de cond. & dem. l. expressa nocent 156. ff. de regul. iur. l. non rectè 3. C. de fideiuss.* Ad rem *Petr. Faber l. in personam, ff. de reg. iur.*

Id quod intelligas, si fuerit facta ci-
31 tatio debitori in Curia, vel alio loco designato in instrumento (de cuius pacti validitate scripsi in *rit. 166. nu. 132. lib. 2.* quem locum, examinando articulum, refert *D. Altimar. de nullit. tom. 1. rubr. 12. quæst. 19. ex num. 1. Consil. Rosa consult. 3. num. 9. Pegas r. sol. forens. cap. 11. num. 40.* vel in contumaciam: tunc namque Iudex ex officio supersedere debet in liquidatione, non facta requisitoria. Non verò legitimè citato debitore personaliter, vel domi, & habita scientia liquidationis faciendæ, non opposuerit: imò passus fuerit ad illam procedi, & in gradu nullitatum *deduxerit* requisitionis defectum; *tunc* enim agnoscitur debitoris malitia, ac dolus, qui si pecunia esset prompta in loco contractus, clamaret, deduceret, & ostēderet saltim tali quali documento. Vnde in M.C. liquidato instrumento, vrgente D. Antonio Mendozza contrà D. Danielem Rauascherio pro summa ducatorum 2600. sortis, & 468. tertiarum, Princeps deduxit nullitates, quarum præcipua fuit: *Pretensum instrumentū conficitur in Marina Belmontis, & solutio annuorum ducatorū ducentum triginta quatuor, dùm nō adest locus, intelligitur promissa solutio in loco contractus; aliàs Debitor non est in mora; igitèr cum pars aduersa liquidauerit instrumentum absque requisitoria ad soluendum in Terra Belmontis, liquidatio nulla fuit.* Atque M.C.V. decreto, innctis Aulis, sub die 22. Februarij 1654. declaratum fuit : *Nullitates propositas pro parte prædicti Ill. Principis Belmontis non obstare, & proinde depositum liberetur Regio Fisco.* In Banca Auersanæ. Quod, eodem Iudice relatore, habuit ratum S.C. sub die 5. Martij 1654. penès de Mercati à secretis eiusdem.

Aduersùs liquidationem instrumēti, instante Balthasare Alfano, vti filio, &

hæ-

Digitized by Google

hærede Franciſci, pro ſumma ducatorum mille, contrà Ioſephum del Core, opponebat Debitor; Primò quidèm,
32 quòd quamuis ad euitandam quęſtionem, an Notario aſſerẽti, ſe licentiam habere, reaſſumi faciendi aliena manu, eſſet credendum èdùm de geſtis coràm ipſo non teſtabatur, ex à me exaratis *in rit. 166. ex nu. 38.* & Curia pro Tribunali ſedente præſentaſſet creditor licentiam Collateralis Conſilij, & facultatem conceſſam Notario reaſſumi faciendi aliena manu; nihilominùs facultas, & licentia, non fuit ſimplicitèr, & libera Notario conceſſa, ſed conditionatè, & ſub certa forma, nempè: *liceat, & licitum ſit retroſcripto Notario Io. Franciſco Montanario per duos ſcribas per ipſum eligendos ſcribi facere in eius protocollos omnes contractus per ipſum ſtipulatos, & ſtipulandos, & eoſdem reaſſumi facere per eoſdem ſcribas in publicam formam.* Quæ quidem forma, & conditio appoſita in licentia, & facultate, in reaſſumptione ſeruata non fuit: dixit enim in principio Notarius: *Habens amplam poteſtatem, licentiam, & facultatem, acta mea quacumque per me confecta, & conficienda in publicam formam redigi, & aſſumi faciendi, vt infrà.* In calce poſtea inſtrumenti ſubnectit: *Exinde de præmiſſis omnibus hoc præſens publicum inſtrumentum per manus alterius ſcribæ ad id per me fideliter electi, vigore, & authoritate ſupradicti Regij decreti, & licentia mihi conceſſæ per Excell. D. Proregem huius Regni ſub die 12. Auguſti 1654. penès Ioſeph Tagliauia Regium à mandatis ſcribam, ſubſcriptumque ſubſcriptione mei, qui ſupra Iudicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum.* Hæc in inſtrumento. In actu poſtea reaſſumptionis dicit Notarius: *Et quia præmiſſis omnibus pro Notario publico rogatus interfui ego Io: Franciſcus Montanarius publicus; idcò hoc præſens publicum inſtrumentum, licèt aliena manu ſcriptum per ſcribam à me fideliter electum vigore, & authoritate prædicti Regij decreti, & in publicam formam aſſumpſi, & meo ſigno ſignaui.*

Perſpicuum proinde eſt, formam, & conditionem in decreto, & licentia appoſitam nullatenùs fuiſſe obſeruatam: Nunquam enim ampliſſima poteſtas facta fuit Notario eligendi quoſcumque ſcribas maluerit; ſed ad duos dumtaxàt reſtricta; nec reaſſumptio per alium quemcumque ſcribam ad arbitrium electum fieri poterat; ſed vnicè ab illo, qui ſcripſerat inſtrumentum: enimuerò diſertiſſimis verbis, & vncialibus literis in decreto apponitur: *Et eoſdem reaſſumi facere per eoſdem ſcribas in publicam formam.* Si ergò validitas reaſſumptionis pendet à decreto, & in decreto ſolùm permittitur reaſſumptiò ſub certa forma; onus probandi formam eſſe adamuſſim impletam, ideſt reaſſumptionem eſſe factam per vnum ex duobus ſcribis, quos habebat Notarius facultatem eligendi, & eſſe factam ab eodem ſcriba, qui in protocollo ſcripſit, erat partis aduerſæ, quæ validitatem actus ſuſtinet, fretus ſolummodò præſidio laudati decreti, ex adductis à *Maſcard. concluſ. 808.* Quinimò conceſſo adhùc, quòd ſufficeret nuda atteſtatio Notarij abſq; alia probatione, id ipſum deſideraretur: cum Notarius nunquàm dixerit, reaſſumptionem eſſe factam per alterutrum ex ſcribis, quos habebat poteſtatem eligendi, & ſcribam, qui reaſſumpſit, illum ipſum eſſe, qui in protocollo ſcripſerat, quod ſpeciatim in decreto, & expreſsè requiritur. Ex quo fit, vt dùm non conſtat, nè per aſſertionem quidèm Notarij, de forma, & conditione in decreto conceſſionis facultatis appoſita, remaneat actus reaſſumptionis nullus, tanquàm contrà formam iuris noſtri Regni; neque rebur recipiat ex licentia, & facultate, cum de adimplemento conditionis in facultate adiectæ non appareat, *Graſſ. de except. excep. 33. n. 5. & 6. Farinac. in fragm. crim. p. 2. verb. lex, à num. 203.*

Alter prætereà obex fuit, quòd li-
33 quidari non poterat inſtrumentũ, quia creditor in illo pro ſe, & hęredibus nõ fuit ſtipulatus, & promiſſio ſolutionis dumtaxàt creditori, & non eius hæredi-

dibus facta fuit; quo casu non licere hæredi de periurio accusare, & instrumentum via *Ritus* producere, deducitur ex *text.in* §. *non autem, vers. sed hæredibus, Institut. de perpet. act.* & quòd actio accusandi de periurio commisso in personam defuncti non transeat ad hæredem, in propria materia *Constitutionis, Eos, qui scientèr*, ex qua habuit originem pœna amputationis manus ex causa liquidationis instrumenti, originalitèr dixit *Andr. de Isern. super Constit. prædicta*, qui subdit, id locum habere, etiam si periuretur postquàm est hæres, quia non est crimen publicum, nec sibi, scilicèt hæredi, iuratum fuit. Ex
34 quo infertur, quòd etiam si debitor non soluat post mortem defuncti, si non est iuratum solui ipsi hæredi, non possit hæres de periurio accusare; *Affl. in ead. Constit. num. 9.* mouet eamdem quæstionem, & sustinet, hæredi integrum non esse accusare, quando hæredi non est iuratum; hoc idem dicit *Caranit. in rit.* 182. *nu.* 7. & adest punctualis *decis. S. C.* 75. *Capyc.* vbi illud notatu dignum censeo, quòd in dicta *dec.* creditor erat stipulatus pro se, & hæredibus, & successoribus; aliam *decis.* affert *Gallup. in pract. p. 2. cap. 22. n. 35.* in qua promissio erat facta creditori, eiusq; hæredibus de legitimo matrimonio, & fuit decisum, non posse liquidari per hæredes extraneos, de quibus nullatenùs sermo fuerat in pacto, & quibus non erat promissa solutio, *Galter. verb. aduertat creditor ad personam suam, num.* 18. *fol.* 87. specialim aduertit, quòd hæres non valeat liquidare, si creditor in instrumenti stipulatione recipiens pro se ipso iuramentum, non expresserit hæredes, & subdit, quòd hoc rarò, aùt nunquàm eueniat hodie, cum generalitèr contrahentes stipulentur pro se, hæredibus, & successoribus. *Reg.* verò *Rouit.*
35 *decis.* 26. decisum memorat aduersùs debitorem, ac fuisse prouisum, quòd procedatur ad interrogationem cum hærede creditoris, qui in instrumento penitùs nominatus erat, scitumque comprobat, & rescribit *Consil. Franc. Maria Prat. obseru.* 63. *ex num.* 42. nituntur quippè regulis generalibus, nempe, quòd persona hæredis eadem
36 sit ac defuncti, illumque representet in omni iure creato, & formato in personam defuncti; quæ regula, licèt vera; suas tamen patitur restrictiones, *tot. tit. Institut. de perpet. & temp. act.* quarum præcipua in delictis priuatis, in quibus ius querelandi extinguitur cum persona, nec transit ad hæredes, vt *cit.* §. *non autem*; & idem *Menoch.* ab ipsis adductus *lib.* 3. *præsump.* 47. *à nu.* 11. multis in casibus eamdèmet coarctat regulam, atque *Isern. cit. loc.* hoc expressis insinuat verbis, ibi: *Accusationem ergò ad pœnam corporalem infligendam competentem defuncto, hæres non habet in periurio, quia extincta est morte illius*, & insequuntur mox relati *DD.* quorum penitùs immemores fuerunt *Rouit. & Prat.*

Nec quidquam obstat *text.* ab ipsis-
37 met adductus in *l. si pactum nouum, de probat.* quòd nominato creditore in contractibus, censeatur quoque eius hæres nominatus. Nam *Glos. ibid. in verb. probare debet*, illum restringit, quando res natura non est transmissibilis ad hæredes. Minusque officiunt
38 *II. CC.* ab ipsis memorati. Nàm *Rebuff. in Constit. Gall. tit. de lit. oblig. art. 2. num. 3. & 14.* sermocinatur in iudicio exequutiuo, *Caranit. in rit.* 178. *num.* 5. loquitur in hærede debitoris, & dicit, quòd instrumentum habet exequutionem paratam contrà hæredem debitoris, ductus ea ratione, quia persona hæredis est eadem cum defuncto; sed quæ est exequutio parata, quæ datur contrà hæredem debitoris? forsàn liquidatio instrumenti? certè non; sed solùm via exequutiua. Et idem *Caranit. in rit.* 186. *nu.* 6. potiùs pro nostra opinione potest afferri, nam dicit: *Ex qua opinione, & eius ratione sequitur, quòd ideò hæres admittitur per hunc Ritum, & alios præallegatos, facto priùs præambulo ad liquidandum instrumentum, quia in omnibus instrumentis creditores stipulantur pro se ipsis, & eorum hæredibus, & propterea censentur nominati*

Digitized by Google

nati, sicùt principales creditores. Nec potest *Carauit. in d. loc.* alitèr intelligi: nàm si diceremus, quòd quando creditor non est stipulatus pro se, & hæredibus, tunc hæres censeatur nominatus tanquàm principalis creditor, esset frustranea quæstio mota ab *Iser. Afflict. & Capyc.* & alijs: nàm semper hæredes creditoris, quamuis creditor nõ sit stipulatus pro hęredibus, & ipsis non sit iuratum solui, quia sunt principales creditores, possent de periurio accusare, & instrumentum liquidare, & *Carauit.* sibimet aduersaretur, & palynodiam caneret: nàm expressè in *rit. 182. n. 7.* à me adducto, firmat cum *Afflict.* & *Capyc.* quòd quando creditor est stipulatus pro se, & hæredibus, potest hæres de periurio accusare; secùs verò, quando creditor non est stipulatus pro hæredibus.

Verùm enimuerò scitum S.C. apùd
39 *Ronit. decis. 26.* in casu suo iustissimè manauit: Thesis enim illius fuit, quòd Vincentius Garganus creditor citare fecit super tenore instrumenti Io: Baptistam Capycium Galeotam, & incusatis contumacijs, institit creditor in prima Curia, & debitor cõparẽdo præsentauit scripturas, & supplicationem, ac Curia pro Tribunali sedente, fuit facta solita decretatio: *Condemnetur; verùm non ponatur in libro inferni, donèc visis scripturis extra Bancam alitèr fueris prouisũ.* Posteà, facto verbo in S.C. fuit causa remissa eidem M. C. quæ procederet ad interrogationẽ vigore instrumenti præsentati per Garganum, fuit interrogatio facta cum eodem Garga-no creditore, quamuis non legitimè: nam fuit facta intra carceres M.C. de hac interrogatione non legitima, tanquàm de grauamine, doluit debitor; & S. C. decreuit, quòd fieret interrogatio cum hærede dicti Gargani creditoris, qui, pendente appellatione ab actu interrogationis non legitimè factæ, decesserat. Quid mirum? non poterat alitèr determinari: nam, vel dicimus (quòd liquidatio erat iam facta tempore primi decreti M. C. in quo fuit dictum: *Visis scripturis*) vt declarat *Reg. Pragm. 8. de instrum. liquidat. cap. 7.* quando tollit abusum antiqui decreti, per quod ordinabatur: *Procedatur ad interrogationem*, ibi: *Non si hauerà da fare la forma del decreto malamente introdotto: Procedatur ad interrogationem, perche l'interrogatione si hebbe per fatta all'vltima Corte, quando il debitore rispondendo con la comparsa, e con le scritture presentate, restò condannato, mà sospesa l'esecutione per le scritture.* Sicque dicit *Reg. Pragm.* quòd in primo decreto remansit debitor condemnatus, & solùm exequutio suspensa: & quis dubitat, quòd si remansit debitor condemnatus in iudicio criminali liquidationis instrumenti, quòd possit hæres, quamuis non nominatus in instrumento, petere ad sui beneficium exequutionem decreti, & condemnationis? Vel aliam ineuntes viam, dicimus, quòd per illud decretum M.C. in quo fuit dictum: *Condemnetur, & non ponatur, donèc visis scripturis, &c.* liquidatio non erat perfecta, quia antiquitùs remanebat actus interrogationis, qui decernebatur in alio decreto; & saltèm oportet fateri, quòd per citationem, incusationem contumaciarum, & actum insistentiæ creditoris in Curia, in qua comparuit etiam debitor præsentando scripturas, in hoc summarijssimo iudicio sit inducta contestatio litis à creditore contrà debitorem; & quoties lis est contestata à defuncto, hę pœnales actiones etiam transeunt in hæredes, & contrà hæredes, vt apertè dicit *text.* in sœpè alleg. §. *non autem*, ibi: *Pœnales autem actiones, quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ, & hæredibus dãtur, & cõtrà hæredes trãseunt.*

Vrget, quòd stylus omnium No-
40 tariorum stipulatur pro creditore, & hæredibus illius, ac proinde ex præsumptione Iuris habetur, ac si hæres esset nominatus; eo fortiùs, quòd in præsenti contractu adsunt, *& cætera*, videlicèt: *promisit integrè, &c. soluere, & restituere, &c. eidem Martio, &c.* sicq; quòd solutio promissa ipsi *Martio &c. illud &c.* non potest importare aliud,

aliud, quàm suis hæredibus, & successoribus, & ideò ex hoc &c. habentur, ac si essent nominati in instrumento, & quòd dictio, &c. quando fuisset extensa, non potuisset extendi alio modo; Vndè per consequentiam necessariam perinde est, ac si legeretur nomen hæredis in instrumento.

Sed huic oppositioni quam facilli-
41 mè occurritur, ex singulari *decis. D. Præs. de Franch.* 325. cuius casus est, quòd creditor concessit quasdam domos debitori pro annuis ducatis vno, & viginti, cum facultate affrancãdi dictũ annuum reditũ infrà annos nouem pro ducatis tercentum octoginta duobus, & cum pacto expresso, quòd adueniente tempore dictorum annorum nouem, instrumentum posset liquidari pro ducatis 382. & solùm deficiebat, quòd debitor non promiserat soluere in fine annorum nouem dictos ducatos 382. quod sequebatur per consequentiam necessariam, & per intellectum iuris, vt dicit *D. Præs.* nàm si dilatio erat concessa solùm pro annis nouem, & pactum de liquidando erat pro dicta summa, elapsis annis nouem, non poterat dubitari, quòd debitor non teneretur soluere, & tamen, disputato plenè articulo, dicit *D. Præs.* quòd non poterat instrumentum liquidari, sed debebat ordinariè agi; dat rationem in fine decisionis: *Quia Ritus noster semper loquitur de tenore instrumenti, & citationes, quæ expediuntur, dicunt, compareant responsuri super tenore instrumenti.* Et ideò non potest liquidari, nisi pro expressis in instrumento, & non per ea, quæ inducuntur per necessariam consequentiam, vel per intellectum iuris.

Tandèm huiusmodi clausula, *&c.*
42 nõ potest ampliùs à Notario extendi, eo quòd instrumentum fuit iam reassumptum, & cõsignatum parti, *Affl. in cõstit. Baiulos omnes, n.* 17. ac post alios, *Gabriel commun. opin. tit. de consuetud. concl.* 3. *limit.* 4. quãdo enim Notarius instrumẽtum tradidit parti, adeò dicitur functus officio suo, vt nè punctum quidem, aùt syllabam ampliùs immutare possit: ad quod confert dec. Rotæ, apùd *Alex. cons.* 125. 2. *coll. lib.* 5. quem refert de *Marsill. singul.* 60.

Dum hæc in vtramque partem verterentur, è viuis excessit debitor, & causa caruit exitu suo. Vnde ea solùm, ad acuenda ingenia, adnotare visum est.

Disceptatum est etiam, an possit li-
43 quidari instrumentum, quod nõ continet obligationem debitoris personalem? idque in causa Ill. Ducis Belcastri, contrà quem liquidare intendebat instrumentum D. Antonius Caracciolus. Aiebat Ducis Patronus, quòd in instrumento hæc legebantur verba: *Et fuit expresè conuentum, & sit appositum, & repilogatum in principio, medio, & fine, & in qualibet parte præsentis contractus, quòd per præsentẽ, &c. & nullatenùs intelligatur, nec veniat D. Ill. Dux obligatus de persona; ex quo nullo modo voluit sic se obligare; aliàs non contraxisset.* Ex quibus nullus relinquitur locus dubitationi, quòd istud instrumentum careat penitùs personali obligatione, tùm ex *Glos. §. actio, Instit. de Action. in princ. l. licèt, §. ea obligatio ff. de procurator.* tùm etiam ex *text. in l. non omnis* 19. *ff. si certum petat.* ex quo colligitur, quòd actus Agentium non transiliunt vltra ipsorum intentionem; & ad hoc accedit R. *Consil. Hodierna lib.* 1. *contr. cap.* 63. *num.* 75. Nec quisquam dixerit, quòd si absit personalis obligatio, possit vllo modo liquidari instrumentum, vt testatur *Carau. super Rit.* 167. *num.* 6. & 7. & liquet ex eodem *Rit.* 166.

Nec pactum, quòd possit liquidari
44 via *Ritus*, appositum in instrumento, quicquam operatur ad hoc, vt queat ad liquidationem deueniri. Quæ enim liquidationem promouent, sunt hæc tria: personalis nimirùm obligatio, liquidum debitum, ac iuramentum de facie ad faciem, vt per *Frecc. de instrum. liquidat. in princ. Carau. Rit.* 166. sine quibus pactum inutilitèr conseneſceret, ac inefficax torperet. Atque in dies experimur, quòd licèt Procurator pactum apponat, vt possit instrumen-

Digitized by Google

mentum liquidari contrà suum Principalem; nunquàm tamen ad liquidationem contrà Principalem deuenitur ex defectu requisitorum, *Afflict. decis. 64. Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 187. num. 3.* secùs dictus Ill. Dux, qui nulli vnquàm voluit se submittere personali obligationi, si in ipsum liquidari ex eò pacto posset instrumentum, diceretur personalitèr præter opinionem obligatus, quippè qui carcerandus foret pro pœna fiscali.

45 Quod autem aliquando consueuerit fieri liquidatio quò ad districtionem bonorum tantùm, suspensa districtione personæ, vt testantur *Caran. Rit. 166. n. 79. Thor. in compend. dec. in verb. Instrumentum. fol. mihi 274.* & diximus in hoc *Ritu num. 10.* non indè arguitur, quòd processerit liquidatio absq; personali obligatione; in hijs enim casibus ab initio personalis obligatio extiterat; licèt deindè à Iudice fuerit, vel suspensa, vel diuisa; & in casu memorato nulla tèporis differentia voluit Dux personali obstringi obligatione.

46 Hinc promanat, quòd, cum abfuerit ab initio personalis obligatio in instrumento; nulla orta est actio realis: nequit enim hæc ortum habere sine illa, *l. contrahitur 4. ff. de pignorib.* ibi: *Contrahitur hypotheca per pactum conuẽtum; tum quis paciscatur, vt res eius propter aliquam obligationem sint hypotheca nomine obligata, l. fideiussor,* vbi *Bart. ff. de fideiussor. Neguſ. de pignorib. memb. 1. part. 3. num. 9.* atque adeò cum ex defectu obligationis personalis clarè liqueat defectus actionis realis; sequitur clariùs, quòd nè possit quidem procedere liquidatio quòad districtionem bonorum; nè, non iactis fundamentis, construamus molem.

47 Addebat insuper, contractum esse nullum, atque vsurarium, ex eo, quia in venditione annuorum introituum erat deductum interesse tertiarum, pro quibus erant expeditæ literæ exequutoriales; illudque positum in capitale contrà Ius Diuinum, & Canonicum, in *cap. quia in omnibus, & cap. super eo, de vsur.* & contrà communem, ac magis receptam sententiam: sic enim decisum, si seruentur primæua iura, vt in facto *Leotard. de vsur. quæst. 87. nu. 21.* imò indistinctè sic semper iudicatum, *Larrea decis. Gran. 84. num. 9. Faber in C. tit. de vsur. diffinit. 4. Minad. decis. 17. Franch.* qui in dies absque difficultate ita iudicatum refert, *decis. 254. nn. 14.* & in anno 1651. ac iterùm in anno 1617. *Rouit. decis. 9. n. 15.* quamuis interesse vigore sententiæ deberetur, *Faber cit. tit. defin. 21.* & iunctis Aulis prouisum, *Camill. de Medic. conſ. 155. nu. 6.*

48 Has rationes retundebat creditor, dicens, adesse obligationem personalem. Etenim quò ad obiectionem, qua afferebatur, ex interesse tertiarum non posse fieri emptionem annuorum introituum, aiebat, indubitatum esse, quòd cum in nostro Regno, in quo Bulla Pij V. non fuit recepta, non requiratur numerata pecunia ad constituendum capitale census; sufficit verum aliquod debitum seruata forma Bullæ Nicolai Papæ V. de qua in *Prag. 1. de censib.* Idque non solùm in nostro Regno seruatur, sed etiam in omnibus alijs Regnis, in quibus dicta Bulla Pij V. non fuit recepta, vt per *Mastrill. decis. 262. num. 11. Thesaur. iun. quæst. 32. in fin. lib. 1.* & ità millies iudicatum refert *Fontanell. decis. 130. num. 7.*

49 An autem tertiæ decursæ potuerint constitui in nouum capitale? licèt *Intrigl. de censib. quæst. 48.* negauerit, & referat, ità vidisse determinari in contractu ad libellam, *Peregrin. de iur. Fisci lib. 6. tit. 7. num. 33. in fin.* attamen *Intriglioli* opinio communitèr reprobatur, vt ait *Giurb. decis. 24. num. 34.* qui refert decisum, quòd ex fructibus decursis Vitæ, & Militiæ, potuit constitui capitale census; & *nu. 35.* inquit, quòd illud, *fructus fructuum peti non possunt*, intelligitur, quando non dùm essent fructus conuersi in capitale, vt per *Ias. Stracc. Socc. Caual. Milan. Menoch.* & alios relatos in *d. num. 35.* & ante ipsum ait *Bal. in pragm. de censib. lib. 5. q. 6. per tot.* qui *nu. 4.* dicit, quòd etiam interesse quanti plurimi potest conuerti in capitale annuorum cen-

suum, *Guascus Lancea in cap. volentes*, Regni Siciliæ, vbi ait, etiam interesse dotis posse fieri capitale annuorũ censuum, suamq; opinionem esse ibi communitèr receptam; & ità fuisse decisum in causa Ill. D. Beatricis Sances contrà Ill.D.Mariam de Aragonia, inquit *Addit. ad Petr. Gregor. de dote de paragio, quæst.36.lit.A.* neglecta opinione *Gannetij*, qui in *cit. cap. volentes*, sustinuerat oppositum, *Grivell.decis.130. nu.* 5. dicens, ità seruari à suo Senatu.

Nec iuuare dicebat partis replicationem, quòd quamuis tertiæ poterant conuerti in capitale, & in emptionem annuorum introituum; interesse tamen earumdem tertiarum non poterant. Quandoquidem DD. relati nullum habuerunt discrimen inter tertias, & earum interesse, putantes, ex vtroq; ipsorum posse indifferentèr, validèque constitui capitale; cum in hoc vna omnium sit cura, vt debitum sit reale, nè fiat fraus Bullæ Nicolai V. Quod autem debitum Ill. Ducis Belcastri fuerit verum, liquidum, ac reale, patet: quia pro eo debito expeditæ erant literæ exequutoriales iussu S. C. quod nitebatur opinioni communi receptæ in Regno, deberi interesse pro annuis redditibus non solutis, vt testantur *Franch. decis.254.num.12. Amend.ibidem num. 12. Vrsill ad Affl.decis.291. num. 5. Ann. sing. 261. Lanar.cons.79. num. 6. Reg. de Pont. cons.64.num.18. vol. 1. Rouit.decis.9.num.1.& decis.43. num. 1. & in Pragm.1.de censib.nu.38. Trentacinq.lib.1.variar.tit.de inter.cap. 1.num.27. Scacc.de commer. §. 1. quæst. 7.p.2.ampl.8.nu.294. Prat.obser.12.* docuitque *Ant.Fab.lib.4.C.defin.13.num. 15.& 16.* dicens, quòd morosus debitor census, nõ solùm tenetur soluere census decursos; verùm etiam sumptus litis, & quanti emptoris interfuit, non esse solutos, quia census non est accessio primi capitalis, quod iàm censetur demortuum; sed est capitale; subditq; illa verba: *Neque enim ea videri poterat accessio accessionis: cum pensio illa annua, non tanquàm vsura, aut accessio, sed tanquàm res ipsa vendita deberetur.*

Neque obstare dicebat *l. fin. C. de vsur.* ibi: *Quapropter hac apertissima lege definimus, nullo modo licere cuiquam vsuras prateriti temporis, vel futuri, in sortem redigere, & earum iterùm vsuras stipulari.* Ex quo *Gothof.* in margine eiusdem *legis* ait, id Iustinianum sanxisse in odium fœneratorum, ibi: *Puto anatocismum, de quo hic agitur, odio fœneratorum interdici; aliàs si nouam sortem debitori numerare licet, & ab eo nouas, & alias vsuras stipulari; cùr non acceptas ab eodem vsuras breui manu eidem renumerare, sortis instàr, non licebit, vt ex ea pecunia nouas vsuras præstet?* Quamobrem disceptatum est inter DD. an ista lex locum habeat etiam in interesse, quod, vtpotè magis fauorabile, videtur non debere sub illa lege comprehendi: cum possit, etiam quòd non conuertatur in sortem, parere aliud interesse, vt putarunt *Cagnol. in l. 1. num.46.C.de sent. qu.pro eo, quod inter. Rota Genuen.dec. 68.num.16. Villagut. de vsur.quæst.18. concl.5. Berret.* & alij, quos refert *Menoch. de arbitrar. cas. 119.nu.18. Scacc. de commer. §. 7.glos.2.num.49. Hieron. de Leo in decis.3.num.6.* Quòd autem, quando interesse est certum, & debetur iure actionis, vel ex sententia, vel liquidatum ex placito partium, pariat dubio procul aliud interesse, fundat *Theodor. allegat. 40. Bened. Bon.de censib. art. 11. num.28. Canalcan.decis.21. num. 30. lib. 1. Auendan.de censib.cap. 38. num.11. Cost.de rat.rate quæst.142. num.13. Gait.de cred.cap.2.num.1496. Fab. de Ann.cons.48.nu.19.lib.1. Scacc. de commer. §. 7.glos.2.num.50. Bellon. cons. 25. num.9.* & hanc esse communem opinionem, colligitur ex *Anton. Fabr.de error.Pragmat.decad.20.error. 1.* Hinc, interesse deductum in sortem ex partium conuentione parere aliud interesse, dixerunt *Ruin. cons. 55.vol. 2.num.15. Castill.decis.Sicul.22.nu.57. & 58. Canalc. d.decis.21.num.30.lib.1. & decis. 14. num.24.lib.2. Cost.d.quæst. 142.num.12.& 13.& Scacc.loc.cit.* scribens: *Quia interesse conuertitur in capitale; vnde non remanet interesse alterius*

rius intereſſe; ſed ſemper erit intereſſe capitalis; ac ſequitur *Larrea deciſ. Granat. tom. 2. deciſ. 84. num. 3. & num. 14.*

Quæ quidem opinio, quòd intereſſe
53 conuerti poſſit in capitale, ex quo aliud intereſſe promanet, licèt pleriſq; diſpliceat; id tamen procedere debet, quando deducitur intereſſe in capitale ſimplicitèr; non itidem quando conuertitur in capitale annui cenſus. Siquidem ratio, qua fundare oppoſitam ſententiam nititur *R. Rouitus in dec. 9.* quem ſequitur cum pluribus alijs *Leotard. de vſur. quæſt. 87. n. 14.* nempè quòd intereſſe nequeat gignere aliud intereſſe, nè ex conuentione partium quidem: ea eſt, quia intereſſe licèt ſit principalitèr debitum, ac iure actionis, vſque quaque tamen eſt ſortis acceſſio, atque adeò infæcunda, nè acceſſionis detur acceſſio, contrà *text. in d. l. fin. C. de vſur. & l. fin. C. de vſur. rei iudic.* vt colligitur ex ijſdem *Rouit. d. deciſ. 9. n. 9. 12. & 15. Leotard. d. n. 14.* ibi: *Quia fieri non poteſt, quin intereſſe illud primum, quod ab initio acceſſio fuit, talis quoque perpetuò non maneat*; à qua ratione anſam cœpit illam ſententiam impugnandi *Faber d. decad. 20. de error. Pragm. cap. 1. nu. 5. & tit. de vſur. defin. 11.* Et in hoc eodem argumento, quod Achilleum vocat: nempè, quòd non datur acceſſionis acceſſio: inquit ipſe *Leotardus*, quòd fundatur opinio illa, quòd intereſſe alterius intereſſe non detur, vt non dantur vſuræ vſurarum; ſubdens, quòd ſicuti ideò vſuræ vſuras non gignunt, quia acceſſio acceſſionem non parit; ita idem dicendum eſſet de intereſſe, quod æquè eſt acceſſio, vt vult probare in *cap. 86. n. 7. & ſeq.*

Ea autem ratio nullo penitùs pacto
54 applicari poteſt; quãdo intereſſe poſtquàm eſt debitum per ſententiam, cõuertitur non iam in capitale ſimplicitèr, ſed in capitale cenſus cum eodem debitore, & tunc nequit dici, quòd daretur acceſſio acceſſionis: nàm annui redditus debentur tanquàm ſors, cum capitale cenſeatur demortuum; ſecùs daretur acceſſio ſine principali, quod eſſet abſurdum. Sicuti ergò non eſſet vetitum, ſi debitor daret in ſolutum creditori prædium aliquod pro eo, quod ei debet ex cauſa intereſſe; ſic à pari nec vetitum eſſe debet, ſi pro eo, quod debet ex cauſa intereſſe, vendat creditori annuos redditus ſuper eo prædio: cum contractus cenſus ſimilis omninò ſit vẽditioni; omittens dicere, quòd *Gloſ. in d. l. fin. C. de vſur.* voluerit, quòd etiam vſuræ poſſunt ad hoc fingi ſolutæ, & deindè breui manu traditæ debitori.

Neque ipſe *Reg. Rouit.* auſus eſt ne-
55 gare, quòd quoties intereſſe exuit naturam intereſſe, & induit titulum alicuius ſortis, vt accidit in emptione annuorum reddituum, non obſtat regula acceſſionis ſuper acceſſionem; idq; in *num. 36.* vbi cupiens reſpondere dictæ *deciſ. 24. Giurbæ*, in qua ex fructibus decurſis dotis facta fuit emptio annuorum reddituum ad formam Bullæ; ait, illam deciſionem rectè proceſſiſſe: *quia illud intereſſe fuit in ſortem redactum*, licèt dixerit, quòd non poterat ſuo caſui applicari, his verbis, ibi: *Licèt interuſurium ſit conuentum, & pro certa quantitate deductum in contractu; non tamen tranſiuit in ſortem, ſed ſemper remãſit vt intereſſe*, ac ſubdit: *Et caſus illius deciſionis eſt in terminis contractus verè cenſualis ad formam Bullæ.*

Idemque *Leotardus*, quamuis acer-
56 rimè defenderit opinionem, quòd nullo modo debeat ſolui intereſſe alterius intereſſe, nè in annuis quidem redditibus, vt diſputat *quæſt. ſeq.* attamen in *d. num. 19.* non potuit non admittere, quòd quando intereſſe deducitur in alium contractum, per quem extinguatur, ità vt incipiat deberi ex noua cauſa: quòd tunc intereſſe poſſit parere aliud intereſſe: *Quoties*, inquit ipſe, *debitum ſortis, & eius, quod verè, & legitimè intereſt, & ſine fraude conſumatum eſt: ideſt, in vnam ſummam redactum, & per nouationem, & delegationem in aliam obligationem tranſfunditur, quia per nouationem ità noua obligatio conſtituitur, vt prior perimatur, l. 1. ff. de nouation. §. præterea, in fin. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. ideòque quòd ex*

Digitized by Google

noua causa debetur, petitur quasi sors, & veluti quantitas distincta à prima, quæ per nouationem perempta est, ex l. emptor, vbi Bart. ff. de nouat.

Quapropter, si ità proceditur, quã-
57 do debitum extinguitur per nouationem, licèt debeatur ex alia causa; multò magis, quando debitum penitùs extinguitur à viribus contractus censualis, ità vt vlteriùs non debeatur; at in eius loco debeatur aliquod aliud, nimirùm annui redditus; in quo casu nullo modo potest dici, quòd duret prior obligatio, quippe quæ extincta est. Et si accidet, quòd rescisso contractu reuiuiscat tunc neque interesse debebitur.

Quæ quidem nouatio non potest
58 dubitari in hoc casu, atque adeò quòd interesse non retineat ampliùs naturam interesse. Accedat maximè in hac thesi, quia illud interesse, quod vt pars exigua intrauit in constitutionem capitalis, ei compensatum fuit plena manu in quadam relaxatione, quæ gratuitò, atque ex dantis dumtaxàt largitate concessa fuit. Relaxata enim fuit in dicto contractu venditionis annuorum introituum notabilis summa, habita ratione conuentionis, quæ interceßit. Quapropter cùm debitor tantum perceperit vtilitatis, vt non modò effugerit exequutionem paratam, quæ imminebat vigore literarum exequutorialium; verùm etiam obtinuerit adeò notabilis summæ relaxationem; mirum esse debet, quòd hodie velit dicere nullitatem contractus, quia interesse deductum fuerit in capitale. Hinc concludendum cum *Griuella d. decis.* 103. *num.* 12. his verbis: *Praterea in maiorem corroborationem eorum, quæ dicta sunt, facit l. qui negotiationem, §. ex duobus, & §. fin. de administr. tutor. vbi ex mutatione personæ, aùt debiti, sors fieri incipit, quod anteà fuerat vsura, & accessio; ob idque postquàm sortis vice fungitur, incipit vsuram parere. Cur igitur idem non admittemus in hac nostra quæstione, in qua pensio debita, etiam si eam vsuram, aùt accessionem dicere velis, non tantùm sors efficitur; sed etiam talis fit immutatio debiti; vt quod antea debebatur, nec ampliùs debitum dici, nec exigi vnquàm possit.*

An verò sola M. C. cognoscat de
59 præsentatione instrumentorum, etiam priuatiuè quò ad Barones? diximus in *Rit.* 54. *tom.* 1. *& in Rit.* 166. *n.* 113. *to.* 2.

Acerrima tamen superioribus annis orta est controuersia in M. C. V. inter Ill. Ducem Sermonetæ, & Sancti Marci, cùm Petro Paulo, Nicolao Maria, & Antonio de Ciuitate: nùm dicto Duci competeret remissio cuiusdam causæ, seù iudicij, ex quo ijdem de Ciuitate conuenerant in M. C. vigore pacti exequutiui Ioseph, & Achillem Sacchino eius vasallos, & non in Curia Ciuitatis S. Marci?

Contendebat Dux, remissionem nõ
60 posse denegari: Actor enim sequitur forum Rei in qualibet actione, tùm reali, tùm personali, ex regula *in l. fin. C. vbi in rem actio, l. in criminali, C. de iurisd. omn. Iudic. l. iuris ordinem, C. eodem tit. l. 2. C. vbi, & apùd quem, cap. cum sit generale, cap. si Clericus, de For. competent.* In Regno ex *Pragm. 2. vbi de delict. quis conu. deb.* adeò quòd non possit quis cogi stare pacto de litigando coràm Iudice non suo, ex *text. in l. si conuenerit 18. ff. de iurisd. omn. Iud.* vt pluries decisum per S. C. nempè renunciationem nõ valere, testatur *Fræciscus de Petris cons.* 25. de quo memini in hoc *Rit. num.* 2. & quem non vidit *Constant. Cafar. in quæst.* 22.

Quamobrem non esse, aiebat, cùr
61 deberet denegari remissio in hoc, licèt exequutiuo, iudicio, etenim supra citata Iura generalitèr loquuntur, & generalitèr debent intelligi, *l. de pretio, ff. de public. in rem action. l. in fraudem, §. vlt. ff. de testam. mil. l. 1. §. generalitèr, ff. de legat. præstand. l. 1. §. quod autem, ff. de aleat. l. fin. in fin. C. de dot. promiss.* cumquè non distinguant in iudicio exequutiuo, non licebit nobis distinguere, ex *text. in l. non distinguemus; ff. de recep. Arb. l. Præses, ff. de offic. Præsid.* maximè cum in vnoquoque iudicio militet eadem ratio, atq; adeò

idem

Digitized by Google

idem sit ius, *l.illud, ff.ad leg. Aquil.l.si postulauerit, §. 2. ff. ad l. Iul.de adult.l. nauta, §. fin. ff. naut. caup.l.à Titio, ff. de furt.*

Neque obstat clausula, quòd possit quis conueniri in omni Curia, Tribunali, & Foro, quasi verò hæc clausula operetur renunciationem fori. Nàm de Iure Communi nihil operatur, iuxtà *Glos. in l. 1.C.vbi conueniatur, qui sert.loc.dar.promis.vers. & in alio loco*, vbi exponit, locum debere esse idoneum, non ad electionem Actoris; & *Paul. de Castr. ibidem* ait, quòd vera,
62 & communis solutio est, idoneum locum dici forum Rei, vbi ex generali regula conueniri deberet. Eò fortiùs, quia nec ratione contractus stipulati, nec destinatæ solutionis arctantur conuenti ad comparendum coràm Iudice speciali.

Addebat, ipsum Ducem habere ampliſſimum priuilegiũ: emerat enim Dux Ciuitatem S. Marci in anno 1641. ab Inuictissimo Philippo IV. fœlicis memoriæ, cum omnibus in specie priuilegijs concessis Ill. Principibus Bisiniani, quæ quidem primò concessa fuerant Nicolao Bernardino Sanseuerino à Federico Rege sub die 11. Nouemb. 1456. confirmato deinde ab Imperatore Carolo V. in anno 1520. ac à Philippo II. in anno 1576. in quibus concessa erat cognitio *omnium, causarum arduarum, & summariarum; & de ijs, de quibus, si non esset facta expressio, specifica concessio non extenderetur ad illas, cum potestate cognoscendi de præsentationibus instrumentorum, & super prauentione*, licèt aliàs sola M. C. *& de recognitione scripturarum propriæ manus*, cum clausula abdicatiua, & priuatiua; vna tantùm causa criminis
63 læsæ Maiestatis in primo capite sibi reseruata (quæ quidem reseruatio ad faturitatem adiecta fuit, cùm concessa cognitione delictorum læsæ Maiestatis, haud veniat illud in primo capite, *Andr. in tit. quæ sint reg. §. læsæ Maiestatis*, Capyc. *decis.* 139. *Peregr. de iur. fisci, 2. artic. num.* 94.)

Itaque arguebat, quòd si dicto Duci per speciale priuilegiũ cõcessa erant omnia ea, superiùs dicta, præsertim, quæ sunt cognitionis solius M. C. vigore Rituum, ideòque ad maiorem cautelam expressa; inclusa debebat multò magis intelligi in generali cognitione omnium iudiciorum, & cau-
64 sarum arduarum, & summariarum, cognitio iudicij exequutiui, de quo neq; per Ritus, neque per Constitutiones, & Capitula tributum est M. C. V. vt ipsa sola cognosceret, ac adamussim decisum pluriès in S. C. non facta indiuidualitèr mentione causarum, recenset R. *Anton. Capiblanc. in apostil. ad Patrem, de Baron. p. 8. p. 1. sub num.* 201. *vers. quod si quis*.

Maximè quòd aderant in Priuilegio hæc verba: *vt nõ possint Vasalli coràm quocumq; Iudice trahi ad iudicium, siue forum, aùt examen, aùt citari, &c. ad instantiam priuilegiatorum, nec alio quouis modo*; quæ vltima clausula, cùm sit vniuersalis, ac prægnans, atque exuberantem voluntatem denotans, *Dec. cons.* 137. *post num.* 1. *Paulus cons.* 625. *num.* 18. *vol.* 2. *Rouit. in Pragm.* 4. *de possess. non turban. num.* 35. *fol.* 634. importat omnes modos excogitabiles, *Hyppolit. cons.* 80. *num.* 27. Et inferiùs aderat clausula abdicatiua omnibus Iudicibus, & Tribunalibus: *declarando citationes, & acta ab quouis alio Tribunali emanata, nulla, atque irrita; quæque possent ipsius Principis subditi impunè lacerare, neque teneantur alteri, quàm ipsi Principi parere*.
65 Tantique est roboris hæc clausula abdicatiua, & priuatiua, vt priuilegiatos similes reddat Clericis, Capyc. *decis.* 122. *de Franch. decis.* 417. *num.* 8. *Fab. de Ann. cons.* 107. *num.* 6. *lib.* 2. *Tap. dec.* 13. *num.* 4. Quare quilibet alius, præter proprium Iudicem in primis, secundis, ac tertijs causis, incapax dicitur, atque incompetens, ad tradita in *clem. fin. vt lit. penden. l. 1. & 2. C. si à non competen. Iudic. cap. ea quæ fiunt à Iud. de reg. iur. in 6.*

Idque liquebat nitidiùs, quia Rex
66 reseruauerat sibi tantùm cognitionem criminis læsæ Maiestatis, adhibito

to iuramento tactis Sacrosanctis Dei Euangelijs; vndè cum simus in vna causa excepta, regula aliarum causarum fundatur in contrarium, *l. cum Prator, ff. de iud. l.nam quod liquidè, de pœna legit. Bart. in l. quæsitum, §. denique ff. de fund. instr.* facit *l. maritus, C. de Procur. Dec. in pragm. 1. num. 23. vers. si mulier.* conferunt dicta per *Præs. de Franch. decis. 499. num. 2. & decis. 561. num. 5.* & exceptio venit in augumentum regulæ, *And. in cap. 1. col. 2. vers. ex hoc patet, qui succ. ten.* idem *de Franch. cit. decis. 499. num. 3.*

Imò, & in Priuilegio expressum
67 fuisse dicebat iudicium exequutiuum, ibi: *Omnium causarum arduarum, & summariarum*; cum pactum exequutiuum, sit iudicium extraordinarium, & summarium, ex *Thor. par. 3. sect. 3. verb. Remissio cautè petita*; & clausula prædicta stet ampliatiuè circà omnes causas summarias, quæ requirerent specialem expressionem.

Neque indè, quia causa, siue iudi-
68 cium sit exequutiuum, summarium, vel summarissimum, debet Baroni remissio denegari. Videmus enim, quòd Baronibus remittuntur causæ liquidationis instrumenti, *Galter. in praxi num. 2. p. 3. & vlt. post principium*, loquens de Priuilegio Bisiniani, distinguens inter Baronem habentem iurisdictionem cumulatiuè, vel priuatiuè, vt in *num. 19.* ibi: *Tamèn, quòd id procedat, quoties Baroni competit priuilegium cumulatiuè; secùs si priuatiuè, quale est priuilegium Principis Bisiniani, qui etiam in specie id habet, & priuatiuè*; quo casu concedendam remissionem dixit decisum à S.C. & obtinuisse *R. Rouit. super cit. Pragm.* & iterùm determinatum recenset *Nouar. in collect. decis. ad mem. Pragm. Capiblanc. de Baron. prag. 8. p. 1. num. 200. & par. 2. num. 143.* Remittuntur causæ apocarum Banci, *Rouit. in Pragm. 63. de off. Proc. Cæs. n. 51.* referens ad hoc decretum quatuor Aularum. Si ergò Baro habet cognoscere de liquidatione instrumentorum, & de apocis Banci, ac de omnibus causis vna excepta, cùr ei denegetur remissio Vasalli conuenti vigore pacti exequutiui. Quæ sanè causa pacti exequutiui longè inferioris
69 ordinis est superioribus: etenim in liquidatione instrumentorum non requiritur libellus, neque iudiciarius ordo; sed tantùm imploratio officij Iudicis pro exequutione, ad instàr rei iudicatæ, *Bart. in l. 2. num. 3. C. de exequutione rei iud. Galter. in 1. 1. par. nu. 13. circà finem.* In iudicio tamen pacti exequutiui requiritur libellus. In liquidatione non requiruntur præcepta; sed si compareat Reus, carceratur; si non compareat, expediuntur literæ exequutoriales realitèr, & personalitèr, *Pragm. 8. de instrum. liquid.* In pacto autem exequutiuo post plura præcepta expediuntur literæ exequutoriales realitèr tantùm, absque eo, quòd detrudatur in vincula Reus. In liquidatione instrumenti exequutio *fit* realitèr, & personalitèr. In *pacto* exequutiuo non, nisi seruata form. *l. à Diuo Pio, ff. de re iud.* Sic etiam apo-
70 cæ Banci verificatæ æquiparantur instrumentis liquidatis, contrà quæ non auditur debitor, nisi facta solutione cum multis alijs specialibus ad materiam; quæ non militant in pacto exequutiuo. Iure igitùr optimo dicitur pactum exequutiuum inferioris ordinis, ac instrumentorum liquidatio, scù apocæ Banci.

Attulit deniquè, quòd in anno 1640. mense Ianuarij, referente Iudice Aloysio Corcione, fuit à S.C. decretum ad fauorè Officialis Regię Dohanę Neapolis, petentis remissionem ratione clausulæ priuatiuæ, teste *Thor. cit. par. 3. sect. 3. verb. remissio causæ petita.* Et tamen prædicta remissio fuit petita à subdito.

Tamèn per M.C.V. fuit prouisum,
71 me referente, die 18. Maij 1666. *quòd procedatur in M.C. petita remissione pro parte Ill. Ducis Sermoneta non obstante.* A quo decreto grauatus dictus Illustr. Dux obtinuit, fieri verbum in S.C. factaque relatione in S.C. in Aula Domini Consiliarij Pauli Staibano, scissa fuerunt vota: nàm duo ex Dominis

ab-

Digitized by Google

abierunt in sententiam, quòd detur terminus super remissione; duo autem reliqui, quòd confirmetur decretum. Conuocatoque ad dirimendam paritatem, Dom. Consiliario Scipione de Martino, fuit direpta paritas, ac scito S.C. sub die 13. Iulij 1666. fuit prouisum: *Remissa est causa eidem M. C. qua prouideat, quòd detur terminus super remissione petita pro parte Ill. Ducis Sermonetæ*; suffragia ferentibus DD. Consil. Vargas, Florillo, Hodierna, & Carauita.

Et producta supplicatione de verbo faciendo loco reclamationis pro parte Petri Pauli, & fratrum de Ciuitate, factaq; relatione, me ipso relatore, in eadē Aula Dom. Staibani, sub die 10. Martij 1667. emanauit decretum: *Visa supplicatione fol. 17. suspenso decreto per S. C. lato sub die 13. Iulij anni prateriti, M. C. V. suum exequatur decretum, sub die 18. Maij eiusdē anni prateriti* 1666. ferentibus suffragia Dom. Consil. Paulo Staibano, D. Ioanne Vargas Machuca, Io: Baptista Hodierna, Dominico Petrone, & D. Ioanne de Dura: nàm in primo decreto fuerat datus adiunctus Dom. Consil. Antonius Florillus, donèc Aula fuerit in numero opportuno, & D. Consil. Thomas Carauita casualitèr interuenit. Processus adest in Banca Honuphrij Gallo.

Hæc sanè decisio non solùm niti vi-
72 sa est peruetusto stylo M.C. quæ nunquàm consueuit huiusmodi causas remittere: cum stylus vim legis obtineat, etiam contrà Ius Commune; *Abb. in cap. ex literis, num. 6. de Constit. Felin. in cap. 1. num. 16. de rescript.* cum alijs, de quibus *Ego ipse in Rit. 1. n. 60. & 61.* quem locū prosequitur *D. Scopa ad decis. Gratian. obseruat. 49. nu. 36.* iurisdictionemq; tribuat M.C. non obstāte, quòd Baroni iurisdictio ergà Vasallos priuatiuè concessa reperiatur, vt ex *Glos. in l. 1. verb. Duumuiris, C. de emancipat. liber. Alex. ad Barbat. Mandos.* & alijs firmat *Gratian. discept. cap. 154. num. 17. 18. & 19. tom. 1.* Verùm etiam generali decreto S. R. C. anni 1625. inserto in *Prag. 82. de Off. S. R. C.* quo cauetur, nè Commissarij Generales dati à S.C. audeant inhibere M. C. tractantem pactum exequutiuum. Quambrem nullo prorsùs pacto licebit Curiæ Ducis auocare ad se causam, quæ est Curia inferior, quando id interdicitur Curiæ superiori, ducto argumento à maiori ad minus, quod valet, ex *text. in l. in suis, in fin. ff. de liber. & posth. l. nec in ea 22. ff. de adulter. cap. si ergò 8. quæst. 1. cap. si Paulus*, vbi *Glos. 32. quæst. 5. cap. per venerabilem, qui filij sint legit. Authen. multi magis, C. de Sacros. Eccles.* Maximè cum
73 pactum exequutiuum simile censeatur causæ liquidationis instrumenti, recognitionis apocarum, obligationum pœnès acta, & literarum exequutorialium vigore consuetudinis. Itaquè sicuti in prædictis casibus nulla datur Baroni petenti remissio; ità etiam in casu pacti exequutiui: cum æquiparatorum eadem sit dispositio, aū *text. in l. 1. ff. de legat. 1. Glos. in l. si quis seruo, C. de furt. & in cap. si postquàm, §. fin. de elect. in 6.*

Nec dici poterat, in eo generali de-
74 creto nullam fieri mentionem Baronis petentis remissionem. Namq; vna hæc ratio potest considerari in eo Statuto sic disponente, nè impedimentum aliquod, aùt obex opponatur pacti exequutiui festinationem impediens; quæ ratio licèt non expressa, habetur tamen pro expressa etiam in Statuto condito contrà Ius Commune, *Glos. in l. quamuis, C. de fideicomm.* cùm non fit interpretatio extensiua, sed intensiua *Bald. in d. l. quamuis, Cancer. var. lib. 1. cap. 1. num. 60.* Igitùr cum hæc eadem ratio, tàm vrgeat in Iudice superiore remorāte inhibitionibus celerem exequutionem, quàm in Barone remorante petitionibus remissionis causæ; perspicuum est, quòd idem debet de vtroque intelligi, etsi verba deficiant, vel si Statutum esset odiosum, vt notat *Bald. in l. quid verò cōtrà, ff. de legib.* & alij, quos sequitur *Laurent. dec. 134.*

Nec refragatur Ius Commune. A-
75 lioquin si remissio causæ fineretur in pacto exequutiuo, destrueretur eius

na-

natura. Siquidem pactum exequutiuum, vel oritur ex licentia data creditori à debitore ingrediendi possessionem ex lege tantùm conuentionis, nullaque adhibita solemnitate iudicij, at propria authoritate, ad *tex. in l. creditores, 3. C. de pignorib.* vbi *Bart. Franc. de Are. consil. 22. Coler. de process. exec. p. 1. cap. 5. Sanfelic. decis. 312. num. 14. Ego ipse in rit. 166. sub num. 10. tom. 2.* quem locum laudat *D. Stoppa in annot. ad Sarn. in prax. ciuil. part. 1. §. 30. nu. 7.* Vel ex clausula in instrumento apposita, quòd possit exequi more pensionum domorum huius Ciuitatis, vt aiũt quamplures alij relati à citato *Sanfel. Staiban. resol. 143. in fine, Thor. vot. 64. num. 12. & Gizz. ad Capyc. Latro obser. 58. tom. 1.* quæ duo coincidunt. Quouis autem modo sit pactum exequutiuum; semper stat, quòd potest creditor propria authoritate, nullaque obtenta Iudicis permissione possessionẽ ingredi; vel à Iudice in possessionem mitti absq; vlla iudiciali figura, aùt partis citatione, *Afflict. in Cõst. Regn. Pacis cultum, ex num. 16. Vrsill. ad Afflict. decis. 326. Menoch. de recup. possess. remed. 5. n. 29. & de adipisc. poss. remed. 5. quæst. 20. Gotta in memor. verba pacta exequutiua, Vin. commun. opin. lib. 2. cap. 39. & decis. 236. Fab. de Ann. in add. nouiss. ad sing. 189. Vincentij* sui genitoris, *Vin. comm. opin. 93. add. verb. citatio.* Cõferunt tradita à *Fontanell. tom. 2. decis. 353. pag. 175. D. Galà in trac. de rest. in integr. minor. denegan. q. 22.* In quo casu non est Iudex, nisi merus exequutor vo-
76 luntatis partium; quæ possunt pacisci, vt inchoetur processus ab exequutione, vt disputat *Coler. d. cap. 5. per totum, Afflict. decis. 236.* ac ità magis communitèr receptum testatur *R. Sanfel. decis. 151.* aduersùs *Ranit. in Prag. 1. de conserv. à nu. 3.* & nos infra. Quapropter si creditor velit vrbaniùs agere, atq; adipisci Iudicis authoritate, quod posset propria; sufficeret, si Iudicem qualicumque iurisdictione fungentem adiret, hedùm Magnam Curiam, quæ amplissima vtitur; cùm Iudicis partes in hoc casu sint dumtaxàt, Partium conuentionem exequi, *l. tale pactum, §. qui prouocauerit, ff. de pact.* quæ sententiæ æquiparatur; sicuti ex *l. cum quasi, §. si plures, ff. de fideicom. libert.* deducit *Rebuff.* quem sequitur *Reg. Sanfelic. cit. decis. 151. num. 2.* Vndè M.C. non debitorem condemnat vigore pacti; sed viso simpliciter pacto, mandat, quòd sol-
77 uat; quod quidem præceptum æquiparatur mandato de parendo, *Carlen. de iud. tom. 2. tit. 3. disp. 3. num. 26.* Igitùr deneganda erat Duci petita remissio; secùs incœpisse ordiri tela iudiciaria cum omnibus eius solemnitatibus cõtrà naturam pacti exequutiui; quidquid alitèr, confusè tamen, dixerit *Reg. Capiblanc. in addit. ad lo: Franc. patrem in tract. de Baron.* iterum typis edito anno 1666. *in pragm. 8. par. 1. sub num. 201. vers. quid si quis.*

Insupèr potuisset sequi maximum absurdum: nempè quòd Curia inferior reformasset scita Curiæ Superioris, propter quod proclamant omniæ Iura, & DD. quos refert *Capiblanc. de Baron. cit. prag. 8. p. 2. à num. 93. ad 97.*
78 non debere concedi post sententiam remissionem Baroni, & diximus *in Rit. 205. ex nu. 11. lib. 2.* Quis enim assent, quòd si Duci fuisset facta remissio, eius Curia oscitantèr non dixisset forsitan instrumẽtum illud exequutionem non mereri, quod mereri dixerat M. C. præcepta dans debitori, quòd soluat; quæ quidem præcepta vim habent definitiuæ sententiæ, dùm instrumentum illud mereri paratam exequutionem declarant, iuxtà *Marant, in prax. tit. de sentent. num. 24.*

Neque dubitationem vllam attule-
79 runt amplissimi priuilegij verba: nulla enim in hijs legitur concessa cognitio pacti exequutiui, obligationum pœnès acta, & apocarum Bancalium. Quamobrem ad casus non expressos non debent extendi contrà iurisdictionem M.C.V. per *l. in agris ff. de acquir. rer. domin.* notat in simili casu *Carau. Rit. 265. num. 3. & seqq.* quia censetur Rex noluisse, vbi tacuit; dùm vbi voluit, expressit. Neque debet putari concessa sub illa potestate cognoscendi

Digitized by Google

scendi de liquidationibus, ac præuentionibus instrumentorum. Valdè enim differunt inter se instrumenti præsentatio, ac pactum exequutiuum, vt videre est apùd *Carleu. cit. to. 2. disp. 8. n. 30.*

Accedit, quòd non agebatur solùm
80 vigore pacti, sed pro solutione censuum decursorum per clausulam, quòd debitor possit conueniri in omni Cutia, loco, & foro. Et licèt disputent DD. vt fusè apùd *Carleu. de indic. tom. 1. disp. 2. quæst. 8. sect. 2. à num. 1093. vsque ad num. 1101.* an hæc clausula possit apponi in præiudicium Baronis habentis iurisdictionem abdicatiuam, & priuatiuam? certissimi tamen iuris est, posse apponi in contractu censuali per *Prag. 1. de censib.* quapropter non potest conqueri Baro, vt discusso articulo, concludit *Foller. in pract. cens. uers. & submissiones cuicumque foro, nu. 30.* Quæ quidem *Pragm.* licèt quòad paratam exequutionem contrà tertium possessorem inoleuerit; in viriditamen obseruantia est quò ad reliqua, teste *Laganar. ad Rou. d. Prag. 1. ex n. 1.*

Insuper ij de Saechino se soluturos
81 tertias promiserunt in Terra Aerij, domicilio Creditorum. Hinc fit, quòd cum solutioni satis non fecissent in loco destinato: aperitur occasio Creditoribus, illos conueniendi in alio loco, per *l. un. C. ubi conuen. qui cert. loc. dar. promis.* ibi: *Qui certo loco se soluturum pecuniam obligat; si solutioni satis non fecerit, arbitraria actione, & in alio loco potest conueniri.* In quo *text. Glos. & DD.* explicant, lij *alio loco*, hoc est quolibet, ac in quocumque loco idoneo, dummodò Iudex non sit incompetens: idque in odium debitoris morosi. Ac sicuti Baro non posset remis-
82 sionem petere, si vasallus arctaretur ad soluendum in loco destinatæ solutionis, *l. heres absens, de indic. Capibl. de Baron. Prag. 8. p. 2. num. 143. & seqq.* ità pariter nequibit petere, quando vasallus conuenitur in loco subrogato destinatæ solutionis loco: non enim facto vasalli, sed ipso iure priuatur illius causæ cognitione, vti *Capibl. supra citat. tom. 2. quæst. 55. à num. 16.* discurrit in iudicio ordinario; quod facilius quidèm dixisset in exequutiuo, si de eo incidisset sermo.

Atque ità aliàs seruatum est. Ete-
83 nim cum fuisset conuentus vigore pacti in S. C. instante Carolo Mazzella, Rationalis Regiæ Cameræ Alphonsus Trotti, petijt remitti ad Regiam Cameram, quippè qui non posset alibi conueniri, *l. penul. C. vbi caus. fiscal.* etiam speciali Regum priuilegio Officialibus Regiæ Cameræ, *Reuert. dec. 7. num. 5. & 6.* habentis priuatiuè iurisdictionem in illos, *Sanfelic. decis. 293. num 9.* ac aiebat, sibi non intulisse præiudicium, quòd se cuicumque foro submiserit; cum priuilegium non personæ concessum sit, sed Officio, nè à munere sibi iniuncto distraheretur, *l. non aliàs, §. 1. ff. de iudic. l. nec ad diuersa, C. de sentent. lib. 12.* cum concordantibus relatis à *Reg. de Ponte decis. 36. num. 6.* Et cum insteterit adhùc pro hac re in S. C. Procurator Realis Patrimonij; attamen per S. C. referente D. Consiliario Boliaga, prouisum fuit, die 14. Nouembris 1662. *quòd procedatur in S. C. petita remissione non obstante*; quod decretum in gradu reclamationis, die 15. Decembris eiusdem anni, confirmatum extitit.

Ex quibus eruitur, quòd pactum
84 exequutiuum non sit causa; cùm non exigat iudicium, neque citationem; non aditur Iudex, nisi vt sit purus, ac merus exequutor illius, in quo conuenerunt Partes; quæ licèt possent inscio Iudice, propriaque authoritate possessionem ingredi; nihilominùs adeunt Iudicem, non modò, vt vrbaniùs agant; verùm etiam, vt suam det assistentiam, atque associationem, imò protectionem, nè partes veniant ad arma, & in terminis Capitulorum Regni aduertit R. *de Ponte cons. 145. lib. 2. &* ante *Affl. decis. 2. 24. & 89. & in const. de Burgensaticis, n. 8.* Quę vocatur *Maioria*, estq; propria Regis inhærens ossibus, & substantiæ Diadematis, ità vt Regimen, & Protectio vnum constituant continens inseparabile à Rege, *Salgad. de protect. cap. 1. ex num. 45.* est

85 etenim Protectio est de Regalibus maioribus, quę Regi competunt in signum Supremæ Potestatis, *Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. num. 13. & tit. 3. num. 71. Salgad. cit. cap. 1. num. 97. & 310. & cap. 2. num. 32. & de retention. Bullar. 1. par. cap. 1. ex num. 103. Azeued. in l. 1. in fin. tit. 21. lib. 4. nou. Recop. Rouad. lib. 2. cap. 16. nn. 90. Auend. de exeq. mand. cap. 1. num. 32. Cassill. de iurisd. cap. 43. nu. 163. Cancer. lib. 3. cap. 18. num. 16. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. p. 1. num. 132. Crespi obserua. 60. num. 77. Peregr. de Man. Reg. p. 2. cap. 37. num. 27.* nec potest alteri concedi, neque communicari, *Benadil. cit. loc. num. 90. Salgad. memor. cap. 2. num. 34.* nec in generali donatione iurisdictionis concessa intelligitur, *Scacc. de appell. quæst. 8. num. 111. vers. oppona secundò, Salgad. cit. cap. ex num. 34. Camerar. in cap. Imperialem, fol. 21. ex lit. A. & fol. 80. ex lit. C. Reg. Tap. decis. 11. & de iure Regni lib. 2. in const. 1. qua, de Official. in Regn. constit. nu. 49. 136. Gabed. decis. 40. p. 2. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 5. n. 4. Matth. Stephan. de iurisd. lib. 1. cap. 15. num. 22. Daniel. Ottan. de iur. public. cap. 10. pag. 300. Hugo Grot. de iur. bell. & pac. lib. 2. cap. 7. num. 26. Georg. Ludouic. de Arcan. Imper. in analys pac. Relig. fol. 392.* Superioritatem illam Supremam super vasallis Rex, seù Imperator à se abdicare, nullo iure, nullaùe pactione potest, illaq; Regio Diademati, & ossibus ipsius Principis semper inhærere, & nemo alius, quàm ipsemet Princeps dictæ Superioritatis est capax, *Gl. in can. Ego Ludouicus 63. dist. Vbi Bas. in l. Principes, num. 6. ff. de legib. Bucnar. in topic. loc. à verisimili, num. 16. Io: Andr. ad Specular. tit. de iurisd. omnium Iudic. Gl. magn. Dec. cons. 307. col. 3. Bal. in l. 1. §. in initio, ff. de offic. Præf. Verb. Lucr. in l. 1. C. de primil. schol. lib. 12. Comar. in reg. pass. 2. p. §. 2. nu. 7. Anil. in Cap. Præc. cap. 1. glos. 2. num. 12. Carset. de pot. Regia p. 1. §. 4. Boer. dec. 50. n. 12. Fragos. de regim. Reipub. p. 1. lib. 3. disp. 5. n. 28.*

Princeps enim si tale ius Superio-
86 ritatis abdicatiuè à se concessisset, homicida suæ dignitatis diceretur, *Bald. in cap. licèt causam, num. 7. de probat. Bambacar. in repetit. cap. in generali, ut. §. de feud. fœr. contron. quæst. 14. n. 179. Præs. Merlin. contron. tom. 2. cap. 72. à n. 12.* eruditè *Iacob. Vander. in repet. l. nõ dubito. cap. 52. ff. de captiu. & postlim. reuers.* quod procedit, etsi alterius Principis Superiorem non recognoscentis intuitu immunitas cõcessa esset, *Auend. de exeq. mand. cap. 19. num. 2. Boer. de auth. Mag. Consil. num. 158. Rheb. decis. 27. ex num. 17.* Quin ipsum Principem minimè de iure obstringi ad obseruantiam illius, quod in præiudicium suæ authoritatis cõcessit, scripsit *Bald. in cap. 2. il. 2. extr. de iure iur.* & post eum *Gramm. vot. 28. nu. 14. atq; Iul. Capon. lib. 5. disceps. forens. 337. num. 32.* sermonem habens ex priuilegio concessa cognitionis criminis lesę Maiestatis. Quin, etsi cumulatiuè saltem, *Mastrill.* si vera fatur, *de Magistrat. l. 30. cap. 12. ex n. 42.* nec non *Gramm. vot. 28.* etsi illam concesserit priuatiuè, dicebat *Affliict. in cap. 1. §. item si quis in feudatus, vers. 3. quib. mod. feud. amitt. Rosa ad cõsuet. Neap. fol. 30. & 31.* Regnis enim est gloria, inquit *Cassiodor. lib. 2. epist. 29. subditorũ acie sa tranquillitas.*

Ad quod confert doctrina *Io: Fran-*
87 *cisci Ripa in respon. 6. ff. de indic. & fori competen. pag. mihi 56.* his verbis: *Quia quod licèt facere authoritate propria, multo magis licèt authoritate Iudicis incompetentis, secundùm Fel. post alios in cap. cum non ab homine, in gl. 1. de iud. & traditur per Bar. in l. ait Prætor la 2. §. si debitorem, ff. de his, quæ in fraud. cred. Verùm licebat Domino Cæsaristæ hæredi particulari instituto propria authoritate ingredi possessionem rerum, in quibus fuit institutus: tùm quia fuit sibi à testatore data licentia intrandi propria authoritate, quam licentiam testator potuit concedere, l. Titia, §. Lucius, cum Gloss. ff. de leg. 1. firmant Bart. & alij in l. nemo potest, ff. de leg. 1. tùm quia hæres institutus in re certa, absque ulla testatoris expressa licentia, potest propria authoritate apprehendere possessionem rerum, in quibus fuit institutus, secundùm Bart. in l. ex facto, ff. de hæred. instit. &*

Gemi.

Digitized by Google

Gemi. in cap. si pater, col. 3. & ibi *Phil. de Perusio, de testam. lib. 6. Si ergò licuisset propria authoritate; sequitur, quòd etiam licuit authoritate Iudicis laici; quamuis incompetentis.* Ac iuxtà prædicta in terminis nostræ *Consuet. si arbor, de gland. legend.* iudicauimus in M. C. in causa Federici Grisone, cum Octauio Piecolella, sub die 24. Ianuarij, 1668. in Banca de Anselone: præfata enim *Consuetudo* facultatem tribuit vicino propria authoritate incidendi ramos arboris pendentes super domo vicini. Vnde petẽte associationẽ familiæ pro facienda incisione ad euitandum rixas, vt tutiùs valeat propria authoritate à *Consuetud.* tributa vti, solet à Iudice mandari, licere petenti incisionem vti iure suo. Atq; S. C. iudicauit in casu extollẽdi parietem diuisorium propria facultate, in causa D. Vincentij Arcuccio, cum Marchione Canneti, & Equite Iosepho Gironda, sub die 26. mensis Nouembris 1663. referente D. tunc Consiliario, deinde Regente emeritissimo, ac doctissimo D. Antonio Florillo, & ratum habuit S. C. in gradu reclamationis, sub die 16. Iunij 1664. concedendo sub die 10. Octobris 1665. familiæ associationem, in Banca Licti.

Hinc ortum habuit illa decantata
38 praxis de expediendis literis exequtorialibus pro pensionibus domorum vigore Consuetudinis, absq; vlla præuia citatione; siquidem, attenta Consuetudine, bona inuecta, ac illata in domum conductam, illius Dominus poterit authoritate propria per se ipsum, & alios pignorare, ex *Consuet. incip. pro pensione, tit. in quib. cas. lic. authorit. propr. pignor.* Quod quippè verbum *Pignorare*, denotat pignora capere, vt inquit *Budæus*, siue in pignus accipere, & quasi debitum sibi capere. Hinc pignorator, qui pignus accipit, *Cic. 4. Ver. cùm publicanus petitor, ac pignorator, non erepter, neque possessor soleat esse*, & proinde bona propria authoritate, vti in pignus data, vendi possunt.

Et his terminis cum iudicassem, licere, nẽpè, Benedicto Como, à secretis tunc M. C. locatori domus, vti iure suo, acuerunt nonnulli linguas in me, quòd immisissem falcem in messem alienam. Ostendi tamen, me nihil noui patrasse; sed tantùm fecisse in praxi, quod ijsdem in terminis docuerat *Foller. in pract. canon. 2. par. indic. ver. vt si esset sacrilegium, cap. 17. num. 28. fol. 174.* quem videas, quæso. Est enim ibi non iniucundus, aùt inutilis casus, atque in ijsdẽ terminis à me practicatus, quem lubens ostendi Exc. D. Petro Antonio de Aragonia, tunc Proregi, ac Dominis Regentibus, vt omnibus innotesceret, de quo pauci me arguebant. Eamque *Follerij* opinionem sequuntur *Bal. de Angel. in Prat. super. 1. lib. C. ad Authen. Clericus, pag. 80. Carroc. de locat. & conduct. part. 5. quæst. 2. in addit. pag. 264. & par. 7. cõcl. 145. Triuisan. decis. 34. lib. 1.* & conferunt tradita à *Marant. disp. 8.* & de *Foller.* meminit *Visconti in conclus. iur. verb. Clericus si est debitor, pag. 2.* quidquid distinguat *Brilla ad Consuet. Neap. tit. 16. in quib. casib. licet author. propr. pignor. ex num. 24.*

An autem pactum ingrediendi pro-
89 pria authoritate liceat creditori contrà debitorem, eiusq; hæredem exercere, petendo familiæ associationem, absque partis citatione? ad *tex. in cit. l. creditores, C. de pignor. & in l. creditor 3. §. fin. ff. qui potior. in pignor. hab.* Alij non esse impartiendam familiam, parte minimè monita, voluere, quorum Achilles præconizatur *R. Rouit. in cit. pragm. 1. de conseru.* qui post incertũ *Authorem in addit. ad Franc. Anton. de Iudice Robert. in prax. liquid. instrum. in fin. 4. considerat.* quem sequitur *Gait. tract. de credit. cap. 4. quæst. 7. num. 834. & quæst. 11. à num. 2088. Ann. singul. 189. incip. familia*; potissimùm contrà tertium possessorem, *Donad. de renunc. tom. 1. cap. 42. num. 14. Vrceol. consult. forens. tom. 1. cap. 31. num. 13. Muscatell. in prax. appellat. num. 30. vers. quintus modus.* Alij verò contrariam sustinuere aleam, & antesignana est S. C. decisio apùd *Affl. in decis. 326. & in constit. incip. Pacis cultum, nu. 28. Thor.*

comp. decis. tom. 1. verb. creditor an possit, & iterùm *verb. exequi an possit. Vin. decis. 44. num. 6. & decis. 263. à num. 1.* qui nedùm in hærede, sed etiam in singulari successore procedi autumat, *Genc. de cens. quæst. 94.* & post eum *Rot. Rom. decis. 149. & decis. 150.* quæ fuit adamussim contrà tertium, *Barbat. de assist. glos. 6. num. 18. Menoch. tract. de adipisc. possess. remed. 5. nu. 150. & 151. Ginrb. decis. 112. num. 12. & 13. Cancer. var. resol. p. 2. cap. 7. Vrceol. consult. for. cap. 31. num. 12. & cap. 46. num. 26. Rot. Rom.* post *Salgad. labyr. credit. decis. 36. num. 21. Reg. Sanfelic. decis. 151. tom. 2. Argell. de legit. contradict. quæst. 10. nu. 110. Staiban. observ. ad resolut. 107. nu. 21. & seq. Rot.* post *Rodriq. de concurs. credit. decis. 32. num. 1. Purpuratus de Luca de fund. discur. 66. num. 2. & 3. ac discurs. 67. num. 3.*

Hanc tamen thesim Iudicis arbitrio reponendam, monuit *Mansan. de cons. exequut. ampliat. 6. ex nu. 26.* & insectatur *Alderis. de assist. præstand. quæst. 2. nu. 17.* ad euitandum litium hydras, & fraudibus locum, ac nè possessor iniustè sua possessione spoliaretur, quando ipsius commoda sunt magna, & Iudici incumbit expensis, & laboribus occurrere, *Boer. decis. 354. num. 8. Vin. decis. 39. num. 4.* ac distinctione vtitur, *D. Fab. de Ann. in nouiss. add. ad Patrom in singul. 189. pag. mihi 262. tom. 2.* & aliam adhibet *D. Consil. Altimar. de nullit. tom. 2. rubr. 12. quæst. 22. ex n. 52.*

Propterea S. C. in causa Venerabi-
90 lis, & Realis Monasterij Cassinensis, cum Vniuersitate Vallis Rotundæ, habuimus pro absoluto iuris articulum in mea Aula, sub die quinto mensis Decembris 1691. penès Lombard. non licere nempè Domino directo apprehendere possessionem propria authoritate sine nota violentiæ, & turbationis, non citato priùs vtile dominium, cum possessione bonorum retinēte, ex *Arpect. ad Clar. in §. emphiteusis, q. 11.* cum non sit singulis concedendum, quod per Magistratum fieri debet, *l. non est singulis 176. ff. de regul. iur.* & de obseruantia Curiæ Delfinatus testatur decisum *Guid. Pap. decis. 107.* tradens *nu. 2.* ibi: *Quia nulla lex dat sibi illam authoritatem, quod si faciat, committat violentiam, vt ff. de vi, & vi arm. l. 1. §. deijcitur*, occurrens *Arpect. tex. l. 2. C. de iure emphiteu. l. quare, §. 1. ff. locat. l. aede 3. C. locat.* quòd ibi: *verbum expellendi, vel repellendi*, ad iuris intellectum referri oportet, nec importare corporalem deiectionem, sed legitimam expultionem, quæ fit ministerio Iudicis, parte citata, vt etiam obseruat ibidem *Genes. ad Clar. verb. Nisi cum authoritate Iudicis*, ibi: *Adde, & parte vocata, & audita, Facchin. lib. 1. contron. cap. 95.* eamq; opinionem comprobant *Vulteius in §. adeò, Instit. de loc. & conduct.* alijque apùd Addentes ad eumdem *Clar.* & deducitur ex *Glos. in cap. licèt Episcopus, verb. Te non vocato, de prabend. & dignitat. in 6.* præsertim vbi Dominus directus non prætendit deuolutionem ob non solutionem canonis, sed propter emphyteusim finitam, vel alienationem factam ipso irrequisito, vt probat *Ioach. ad Clar. in §. emphyteusis quæst. 9. verb. ipso iure*, prout in Barone prætendente deuolutionem subfeudi, decisum per S.C. refert *Ans. singul. 151. in medio.*

Etiam dato pacto in instrumento
91 cōcessionis, quòd id posset facere propria authoritate, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. nu. 9. vers. sed contrariam sententiam, sub nu. 14. vers. cum autem hac quæstio*, in specie in cōcessione emphyteusis Ecclesiæ ad renouandum ad viginti nouem annos, dato pacto ingrediendi possessionem propria authoritate, non posset possessionem ingredi absq; citatione, & singulariter idem *Mantic. decis. 194.*

Quod indubitatè locum vendicat, si aliquo modo hæsitari possit de iuris fomento in possessoris beneficio, ex *Rot. Roman. decis.* apùd *Burat. dec. 786. in fin.* coràm *Celso decis. 109. num. 10.* & *in recent. decis. 319. ex num. 24. p. 13.* repetita coràm *Cerro decis. 573. Antonel. de loc. legal. quæst. 11. nu. 156. Episcop. Rocca disput. iur. cap. 66. num. 5. lib. 1.* minime verò si constet clarè, & aper-

Digitized by Google

apertè, emphyteusim esse finitam, & deuolutam, itaut possessori nullo pacto, nullo q; modo competat defensio, nec dubitari possit; qua in thesi procedunt quam plures *Rotæ decis.* apùd *Post.* post *tract. de manut. decis.* 24. *num.* 13. *decis.* 25. *num.* 1. *decis.* 134. *num.* 7. *decis.* 168. *num.* 8. *decis.* 271. *num.* 1. & *decis.* 293. *num.* 1. ac *DD.* penès *Cauall. comm. contrà comm. quæst.* 14. quam distinctionem comprobant *Vivian. Ciroc. discept.* 56. *ex num.* 60. improbans *cons. Onded.* 21. *lib.* 2. *de Laurent. de Iudic. suspect. cap.* 15. *n.* 160. *Præsul Rocca cap.* 65. *n.* 4.

92 Potissimùm, si Dominus directus Iudicem adiuerit, nec voluit propria facultate vti, ex *Bald. in l.* 1. *ad finem, C. de exequut. rei ind. Gabriel. de cit. concl.* 8. *num.* 223. *vers. quinquagesimo secundo amplia, Rot.* apùd *Ludouis. decis.* 105. *num.* 13. *vers. vltra quòd.* Ac de vsufructuario habente ius accipiendi possessionem propria authoritate, quòd sibi præiudicet adeundo Iudicem, monent *Fab. Ann. in cit. nouiss. addit. ad singul. Patris* 189. *Vivian. Cirocc. discur.* 15. *ex num.* 4. & *discur.* 26. *num.* 29. Nisi tamen illum adiens petat dumtaxàt associationem, nè oriantur scandala, & vt euitetur tumultus, *Portius conclus.* 43. *l.* 1. *ampliat.* 53. *Berrel. in sum. dec.* 10. 1. *tit.* 44. *n.* 443. *Mut. consuet. Sicil.* 34. *n.* 45. *Fab. de Anna loc. mox. add.* & dixi supra.

RITVS CCCIII.

ITem, quòd Carcerarius quarumcumque Curiarum Ciuitatis nostræ Neapolitanæ non possit, nec debeat aliquid exigere à Carcerato, vbi nõ pernoctauerit in carcere; & si pernoctauerit, quocumque tempore steterit in carcere, habere debeat tarenum vnum Amalfiæ tantùm, iuxtà formam Cap. Regni.

SVMMARIVM.

1 *Carcerarius nihil recipere valet à Carceratis ex dispositione plurium Regni Iurium.*

2 *Circà pecuniam à Carceratis Carcerario debitam, attenditur consuetudo, de Iure Communi.*

3 *Sigillatim recensentur alia Regni Iura circà huiusmodi solutionem diuersimodè disponentia.*

4 *Generi per speciem derogatur, præsertim si addita sit dictio taxatiua* Tãtùm.

5 Ritus *præsens sermocinatur de carceribus Neapolis, non verò de alijs.*

6 Pragm. 33. de offic. Magistr. Iustit. *complura mandat, quæ peculiaritèr adducuntur.*

7 *Ergastuli in Carceribus pernoctantes, quodnàm ius Ergastulario exoluere teneantur?*

8 *Conclusio supra adducta, quòd, cum de Iure Communi nihil diffinitum sit circà pecuniam Carcerario debitã; ideò attendatur cuiusque loci consuetudo, pluribus comprimitur modis, qui latè enumerantur.*

9 *Carcerarij possunt plures retinere clanes, & quilibet ipsorum familiaris esse valet Carcerarius; Imò in M. C. V. Carcerarius potest habere sex, qui sibi seruiant.*

10 *Personæ miserabiles à sportularum præstatione liberantur.*

11 *In Carceribus M. C. V. adest taberna, quæ locatur per Regiam Curiam.*

12 *Carcerarius multiplici nomenclatura signatur, vt hic declaratur.*

13 *Carcerariorum creatio ad quem pertineat?*

14 *Baro dicitur procurator in rem propriam, & habet potestatem conijciendi in carceres.*

15 *Carcerarius ad quæ teneatur, respectu eorum, quæ ad Carcerum custodiam pertinent?*

16 *Carcerarius quando tenetur deleuissima culpa, illud intelligitur ciuilitèr.*

17 *Carcerarius non tenetur de casu fortuito, nisi quatenùs culpa præcesserit.*

18 *Carceratus si fuerit absolutus, & Iudicis decreto dimittendus sit, nùm retineri possit pro persolutione ius portelli? recensentur contraria opiniones, & approbatur alea concludens.*

19 Re-

Digitized by Google

19 *Retentio permittitur pro expensis necessarijs, & cui datur actio, eo magis datur retentio.*

20 *Castrum commune retineri potest per unum ex socijs, donèc soluantur expensa.*

21 *In Regno inualuit consuetudo, vt Carcerarij non liberent Carceratos, nisi soluto priùs iure ostioli, & expensis necessarijs.*

22 *Carcerarius de sua sententia non valet captiuos è carcere emittere; sed requiritur ordo Iudicis in scriptis.*

23 *Idque declaratur, & ampliatur pluribus modis.*

24 *Carceratus in M. C. V. & deinde per aliam causam emparatus per Regiam Cameram, excarcerari non valet per M.C. sed requiritur etiam mandatum Regiæ Camerę, citato illo, quo instante fuit facta empara, & perpenditur cautela tradita à* Paulo de Castro.

25 *Ius portelli competens Carcerarijs, nùm exigi possit ab Officialibus, vel Baronibus non habentibus priuilegium, vel antiquissimam consuetudinem?*

26 *Pro cuius resolutione adducuntur tres præcipui casus, quorum Primus est, cum agitur de possessorio tantùm.*

27 *Secundus casus est in obtinente priuilegium, vel consuetudinem exigendi tale ius à captiuis liberandis.*

28 *Tertius verò casus est, cum in Ritu dicitur, quòd ius portelli competit Carcerario, an competere possit Officialibus, & Baronibus, absque tamen priuilegio, vel consuetudine?*

29 *Intellectus* Cap. Regn. Magistro Iustitiario *adducitur.*

30 *Determinatio vna respiciens plura determinabilia habet æqualitèr determinare.*

31 *Tradita à* Reg. Rouito super Pragm. 19. de Baronibus, *dispunguntur, & declarantur.*

32 *Carcer est mala mansio.*

33 *Ius portelli soluitur Carcerario pro salario custodiæ.*

34 *Custodia carcerum, vt fieri debeat sumptibus Baronis, qui habet introitas feudi, qualitèr intelligatur.*

35 *Quidue si Carcerarij salarium haberent de publico?*

36 *Sed an locum obtineat in Officialibus.*

37 *Consuetudo si fuerit legitimè introducta apùd subditos non erogandi tale ius, attendenda est.*

38 Capit. Regn. Magistro Iustitiario, *an comprehendat Officiales?*

39 *Baro nùm habeat ius portelli absque priuilegio, vel consuetudine?*

40 *Consuetudo quando requiratur, vt ius portelli exigi possit?*

41 *Carcerarius qua pœna puniatur, cognoscens mulierem captiuam? annè teneatur ob mortem carcerati? & quid si ille aufugerit?*

42 *Carceratus si fugam arripiat cum vno ex socijs ipsius Carcerarij, nulla plectitur pœna.*

43 *Quod declaratur ad ornatum* text. in l. ad Commentariensem, C. de custod. Reor.

44 *Carcerarius, qui Viro Nobili in carcerem detento laxauit habenas, credens ei dicenti, se fugam haud arrepturum, excusatur.*

45 *Id ipsum in Alguazzello, qui Nobilem sibi traditum non tenuit manibus, cum ad carcerem ducente.*

46 *Viro Nobili credendum est; verùm aliter est in fœmina; aùt in Viro Nobili, qui alia vice aufugit, & quare,*

1 CArceris Custos, vt nihil recipere valeat, ab ergastulis, seù carceratis non pernoctantibus, in primis statuit præsens *Ritus*, ad quem plura Iura Regni collimant, atq, memoriæ prodita extant penès *Carau. in rit. 43. n. 1. Io: Anton. de Nigr. in Cap. Regn. Castellanos, num. 44. Troyss. in pragm. 41.* iuxtà eius ordinem *de Carcerat. Capyc. in inuest. feud. rubr. feud. clau. vers. Fortelitijs, in fin. Capibl. in pragm. 19. sub num. 31. de Baron.* illaque sunt *Constitutio*, promulgata à Rege Gulielmo, incip. *Castellani. Cap. Regni*, editum à Rege Carolo II. *sub num. 193.* iuxtà ordinem *Nigri, Ritus 43. Pragm. 1. de Carcerer. & Carthar. cer. & Pragm. 33. §. 4. de*

Digitized by Google

de offic. Magistr. Iust. & ratio decisionis non est, nisi, inolita ipsa vetustate, consuetudo, ac mos, qui sic apùd omnes inualuit: cum de Iure Communi
2 circà pecuniam Carcerarijs, ab ijs, qui carceribus coerciti fuere, dependendam, consuetudo spectanda sit, *Matthesil. & Imol.* quos sequitur *Gundisaluus de Villadiego in tract. de haret. cap. 11. num. 11. in tract. diuers. tom. 11. p. 2. fol. 32. Capiblanc. in Pragm. 19. num. 32. & 33.* quod verò ad eos facit, qui in vincula conjecti fuere, quidnàm scilicèt ij sint exoluendo, ac quidnam Carcerarijs enumerandum teneantur? Iura quidèm (vt vera fatear) in partes discedunt, atque alia aliud circà solutionem hanc, pretiumque Carcerarijs soluendum, sanciunt, statuuntq; eaque vigent adhùc hoc in Regno.

Primum quidem Ius latum sanxit,
3 vt habetur in dicta *Constit. Castellani*, & in *Constitut. seq.* quòd Castellani, & seruientes exigere debeant ab ijs, quos ergastulos coercuere dimidium tarenum pro tempore, quo in carceribus detenti fuerint, sub pœna nonupli applicandi fisco, & simpli applicandi ipsi parti.

Secundum fuit Ius editum à Rege Carolo I. in *Cap. 86. incip. Castellani*, quo fixum habetur, sancitumque, vt nè obulum quidem sibi adnumerent Carcerarij ab ijs, qui suas in custodias detrusi fuere, & sic *Niger. cit. nu. 44.* alijque Regnicolæ illud asseruere, quòd nimirùm per præfatum Capitulum fuit derogatum memoratis Constitutionibus: quod Ipse minimè admittendum censeo, sed prorsùs hanc repudio sententiam, ex quo ratum est, compertumq; dictum Capitulum loqui de traditione in vincula Mandato Regio.

Tertium Ius erogatum fuit per Regem Carolum II. in *Cap. 130. incip. Item statuimus quòd Prasonerij*, quo fuit confirmatum dictum Capitulum Regis Caroli I.

Quartum fuit Ius editum per eumdem Carolum II. in *Cap. 193. incip. Magistr. Iustit.* per quod stabilitur, magisque comprobatur, quod in dictis Constitutionibus habebatur, quòd scilicèt à pernoctantibus ergastulis, non nisi dimidium tarenum repetere possint Carcerarij sub pœna nonupli.

Quintum fuit Ius editum, & contentum in *Ritu 43.* quo sancitur, Carcerarijs repetenda esse à pernoctantibus ergastulis grana tresdecim.

Sextum fuit Ius contentum in hoc *Ritu* eandem prohibitionem cõtinente, quam *Rit. 43.* quamuis verbis adeò negantibus non explicatam, qui etsi videatur loqui de more locali soluendi tarenum vnum ab ergastulis pernoctantibus, & consequutiuè cessare illic debeat generalis antecedens dispositio *Cap. Regni cit. 193.* ex regula Iu-
4 ris, omnium ore probata, generi per speciem derogari; maximè addita dictione *tantùm*, quæ est taxatiua, & restringit ad expressa, *Alex. cons. 168. vers. aliàs sequeretur, ex num. 11. lib. 7. & text. in l. sed si tãtum ff. de pact. Tusc. concl. 388. lit. D.*

Aduertas tamen, nè in errorem ra-
5 piare; quòd loquitur *Ritus* de carceribus Neapolis, non de alijs, vt patet in verbis literalibus, & in *Ritibus* originalibus habetur ille *text.* inter capitula concessa à Regina Ioanna II. Ciuitati Neapolis, & sunt omnes Ritus à *Rit. 301.* inclusiuè vsque ad finem, iuxta ordinem *Caranit.*

Septimũ fuit Ius editum in *Pragm. 1. de Carcerer. & Carceratis*, nimirùm quòd Carcerarij debent recipere, prout in dictis Constitutionibus fuit prouisum, sub pœna vnciarũ vigintiquinque, & sub eadem pœna mandatur Regenti, qui contrafactores eadem pœna minimè mulctat, & non exigit; & sic denuò ad antiquum Ius deuolutum est, quo demandatur, vt quisquis, qui in vincula conjectus in carcere pernoctarit, dimidium tarenum dependere debeat, in *Pragm. 33. de offic.*
6 *Magist. Iustit.* ex qua *Pragm.* complura mandantur. Primum quidem est, quòd debeant recipere asses tredecim, & duos denarios à quibuslibet in carcere detentis, siue ciuilibus, siue crimi-

na-

Digitized by Google

nalibus, & non vltra, vel ab ijs etiam, qui suapte ingenio larga manu nummos alios erogandi, plenoque cornu elargiendi causa mens esset. Secundum quòd, ne tantulum quidèm pretij sibi adnumerent exoluendum pro oleo lychni nocturna in lumina præfulgentis, vt in §. 5. Tertium est, quòd Carcerarij nihil paritèr adsciscere debeant pro iuribus Alguzeriorum, vt *in* §. 6. pro carceratione causarum ciuilium, pro carceratione causarum criminalium asses decem, quãdo capeura est in Ciuitate, etiam intrà Palatium M.C. & extra Ciuitatem, tarenum vnum; vt *in* §. 7. ex quibus habetur, quòd hodiè soluuntur in M. C. asses tredecim, & duo denarij; sed vtinam hac mercede illorum fames compressa resideret, non vlteriùs exardescceret effrenatarum cupiditatum sitis; eò siquidem illorum prosilit auaritia; eò impotens erumpit audacia, vt nihil in ergastula inuehi possit, vel intrare, in quod per vim, ac scelus plurimum non inuolent. Verùm Harpyarum more in extructas, ac perbellè apparatas dapes superuolantes armatis, rapacibusque vnguibus omnia concerpunt, extorquent, inficiunt, diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant, immundo, adeo vt non ab re, aùt immeritò efferatis moribus homines, atque omni exutos humanitate proclamarit *Ferrer. ad Guid. Pap. decis.* 448. & eo maximè, quia infimæ sortis homines sunt, obscuro loco nati, nullius nominis, pretij nullius, ex *Glos. Angel. & Alex. ibidem*, necnon *Cran. cons.* 196. *num.* 7.

In alijs verò locis consuetudo sec-
7 tanda est, quæ diuersimodè tale ius Carcerarijs tribuit. Deducitur ergò illud fixum manere, ac exploratum, ergastulos nimirùm in carceribus pernoctantes ad prædictum ius Carcerario exoluendum teneri, quod ius ostioli, seù portelli in Regno, vernaculo idiomate, nuncupatur.

De Iure communi, vt dictum est,
8 nihil ratum habetur, exploratumque circà modum pecuniæ Carcerarijs soluendæ, atque ideò cuiusque loci inolita consuetudo spectanda est, *Matthesil. Imol. & Capiblanc. in locis relatis*, quam conclusionem graphicè quidem, ac multiplicitèr, enucleant. Primò enim declaratur, vt non procedat in ergastulis pro debitis fiscalibus: nam is, cum liberatur, nihil debet soluere, ità ex *Afflict.* seruare scripsit *Caranit. in rito* 43. *num.* 6. & ibi ego ipse, *Capiblanc. in d. pragm.* 19. *num.* 32. *Thor. in compend. decis. Regn. ver. Ius portelli.* Secundò planiùs etiam enodatur, vt non procedat, quando quis in vincula traditur pro debito infra duos augustales, *Capiblanc. & Thor. in locis relatis*, & dixi in *cit. rit.* 43. *num.* 5. Tertiò vberiùs enucleatur, vt non procedat pro animalibus interceptis in custodia detrusis, decisum in S. C. testantur prefati in dictis locis; sed in hoc puto seruandam consuetudinem. *Quartò* declaratur conclusio, vt non procedat *in* eo, qui non debebat comprehendi, nec in vincula tradi, & postmodum absq; probationibus, vtpotè nullo adstrictus scelere, nullo obligatus facinore, nulli affinis culpæ, è carcere emittitur, vt nectit idem *Caranit.* seruandum monens, & notat *Boss. cit. de capt. num.* 47. Sed puto animaduertendum, quòd circà hoc adest *pragm.* expressa *sub nu.* 33. §. 16. in qua dicitur, quòd in M. C. quando sancitur, quòd vincula coniectus non debeat in ergastulorum syllabum referri, at vinculis exolutus pristinam assequatur libertatem; is quidèm nullo iure comprehensus, & in custodias traditus, nihil soluere debet Carcerario, & ideò in alijs Curijs est intelligẽda dicta declaratio, quando aliquis vinculis, custodijsque coercetur, absque præuia causæ cognitione, & non ab Officialibus causa cognita, aliàs siquidem, etsi re ipsa perspecta, ac nullis hærere probationum munimentis comperta, vinculis exoluendus esset in custodias detentus; à iure tamen ostioli (vt vulgò dicitur) portelli, minimè eximeretur, & hoc ex mente eiusdem *Prag.* quę à generalitate dictorum Iurium Regni excipit dictum casum, & sic in alijs viget re-

gu-

Digitized by Google

gula generalis prædicta. Quintò declaratur conclusio, quòd dictum ius ostioli solui debeat, cum Reus vinculis coercitus, ijsdem exolutus, è carcere emittitur, & solui debet pro toto illo tempore, quo fuit in carcere detentus, sicque dicta vnica tantùm solutio fieri, vt in dictis Constitutionibus, & Regni Iuribus; & propterea dùm quis carcere detinetur, nihil debet exoluere Carcerario, vt in *Pragm. 2. sub tit. de Carter. & Carcerat. & in d. Pragm.* 33. §. 18. Sextò declaratur,
9 quòd quamuis Carcerarij possint plures adnumerari, & retinere plures claues, & quilibet familiaris possit esse Carcerarius, vt dixit *Bald. de Carter. cap. 2. num. 6. in tract. crim. diuers.* post illum *Ziletti*, & in M.C. ex dicta *Prag.* 33. §. 18. Carcerarij possunt habere sex, qui sibi seruiant, seruitute addictos, siue substitutos; tamen istis omnibus dicta vnica pretij summa dependi debet, vt expressè dicitur in adducta *Constit. Castellani*, ibi: *Castellani, & seruientes.* Septimò declaratur conclusio, vt procedat etiam si Carcerarij haberent taxata à publico AErario stipendia; licèt enim de Iure nihil deberent recipere in hoc casu, vt dixit *de Villadiego in mem. tract. de hæred. cap.* 11. *nu.* 11. tamen attenta generalitate huius *Ritus*, & dictorum Iurium Regni, per quæ Iura hoc ius Carcerarijs est stabilitum, contrarium asserendum est; ideòque consuetudo inspicienda est, qualitèr id inducat. Octauò declaratur conclusio, vt non vigeat in homines miserijs omnibus, ærumnisque, coopertos, prostratos, iacentesque, vt pauperes, domestica quammaximè laborãtes difficultate: pro vt in eo, quod solui debet pro captura Alguzerijs, post *Afflict.* dicit *Troyf. in prag. 24. nu.*
10 2. & generalitèr diximus, tales personas à sportulis liberari, supra in *Rit. 23. lib. 1.* Nonò declaratur conclusio, quòd tale ius ostioli non potest locari, vt habetur in cit. *Pragm.* 2. & 33. §. 16. & indicat decisum *Caranit. in add. rit. num.* 2. Sed hæc conclusio declaratur, quòd vltrà dictum ius, nihil aliud potest exigi, sub pœnis contentis in dictis Iuribus; ideòque nec valent Carcerarij ergastulos compellere ad emendum quidpiam aliquod ab ipsis Carcerarijs; nec per vim, ceù bellico aduoluto ariete; nec suasionum admotis calcaribus ad talem emptionem perpellere, *Mastrill. in tract. de Magistr. lib. 3.*
11 *cap. 6. nu. 22.* & quamuis in carceribus M. C. adsit taberna, sicuti habetur in *add. prag. 33. §. 8.* quę locatur à R. Curia, & talis locatio confert ad ordinarium Regium censum; tamen non per hoc ille Tabernarius, qui cauponariam exercet, habet ius prohibendi captiuos ab emendis rebus ab alio; imò neutiquam id efficere valet; eòque euadere audaciæ, vt illos ad suarum dũtaxàt venalium rerum emptionem edigat, compellatque.

Multiplici autem nomenclatione
12 insignitur, multiuagam obtinuit nomenclaturam Carcerarius custos, de quo identidem hoc in *Ritu* fit mentio; & primò Commentariensis, ab Imperatore in *l. ad Commentariensem, C. de custod. reor.* quia in commentaria custodias refert, siue custodiarum ephemeridem conficit, siue captiuorum nomina in syllabum aliquod transcribit, *Caranit. cit. loc. num. 8. Ferrer. ad Guid. Pap. quæst.* 448. ex *Budæo* scribit *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 302. n. 1.* & expressè mandatur in *add. Pragm.* 33. §. 11. qui Carcerarius debeat conficere dictum librum, quo pacto debeat sacramento dicere, ac iusiurandum concipere, ponitur in *Clem. 1. §. porrò, de hæret.* & circà officium dicti Carcerarij, habentur plura in dicta *Pragm.* 33. quæ scilicèt suarum sint partium, quæq; ad sibi demandatam pertineant prouinciam. Secundò Clauicarij, siue Clauicularij nomenclatura signatur, & illud obtinuit nomen, vt exponit *Iacob. Cuiac. ad l. 1. C. de excusat. artific.* Tertiò denominatur Custos carcerum, *Ferrer. cit. quæst.* 448. & alibi omnes. Quartò appellantur Superstãtes; *Paul. de Castro in cons. 4. lib. 3.* Quintò nuncupantur Præsonarij, vt in dicto *Cap. Regni* 130. secundùm ordinem *Nigri*,

& dictæ *Pragm.* 33. Sextò vociferantur Carcerarij, vt in hoc *Rit.* & in *Rit.* 43. Septimò denominantur Seruientes, vt in dicta *Constit. Castellani*, & in dictis *Cap. Regn.* & alibi denique appellantur secundùm consuetudinem locorum.

Ad quem verò pertineat creare
13 Carcerarios? siue cuinàm hoc incumbat munus carcerum custodes iubere? animaduertendum est, quòd, licèt secundùm aliquos, carceres sint de Regalibus, vti ex *Bald.* dixit *Farinac. in cons.* 51. *num.* 2. *lib.* 1. & custodia carcerum adhùc ad Regem, eiusque Officiales pertineat, ex *Clar. in lib.* 1. *recept. sent.* §. *fin. quæst.* 46. *v.* 13. *Farinac. ibid.* tamen hoc, vel ipsa veritatis specie, tàm longè aberrat, quàm quod longissimè, vel tali facta copia, dandi scilicèt Reos in custodias, citrà omnem dubitationis aleam, & illa erit facta potestas constituendorum scilicèt, ac extruendorum carcerum, vt percautè nimis vir Iurisprudentiæ laurea in primis spectantissimus dixit *de Villadiego d. cap.* 11. *num.* 10. Ideòque cum iurisdi-
14 ctio sit concessa Baroni, qui dicitur procurator in rem propriam, & ipse habeat potestatem coniiciendi in carceres, ac illam potestatem communicet suis Officialibus, vt ex communicatione iurisdictionis poterit Officialis constituere carceres, non tamen constituere Carcerarium, sed ipse Baro constituere debet, nisi aliud habeatur ex cõsuetudine, ad tradita per *Boer. in dec.* 21. *ex n.* 9. *Caranit. in rit.* 43. ità in specie quòad carceres, vt eorum custodia sit Baronis, ex *Clar. Cancer. Anil. Mastril. lib.* 4. *de Magistr. cap.* 16. *num.* 196.

Illud tamen acritèr inquiro, admis-
15 so scilicèt, quòd Carcerarius recipiat mercedem, cùm datus in carcerem, è carcere emittitur; ad quæ nempè ipse Carcerarius custos, quò ad ea, quæ ad custodiam pertinent, teneatur, & quo pacto, quibusue in casibus? qua in re non desunt, qui dicunt, quòd ex quo habet mercedem, tenetur de leui culpa, vt ex *Paride de Puteo*, scribit *Vrsill. ad Afflict. decis.* 230. *num.* 5. sed quòd immò teneatur adhùc de leuissima culpa stãte solutione mercedis, voluerunt *Gramm.* & alij, quos sequitur *Farinac. tit.* 1. *prax. crim. quæst.* 31. *num.* 14. Cæterùm quòd etiam si stipendia non reciperet, siue mercedem, adhùc tenebitur de leuissima culpa, *Bald. Paris de Puteo, Boer.* & alij apùd eundem *Farinac. cit. num.* 14.

Verum tamen est, quòd quando te-
16 netur de leuissima culpa, illud intelligitur ciuilitèr ad damna, expensas, & compendia, non autem criminalitèr; nisi aliud Iudici videbitur, dummodò leuitèr puniat, DD. apùd *Farinac. cit. num.* 14. qua de re *Boer. decis.* 216. & 217. *R. Capyc. Latro decis.* 76. *R. Galeot. resp. fiscal.* 1. *ex n.* 87. *R. Sanfel. decis.* 46.

De casu tamen fortuito Carcera-
17 rius non tenebitur, nisi quatenùs culpa præcesserit, *Medic. in tract. de fortuit. cas. part.* 2. *quæst.* 10. *num.* 60. *Barsat. in cons.* 325. *num.* 48. *lib.* 3.

An autem vinctum iàm absolutum,
18 atque Iudicis decreto dimittendum, valeat impedire, nè à carceribus egrediatur, nisi antea persoluerit ius portelli? *Iacob. de Arenio*, quem de iure sequi videtur *Guid. Pap mem. quæst.* 44. in stipendio custodiæ soluendo Carcerario dixit, quòd nequeat retinere, sed relaxare, & deinde agere; non dissentiunt *Clar. quæst.* 62. *num.* 10. *Arism. Tepat. tit.* 268. & 280. *cap.* 4. *lib.* 11. & 12. *Tusch. pract. quæst. lit. C. concl.* 89. *num.* 466. *de Laurent. decis. Anen.* 112. *sub n.* 5. *Borrell. in sum. decis. vol.* 2. *tit.* 39. *num.* 41. *Papon. lib.* 24. *tit.* 4. *Faber in C. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 8. & 16. *R. Ronit. prag.* 19. *de Barm. num.* 8. *Olea de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 5. *num.* 35. siquidem istud ius ostioli, seù portelli, aliud non est, quàm stipẽdium custodiæ; ducuntur ex *text. in l. Omnes. C. de pœn.* qui hoc minime probat, etiam si per capitis capillamentum abstrahatur, aliòque auertatur; mouentur ex *l. ob æs alienum* 22. *C. de act. obligat.* (quam exornãt *Vrsill. ad Afflict. decis.* 3. *num.* 3. *Guid. Pap. dec.* 61.) quæ etiam nil officit: dicit enim, quòd homo liber pacto creditoris seruus fieri non potest; & licèt carcer sit spe-

ſpecies ſeruitutis; non tamen eſt ſpecies illius ſeruitutis prohibitæ, ex quo pro quolibet debito licita eſt incluſio carceraria, *l.5.§.tutores, ff. de adminiſtr. tutor. DD. in cap.2.de pignor. Medic. in tract. de conſer. & ammitt. dom. gloſ.2. quaſt.1.num.381.* necnon ex *§.quia verò, Auth. vt null. Iud.* qui nec aliquod probat, ſed imponit pœnam creditori paciſcenti de ſeruitute, cum debitore homine libero, ſub qua ſeruitute, vt iàm diximus, non continetur carceratio, licèt impropriè ea ſeruitutis ſpecies dicatur. Quin poſſit ad hanc tuendam alcam in medium afferri, quòd huiuſmodi oſtioli eſt minima pecuniæ vis, & conſequentèr minimum debitum; atque verum eſt dicere, quòd pro minimo contracto debito, minime licitam eſſe carcerariam incluſionem, ex *Gloſ. in Auth. minoris debitor, C. qui tut. dar. poſſ. Medic. cit. num.381.* Cœterùm ſi hæc doctrina *Medic.* veritate niteretur, quammaximè obſtringeret, nec *Gloſ.* illud dicit, nec in Iure reperitur, quòd actio perſonalis non detur pro minimo debito; ideò *Ferrer. ad Guid. Pap. cit. quaſt.448.* de Iure ſuſtinet contrà prædictos, licere ſcilicèt pro cuſtodiæ ſtipendio retinere ſeruum pignori datum pro expenſis neceſſarijs, prout eſt etiam ſalarium cuſtodiæ; quam opinionem *Ferrer.* de Iure adhùc ego volens, lubenſque amplector, non ſolùm pro ſalario cuſtodiæ, ſed etiam pro expenſis neceſſarijs: vt tradunt quoq; *Mauſon de cauſ. exequutiu. ampliat. 26. num. 6. & num.8. Caball. caſ. 221. nu. 6. Tuſch. concl.89. nu.7. & concl.467. Carleual. in tract. de indic. lib. 1. tit.3. diſp. 29. num.7. in fin. tom.2. Io: Petr. Surd. de aliment. priuil.62. nu.15. Gratian. diſcept. forenſ. cap.25. num.20. & 21. par.1. Carroc. de locat. & conduct. in tit. de expenſis, num.61. fol.225. Canalcan. deciſ.44. num.47. Petrus Pekius de iure ſiſtendi, cap. 34. ex num.2. Iodoc. in pract. crimin. verbo, Fiſcus, num. 4. verſ. contrarium, Fab. in Cod. lib.9. tit. de cuſtod. reor. defin. 7. Merlin. de pignor. lib.3. tit.1. quæſt.1. num.4.* Quandoquidem retentionem pro ipſis expenſis 19

DD. permittunt, vt ſcribunt *Federic. de ſen. Angel. Gemin. Calder. Oltrad. Emil.* & alij cõmunitèr, quos ſequitur *Medic. in tract. de cõpenſat. p.1. q.28. nu.4.* cùr modò magis debeat dari retẽtio in bonis, quàm in perſonaꝰ neſcio rationem diſcriminis inueſtigare, cum ſit licita actio ad perſonam pro debito, & cui datur actio, eo magis datur retentio, cum, è cuſtodia emittere, non ſit aliud, niſi quædam reſtitutiõ de ſe ipſo, *Paul. de Caſtro cit. conſ. 4. num.7.* & licèt Carcerarius ſit depoſitarius captiuorum omnium, quos Carceribus detinet, iuxta dictũ eiuſdem *de Caſtr.* adhùc pro expenſis neceſſarijs habet retentionem, *DD. in l. pæn. C. de compenſat. Medic. in tract. de compenſat. p: 1. quaſt.19. num.5.*

Hinc DD. magis peculiaritèr dixe- 20
re, poſſe Caſtrum commune retineri per vnum ex ſocijs, donèc ſoluantur expenſæ, *Ioann. Annan. & Laſ.* quos ſequitur *Polydor. Ripa in tract. de noctur. temp. cap.75. num.19.*

Vnde prædicta nedùm procedunt 21
de Iure, ſed ſunt approbata de Conſuetudine, teſte *Guid. Pap. in cit. quaſt. 448.* quæ Conſuetudo etiam inualuit in Regno, quòd Carcerarij nunquàm cuſtodijs obſtrictos, ijſdem cuſtodijs liberant, niſi priùs ſolutis iure oſtioli, & expenſis neceſſarijs, *Mauſon. de cauſ. exequut. ampl. 29. ex num. 6.* Vtinam ſolutione hac efferueſcens illorum auaritiæ ſitis comprimeretur, hac tantùm numerata pecunia eſſent contenti, non ſæuirent ad ſanguinem, quem etiam immani ſanè feritate è pauperrimis, quibuſque luctu, ac ſqualore perditis expetunt.

At nè valeat Carcerarius de ſua 22
ſententia, ſuopte ingenio, è carcere captiuos emittere? inquirit *Carauit. in rit. cit. 43. num.6.* & ex *Paul. de Caſtr.* dicit, quòd non poteſt; verùm cum Iudicis, ſiue Officialis licentia, qui eum detinebat; quæ poteſtas, ſiue ordo debet eſſe in ſcriptis; idem voluerunt *Auguſt. ad Angel. de malefic. verb. quod fama publ. præced. num. 92. Boer. deciſ. 217. num.24. Carrab. ſing.47.* & alij pe-

Digitized by Google

nès *Farinac. quæst. cit.31.nu.91.in fin.* & tetigi in *rit.43.num.8.* ac in Regno huiusmodi antinomiam tollunt *Prag. 24.§.7.* & altera 33.§. 15. *de offic.in Iustit.* vbi habetur forma talis facultatis, quam *Caranit.ibidem* ponit, scilicèt in M. C. criminali; in ciuilibus verò solùm Iudex eam subscribit, & in ciuilibus dictam schedulam subscribit etiam Actuarius meſſarius.

Quæ autem dicta sunt de facultate,
23 declarantur pluribus modis; Primò, vt procedant, etiam si quis esset detrusus in carcerem pro debito ciuili, & creditor consentiret, vt custodia liberaretur, vel sibi satisfactum esse fateretur: nam adhùc requiritur facultas Iudicis, post multos *Farinac.cit.nu.93.* nisi tamen consuetudo obsisteret, ac remoram faceret. Secundò prædicta declarantur procedere, quando Carceratus fuit iàm relatus in syllabum; secus verò si non fuerit descriptus, & accedat consensus creditoris, ita in specie notat *Farinac.in cit. quæst.31.n.* 44. Tertiò prędicta declarantur, quòd in dicto casu tenebitur Carcerarius, ac si debitor aufugisset, *Angel. Paris de Put. Anchar. Boer. Iodoc. Brun.* & alij omnes apùd dictam *quæst. 31.n.91.* atque ideò tenebitur ad id, quod erat principalis obstrictus: vt putà ad debitum, damna, & expensas; necnon poterit etiam criminaliter puniri arbitrio Iudicis; prout si dolus, vel culpa præcesserit, *Farinac.ibid.n.92.* Quartò prædicta declarantur, vt procedant, quòd Carcerarius debeat habere facultatem illiusmet Iudicis, qui illum in vinculis conijci iussit; non autem alterius Iudicis, licèt, & ipse sit Iudex competens Carcerarij, vt per *Paul. de Castr.in cit.cons.4.lib.3.* Nec placet cautela tradita hac in thesi per eumdem *Castrens. ibidem*, siquidem si accidat,
24 vt in carceribus M.C. detineatur aliquis per ipsã M.C. deinde emparatus pro alia causa, R. Cameræ decreto, quæ Tribunalia ad inuicem superioritatem nõ habent; certè huic non competit è custodia emitti per M. C. sed requiritur etiam mandatum R. Cameræ; modò *Castrens.* dat cautelam, quòd Iudex citare faciat per edictum interesse prætendentes, & si non comparet aliquis, potest excarcerare debitorem; quo casu Carcerarius ad nihilum tenebitur: nam exquiritur citatio peculiaris illius, quo instante fuit facta empara, ac licentia Iudicis recommendantis, nec sat est citatio per edictum.

Vlteriùs querendum venit, an istud
25 exigendi ius portelli competens Carcerarijs, possit exigi ab Officialibus, vel Baronibus, non habentibus priuilegium, vel antiquissimam consuetudinem, quæ loco priuilegij existit? *Caranit. in cit. rit.43.nu.6.verſ. Quæro iuxtà prædicta*, dispungit articulum, quem *Afflict. & Foller.* adhùc tangunt, vnico verbo, negotio non cognito, *Ioc. Ant. Niger in add. cap. Castellani, nu.* 44. in finalibus verbis, *Reg. Rovit. in pragm. 19.num.4.verſ. sed an Baro, de Baron. Capiblanc. in ead. pragm. num.* 31. quoniam verò res est scitu digna, atque quotidiana, & adsunt S.C. placita, nonnulla attingam, & propterea constituendi sunt tres præcipui, ac notabiles casus.

Primus est, quando agitur de pos-
26 sessorio tantùm; veluti quia Officialis, vel Baro existit in possessione, siue quasi, exigendi, & subditi contradicunt, tunc etiam admissa sententia, quòd tale ius debet habere priuilegium, vel consuetudinem, adhùc Baro in possessorio debet obtinere: siquidem iam ius non resistit; sed admittit consuetudinem, absque vlla difficultatis alea, discrimine nullo officiente, alleganti consuetudinem, possessorium competit, etenim quousque pendet iudicium super cõsuetudine circà probationem, & demonstrationem requisitorum ad consuetudinem, de quibus dixi in *rit.1.ex num.46.lib.1.* quem locum plenè prosequitur *D. Scoppa ad decis. Gratian. obſeruat. 148. ex num.* 4. possessio attendenda, & hæc est vera doctrina, germanaque veritas, sine fuco, & fallacia, ex quo consuetudo habet petitorium, & possessorium, *Paul. de Castr. in cons. 363. col.2.& 3.*

Dec.

Digitized by Google

Dec. conſ. 211. *num.*5. ſequitur *Oſaſ. deciſ.* 99. *num.*47. *Reg. de Pont. deciſ.*2. *ex n.*8. & ità è S.C. fuit decretum pro Barone in poſſeſſorio, teſte *Reg. Rouit. in cit. pragm.*19. *in fin.* quamuis ipſe adhùc repugnet, rationibus ab eo adductis, quæ petitorium, non autem poſſeſſorium reſpiciunt, vt infra.

Secundus eſt caſus, quando Carce-
27 rarius, vel alius obtinet priuilegium, vel conſuetudinem exigendi tale ius à captiuis liberandis, & Officialis, vel Baro vult ſe intromittere in talem exactionem per vim, ac propterea defraudare habentem priuilegium, vel conſuetudinem, & hoc caſu *Caranit. in cit. rit.* 43. dicit, quòd non poteſt, ſed ſpiculis propè ſcrutandum eſt priuilegium, vel conſuetudo, & in ſyndicatu tenetur Officialis ad reſtitutionem ſimpli exacti; non tamen tenetur ad pœnam nonupli contẽtam in Conſtitutionibus, & Capitulis, ac Pragmaticis Regni, vt voluit *Affl.* ex quo, vt benè aduertit, illud nonuplum pro pœna, fuit impoſitum, quando exigitur ab alio indebitè; verùm ſeruata forma memoratorũ Iurium circà quãtitatem.

Tertius eſt caſus, in quo eſt alter-
28 catio inter Noſtrates, ſcilicèt, ius illud oſtioli, ſeù portelli quando dicitur in *Rit.* quod cõpetit Carcerario, an poſſit competere Officialibus, & Baronibus, abſque tamen priuilegio, vel conſuetudine? in qua hypotheſi primus omnium *Afflict. in cit. Conſt. Caſtellani, primo notab.* negat, quem ſequutus fuit *Feller. in pract. crim. in fragment. nu.* 162. & eos inſectatur *Io: Ant. Niger. indic. num.*4. *Rouit. in mem. prag.*19. *nu.*4. alijs Officialibus tale ius non competere; niſi priuilegium obtineant, vel conſuetudinem. Non tamen negant, quin Carcerarij tale ius habeant abſq; priuilegio, vel cõſuetudine, ducuntur, ex quo dictum ius exigendi pro portello prohibitum eſt Officialibus, atq; adeò tantùm Carcerarijs permiſſum. *Caranit.* verò *cit. loc.* contrarium ſuſtinet, competere ſcilicèt Officialibus tale ius, ex quo expreſsè mandatur in dicto *Cap. Magiſtro Iuſtitiario.* At quia de eius intellectu tractandum eſt, priùs illius verba perlegenda attentè rogo, ex quibus expreſsè colligitur, Iuſtitiarijs, & Officialibus competere ius exigendi: quod enim dicitur, quòd non recipiant vltrà tarenũ vnum pro liberatione captiui pernoctantis, ſi intelli-
29 gendũ veniat, prout *text.* illum præfati intelligunt, vt procedat, quatenùs illis Officialibus, ibi deſcriptis, eſt permiſſum de priuilegio, vel conſuetudine, eſt diuinare; vt ideò genuinus magis ſit ſenſus, propiuſque, Iuſtitiario, Iuſtitiarijs, Caſtellanis, alijſque Officialibus, & quibus ex conſuetudine, vel priuilegio eſt conceſſum, & licitum exigere ius portelli à datis in cuſtodias, quando liberantur, non poſſint exigere, niſi illam pecuniæ quantitatem ibidem deſcriptam, & in illis caſibus; imò talis interpretatio non poteſt ſubſiſtere, ex quo dicitur de Caſtellanis, quibus iàm de Iure Conſtitutionum recipiunt abſque priuilegio, vel conſuetudine, & ipſi DD. non negant in Caſtellanis, ſiue Carcerarijs requiri priuilegium, vel conſuetudinem, vt dictum eſt, modò ſequitur,
30 quòd vna determinatio reſpiciẽs plura determinabilia habet æqualitèr determinare, *l. cum hoc iure, ff. de vulgar. & pupill.* & ideò ex quo ibi dicitur de Caſtellanis, & alijs Officialibus, & Caſtellani exigunt de iure, idem, & in alijs Officialibus, ità vt illa interpretatio liceat primo aſpectu ſubſtabilis appareat, ac probabilis; prædictis tamen diſcuſſis, aliquid dicendum eſt; imò ſi expreſsè dicitur, quòd Officiales non recipiant vltrà dimidium tarenum à captiuis, atque ergaſtulis pernoctantibus; quomodo debet intelligi, vt procedat, quando ex priuilegio, vel ex conſuetudine habent ius exigendi? cum de tali iure priuilegij, atq; conſuetudinis, nulla fiat mentio, nec alibi, nec in aliquo ex præcitatis Iuribus Regni verbum aliquod reperiatur,

Non refragantur modò ea, quæ ad-
31 ducuntur à *Reg. Rouit. in cit. prag.* 19. *de Baron.* & primò, quòd illud, quod dicit *Caranit.* vt *in add. cap.* expreſsè di-

dicuntur Officiales posse exigere dimidium tareni pro iure portelli, videtur probari ex regula *l. cum Prator, ff. de iudic.* vt vnius inclusio, sit alterius exclusio; & propterea ex ibidem habetur, Officiales non debere exigere vltrà dimidium tarenum, ergò infrà dimidium tarenum valent exigere, ex memorata regula; sed sic est, vt ipse annuit, quòd regula prædicta non procedit, quando illud, quod prohibetur, est de genere prohibitorum, aùt conclusio non intelligatur in prohibitis, & cum exigere ius portelli sit de genere prohibitorum, meritò vnius inclusio non inducit alterius. Responsio siquidem in propatulo est, nec mens ancipiti cogitatione distracta, aùt difficultatis inuoluta ambagibus hæret: nam *Reg. Rouit.* præsupponit duo; primum est, quòd ex cit. regula colligitur in *Cap. Officiales*, posse exigere ius portelli ex exclusione exactionis, vltrà dimidium tarenum; istud gratis assumit, veri lineas transilit, pace tanti Viri, quem, re non discussa, laudaui *in rit. 43. num. 2. lib. 1.* ex quo expressè, non autem ex dicta regula, habetur permissio cum illo *text.* exactionis illius quantitatis: dum enim dicitur, quòd Officiales non exigant vltrà dimidium tareni, quid clariùs dici potest, quòd non exigant plusquàm dimidium tareni? sic quod exigant carolenum vnum, & proinde non adest simplex prohibitio, sed cum prohibitione adest etiam permissio, & proinde non est opus in dictis terminis de prædicta regula, secundùm quod assumit, est exigere ius portelli in dimidio tareno, esse de genere prohibitorum probat ipse dicendo, quousque non probatur, esse permissum, est prohibitum; etiam, & secundo probat, nam eum quis carceratur, affligiturque, eo
32 quòd carcer est mala mantio, vt dixi in *rit. 40. & 43. lib. 1.* si deberet soluere ius portelli, esset addere afflictionem afflicto, quod de Iure prohibetur.

Verùm hęc omnia de facili diluun-
33 tur, quia cum ius portelli signanter, & precipuè debeat solui Carcerario; istud non est, nisi pro salario custodiæ; tale salarium de Iure Communi non est prohibitum, sed verum est, quòd non est taxatum, & ideò *Matthesil. Imol. & Hundissal.* supra relati dixerunt, circà taxationem salarij Custodis carcerum, debere attendi consuetudinem, quod patet, quia quilibet debet habere mercedem sui laboris; est enim natura comparatum, vt nemo se laboribus frangat, vbi nulla spes allicit præmij, hæc inflammat, hæc impellit, hæc extimulat ad laborē omnes; & de Iure Regni ius portelli in dimidium tarenum est permissum, & in hoc non est antinomia aliqua; meritò cum sit prohibitum exigere, vltrà dictam pecuniæ vim, ac modum; non censebitur exactio prohibita in dicta pecunia, generaliter permissa, ac ideò ratio *Reg. Rouit.* torquetur in *contrarium*; nec est addere afflictionem *afflicto*, *quando* iàm indicauimus, quòd salarium custodiæ debet solui à captiuo diuite, qui copijs, opibusque circumfluat, sitque ab omnibus fortunæ præmijs paratissimus, eo quòd culpa suà damnum patitur, sibi imputare debet, *quia si* captiuus ex causa ciuili *debebat* soluere; si verò ex causa *criminali* non debebat delinquere.

Prædictis minime refragantur ea,
34 quę alibi diximus, quòd custodia carcerum debet fieri sumptibus Baronis, qui habet introitus feudi, proinde nisi habeat speciale priuilegium in exigendo, ipse tenetur sumptibus suis custodire carceres. Siquidē verissima sunt præfata, quòd Carcerarius debet *habere* salarium à Barone, qui habet ius prouentuum in feudo; sed in Regno ius portelli, in dicta quantitate, est locus introitus, & prouentus; meritò cum expressè dictis Regni Iuribus, & Carcerarijs, & Castellanis sit tale ius stabilitum, illud ius est inter introitus, & prouentus feudi, iure tale salarium de illo iure solui debet.

Huc proinde spectat, quod diximus,
35 prædicta procedere etiam, quòd Carcerarij haberent salarium de publico, aduersùs *Hundissal.* qui loquitur de

Iure

Digitized by Google

Iure Communi, nàm specialiter Carcerarijs est tale ius stabilitum, & sic illud debent habere, sine retineant salarium, sine non.

Secundò posset obijci, quòd prædicta 36 ea primè procedunt in Carcerarijs, & Castellanis non verò in Officialibus, de quibus præsens sermo instituitur, quia nō simpliciter *Caranis.* dixit, competere ius Officialibus exigendi portelli à captiuis, seù ergastulis, sed cum grano salis. Quapropter distinguendi sunt duo; Primum, quòd si adsunt carceres publici, & in eo adest Carcerarius, tale ius exigendi comperit Carcerarijs, nō autem Officialibus, ex quo Carcerarij habent de iure exigere tale ius; illud permittit *Caranis.* dùm dicit, non posse Officialem in fraudem Carcerariorum tenere carceres in propijs domibus, quandò Carcerarij habent ius ex concessione, videlicèt, quando creantur Carcerarij, quia eo ipso habent de iure tale ius exigendi portelli ab inclusis in custodias. Alterum est, quando in aliquo loco non adsunt carceres publici, & tunc, ex quo habet potestatem coniiciendi in custodias, potest constituere carceres ipse Officialis etiam in propria domo, & à coniectis in vincula, custodiasque exigere ius portelli, quia tale ius exigit ratione Carcerarij, quem adhibere tenetur pro custodia carceris, & sic ipse curam geris carceris, & ei licebit exigere tale ius portelli, ac ità semper illud soluitur Carcerario, & militant omnia prædicta; atq; hic genuinus est sensus, tàm præfati Capituli, quā omnium Iurium Regni, quæ de tali materia loquūtur, imò *Caran.* sensū *cit. loc.*

Modò ex prædictis infertur, quòd 37 si apùd subditos illud vsu, consuetudineque inoluit, minimè scilicèt tale ius erogandi, talis consuetudo est attendenda, si tamen legitimè perscriptum non sit contrà ius, & istud est, quod crebris vsurpant sermonibus Iurisconsulti ad vnum omnes DD. debere ostendi priuilegium, vel consuetudo exigendi, siquidem aliquo tempore tale ius fuit exactum, & aliquo tempore non, tempus exactionis debet esse legitimè præscriptum, aliàs subditi succūberent in iudicio; si verò nunquā fuit exactum, vtiq; talis cōsuetudo tanquā contrà ius, erit legitimè præscripta.

Vltimò haud temoram facit, quòd 38 in medium affert *R. Rouit. in cod. prag.* 19. quòd dictum *Cap. Magister Iustit.* fuit introductum ad leuamen Vniuersitatum, ac proinde intelligere, quòd comprehendat Officiales, est grauamen, & sic suo excideret fine, aberraretque tàm longè à proposito, quàm quod longissimum, contrà omnes Iuris regulas. Cæterùm leuamen in dicto *Cap.* est, nè exigatur vltrà dimidium tarenum; exactio enim infrà dimidium tarenum non est grauamen, ex quo est inducta per omnia Iura Regni, nec Officialibus permittitur exactio, & etiam Carcerarijs, & sic esset duplex exactio, sed semper est vnica, imò Officialibus debetur tale ius loco Carcerarij, cui Carcerario Iura Regni tribuunt tale ius. Constat igitùr, Officialibus de Iure deberi tale ius portelli absque priuilegio, & consuetudine; quando tamen non adest Carcerarius in carceribus publicis, & ità propriè loquitur *Caran. cit. in Rit.* 43. & dum dicitur, quòd non est necessaria consuetudo, intelligitur ad tribuendum ius; tamen si esset consuetudo in contrarium, secus est.

Secundò *Reg. Rouit. in cit. pragm.* 39 & ibid. *Capiblanc. num.* 31. sermonem habent in Barone, scilicèt, an Baro habeat ius portelli absque priuilegio, vel consuetudine, & concludunt, quòd nō, id quod est verissimum, si diceremus, competere Baroni, vt illud sibi applicaret, cum non competat, nisi ratione Carcerarij, atque ità iudicatum pluries in S. C. dixit *Capibl. ibid.* meminit *Thar. in comp. decis. Regni, verb. Ius portelli.*

Conficitur tandèm, quòd cum talis 40 exactio sit de iure Regni, si tamen non est in vsu, ex quo dicitur contrà ius, debet esse talis nō vsus legitimè præscriptus; aliàs subditi minimè sunt molestijs afficiendi, & ideò semper requiritur consuetudo exigendi tale ius; si prætenderetur contrarium, à Vasal-

lis,

Digitized by Google

lis, cum legitima temporis præscriptione. Ex quibus omnibus conciliantur omnes prædictæ opiniones, & nulla adest antimonia: nam *Afflict.* benè dicit, quòd requiritur consuetudo exigendi, quia aliàs adesset desuetudo, & contrarius vsus contrà ius, & legitimè præscriptus. *Carauit.* benè dicit, quòd tale ius competit Officialibus; in casibus tamen adductis; *Rouit. Capiblanc.* & *decis.* S.C. procedunt etiam in Barone, ac demum in casibus prædictis.

Quomodo verò puniatur Carcerum
41 Custos, si rem habuerit cum muliere captiua? docet *Faber in* §. *item lex. Instit. de public. Iudic.* distinguit tamen *Clarus in* §. *fornicatio, sub n.* 24. Quando autē teneatur ob mortem captiui? tractat *Tuschus concl.* 1123. & quando ob illius fugam, etsi furtiuè effugiens in pedes se dederit, tùm pro maleficio, tùm pro debito ciuili capti, *idem Tusc. concl.* 1121. Ipse in *rit.* 43. *sub n.* 7. Carceratus autem ipse si fugam arripiat, cum vno ex Socijs ipsius Custodis, nulla sit mulctādus pœna, vna est omnium vox, omnesque vnanimi consensione conspirant, aitque præsertim *Aret. in tract. maleficior. verb. Fama publica precedente, num.* 91. & inibi *Additio*, nec non *Roman. sing.* 30. & *cons.* 395. *sub num.* 4. *Cremens. sing.* 100. *Hippol. de Marsil. in pract. crimin.* S. *attingam, num.* 72. & *sequent.* alijque sexcenti à prædictis memorati Auctoribus, omnesquè innituntur, ceu validissimo fundamine peregrino *textu in l. fin.* §. *interdum, ff. de custod. & exhib. reorum.*

42 Accidit, quòd cum quidam custodiam carcerum haberet, in quibus facinorosum quemdam, ac multis, & grauissimis obligatum facinoribus, truculentis obstrictum sceleribus, omnique maleficiorum genere coinquinatum coerceret, ille, quia pecunia corrupit famulū ipsius Custodis, qui iuxtà morem claues quoque detinebat, quin, & tenere diù consueuerat, fideliter munus exercendo, suffectitiasque vices exactè satis implendo, vna simul aufugerunt, fugam capessentes, in ipsum excandescentes, ac stomacho, & iracundia efferuescentes Iudices M.C. triremibus saltèm tradendum propendebant. Ipse toto pectore me opposui, ipsumque miserrimū, dicebam, ab omni quidèm esse culpa immunè, ac proinde ab omni eximendum supplicio ex prædictis. Quorum auctoritates in socio tantùm procedere restringebant Collegæ, non in famulo. Replicabam, & illum socium esse in ipso actu, & exercitio carcerum, dum illius munus obibat. Adducebam præterea doctrinam in indiuiduo *Tusch. in add. concl.* 1121. *n.* 17. in famulo loquentis; quin, & omnium Doctorum verba insinuare videntur, si attentè percurrantur, nec non vetustus loci vsus eligendi sibi socium, seù famulum, qui teneret claues, demumque verba adducti §. *interdum*, quę sunt: *Nam cū custodia simul cū altero Custode fugisset, alteri venia data est.* Sed ille re vera Custos erat, quia claues tenebat, ipsum itaque amplexatur *textus* ille, ac propterea alter venia dignus. Solùm aduersabatur doctrinæ
43 *Boer. decis.* 217. *sub nu.* 8. restringentis iam dictam assertionem, & cōmunem, atque præcitati *textus* conclusionem, si à Iudice, aùt altero Superiore fuerit qui aufugit, Custos electus; secus si ab ipso Custode in socium assumptus, quia per adductam *l. ad Commentariensem*, est puniendus, & propter malam electionem alicui affinis culpæ labem aliquam in se suscepisse censetur. Quare incidimus in discussione illius articuli, qua esset dignus pœna is, in quo eiusmodi culpa hæserit? & animo, rationeque, peracutè perlustrauimus verba *Glosæ finalis*, & citatorum in ea super eadem *l. ad Commentariensem*, Quin stante integritate illius, & concurrente solito, decreuimus, vt officio tantùm priuaretur, & de pœna Custodum carcerum ob carceratorum fugam, loquuntur *Gramm. vot.* 29. *Farinac. in prax. crim. tit. de Carcer. & Carcerat. quæst.* 31. *Scialoj. in prax. forindic. cap.* 20. *ex num.* 27. *Reg. Sanfelic. decis.* 46. *lib.* 1. & *ibi Mucci*, *Reg. de Marin. ad Reuert. decis.* 104. & *alij*. Et quòd fugiens è carcere habeatur pro confesso,

fesso, & conuicto, aduertit *Menoch. de arbitrar. Iud. lib. 2. cas. 301. num. 5.* declarans, minime procedere in fugiente per ostium Carceris apertum, quod est probandum, aliàs non sufficeret, si aufugiens id affirmaret, *Alex. cõs. 141. num. 2. vol. 4. & 216, n. 6.* quem allegat in indiuiduo *Dec. cons. 44. n. 22. vol. 1.*

Insuper cõsultus respõdi, Custodem
44 Carceris excusandũ esse, si Viro Nobili, quem captum habebat, laxauit habenas, credens ei dicenti, se nõ fugiturũ, quod multorum authoritate firmat *Azaued. lib. 4. nou. recopilat. tit. 23. num. 8. & 15.* idipsum concludẽs in Alguaz-
45 zello, qui Nobilem sibi traditum, non tenuit manibus, vel per cucullum, vulgò capucium, captum, dum ad carcerem eum ducebat, isq; aufugit: nam eum à pœna ordinaria, in facti contingentia defendisse, atq; obtinuisse, testatur *Hyppol. cons. 62. n. 10.* & amplectũtur alij plures, quos colligit *Illelphonsus Azaued. cons. 27. à n. 48. cum seq. vol. 1. Lopez in Rubr. de donat. inter Vir. & Vxor. §. 9. ex num. 14.* Quod verò dicitur, Viro Nobili esse credendum, ex
46 *Glos. in l. Titio fundus, ff. de cõdit. & demonstr.* declarandum est, non obtinere vim in fœmina, cui non habenda est fides, *Tiraq. ad ll. Connubial. leg. 9. glos. 1. quæst. 1. nu. 52.* nec in Viro Nobili, qui alia vice aufugit, *Lopez cit. loco nu. 17. vers. Intellige tamen, de Marsil. sing. 74. Auus meus ad Gramm. decis. 33. nu. 16. & Mari, n. 17.* ac dixi *in rit. 43. sub num. 7. Vbi* enim *quis semel peierarit, ei credi postea, etiam si per plures Deos iuret, non conuenit*, Cicer. *de Diuin.* inquit. Imò, *qui semel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quàm ad mendacium perduci consuenit*, verba *eiusdem pro C. Rabir.*

RITVS CCCIV.

ITem, quòd honestatis causa, Mulieres Ciuitatis Neapolitanæ citatæ prò testibus in causis ciuilibus, in quacumque Curia, & prò quauis causa coràm Iudice Ordinario, vel Delegato, non compellantur ire ad iurandum, & ad deponendum prò testibus; sed mittatur ad domum earum vnus Scriptor ad recipiendum iuramentum, & examinentur in domo sua, vel in alio loco honesto, iuxtà antiquam obseruantiam in talibus consuetam, & sic similitèr, si dictæ Mulieres litigarent in Curia, & essent citatæ ad respondendum super articulis, in quibus fuerint citatæ ad respondendum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier gloriari maximum debet honestate morum.*
2 *Mulier honesta antiquitùs nedum abstinebat spectaculis, ac theatralibus pompis; sed nè in publicum prodire fas ducebat.*
3 *Mulier Neapolitana, & honesta in testem citata pro causa ciuili, aùt pro alia quacumque causa, non tenetur personalitèr accedere ad deponendum; sed Actuarius conferre se debet in Mulieris domum, vel locum honestũ.*
4 *Extenditur ad omnes Mulieres honestas, etiam exteras.*
5 Ritus M. C. V. *faciunt Ius in Regno.*
6 *Dispositio* Ritus 141. *nè committatur audientia testium in causis criminalibus infrà dictam, limitatur, cum Mulieres honesta deponere debent.*
7 *Citatio partis ad videndum iuramentum omittitur, cum Examinator accedit ad examinandum Mulierem.*
8 *Mulier renuens quamuis adigi non debeat, vt accedat ad Iudicem; volens tamen non prohibetur.*
9 *Iudices caueãt, nè malo animo simulent recipere testimonium Mulierum.*
10 *Iudices si rem habuerint cum dictis Mulieribus, puniuntur vti raptores.*
11 *Mulieres non valent gerere Magistratus, nec pro alijs aduocare, aùt fideiubere.*
12 *Neque possunt esse Arbitra, licèt benè valeant esse Arbitratrices.*

13 *Dispositio* Ritus *locum obtinet, etiam si Mulieres honesta citentur ad deponendum in causa criminali. Quidnè in causa liquidationis instrumentorū?*

14 *Depositio principalis absentis, etsi fiat sumptibus absentis; hoc tamen restringitur, quando litigans ratione sexus, dignitatis, vel infirmitatis, comparere non tenetur.*

15 *Vxores vasallorum invitata à Dominis suis, vel à Principe ad tripudia, ire non tenentur.*

16 *Mulieres utrùm sint facta ad imaginem Dei, & an homines sint? lepidè proponitur.*

17 *Mulier à feudorum successione excluditur, licèt de Iure Regni admittatur in defectum masculorum; prout etiam in Gallia, ubi tamen ab ipsius Regni successione est perpetuò exclusa ex speciali consuetudine.*

18 *Nonnulla de lege Salica adducuntur.*

19 *Valet consuetudo excludens fœminas à feudis.*

20 *Leges Romanæ non parum authoritatis obtinent; at non eo usque earum vires extendunt, ut consuetudinem, ac mores vincere possint.*

21 *Ratio exclusionis Mulierum à feudorum successione quanàm sit? latè demonstratur.*

22 *Fœmina notatur ex inconstantia, & defectu consilij.*

23 *Vir non est, qui virilem sortitur sexum; sed qui virilia munia exercet.*

24 *Rationes, sine causa plures quando ad aliquid statuendum considerata fuerunt, si una illarum cesset, an procedat dispositio?*

25 *Quidnè quando illarum una causa est principalis, alia verò sunt accessoria?*

26 Isernia super cap. 1. §. hoc autem, rubr. 1. *elucidatur.*

27 *Lex non respicit ea, quæ de raro, & insolita sunt.*

28 *Dominus nùm à feudi successione repellere debeat mulierem actu pro se pugnantem?*

29 *Dispositio* text. in l. nam ad ea, de legib. *& altera* in l. si maior, C. de legitim. hæred. *conciliantur.*

30 *Considerantur alia notabilia circà exclusionem fœminarum à successione feudi.*

31 Reg. de Ponte in lectur. feudal. lect. 10. num. 6. *exponitur.*

32 *Meretrix mulieris nomine indigna est, & notantur nonnulla in eius detestationem.*

33 *Meretrix gaudet sua peculiaria beneficia, ut miserabilis; quare gaudet privilegio electionis fori.*

34 *Meretrix non invitatur beneficio præsentis* Ritus, *unde in Curia comparere tenetur, & carceribus mancipatur.*

35 *Meretrix à vicinia honesta expelli potest.*

36 *Iudex cogere valet meretrices ad ferendum aliquod signum, per quod ab honestis discerni valeant.*

37 *Quid si extaret consuetudo in contrarium?*

38 *Meretrix in hac Ciuitate prohibetur deferri in bigis, seù quadrigis.*

39 *Lupinaria in locis honestis exerceri non debent.*

40 *Meretrices ab omnibus locis Regni, in quibus habitant personæ honestæ, migrare debent, ex Iure Constitutionis.*

41 *Qui habet malum vicinum, habet malum matutinum, & exarantur plura de malis vicinis.*

42 *Venditor, si in vendendo prædio celaverit confinem, quem emptor, si audisset, emturus non esset, tenetur.*

43 Homines *ad maris litora inhabitantes, ferè cæteris immaniores videntur.*

44 *Patri non licet assignare filio suo, in legitima causam, rem, quæ habet malum vicinum.*

45 *Adducitur pulchr.: fabella, qua indicatur, nihil esse perniciosius, quàm vel prauo vicino inhærere, vel vitare non posse.*

46 *Recensentur nonnulla commoda, quæ hauriuntur ex bono vicino.*

47 *Vxor palàm de consensu Viri luxurians, potest à vicinia repelli.*

48 *Meretrices nupta ad imparia indicantur à solutis.*

49 *Meretrix propriam domum inhabitans nùm expelli possit à vicinia honesta?*

50 *Quamplurima de lenonibus, & eorum pœnis, memorantur.*

51 *In*

Digitized by Google

51 *In Regno, solùm M. C. V. est Iudex competens in crimine lenocinij.*

52 *Rex potest Baronum iurisdictionem minuere, ac modificare.*

53 *Iurisdictio præscribi valet.*

54 *Dispungitur decisio adducta per* Thor. in compend. decis. par. 1. verb. Lenæ, *qua denegata fuit remissio ad Curiam meretricum, & lenonum, in causa cuiusdam lenæ, quam in capiendo prauenerat M. C. V.*

55 *Gabella meretricum quando sublata fuit.*

56 *Meretrix quenàm dicatur ad finem, vt arceri possit à vicinia honesta?*

57 *Meretricum publicum vsus quando institutus? & cùr illa toleranda veniant?*

58. *Meretrix ad finem, vt arceri possit à vicinia, an sit, quæ cum vno, aùt altero se immiscet?*

59 *Meretrix inuita cogi non valet ad turpes amplexus, & illam cognoscens per vim, extraordinariè punitur.*

INter omnia ornamenta, quibus gloriari debet Mulier, maximum est morũ honestas; Ea enim est, quæ si semel in festiuam, ac liberiorem vitæ rationem declinat, ad pristinum nitorem reuertitur nunquàm, vt ait *Senec. in Agamen. Et qui redire nescit, cum perit, pudor.*

1

Quamobrem antiquitùs non abstinebat modò spectaculis, ac theatralibus pompis; euitabat conuiuia, nocturnas compotationes, & choreas, Mulier honesta, quorum singula gradum ad impudicitiam existimabat, alienæque libidinis irritamentum; sed nè in publicum quidèm prodire fas ducebat, *Plutarch. in Isid. & Osirid.* atque adeò nullius limen norat præter suum; turpitudini sibi tribuens, si ab alijs conspiceretur, quàm vel à parentibus, vel à coniuge; hoc enim significabat Venus Phidiæ vrania, apùd Eleos, ex auro, & ebore conflata, altero pede testudinem præmens, *Pausan. in Eliacis lib. poster.* Proindeque simul ad ætatem peruenerat, quæ prætextata dicebatur, Mulier Romana, statim croceo tegebatur velamine, vel nè spectaretur, vel vt quoties se conspiceret rubro amictu velatam, toties ab eodem, qui verecundiæ symbolum est, verecundiæ admoneretur, teste *Pieri. Valer. lib. 40. de indumen. verbo Pudicitia*, qui ibidem refert, Arabiæ fœminas adeò pudoris studiosas fuisse, vt non solùm caput tegere consueuerint; sed totam ferè faciem, vix alterutri oculorum angusto spacio relicto, quo iter viderent. Felix profectò, cui talis cõtingit honestatis amor, vt inquit *Propert. lib. 2. eleg. 6.*

Felix Admeti Coniux, & lectus Vlyssis:
Et quæcumque viri fœmina limen amat.

Hinc iure optimo, vt Mulierum, qua
3 possit, consuleretur honestati, sancitum est hoc *Ritu*, quòd Mulieres Neapolitanæ, & honestæ, in testes citatæ pro causa ciuili, haud obstringantur accedere ad Iudicem ad deponendum, & seipsas examinandum, minimèque pro alia quacunque causa teneantur personalitèr accedere ad deponẽdum; sed in locum honestum, vel domum Mulieris cõferre se debeat Actuarius.

Cuius *Ritus* dispositio ad omnes
4 Mulieres honestas, etiam exteras, protelatur, & hanc praxim, in ciuilibus indicat *Muscatell. in prax. S. C. lib. 1. p. 5. glos. suspectorum, num. 2.* In criminalibus, *Foller. in prax. crim. rub. cap. Inform. sub num. 40. vers. non cogitur*, & omnes Curiæ Regni obseruant, *Tartagl. in prax. ciuil. cap. 1. in princ.* cum obstringantur seruare, quæ M. C. obseruat: à boue enim maiore discit arare minor, inquit *Baiard.* in his terminis, *ad Clar. §. fin. quæst. 49. num. 36. Gramm.* in specie de obseruantia
5 horum *Rituum, in Constit. si quis in posterum, num. 23. &* qui faciunt ius in Regno, *de Franch. decis. 147. num. 7. & decis. 148. n. 3.* & diximus *in rit. 1. n. 15.* vndè Decisiones huius M. C. multum commendat *Triuisan. decis. Venet. 1.*

Digitized by Google

Quam ob rationem: honestatis nempè causa, non obstante generica regula relata in *Ritu* 141. nè committatur audientia testium in causis criminalibus infrà dictam, subijcitur exceptio ista, nisi essent honestæ Mulieres, quas trahi ad iurandum in iudicio, & deponendum prohibetur; adeò quòd si citatio ad testimonium ferendum peruenerit ad illas, & propterea testificatæ fuerint, nullius esse roboris earum dictum, probatur euidentissimo 6 *textu in cap. mulieres, de iudic. in 6.* collaudato plurimùm per *Lanfranch. de Orian. in repet. cap. quoniam contra, de probat. cap. 8. sub num. 7.* ob quam eam- 7 dem omittitur etiam citatio partis ad videndum iuramentum, cum Commissarius, siue alius Examinator accedit ad examinandum mulierem, vt dicit *Castrens. in l. ad Personas, nu. 2. ff. de iur. iur.* nimirùm, mulieres neq; Romam petere tenentur, si Ecclesiasticos percutiant, *cap. mulieres, de sent. excõm.*

Aduertit tamèn *Soscin. regul. 259.* 8 quam refert *Auus meus ad Grãm. decis. 33. num. 13.* quòd licèt Mulier renuens adigi non debeat, vt accedat ad Iudicem; volens tamen non prohibetur, admonetq; *Auus meus* Iudices, vt caueãt, 9 nè malo animo simulent aliquid, quo eant, vel mittant ad alicuius mulieris testimoniũ recipiẽdum, quia in censuras incideret, ex *cap. mulieres, de indic. in 6.* & in hos Iudices, Dæmone peiores, excandescit *Affl. in cit. const. mulieres, p. notab.* cuius memor est *Caranit. in hoc rit. n. 3.* Vnde si rem habuerint, cum 10 eis, vti raptores puniendi, tanquàm vi rapientes: non enim mulier assensum præstaret, nisi putaret, causam amittere, ideòque coguntur ijs assentiri, *Rebuff. in Const. Franc. tom. 3. de recusatio. art. 6. num. 36. pag. mihi* 165.

Hinc Mulieres, honestatis causa 11 Magistratus gerere, pro alijs aduocare, & fideiubere nequeunt, *Cagnol. in l. fœmina, ff. de regul. iur. Affl.* latè *loc. cit. Scialoya de for. compet. cap. 33. num.* 311. *Marant. in medull. decret. verbo Mulieribus, Fagnan. in cap. cum indecorem, de stat. & qual. nu. 14. Cabed. decis.* 27. *nu. 2. p. 1. P. Barbos. in l. cum Prætor, §. vlt. num. 259. de iudic. Cened. ad Decret. collect. 122. num. 1.*

Nec arbitræ, *l. fin. C. de Arbitr. cap.* 12 *dilecti extra eod.* vbi *Barbos. nu. 2. Ludouis. decis. 204. Mastrill. de Magistrat. lib. 2. cap. 4. num. 2. Rot. de priuileg. Mulier. cap. 2. nu. 99.* etsi benè Arbitratrices, *Reg. Ronit. rubr. de Arbitr. in fin. D. Consil. Altimar. de nullit. tom. 2. rubr.* 10. *quæst.* 10. notans *nu.* 15. non licere esse administratricem sui Viri, prout est è contrà, ex *Guid. Pap. decis. 445. & Mastrill. decis.* 131. *num.* 17. nec Curatricem Viri prodigi, vel furiosi, ex *de Franch. decis. 348. & Ann. singul.* 191.

Insuper adducta conclusio procedit, 13 etiam si citetur Mulier ad deponẽdum in causa criminali, vt aduertit *Caranit. hoc in rit. nn. 4.* Quidue, si fuerit citata vti debitrix, vel eius debitorem citauerit super tenore instrumenti? *Auus meus ad Cappc. dec. 44. n. 1. Thor. vot. 84. n.* 106. *Prat. respons. crim. 31. ex num. 49. de Rosis select. iur. obseru. cap. 20. num. 4.* ac Nos praxim indicauimus in *rit. 166. num.* 153. *lib. 2.* & in causa liquidationis instrumẽti, instante Antonio Fucone, contrà Magdalenam de Angelis, existentem in Templo Scortiatarum, diximus in M. C. sub die 13. Maij 1666. penès Ardiam, detineri loco carceris in Conseruatorio prædicto, quod regitur à laicis.

Hinc, etsi depositio principalis ab- 14 sentis fiat ipsius sumptibus, quia absentia à loco iudicij est causa expensarum; ille verò pro Actuarijs in expeditione literarum commissionalium, & copia articulorum fiant expensis petentis; tamen hoc restringitur, quando litigans ratione sexus, dignitatis, vel infirmitatis non tenetur comparere, vt scribit *de Franch. decis. 332. n. 7.* quem insequitur *Gnaxin. def. cap. 1. n. 4. Gutier. pract. qq. lib. 1. quæst. 63.* & Nos in S. C. seruauimus, Examinatorem destinari ad recipiendum petitam Monialis depositionem in partibus, expensis cõmunibus, ex decisis in Parlamento Rothomagensi, apùd *Boer. decis.* 303. de quo, attẽto iure Patrio, scripsimus

Digitized by Google

mus *in rit.* 153. *lib.* 1. & addimus *Affl. in constitut. Aduocatos, num.* 9. *& decis.* 177. *Ricc. collect.* 115. *Ripoll. var. resol. cap.* 5. *de dilat. nu.* 75. *Reg. de Pont. cons.* 93. *lib.* 1. *de Angel. ad Gizzarell. decis.* 63. *nu.* 7. *Ther. p.* 1. *comp. verb. expensis.*

Adeo quòd Vasallorum vxores in-
15 uitatæ à Dominis suis, vel à Principe ad tripudia ire, non teneantur; secùs si ad associandam consortem, tunc enim cessat inhonestatis causa, *Reg. de Pont. de potest. Proreg. rubr. de abund. Ciuit.* §. 1. *num.* 8. ac nonnulla prò, & contrà Mulieres scribunt *Laurent. Beyerlinchius in suo theatro tom.* 5. *verb. Mulier, & tom.* 7. *verb. vidua, Reg. de Philipp. dissert. fiscal.* 7. *&* 25. *Pisan. ad Gaet. ad rit. Reg. Cam. Sum. tit. de incant. promiss. infra trid. rubr.* 1. *ad num.* 18. *pag.* 43. *Philipp. Kntpschildt. de fideicommiss. famil. nobil. cap.* 8. Ipse in *proœm. Rituum ex num.* 19. *lib.* 1.

Vnde non illepidè, Mulieres haud
16 esse homines, dixit *Doctor Anonymus*, aduersùs quem insurgit *Simeon Gediccus Theologus Germanus*, de quo meminit *Capon. lib.* 1. *discept. forens.* 90. *nu.* 1. quasi non sint factæ, & creatæ ad similitudinem, & imaginem Dei, ex *tex. S. Augustini in cap. hac imago* 33. *quæst.* 5. quem memorat *Franc. de Petris festiu. lect. lib.* 1. *cap.* 7. *sub num.* 16. & *ne i problemi Accademici, problem.* 61. *pag.* 168. necnon *Reg. Sanfelic. decis.* 358. *nu.* 79. *sextumq; Geneseos: Faciamus hominem ad imaginem Dei*, de Viro, non de Muliere intelligendum, notat *Affl. in Constit. Regn. Legum asperitatem, nu.* 8. & dixi in *rit.* 141. *in fin.*

Propterea à feudorum successione
17 excluduntur, *cap.* 1. §. *hoc autem notandum, rubr.* 1. *Rosenthal. de feud. lib.* 1. *cap.* 7. *conclus.* 31. *nu.* 2. *Guilhelm. Hanneton de iur. feud. num.* 1. *Chassan. ad consuet. Burgund. rubr.* 3. §. 5. *num.* 29. Quamuis Iure Patrio, maribus deficientibus, admittantur, vt in *Constit. de successionibus*, vbi *Isern. & Afflict. Caranit. in rit.* 1. *n.* 33. *Capiblanc. de Baron. rubr. lib.* 1. *n.* 42. *Reg. de Philipp. dissert. fiscal.* 11. *n.* 25. *& disser.* 22. *n.* 18. & de Regno Apuliæ testatur de *Benedictis in cap. Raynutius, verb. duas habens filias, sub nu.* 72. *Curt. in tract. feud. limit.* 8. quique *Gulielm. sub num.* 68. dixit, in Gallia illas non esse excluſas à feudis ligijs, & non ligijs, quæ quid sint? docet remissiuè; sed à successione ipsius Regni esse perpetuò excluſas ex speciali consuetudine, quę ortũ habuit à lege Salica.

Quæ lex Salica lata fuit à Francis
18 Oriẽtalibus, qui Salij dicti sunt à Sala flumine, vel à loco Saletham, vbi condita fuit, quæque licèt sui origine iuxtà *Cuacij* dictum *lib.* 8. *obsern. cap.* 14. tempore Pharamundi Primi Francorũ Regis, super omnibus bonis, rebusquè indistinctè fuerit promulgata; à Francis tamen Occidẽtalibus dumtaxàt in successione Regni fuit admissa, quam nec in Gallia seruandam, septem iactis argumentis, tuetur *Camill. Borrell. de Regis Cathol. præstant. cap.* 57. *ex nu.* 26. de qua lege agũt *Renat. Chopin. de Demanio Gallico lib.* 3. *tit.* 1. *nu.* 2. *pag.* 247. *Cuiac. lib.* 1. *de feudis tit.* 1. *pag.* 486. *Eguinarius Baro in comment. ad l.* 2. *ff. de orig. iur. circa ius Gallicum, in princip. For. Catulus in comment. ad iura feudor. cap.* 7. *nu.* 1. *Benedict. in cit. cap. Raynutius, verb. duas habens filias, num.* 73. *& verb. Vxorem nu.* 30. *& verb. in eodem testamento relinquens, el* 1. *num.* 168. *Couarru. in pract. cap.* 1. *nu.* 8. *Tiraquell. de iure primogen. quæst.* 10. *nu.* 13. *Alex. Raudens decis. Pisana* 41. *nu.* 24. *Mart. de iurisdict.* 1. *part. cap.* 28. *num.* 31. *&* 32. *Ioann. Ferrald. in tract. de iurib. & priuileg. Reg. Francorum, priuil.* 20. *nu.* 24. *Gulielm. de Monteserrat. in tract. de succes. Regni Franciæ, cap.* 1. *num.* 33. *Azor.* 2. *p. instit. moral. lib.* 11. *cap.* 2. *vers.* 14. *quæritur pag.* 1210. *Fontanell. de pactis dotalibus, clauſ.* 3. *glos.* 3. *num.* 75. *fol.* 28. *Ioann. Igne in repetit. l. necessarios*, §. *non aliàs*, 2. *part. num.* 234. *ff. ad Silania, Burg. de Paz. in proœm. l. Tau. num.* 58. & ex Noſtratibus est videndus D. Reg. nunquàm satis laudatus, D. Anibal Moles in *allegat. de succession. Brittaniæ*, quam cum alio eruditissimo quidèm, atq; doctissimo *Responso de successione Regni Lusitaniæ*, typis dare curauit eius filius D. D. Thomas,

Vir

Vir immortali laude celebrandus, Iudex M.C. ac electus Senator nostri S. C. quo munere morte præuentus frui non valuit, Anus (ex D.D.Didaco, literis, & virtute conspicuo, ac ornato, Fisci Regiæ Cameræ Patrono, è Consilio Sanctæ Claræ, ac Præside eiusdem R. C.) D. D. Francisci Moles, Patritij Neapolitani; ex Sedili Portæ Nouæ, Militiæ Calatrauæ Equitis, ac Ducis Paretę, qui post tot, magna laude, exacta munera, in Supremo Italiæ Cõsilio Areopago Regens, in Statu Mediolanensi priùs Visitator Generalis, posteà Magnus Cancellarius, nunc verò Supremum hoc Collaterale Consilium vnus ex Regentibus Regiam Cãcellariã, summo ingenio, summa prudentia, miraq; doctrina, ac probitate regit; id quod prædixi *in rit.* 273. *n.* 114. *lib.* 3.

Quæ quidèm consuetudo illam ex-
19 cludens valida est: nam licèt leges Romanæ non parum authoritatis obtineant, vt per eas illud maximum vitium excludendi fœminas, *l. maximũ vitium*, C. *de liber. præter.* tolli potuerit;
20 non tamen eo vsque earum vires se extendunt, vt consuetudinem, ac mores vincere possint, vt per *text. in cap.* 1. *de feud. cognit.* dicit *Glos. in verb. à successione*, subdens, mulierum conditionem deteriorem esse, quàm virorum, *l. in multis*, *de stat. homin.* licèt multi sint casus, in quibus mulierum conditio melior, quàm virorum existit, quos notat *Glos. in cap. mulieres, de iud. lib. 6. & de pœn. vbicunq; in 6.* Quærit ipsa *Glosa Feudalis* de ratione illi-
21 us exclusionis; pro qua licèt nonnulli dicant esse, quia Dominum iuuare nequeunt, nec dimicare; tamen quia nec filij ex fœmina suscepti, à quibus tale impedimentum abest, possunt succedere, ex *d.* §. *hoc autem*; stare infert, pro ratione voluntatem, pro quo axiomate, *Bald. ibidem supra num.* 13. allegat *text. in l.* 1. §. *pueritiam*, *de postul. in Gl. vers. ratus*; licèt dicat *Glos.* feudalem in hoc errasse, vbi *Additio* subdit, nam si Statutum de ratione disponit, tunc seruatur Statutum, *l. prospexit, ff. qui, & à quib.* Si autem ratio de Statuto disponit, seruamus rationem, tanquàm priorem in potentia, *l. Labeo*, in ratione sui, *ff. de supell. legat.* De ratione exclusionis videas ibi DD. differentes; ac præcœteris est videndus noster *Isern. vbi sub num.* 20. quærens, quid si hodiè aliqua fœmina se armaret, ac audens in prælia, Domino prælianti opem ferret, non minus, ac si vir foret, an in Feudo succederet? & quia concludit affirmatiuè, multos habuit contradictores. At verò cum *Isern.* opinio mihi non penitùs erronea, vt alij iudicant, videatur; ansam arripui obiter huius inserendi inuestigationis digressionem pro *Iserni*a.

Doctores *Andream* hac in re car-
22 pentes, quos recenset *Liparul. ibidem*, eos laudans, & multò plures, ac de communi testantes, adducit *Rosent. de feud. cap.* 7. *concl.* 34. *num.* 14. *in gl. lit. y.* mouentur, quia fœminam excludi dicunt, non modò, quia Dominum in bellis pugnando adiuuare nequit; sed ex alijs etiam causis, nempè ex inconstantia in Domino adiuuando, qua fœminæ notantur, §. 1. *Instit. quibus alien. non licet*, ex consilij defectu, si à Domino interrogarentur de Regni regimine, *l. si pater*, C. *de sponsal. fidelit. cap.* 1. *de non. form. fidelit.* ac ex alijs ibi per DD. recensitis causis, quas ad quinq; reducit *Bald. in l. quoties, num.* 7. C. *de suis, & legit. hared.* & post eum, & alios, *Reg. Lanar. in* §. *huius autem generis, num.* 55. *in quib. caus. feud. amitt.* quas quidèm, & alias causas à fœmina, tametsi ad pugnandum apta abesse dicunt; ac propterea quando plures rationes ad aliquid inducendum sunt consideratæ; licèt cesset vna ex illis, si cœteræ vigeant, sanctionem in suo robore sistere faciunt, §. *affinitatis, Instit. de nupt. l. cum hi*, §. *si Prator, ff. de transact.* notatur in *l. fin. de diuort.* His itaq; rationibus suffulti in *Andream* affirmatiuè pro fœmina sentientem animaduerterunt.

Attamen quòd isti, non benè pensatis dictis ibi per *Iserniam*, immeritò in eumdem irruerint, suaderi posset ex hisce, quas subnecto, rationibus.

Se-

Digitized by Google

Sectatur hanc *Isernia* opinionem præcœteris *Hieron. Garzon. in tract. de fœmin. ad feud. succeſſ. col. 24. verſ. 21. reſtringitur*, adducens *Ruin. cõſ. 19. col. 4. vol. 1.* ac *Afflict. ibidem*, §. *& quia num. 22.* licèt *Roſent. vbi ſuprà Afflict.* pro contraria opinione allegauerit;
23 atque ſe fundat: quia non eſt vir, qui virilem ſortitur ſexum; ſed qui virilia munia exercet; Itaque ſi quando fœmina fortitèr agit, ac virilitèr, appellatione maſculi veniet, ſecundùm notata per *Bald. in d. l. quoties, verſ. Tamen apparet in alijs operibus virtutis, num. 7. C. de ſuis, & legit. hared.* qui id exemplificat in Hermaphrodito; concludens, Hermaphroditum, licèt quò ad artus declinare à mare videatur; ſi tamen in alijs virtutis operibus virum ſe oſtentet, putà in agilitate corporis, à feudo non eſſe excludendum. Igitùr, inquit *Garzon.* vt ſatisfiat regulæ ſancienti, quòd maſculi in feudo ſuccedant; ſatis erit, ſi maſcula virtus habeatur in operibus, *l. 3. §. ſufficit, ff. de contrar. action. tutel.* atque adeò fœmina non eſſet excludenda, ſi in omnibus tanquàm virum ſe præberet, quæ ad Feudatarium attinent. Quis enim auderet excludere à feudo Zenobiam illam; tantis præditam virtute, ac dotibus, de qua cum triumphaſſet Imperator Aurelianus, cuidam id ægrè ferenti: Nihil, inquit, me pudet triumphaſſe de fœmina, quæ pluſquàm virilibus erat prædita virtutibus? Quis Semiramidem, Nini Regis Aſſyriorùm vxorem, quæ poſt viri obitum præſentiens, Aſſyrios ægrè mulieris imperiũ paſſuros, diſſimulato illius obitu, perſonam eius aſſumpſit, donèc Ninus filius adoleſceret? Quis Artemiſiam, quæ, vt inquit *Herodotus*, expeditionem aduersùs Græcos à viro incœptam, defũcto viro, proſecuta eſt. Nonnè Athalia Regina in Hieruſalem non ſine omnium admiratione regnaſſe ſeptennium, ac iudicaſſe, habetur 4. *Reg.* 11. & 2. *Paralipom.* 22. ac in AEthiopia Reginæ Candaces., *Actor.* 8. *Euſeb. hiſtor. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 1. *Plin. lib.* 8. *cap.* 29. & indicaui in *proœm. Rit. num.* 16. *lib.* 1. ac plures enarrant *Philipp. Knpſchildt. adduc. tract. de fideicomm. famil. nobil. cap.* 8. *ex n.* 145. *Molin. de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 14. *Scacc. de ſent. gl.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 42. *Bellect. diſq; Cleric. p.* 1. *tit. de diſciplin. Cleric.* §. 8. *nu.* 16. *Reg. de Philippo diſert. fiſcal.* 25. *ex nu.* 11. Cùr ergò ſic temerè dicendum erit, non adeſſe in mulieribus virtutes, quæ ad Feudatarium ſunt neceſſariæ.

Illud autem dictum, in quo aduer-
24 ſariorum Achilles conſiſtit: nimirùm non ſufficere, ſi ceſſet vna, quandò plures rationes, ſeù cauſæ (vt plurimum enim hæc duo confundi, dixit *Tiraquell. ceſſan. cauſ. nu.* 7.) ad aliquid ſtatuendum fuerunt conſideratæ; non vndequaque tutum eſt, ac verum. Etenim procederet, quando in lege arcente fœminas à ſucceſſione, omnes illæ cauſæ expreſsè fuiſſent; Si autem vna tantùm foret expreſſa, at aliæ conſiderari poſſunt; ceſſante expreſſa, ceſſat diſpoſitio, licèt aliæ quoque militare videantur; vt per laudabilem declarationem factam per *Lancell. Dec. in l. ſingularia, col.* 3. *ff. ſi cert. petat. Fran. Rip. in l. ſi ventri*, §. *in bonis, num.* 16. *de priuil. cred.* vbi de ceſſionibus ex pluribus cauſis factis ſermocinatur ſub *n.* 13. tradit *Tiraq. ceſſan. cauſ. limit.* 22. *num.* 19. Sed ſic eſt, quòd ratio, quare fœmina à ſucceſſione in feudo arcetur, eſt expreſſa in *text. in d.* §. *hoc autem*, hoc eſt, quia ad dimicandum eſt inepta; quæ quidem ratio, licèt in aliquorum Feudalium librorum litera non legatur, dicit tamen *Iſern.* in *tex.* fuiſſe expreſſam hanc rationem; vndè explicans *Gloſſam* dicentem, excludi fœminam, quia non poteſt Dominum adiuuare, ſubdit hæc verba: *Intelligitur per pugnam, vt dicit litera, quod non eſt in omnibus libris*; ſequitur *Aluar.* aduertens in ſpecie, quoſdam libros hanc rationem non exprimere, quoſdam verò ſic, prout habuit *Gl.* feudalis, vt apparere ex eius dicto, dicit *Aluar.* neque diſſentitur *Lipar. ſub nu.* 17. *verb. quia pugnare non poteſt*, allegans *Raim. Roffred. tract. declarationis Feudi fol.* 37. *verſ. ſeptimò fœmina*, aientem,

rem, quam plurimos adduxisse DD. qui hanc rationem assignant; idem declarat *Bald. in d. l. fin. num.* 1. vbi conatur respondere Statutis fœminas excludentibus, quæ sunt contrà naturalem rationem, qua legis virtus innititur, §. *adoptio, Instit. de adopt.* inquit, fœminam accidentali tantùm ratione excludi, exemplificans in fœmina à feudi successione exclusa; quam ideò exclusam dicit, quia Dominum iuuare nequit, nec pugnam facere, *d.* §. *hoc autem*. Quamobrem sub *num.* 3. aduertendum putat, quòd si feudum ad certum seruitium, quod per fœminam decenter adimpleri posset, datum fuisset; nullo pacto fœminam excludendam; subdens, fuisse hoc cautum in quodam *Cap.* feudali extraordinario, quod licèt cessauerit ex *Cap.* ordinario, de quo in *d.* §. *hoc autem*; attamen ex eius dictis apparet, totam rationem fœminarum exclusiuam consistere in accidentali ratione impotentiæ pugnandi, ad quod fuit datum feudum; atque adeò si pugnandi impotentia aberit, non erit, cùr fœmina feudo priuetur; alitèr statutum malè positum erubesceret, *l.* 1. §. 1. *verb.* Erubuit, *C. de caduc. toll.* facit *tex. in l.* 1. *C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10.

Præterea dictum illud procedit, 25 quando omnes illæ causæ sunt principales; secùs autem quãdo vna est principalis, aliæ verò essent accessoriæ: tunc enim principali cessante, cessat dispositio, *Rip. in l. ex facto, num.* 14. *de vulg. & pupill.* *Panorm. in cap. ex parte, el* 2. *nu.* 8. *extr. de conuerf. coniug.* quam limitationem ad prædictam regulam posuit adhùc *Tiraq. d. loco nu.* 22. Itaq; quamuis in casu nostro omnia illa quinque in Feudatario considerentur; tamen negari nequit, quòd principalis causa, cùr ad feudum fœmina non vocetur, sit pugnandi, vel Dominum per pugnam iuuãdi inhabilitas. Quod colligitur, nè dum quia illa fuit ratio expressa in textu, vt diximus; verùm etiam quia in tota feudali compositione Vasallus, vt plurimùm Miles vocatur; & militiam feuda ipsa esse, contendit *Frecc. lib.* 1. *de orig. feud. nu.* 41. vt consuetudines Feudorum à veteribus iura militaria appellari consueuerunt, apud *Frecc. ibidem n.* 45. vbi in Regno dicit, feudum 20. vnciarum militare præstare seruitium, ex *Andr. in* §. *firmitèr, & in cap. similitèr, de Cap. qui Cur. vend.* subdens ibidem *Frecc. nu.* 47. hoc verbum *Militare seruitium*, descendere ab onere ipsius militiæ, ex *Andr. in* §. *cum autem, de Cont. Inuest. &* in §. *huius autem generis, ex quibus caus. feud. amitt.* De Iure Communi Feudorum, seruitium etiam primitùs erat, vt Domino personalitèr seruiret, ex *text. Domino guerram, hic fin. lex*, quem ad hoc allegat *Reg. de Curt. cap.* 13. *num.* 14. quo loci de seruitio per Vasallum præstando optimè tradit, tàm de Iure Communi, quàm Regni, ibique *locos topicos*, ac vbi DD. de eo tradunt, recenset. Et quòd ista sola ratio sit principalis, cœteræ autem non sic, firmat *Ceph. conf.* 151. *sub num.* 27. *lib.* 2. ex *Socc. & Ruin. ibi citat.*

Ac tandèm quatenùs tantorum ex 26 aduerso arridere voluerimus sententiæ, cui nullo vnquàm tempore acquieſcerem ex supra allatis; puto saltèm eos malè in *Isern.* aduertisse: Etenim *Isernia in d.* §. *hoc autem*, duas constituisse circà hoc quæsitum positiones, apparet. Primam nempè sub *nu.* 18. *vers. interdùm*, vbi tradit, quòd etsi fœmina ad pugnandum foret apta, non ideò, inquit, successionis regulam infringeret; cum non reperiatur id, nisi casu quodam in tali fœmina; regulariter enim muliebris sexus ad prælia ineptus exisit, nec illas vires habet, quas verilis, *l. quisquis*, §. *ad filias, C. ad l. Iul. Maiest.* atque adeò casualia; ac ea, quæ de raro accidunt, non irritant regulam, *l. nam ad ea, ff. de legib.* quem *text.* vnà cum *Isern.* ad hoc etiam allegat *Aluar. ibidem num.* 15.

Alteram positionem subnectit in *vers. Quid si hodiè, sup. nu.* 20. quærens, quid si hodiè aliqua fœmina se armaret, & esset ad instàr masculi, Dominum in acie iuuando, an feudo potiri posset? & concludit, quòd sic. Et in hoc

Digitized by Google

hoc mirabilem *Isernia* theoricam altiùs intuẽtibus, perspicere licebit, hanc quæstionem esse longè diuersam ab ea supra per ipsum posita sub *cit. num.* 18. Secùs enim de duobus pugnantibus in vno, eodemq; contexu notari posset, quod sanè non est ferendum de tanto viro, quem Feudorum Euangelistam nedùm Nostrates, sed Exteri etiam appellant.

Porrò diuersitatis casus colligitur ex ijsdem *Isernia* verbis, cum subdit, quòd talis fœmina, quæ esset in expeditione, Dominum adiuuando per militiam, potietur feudo; non vt indè fiat lex de talibus ad pugnandum aptis, vt succedant in feudo; sed ea solummodò succedat, si ipsa militante, casus succedendi contingerit; Ità quòd sit *Andreæ* sensus, vt in casu, de quo supra dixit *num.* 18. ritè fuisset lex edita, quòd à feudo mulier arceatur, quanquàm aliquãdo sit ad bellandum apta: Legislatoris enim non est, ea
27 quæ de raro, & insolita sunt, respicere, vtpotè qui ad vniuersalia, non autem ad singularia figit obtutus; *l. 3. de legib.* vbi in specie *Turam.* satis doctè probat, quòd ea, quæ de raro accidunt, singularia sunt, neque per legem inspicienda, *Arist. 1. Rhet.* ibi: *Non de singulis, nec de præsentibus; sed de vniuersalibus, & de futuris est*; subiungens sub *nu.* 7. & in principio legis sequentis, non arctari Legislatorem ad condendam nouam legem pro mortuis, qui resurgerent à monumentis, ex eo quia Lazarus resurexit; neque de lactis, sanguinis, aùt lapidum pluuia, quam quandoq; de Cœlo cecidisse, legimus apùd *Plin. lib. 1. cap. 55. & 58.* ius ferendum; vt de aqua pluuiali arcenda, quæ sœpissimè, ac in dies. Quamobrem stare sanctionem, inquit *Isern.* licèt alsquando pugnet mulier.

Iam verò in secundo casu, dum
28 quærit, an Dominus à feudi successione repellere debeat mulierem actu pro se pugnantem? dicit, quòd non. Insolita namque, & rarò accidentia, postquàm eueniunt, largiuntur illas vtilitates, quæ sœpissimè accidentibus con-

cessa reperiuntur; ac allegat *text. in l. si maior, C. de legit. haredib.* vbi casus ponitur de contingentia filij ex quinquagenaria progeniti, à successione non excludendi. Cui *text.* licèt ibi *Glos.* dicat, aduersari *text. in d. l. nàm ad ea*, & non soluat; illucescit distinctio, de qua per *Bart. in d. l. si maior*, & per *Dec. in d. l. ea quæ de raro, de regul. iur.* vbi fit discrimen de contingenti de raro naturalitèr, vt sub lege contineatur, & de contingenti ex miraculo, quod non cõtineatur. Quorum distinctio magis *Isernia* opinionem fulcire videtur; siquidem quòd mulier in hostium copias irruens, decertet: non quidèm miraculo, sed naturæ tribuendum esse, nemo non videt. Neque indecorum, aùt honestati absonum, si mulieres militiæ studio, laborique assuescant, putauit *Thom. Act. de lud. scaccor. quæst. 5. nu.* 82. ex *Plat. 2. de legib. dialog. 7.* qui, & in *1. de Republ.* seù *de Iustit. dialog. 3. Militabunt*, inquit, *tàm mares, quàm fœminæ*; proindèque ibidem *Actius supra num.* 80. adducit *Cephal. in d. cons.* 151. *num.* 27. *lib. 2.* dicentem: *Mulierem, eo ipso quòd est apta pugnare, in feudo succedere*; quamuis ipsius ibi posita theorica mihi in casu, de quo loquitur, non arrideat. Militarunt namq; absq; vllo honestatis detrimento Amazones, apùd *Iustin. Histor. lib. 2. fol. 21. Petr. Mess.* ex Hispanis eruditissimo *in sylu. var. lect. cap. 10.* & Velasca, quam Papa Pius in Boemorum historia narrat, instructo mulierum exercitu per nonnullos annos bellum contrà viros gerentem, formidabilem se hostibus præstitisse; quam historiam latè exornat Sylua Renouata per *Mambrin. Rosseum*, ac *Francis. Sansouin. in secunda sylua p. 1. cap. 11.*

Antinomiæ igitùr in *Glos.* propos-
29 tæ, cuius solutionem ab ipsa omissam, pandere per distinctionem aggressi sũt *Bart.* & *Dec. vbi suprà*, magis vera, ac germana concordatio haberetur: si nimirùm diceretur, quòd regula *text. in cit. l. nàm ad ea*, Legislatorem respiciat, vtpotè datura condendæ legis modum per respectum ad vniuersalia, ac ea,

quæ communitèr accidunt; *textus* verò *in d. l. maior*, contingentiam actu existentem dijudicet. Ad quam *textuum* concordiam per me allatam conferunt adducta per *Turam. in l. 4. de legib. n. 9.* vbi referens obiectum de *text. in d. l. si maior*, hanc eamdem tradidit theoricam, diuersificando, an lex in formam legis feratur? an verò per viam rescripti in vim legis transeuntis? vt in priori casu, concluſio *l. 3.* cum alijs seqq. sit respectu legum, quæ modum condendi leges, edoceant; non autem respectu casuum per Principem decisorum, quia, has decisiones super rebus singularibus sœpenumero emanare, dixit supra *nu. 11.* Et quia idem est, & Princeps, & Legislator; ideò res per Principem decisa lex est; & eius sententia in legem transit, cum ob futuros casus legem esse voluit. Sed quatenùs præteritam dirimit litem, potiùs sententia dicetur, vt sub *num. 9. & 10.*

His puto addi posse, istam aliam ani-
30 maduersionem. Consideremus namq; primum casum de fœmina ad pugnandum apta; posset insuper Dominus feudum daturus terreri ex cœteris fœminei sexus defectibus, vtpotè inepti ad illa quinque alia, quæ in Feudatario requiruntur, secùdùm *Bald. in d. l. quoties, nu. 7.* & alios post eum; ac meritò mulieri feudum petenti posset denegare, fundatam habens intentionem in dictis Iuribus feudalibus fœminas excludentibus: cum de natura feudi sit, vt masculi, & non fœminæ succedant, vt inquit *Afflict. in cap. 1. de natur. succes. feud. num. 19.* ibidem quamplurima alia de natura feudi recensens. At si hanc eamdem cõsiderationem applicare voluerimus alteri casui, in quo supponitur fœmina iàm in actu Dominum adiuuans in expeditione bellica; procul dubio non cohærebit. Obstabit enim Domino regula; Quod semel approbaui, ampliùs reprobare nequeo, *l. in arenam, C. de in off. testam*, quam allegat *Rebuff. de privil. schol. cap. 86. n. 2.* & improbari nequeũt mores, qui sunt semel approbati, *cap. veniens de fid. Præsbyt.* quam regulam affert *Card. Iacob. de Consil. art. 6. nu. 3.* dicens, facere ad hoc idem, quod notatur in *cap. de illis, eod. tit.* Quandoquidem cum iudicio Domini, cuius solùm hoc interest, omnes illas quinq; causas, ex quarum deficientia aduersarij ab *Iserniæ* opinione discesserunt, iàm in fœmina actu militante adesse, fatendum sit: corruet eorum opinio, tanquàm sublato fundamento, *cap. cum Paulus 1. quæst. 1.* vt dixit *Anton. Mar. Corat. de electio. opinion. cap. qui DD. faciant. commun. opinion. num. 109.* subdens, congruere regulam in *cap. cum cessante, de appell.*

His sedulò perpensis, non puto ni-
31 mis tutum effugium *Reg. de Pont. in lect. 10. num. 6.* qui, vt tueretur *Andream* à communi DD. morsu, abnuit, *Andream* ab hac opinione vnquàm stetisse, vt fœmina nimirùm ad pugnandum apta à feudi successione non excluderetur, sed conciniſſe cœterorum II.CC. sententiæ, qui eam à successione procul habuerunt; atque adeò eorum theoricam, ac legem super hoc latam fuisse iustissimam, quod vltrò admittimus: at dicimus, duas fuisse *Andreæ* positiones: in quarum prima certissimum est, quod negat *in fœminis*, licèt ad pugnandum aptis, feudorum successionem, sub *num. 18.* In altera autem, sub *nu. 20. add. vers. Quid si hodie*, indubitati quoque est, quod apertissimis verbis sentit *Andreas*, non arcendam fœminam à feudi successione, si succedendi casus aduenerit, dum fœmina in actu est adiuuans Dominũ, pugnando, & ad rem *Iacobut. de Fræsch. de feud. tit. de inuest. interpret. quæst. 10.*

Meretricem autem, quæ hominum
32 corpora eneruat, opes dissipat, animos labefactat, eosq; in peiora, tacita quadam vi, collabi suadet: mulieris nomine indignam censerem. Vel enim Sirenis Thessalæ nomine eam insignirem, quippe quæ ad ærumnarum Syrtes illecebris fucatis amasios detrudat, vt cecinit *Faustus*:

Non scortum est aliud, nisi blanda, & subdola Siren.
Quæ trahit humanum sub vada cæca genus.

vel

vel nuncuparem potiùs miserrimum stercus terræ, *Eccl.* 9. quod purissima, quæque contaminet, vtpotè quæ animam, & corpus fœda conspurcat immundicie, ac Sacrum Dei Templum lacerat, 1. *Cor. 6. vers.* 18. *Io: Coppen. obser. practic. lib. 2. obser. 126. num. 2.*

Qua de re, licèt aliàs meretrix sua
33 habeat peculiaria, quibus gaudeat, beneficia, vt miserabilis miserabilium personarum, ac proinde gaudeat electionis fori priuilegio, *de Franch. decis.* 233. *Gratian. discept. forens. cap. 962. n.* 20. *Paschal. de patr. potest. p. 2. cap. 2. nu.* 99. *Nouar. de elect. for. sect. 2. quæst.* 34. quicquid voluerint *Thesaur. in add. ad Gaspar. Patr. dec.* 77. *& Sperel. dec.* 158. *ex num.* 30. illam appellat Rex Rugerius miserabilem, ac Rex Robertus in *Const. omnes nostri regiminis*, ex qua *Const. de Frãch.* insequuntur *Capiblanc. de Baron. prag.* 8. *num.* 161. *Muscatel. lib. 1. part. 6. glos. priuilegium, in addit. lit. A*, quibus malè occurrit *Ricciull. in tract. de stat. personar. quæ in repr. stat. sunt, lib. 2. cap.* 28. Nihilominùs nullo
34 huius *Ritus* beneficio iuuari, æquum est. Cùr enim laboret Ius, vt caueat honestatem illius, quę fœdissimo quæstu voluntariè corpus prostituit? Carceribus proinde mancipatur, *Marsil. singul.* 248. *Guid. Papa decis.* 256. *Matthesil. & add. notab.* 108. *Iodoc. in Enchirid. Iuris*, quod est in *tract. comm. opin. verb. Arrestatio, num.* 9. In Curia comparere tenetur, *Carau. in rit.* 166. *Franc. Anton. Iudic. in tract. de liquid. instr. consid.* 4. *nu.* 7. *Ego in eod. rit.* 166. *sub num.* 154. *tom.* 2.

Hinc etiam est, quòd à vicinia ho-
35 nesta expelli potest, vt probant de Iure *Gomes. & Rip.* in locis à *D. de Frãch.* adductis *decis.* 316. adduciturq; ad hoc probandum *text. in l.* 4. *C. de spectac. lib.* 11. ibi: *Neque vnquàm posthac liceat in loco honesto inhonestas annotare personas*, & *text. in l. mariti*, §. *qui quæstum, ff. ad l. Iul. de adult.* ab *Ant. Gub. const. de sponsal. tit. de his, qui nupt. contrah. poss. num.* 136. licèt *text. in cit. l. mariti*, §. *qui quæstum*, id nullo modo probare videatur; agit enim dum taxàt de marito, qui turpem de suæ vxoris adulterio quæstum quæritat; Ad hoc idem, ait *Hieronym. Praui. de pest. vers. illud autem dubium, num.* 2. facere *text. in l. minæ*, C. *de Epis. aud.* qui re vera id non probat: cum solùm sanciat, ijs interdici vsum quarundam vestium, quibus Deo dicatæ vti assolent. Ex quo quidem *text. Bald. ibi*, *Castren.* & alij colligunt, quòd Scòrta cogi nequeunt ad deferendas vestes, honestarum mulierum vestibus absimiles. *Rebuff.* tamen *de priuil. schol. priuil.* 20. *num.* 6. contendit ex eodem
36 *text.* tueri, quòd Iudices illa cogere possunt ad ferendum aliquod signum, per quod ab honestis discerni valeant; prout deferunt Iudæi, vt dignoscantur; subnectit postea hæc verba: *Sed fortè hodiè non inuenirentur tot signa: si omnes signare vellemus; nàm ex omni Tribu comperies signatas interiùs, si non exteriùs*. Quæ mihi non nihil admirationis attulerunt: siquidem *Rebuffus* cùm fuerit Gallus, ac tam redundantem Scortorum segetem enarret; non possum non mirari, Galliam, quæ non exiguo aliarum virtutum fulgore coruscantem se iactat, tanta meretricũ copia scatere, maximèque ex omni Tribu. Si quas enim turpia stipendia merentes, tùm in hoc nostro Regno, tùm in finitimis oris, quas peragraui, contingat adesse; eas potissimùm audiui esse infimæ omnium conditionis: quæq; nulla generis claritate, nullisq; Maiorum imaginibus possẽt gloriari. Fatebor tamen, id illum dixisse, vt honestis terrorem incuteret; quò ab hac inhonestatis labe, qua maxima possent diligentia, tutas, immunesque se redderent. De hoc autem effato videndi sunt *Specul. de Concil. rubr.* 6. *nu.* 6. *Bermond. de publ. cõcub. rubr. de stupro, n.* 31. *Gasp. Beaz. de inop. debit. cap.* 1. *num.* 37. *Io: Franc. Pani. de visit. p.* 2. *quæst.* 8. *n.* 2. ac *Hieronym. Praui. de pest. vers.* 4.
37 Illud, quòd dicitur, meretricem cogi posse ad habẽdum aliquod signum distinctum ab honestis, prout dicitur de Iudæis, ex *cap. nonnullis, de Iudæis*, notat obitèr, illum *text.* fuisse declara-

tum à *Fulgos.cons.*155.non procedere, quando in contrarium extaret consuetudo: vt in Ciuitate Ferrariæ, vbi dicit, Iudæos in ea Vrbe ex veteri consuetudine nequire cogi ad deferendum aliquod signum. At meliùs, ac diffusiùs de ista vestium distinctione agit *Decian. 2. tom.cap.7.lib.8.num.*10. Et
38 in hac Ciuitate Neapolis quamplurimæ *sunt editæ *Pragm.* aduersùs istas mulieres inhonestas, tùm circà vestes, tùm circa sellas portatiles, & bigas; quæ quidem *Pragm.* quomodo obseruentur? scimus omnes; quamuis quotidiè ista, ac alia renouentur edicta, de quibus vide *Reg. Rouit. sub tit. de meretric.* Tempore quoque Domitiani prohibebantur meretrices vti vehiculis, *Alex. ab Alex.lib.1.gen.dier.4. Reg. Rouit. in prag. 4.cit.tit.*ex *Corrad. in Templo Iudic. lib. 1. §. 3. requis.22. num.6.* Ad probandum deniquè, quòd mulier inhonesta ab honesta vicinia detrudi posset, adeas *Luc. de Penn. in d.l.4. C.de spect.* adducentem pleraque iura, ac rationem, nè bonæ ob earum meretricium corrumpantur, §. *sancimus, Auth. de lenon.*ac *Ant.Gub.in superius cit.loc.* producētem *text.in l.cum supra, C.de re milit.lib.*12.ex quo *text.*
39 arguunt, quòd lupanaria in locis honestis exerceri non debent; facit quoq; *text. in l.ancillarum, de petit. hared.*ex ratione, quam ibi Imperator affert, cùr in flumine nudatus quis se lauare non debet: nè scilicèt publicos oculos nudatus infestet. Ac vt facilius, citiùsq; abeat ab honesta vicinia, tùm meretrix, tùm scholaris, si infra annum à locatis ædibus concedant: non tenentur pensionem soluere à tempore, quo abesse coacti sunt, locatori, qui hiscè hominibus locando puniri posset, per *text. in Auth. de lenon. §. si quis autem patiatur,* & ibi *Gl. verb.habitationem, Reg.Rou. in Pragm.de Schol.doctor.nu.*5, *Nauar.in manual. Confes.cap.17.nu.*194. qui locatores hominibus in lege prohibitis locantes tecta, à peccato immunes non credit, *Auendan.de exeq. mandat.p.2.cap.6.num.3.*

Iure autem Regni hoc sancitum est
40 in *Const.quæ passim, tit.de sem.conuers. int.bon. fœmina, & quæstuosa,* quæ rubrica errore typographorum barbarismum redolens, legi debet, *De sem. conuers.inter bonas fœminas, & quæstuosas,*ac in *cap.Regis Cath.*de quibus Regni iuribus meminit, *Reg.Rou.in Prag. 3.de meretr.Thor.in supplem.verbo meretrix, Reg. Sanfelic. decis. 127.num.1. & Cons. Gizzar. decis. 54.in princ.*qui hac theorica multis authoritatibus adaucta à *num.3.*demùm sub *num.8.*aliqua exarauit de malis vicinis; de quibus perbellè *Petr.Gregor.Syntag.lib.4. cap. 24. par. 1.* ac fusissimè *Polyanth. verb. vicinitas,* Typis data Venetijs anno 1630. *pag. mihi* 1408. *& tom. 2. p.2.verbo vicinitatis,fol.* 988. vbi præter alia eruditissimè adducta, illud emicat ingeniosissimum *Alciati* Emblema.

Raptabat torrens ollas, quarum vna metallo,
Altera erat figuli terrea facta manu.
Hanc igitùr rogat illa, velit sibi proxima ferri,
Iuncta, vt precipites vtraque sistat aquas.
Cui lutea: haud nobis tua sunt commercia cura,
Nè mihi proximitas hac mala multa ferat.
Nàm seù te nobis, seù nos tibi conferat vnda:
Ipsa ego te, fragilis, sospite, sola terar.

Dicebat propterea *Bal. de V.bald.in*
41 *tract.de iur.protom.*§.3.*num.*5. qui habet malum vicinum, habet malum matutinum; ac vicinum damna vicino inferentem ius congrui amittere, refert *Crusij de indic.par.3.cap.*10.*num.*4. notans, quòd qui deteſcere satagunt, insidiantur accolis. Hinc improba vicinitas parit indicium arborum furtim cæsarum, *l.*15.§.*fin.ff.de instruc.vel instrum. leg. Columell.* 1. *de re rustic.* 3. quem refert *Tiraq.de pœn.cons.*23.*n.*7. *Rub.de valid.legal.cōtr.for.*13.*ex n.*37.

Ac adeò pessimè malum vicinum ha-
42 bere, fuit etiam habitum à nostris Iureconsultis, vt *Caius in l.quod sæpè* 25.*in fin.*

fin. de contrah. empt. dixerit: *Si quis in vendendo prædia confinem celauerit, quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri venditorem dicimus*; ibiq; *Glos.* explicans illud verbum *Confinem*, ait: *Malum Vicinum*, quem tenetur emptor dicere; quo *text.* vtitur *Consiliar. Hodiern. ad Surd. decis.* 146. *n.* 5. & de commoditate, vel incommoditate vicinorum pulchra nimis tradunt *Columell. de re rustic. lib.* 1. *cap.* 3. & *Erasm. Iuchil.* in expositione illius adagij: *Aliquid mali propter Vicinum malum*, explicati à *Paul. Manut. de Adag. fol. mihi* 59. qui adducit illud carmen à *Gizzar. in sua decis.* positum.

Mantua va misera nimiùm vicina Cremonæ.

aliumq; versum id etiam denotantem eiusdē *Virg. in Egl.* adducit *Manutius.*

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

cuius versus sententiam, licèt non ipsum versum, affert *Afflict. in d. Const. quæ passim.*

Morbida facta pecus, totum corrumpit ouile.

& allegat *text. in l. Iulianus, in princ.* 14. *de action. emp.* ibi: *Qui pecus morbosum.* Cui collaborat adagium illud allatum in *Polyanth. in loc. supra cit. Salsuginosa vicina*, traductum ab agris mari finitimis, qui plerumque ad culturam infelices esse solent. Hinc homines ad maris litora inhabitantes, 43 ferè cæteris immaniores videtur: tanquàm immanitatis non nihil ex immanissimo cōtrahāt elemēto; vt Insulanos, ac homines de ora Plagię, vulgò Chiaię in ista Ciuitate Neapolis experimur. Neque hic omittam *Glos. in Clem. Clericis, de excess. Prælat. vers. Quinque*, dicentem, quòd propter peccatum illud, cuius fœditatem non adsunt verba, quæ exprimant, quinque igne vltore absumptæ fuerunt Vrbes; quarum licèt tres perierint ex delicto; duæ tamen non nisi ob vicinitatem. Hinc Themistocles, de quo apùd *Plutar. in Apoph.* cum præconizare fecisset, se venditurum quoddam prædium; hoc quoque præconem addere iussit, quòd prædium vicinos haberet bonos, quasi ex vicinorum bonitate faciliores reperturus emptores, P. *Masculus*, è præclarissima Societate Iesu, *de incend. Vesuu. lib.* 10. De hoc apophthegmate meminit *Ant. Blasc. in sylu. memorab.* 26. vbi ait, se consuluisse, quòd emptor, qui prædium suo prædio adhærens à nequam; infestoque vicino possessum emisset pluris: quo suum prædium ab ea infensa sibi proximitate vindicaret, posset agere contrà venditorem ad restituendum sibi illud pluris, quod ideò soluisset; etiam si citrà dimidium iusti pretij foret, ex sentētia *Veron. de simulat. cōtract. præsump.* 2. *nu.* 26. vbi ex *D. Bernard. S. Thom. & Scoto*, probat casus, in quibus citrà dimidium iusti pretij conclamare licet. Videndus *Bald. cons.* 482. *lib.* 1.

Id causa est, quòd patri filio suo 44 non liceat assignare in legitimæ causam, rem, quæ habeat vicinum petulantem, molestum, ac rixosum, *Berlich. p.* 3. *concl.* 14. *num.* 12. *Laymman. lib.* 3. *de iustitia, tract.* 4. *cap.* 17. §. 5. *num.* 8. *Gaspar Mantius cent. decis. Palatin. dec.* 2. *quæst.* 20. *num.* 4. remittens se ad exarata in *tract. de legitim. quæst.* 44. *n.* 37.

Quibus confert illa non illepida, 45 fabella, quæ narratur de Animantibus. Cunctis etenim exposcentibus à Ioue, quod maximè vellent munus, elegit Cochlea, quod Iuppitèr hoc vnum sibi fineret, vt quò quò iret, imò secum suam domum posset vehere perpetuò. Riserunt tam inopinatam petitionem circumiacentia animalia. Ac exprobrantibus eius inscitiam, quod aliquod bonum à Ioue, qui cuncta se facturum promiserat, potuisset expetere. Ego, inquit, optimum petij, vt domum veherem; licèt enim videar onus ferre, possum tamen, cum libet, malum vicinum effugere; quod vos fortasse non tam facillimè poteritis; quamuis vel alis, vel pedum velocitati fidatis. Placeat, qui iuxtà me erit, exibo: displiceat, dicto citius intùs ero, domiq; meæ latitabo: indicans, nihil esse tàm perniciosiùs, quàm vel prauo vicino inhærere, vel vitare

non

non posse, cum velis, Omnia enim mala effugias, vicinus semper vicinus erit, *Saluian. de gubern. Dei, lib.* 5. Cùr Luna plus, quàm alij Planetę agit in hęc inferiora corpora, nisi quia magis vicina? & de Cochlea Vates quidam cecinit,

Porto domum mecum, semper migrare parata,
Mutatoque solo non sum miserabilis exul,
Sed mihi conchylium de Cœlo nascitur ipso.

Sic etiam ex bono vicino non vulga-
46 ria commoda hauriuntur,

Obstringitur enim vicinus opem ferre pro repellenda iniuria facta vicino, *Innoc.* 3. *in Concil. Lugd.* de quo in *cap. dilecti*, §. *equidem*, *de senten. excom. lo: Lup. de confed. Princ.* §. *videtur*, *in fin. num.* 3. Ciuitas vicina vicinæ Ciuitati egenti necessitatis tępore opitulari tenetur, *Ant. Blasc. memorab.* 6. *n.* 7. *vers. Verùm vlteriùs*, ex *Angel. de Perus. in l. pro loco*, C. *de ann. & tribut. lib.* 10.

Sed vt redeam ad *Gizzarel.* qui sic
47 diuertendo ansam præbuit, in illa sua *decis.* 54. refert fuisse decisum, Vxorem palàm de consensu Viri luxuriantem posse à vicinia repelli. Ad prolationem autem decreti noluit S. C. in scriptis procedere propter scandala, quæ poterant exoriri. Vndè oretenùs Scribæ, & Porterio mandauit, qui ei, vt illicò abiret, seù quod aiunt, exfractaret, iuberent: quod fuit sanè exequutum, vt sub *num.* 28. Ratio autem dubitandi fuit, quia DD. non-
48 vulgare discrimen ponunt inter mulierem solutam, vel nuptam inhonestè viuentes, vt ipse optimè discurrit à *num.* 10. vbi plures recenset casus notatu dignos, in quibus meretrices nuptæ satis ad imparia iudicantur à solutis. Et in hac Ciuitate, in qua meretrices describebantur in gabella, non adnotabantur, quæ virum habebant; neque in has Iudicem meretricum iurisdictione vti, tradit *Rico. collect. decis.* 163. adductus à *Baldax. de Angel. in addit. ad d. decis. nu.* 6. in qua *decis.* ibiq; per *Adden.* limitatur, secùs esse, si vir suæ vxoris manifestus leno, vel eius meretricio consentiens erit; quod vnica vice in marito adimpleri, dicit de *Franch. decis.* 68. licèt non sic in alijs lenonibus, & meretricibus, vt per authoritates citatas per *Consil. Pasch. in add. tract. de patr. potest. cap.* 10. *num.* 27. *lib.* 2. alios ibi allegat *Gizzar. sub num.* 19. ibique *Adden.* qui id autumant, etiam si in propria domo habitaret. At de hoc est videndus *Gasp. Thesaur. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 2. *qq. forens.* qui post fundatam regulam, quòd meretrix in honesta vicinia non sit habenda, at in lupanari, quod optimis Vrbium Administratoribus, aùt ædilibus seorsim construendum, maximæ curæ, dixit, esse debere; dubitans de mulie-
49 re propriam inhabitante domum, quæ paulatim de honesta in meretricem-
evasit; inquit, in illo Senatu fuisse decisum, non esse expellendam. Acrespondet *decis. Pegn.* 12. & *Iacob. Rebuff. in l. si qua in publicis*, C. *de spectac. & scen. lib.* 11. ac *text. in l. non aliter*, *ff. de vsu*, *& habitat.* vbi contrarium contendi videtur, quòd non procedat, quando domus propria iuxtà Ecclesiam, aùt *Moniales*; vel si meretrix adeò degit pudoris oblita, quæ vicinis scandalo sit, vt *sub num.* 3. & 4. *Fontanell. decis.* 503. *num.* 23. De-
50 mum adductus *Thesaur. sub num.* 5. idem de filia, quæ cum patre, matre, & auia in eorum domo habitat, quòd teneatur pater, ac auia illam expellere, vel domum alijs locare, aùt vendere. Immò parentes ex decreto Sabaudiæ essent puniendi, prout extant in nostro Regno Const. & Prag. de quibus per *Reg. Rouit. in rubr. & prag. de Lenon.* qui præter nostri Regni iura, etiam communia, de Lenonibus plectendis adducit; ibique *Pegn.* allegat *in decis.* 15. & *Auiles in cap. Prætor*, 57. coneludentes, de consuetudine Lenones vltimo supplicio non puniri, sed extraordinario, putà fustium cum mitra. Ipse verò dicit esse videndum *Petr. Gaball. resol. crim. cas.* 171. Et quam plurima alia de Lenonibus, eorum pœnis, ac criminis detestatione, videas *Foll. in pract. crim. verb. Item*

quòd

quòd fuit Leno, vbi sub *num.* 34. dicit, Lenonem à vicinia honesta deturbari, sicuti, & meretricem.

Circà Lenones autem illud aduer-
51 tendum puto in praxi, præter alia adducta à *Pasch. cit. cap.* 10. qui multa de his omnibus fusissimè; quod de crimine lenocinij in hoc Regno solùm M.C.V. sit Iudex competens, vigore *add. Pragm. de lenon.* in quo vltrà *Menoch.* allegatum per *Reg. Rouit. de arbitr. Iud. casu* 534. *Baldax. de Angel. in addit. ad Foller. num.* 26. adducit *Capiblanc. de Baron. pragm.* 8. *p.* 2. *num.* 133. vbi dubitat, an dicta *Pragm.* sit contrà Barones subsistentabilis? quando aperta sunt verba dictæ *Pragm.* priuatiua ad alios Officiales: cum certo certiùs sit, posse
52 Regem Baronum iurisdictionem minuere, ac modificare, vt ipsemet *Capiblanc. in Pragm.* 6. *num.* 35. sentit; ibidemque id ipsum *Capiblanc.* perpendit de compositionibus non faciendis in casu osculi violenti, & raptus: quod supra dixerat in crimine lenocinij ex aduertentia *Vinij decis.* 454. ac aliorum, vt in illis casibus nequeat dici Sanctio facta per modum legis condēdæ, non adaptatur in casu *Pragm. de lenon.* vbi pro bono publico, & per viam legis condendæ voluit ab alijs Curijs, nedùm in crimine lenocinij, at in eorum receptatoribus iurisdictionē adimere. Licèt vocari posset in dubium, an, quia hodiè Barones, Regiæ Audientiæ, aliæque Curiæ Regiæ de lenonibus passim cognoscant; possit, non obstante dicta possessione, si aliàs casus in controuersiam deduceretur, præfatæ Pragmaticæ esse locus? maxi-
53 mè, quia iurisdictio præscribi potest, vt habetur per *Balb. de præscrip. p.* 2. *vers. tertia quæstio est difficilis*, vbi habetur, quòd, non vtendo, ea amittitur, sub *n.* 6. ergò tanto magis quis poterit per præscriptionem acquirere, quam habuit ab initio; deinde fuit sibi abdicata; cum res de facili redeat ad suam primæuam naturam, *l. si vnus*, §. *quod, & in specie, ff. de pact. cap. ab exordio* 35. *dist. & cap.* 2. *de Præsb.*

In dicta tamen *Gizzar. dec. Baldax.*
54 *de Angel.* allegat *Thor. in* 1. *part. sui compen. verb. Lena*, dicentem, remissionem fuisse Curiæ Meretricum, & Lenonum denegatam in causa cuiusdam Lenæ, quam in capiendo præuenerat M.C.V. cuius denegationis origo fuit, quia nequibat mulctari tanquàm lena, quæ inquirebatur semel lenocinium commisisse in mulierem honestam, nulla habita pecunia, nec pro se, nec pro muliere, vt habetur ex *d. decis. D. de Franch.* 68. vbi multa de lenonibus, & meretricibus, quod confirmat *Peregr. conf.* 87. *vol.* 1. *Paschal. cit. loc. num.* 27. *Zacch. de salar. quæst.* 63. At non deest dubium ex illa *decis. de Franch.* namque cum illud Tribunal sit in personarum certum genus ad vniuersitatem causarum, atque adeò iurisdictionem priuatiuam habeat, teste eodem *de Franch. decis.* 417. *num.* 7. remissionem nanciscì debebat: cum hoc ius cognoscendi, fuerit nè delictum, necnè? ad ipsam meretricum Curiam pertineret, ex *Reg. Tap. Rou. & Capibl.*

Hanc autem meretricum gabellam,
55 tempore Alphonsi Regis Primi sublatam, soluendo illius pretium cuidam Nobili, cui concessa fuerat, testatur *Tasson. de antefat. vers.* 3. *obser.* 3. *nu* 34. *fol.* 175. spero iterùm meliori fato in toto Regno penitùs extinguendam.

Reliquum est hic dijudicare, quæ-
56 nàm dicatur meretrix, ad finem, vt possit à vicinia arceri? quod circà adeundi sunt *Menoch. de arbitr. cas.* 328. *Caball. cas.* 123. & 171. *Baiard. ad Clar. quæst.* 24. *num.* 97. *Ricc. decis.* 63. *par.* 1. *Gratian. discep. forens. cap.* 135. *ex nu.* 5. *Amend. ad Franch. decis.* 86. *num.* 23. *Anus meus ad Capyc. decis.* 44. *num.* 1. R. *Sanfelic. decis.* 341. *ex nu.* 10. à me notata in *rit.* 166 *sub num.* 155. *lib.* 2. & *Gizzar. in d. decis.* 54. *num.* 7. *vers. & quia dignoscendum*, qui præter illos DD. quos supra allegauerat, adducit *Mascard. de probat. vol.* 2. *concl.* 1603. *per tot. Decian. vol.* 2. *de delict. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 10. ac *Azeued. lib.* 8. *tit.* 13. *l.* 2. *nou. recopil. à nu.* 14. ex quibus elicitur theorica, meretricem esse non modò eam, quæ præstat in lupanari; sed quæ

in

in quacumque domo, vel propria, vel conducta, vel alterius: omnes ad eam libidinis ergò accedentes, admittens. Ad quod affertur *text.in l.palàm,ff.de rit.nupt.*vbi optimè *Vlpian.*id declarat, *cap.mulieres*, 35. *quæst.*4. *cap.vidua* 34. *dist. Bermon. Chon.de publ.concub.vers. Concubinam dimittat, num.* 10. qui sub *num.* 13. adductis pluribus meretricis definitionibus, præstàtiorem iactat definitionem, seù descriptionem traditam ab *Vlpian. in d. l. palàm*, ibique declarat, meretricem dici, quasi meretro trahens à bono opere, hoc est, virginitatis,vel castitatis,quæstus causa. Dicitur autem meretrix à *merere*, quod propriè sonat, lucri gratia aliquid operari. Cui descriptioni concordat *Hier. Gig. de crim. laes. Maiest. quæst.* 13. vbi agens, an in isto crimine admittatur testis meretrix; firmansq; quòd sic, eam describit sub *num.* 4.subiungens,Solonem meretricum publi-
57 cum vsum instituisse: vt illis sic publicè prostrantibus, abstinerent iuuenes à sollicitandis pudicis, teste *And. Alc. in l. Massurius scribit, de verb. signif. Rhoding. lib.* 8.*cap.* 4.*Alex.ab Alex.genial. dier. lib.* 4. *cap.*1. easque tolerandas ex multis comprobant *Vasq.contr. ill.cap.*48.*num.*1.*&* 2.*Conar.in Epitom. tit. de sponsal. p.* 1.*cap.*4.*Lopez.in Rub. de donat. int.vir.& vxor.*§.40.*ex num.* 11. licèt nunquàm fuisse prohibitas, testetur *Montic.de patr.potest.vers.matrimonium, num.*102.

An autem, quæ cum vno, aùt alte-
58 ro se commiscet, meretrix sit,quæ arceri possit à vicinia? Negat *Thom.Att. de lud. Scactor. quæst.* 8. *princ.num.*22. Siquidem ità viuendo, probis mulieribus prauum exemplum non præbet, *Laurent.decis.*144.*Ricc.add.decis.*63.*& collect.* 3053. *p.* 7. *Nouar. de elect. for. quæst.* 12. *Megal. verb. Meretrices, in compend. institut.* Licèt *Paul. Grill. de pœnis nefar. coitus.quæst.*10.*num.*27. in quæstione de rapiente meretricem,asserat, quòd si qua erit, quæ non palàm viuat impudicè; at clanculùm,noctisque tempore plurium admissorum patiatur amplexus: de illa erit iudicandum, sicùt de publica meretrice, *l. Imperialis,C.de nupt.*neq; si ea raperetur, fore locum dispositioni *textus in l.vnic.C.de rapt.virg.*Hoc autem intelligerem de Iure Communi; secùs de Iure Regni per *Const.*incipient. *Omnes nostri,tit.de violent. meretr.illat.*vt aduertit *Gizzar. in d. decis.*54. *num.*17.
59 Deniquè,cum non liceat meretricem cogere inuitam ad turpes amplexus, puniri debeat extraordinariè illâ cognoscens per vim notat *Gratian.discep.* 653. *num.* 51. non verò attenta mox memorata nostra *Const.*quę declaratur à *Mastrill. decis.* 207. *num.* 31.& *ab Arnon. epitom.*19.*&* 84. *ac differen.*6. Plura autem ad cognoscendum, quænàm sit meretrix? videas apùd *Gratian.discept.*135.*à n.*5.ac demùm apùd *cit. Berm. Chon. de publ. concub. vers. Concubinam dimittat, ex num.*10.

RITVS CCCV.

ITem, quòd de accusatione contumaciæ in citationibus in Magna Curia, *s*oluatur tornienſis vnus tantùm, iuxtà antiquum ordinem, & obseruantiam dictæ Magnæ Curiæ: & eodem modo de sigillo magno citationum.

SVMMARIVM.

1 *Huius* Ritus *dispositio recessit ab Aula.*
2 *Notarij cum etiam vt plurimum exigant vltrà debitum, eis constituta est pandecta.*
3 *Notario, & partibus discordantibus de quantitate salarij, illud à Iudice taxandum est.*
4 *De sigillo memorantur complura remissiuè.*
5 *Hodie minime seruantur, quæ in hoc* Ritu *dicuntur circà subministrationem pecuniæ pro sigillo.*
6 *Nemo excusatur à solutione dirictus sigilli, nisi immunitatem habeat.*
7 *Immunitate à solutione dirictus sigilli con-*

Digitized by Google

concessa omnibus, qui sunt de sanguine Regio, an gaudeant descendentes ex fœminis?

8 *Dirictus sigilli à quibus Officialibus non soluatur? & an huiusmodi immunitas competat ipsorum filijs?*

9 *Scriptura priuata partium sigillo, & subscriptione munita, plenè probat, etiam nulla facta recognitione, & comparatione.*

10 *Subscribens dicitur confirmare omnia obtenta in scriptura; prout etiam apponens sigillum.*

11 *Sigillum si ex altera parte papyri non appareat fuisse impressum cum percussione, redditur scriptura suspecta.*

12 *Vino vendito, si emptor sigillum vegetibus impresserit, & coacuerit, imprimentis periculo illud perit.*

13 *Ex sigillis in bardellis præscriptis cognoscitur, cuius sint illa bona.*



1 Ispositio huius *Ritus* soluendi medium assis, vulgò tornien-sem vnum, recessit ab Aula ob *Pragm.* 38. *de Offic. Magistr. Iustit.* §. 49. super qua, multa huc spectantia, congerit *Reg. Rouit.* quę tùm in interiori, tùm exteriori foro conferunt plurimùm, eaq; peroptarem, vt Actuarij, vel eorum saltim Confessarij perpenderent, & consecutiuè præcauerent illi maiorem exigere summam, atque exactam monerent, cum effectu restituere, de quo Nos aliqua *infra Rit. seq. & Rit.* 311. Qua proinde, quamuis Regis Catholici prouidentia fuisset taxa derictuum soluendorum Actuarijs instituta in S. C. & M. C. teste *Affl. in const. pro scripturis, sub num.* 2. tamen deinde pro maiori bono publico fuere publicatæ pandectæ, vt in memorata *Pragm.* 38. cum qua concordare videtur *Pragm.* 5. *de Actuar.* cuius meminit *Afflict. in const. puritatem, in fin.* & confert *Pragm.* 58. *tit. de offic. Proc. Cæsar.* vbi ponitur pandecta illius Tribunalis Regiæ Camerę, prout, & illa S. C. *in pragm.* 25. *tit. de offic. S. C.* quam memorant *Campug. in cap. item statuimus, ordinamus, Caravit. in rit.* 25. *sub num.* 6. & Regiæ Cancellariæ in *Pragm.* 1. *de Offic. Secret.* & demum quò ad pandectã salariorum Notarijs debitorum in *Pragm.* 7. *de Notar.* de qua memor est *Rouit. in prag.* 4. *in fin. eod. tit.* & dixi *in rit.* 25. *num.* 2.

2 *lib.* 1. Quod autem Notarij, vt plurimum, exigũt vltra debitum, dixit *Luc. in l. Mediterranea, C. de Ann. & Trib. lib.* 10. Ideòque fuit pandecta constituta, & ibi *Luc.* multa ad hoc cumulat satis notanda, & singularitèr *Afflict. in const. Magistri Camerarij, num.* 16. sic dicit: *Non est in potestate Magistri actorum recipere à partibus quantum ipse vult, & petit pro scribendis, quæ occurrunt in lite; sed debet recipere à litigantibus quantum est taxatum per Regiam Curiam, quod male obseruant dicti Notarij, sed transit, quia partes non faciunt*

3 *querelam.* Discordantibus autem partibus, & Notario de quantitate salarij, taxandam esse à Iudice, scribit *Dec. cons.* 654. *nu.* 2. & ad rem *Ricc. collect.* 2332. *par.* 8.

De Sigillo Magno, de quo hic *Ritus*, meminit etiam *Ritus* 279. & super

4 eo scripsi; addidi tamen complura de sigillo, eaque vtilia quoque super *Ritu* 277. & plura adnotat *Reg. Tap. lib.* 3. *iur. Regn.* integro *tit. de sigillis, rub.* 48. & *Bulenger. de Imperator. lib.* 2. *cap.* 10. scribens de annulo Imperatoris, dicit: *Sed præter Annulum, Imperatoribus fuit Sigillum maius, & amplius, quod in auro, argento, plumbo, cera rubra, ac miniatula imprimeretur.*

Neque hic relata pro sigillo submi-

5 nistranda pecunia attenduntur his nostris temporibus; sed ea, quæ *Prosper Caravit.* scribit, nec non *Reg. Carol. Tap. adduct. lib.* 3. *iur. Regn. super hoc Rit. tit. de purgat. contumac. pag.* 92. Quin Episcopo persoluendum aliquid esse pro sigilli appensione, docet *Petr. de Anchar. cons.* 218.

Nemo verò excusatur à solutione

6 dirictus sigilli, nisi immunitatem habeat, cuius cõcessio, quia tendit contrà publicam vtilitatem, est restringenda, *Paul. de Castr. in l. maritum, ff. solut. matr.*

Alex.in l.quia tale, ff.eod. proindè producens priuilegium,& allegans possessionem contrà habentem Iuris Communis dispositionem,ac possidente eo, qui habet iuris dispositionem pro se, tunc iste est manutenendus in possessione, vt aduertit *Reg. de Ponte decis.* 18. *num.* 12. *& decis.* 36. *num.* 17. qui *decis.*5. inquirit, an huiusmodi immu-
7 nitate concessa omnibus, qui sunt de sanguine Regio, gaudeant descendentes ex fœminis ? & negatiuè resoluit ex *Glosa* potissimùm *in l. si ità scriptum, ff. de leg.*2.

Qui quidem dirictus non soluitur
8 à Præsidentibus Regiæ Cameræ, nec ab eius Aduocato Fiscali, ac Rationalibus, eorumque filijs,& Vxoribus, vt in *Arrest. R. C.* 36. 50. 124. 359. *&* 540. apùd *Reg. de Marin.* post *obseru. ad decis. Reuert. tom.*2. ac decisum in filijs memorat *D. Reg. Fab. Galeot. resp. fiscal.* 2. in eruditissima *Dissertatione de Regia Camera origine, dignitate, ac priuilegijs*, recensens alias illius Officialium immunitates. Dummodò filij cum Patre habitent; non verò si viuant seorsum cum Vxore,& familia, nec Parentes illis præstent alimenta, vt ex *Caranit. in pragm. per Excellentem*, §.13. *ex num.* 1. *Paschal. de patr. potest. p.*4. *cap.* 12. *nu.*23. *Manent. decis. Mant.*71. *num.* 14. *Ricc. in prax. resolut.*509. *Ludouis. decis. Rot. Roman.* 182. obseruat *Nouar. p.*1. *quæst. forens.*98. *num.*11. addens, huiusmodi prærogatiuã minime competere filijs illegitimis, & conferunt ab ipsomet tradita in *tract. elect. & var. for. q.*9. *nu.*16. *sect.*3. *in vlt. edit.* Quæ quidem, à solutione derictus sigilli, immunitas competit eodem modo DD. Præsidi, & Consiliarijs nostri S. R. C. Castri Capuani. Sacra enim Cæsarea Maiestas Inuictissimi Imperatoris Caroli V. suis literis sub datum 12. mẽsis Martij 1550. mandauit, quòd ob præeminentiam, & authoritatem tanti Senatus, attentisque zelo, ac laboribus eius Senatorum, ipsi gauderent, & fruerentur omnibus franchitijs, prærogatiuis, immunitatibus, ac exemptionibus, quibus gaudent, & fruuntur DD. Locumtenens, & Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ, vt liquet diplomate, è Regia Cancellaria expedito sub die 21. Octobris 1550. tempore, quo Regnum moderabatur Excell. D. Petrus de Toledo, penes Coriolanum Martyranum à secretis. Quod diploma rescribitur ab V. I. D. Frãcisco Antonio de Mercatis in *lib.* 3. *manuscipto p.*1. *de obseruant. solite, & stylo S. C. obseru.*36. qui asseruatur apùd Doct. D. Frãciscũ de Mercatis Nepotẽ.

Modò non erit alienum aduertere,
9 quòd quælibet scriptura priuata, partium sigillo, & subscriptione munita, etiam absque recognitione, ac comparatione literarum, plenè probat, *Io: Koppen. decis.*46. *num.*41. *vers. In quibusdam etiam locis, Coler. de process. exec. p.*3. *cap.*1. *n.*103. *& cap.*2. *n.*8. idẽ *Io: Koppen. obseruat. practicab. lib.* 1. *obseru.*122. *sub nu.*2. Subscribens om-
10 nia contenta in scriptura confirmare dicitur, *Koppen.* post alios *add. loc. sub. num.*2. paria enim sunt, scribere, subscribere, & sigillare, *Roman. cons.*303. *ex nu.*1. *Schurff. cons.*17. *in princ. nu.*12. *cent.* 1. prout apponens sigillum, *Crauetta in cons.*25. *num.*12. *Coppen. cit. loc.* Ad rem *Salazar. de Mendoz. lib.* 1. *cap.* 7. *in fin. de las dignidades seglares de Castilla, y Leon, Carolus de Grassalis de regalijs Francia in* 13. *iure, pag.* 182. *Thesaurus decis.*209. *Franc. Marc. decis.* 988. 989. 990. *cum seq. &* 1004. *Riminal. Iun. cons.*236. *ex num.* 32. *vol.*3. *Gabriel. commun. opin. lib.*1. *tit. de præsumpt. concl.* 4. *Euerard. de fid. instrum. cap.* 12. *Borrel. de Magistr. edict. lib.*2. *cap.* 3. *Azened. ad tit.*15. *lib.*2. *recopil. Balzaran. ad Const. Sicil. rub. de Imper. litter. num.*5. *Gonzal. ad reg.*8. *Cancell. glos.*61. *num.*1. *Pegas ad ord. Regn. Portugal. lib.* 1. *tit.*2. §.6. *gl.*21.

Hinc notandum est omninò, quòd
11 si appareat ex altera parte papyri, seù chartæ, sigillum non fuisse impressum cum percussione, vt fieri solet, reddatur scriptura suspecta, vt ex *cap. inter delictos, de fid. instrum.* notat *Hoppingk de sigill. cap.* 12. *num.*84. *&* 86. *& D. Io: de Raynald. lib.*2. *obseru. crim.*

in

in cap. 18. *num.* 158. *pag. mihi* 205.

Notabilitèr quoque obseruandum
12 est, vt vino vendito, si emptor sigillum vegetibus impresserit, & coacuerit, periculo imprimètis illud perijt, eo quòd sigilli appositione translata fuit possessio, ex *Bald. in rubr. C. de peric. & commod. rei venditæ*, dicente, casum esse singularem in *l. quod si neque, ff. eod. adduct. tit.* idemq; *Bald.* rursùs docet *in Auth. dos data, C. de donat. ante nupt.* quo in *textu* asseritur, ex signis,
13 ac sigillis præscriptis in Bardellis, cognosci, cuius sint Mercatoris, donèc contrarium probetur, dixi in *rit.* 277. *nu.* 1. & addo insuper *Barb. in cap. tertio loco, de probat. Arnold. Reyger. in thes. Iuris Voc. Sigillũ, n.* 2. *Theodor. Hoppingh. in tract. de iur. insign. cap.* 13. *ex nn.* 208. *& in tract. de prisco, & nouo iure sigillor. cap.* 10. *num.* 4. ac *cap. vlt. num.* 87. notans, hoc haud procedere in vasis vini signatis, quia magis, nè submitteretur vinum, quàm vt traditum censeatur, designat, ex *l.* 1. *ff. de peric. & commod. rei vendit.*

RITVS CCCVI.

Item, quòd vbi aliquis citatus, vel citata ciuilitèr, vel criminalitèr in quacumque Curia fuerit bannitus, vel condemnatus, seù bannita, vel condemnata: deinde se possunt præsentare eadem die, Curia sedente pro Tribunali, vel post leuatam, & nihil recipiatur pro præsentatione iuxtà antiquam obseruantiam Curiæ Vicariæ, & tempore præsidiatus qu. Domini Ludouici de Obiecis,

SVMMARIVM.

1 *Citatus ex causa ciuili qualitèr declaretur bannitus.*

2 *Indultus forbannitis concessus an comprehendat contumaces? & quis forascitus dicatur?*

3 *Foraſciti sunt triplicis speciei, quæ declarantur.*

4 *Contumax pro delicto, qui habitauit in loco publicè, conuersando cum omnibus, non dicitur foraſcitus.*

5 *Bannum simpliciter loquens de foraſcitis, includit contumacem, qui publicè non habitat, & conuersatur in loco domicilij.*

6 *Dictio* Quilibet, *est signum vniuersale distributiuum, & valet idem quòd* Quisque.

7 *Appellatio qualibet vbi admittenda est, de frustratoria quoq; intelligitur.*

8 *Foriudicatus, & Bannitus contrahere non valet.*

9 *Vita naturalis, quæ remanet post foriudicationem, est vita de facto, & non de iure:*

10 *Foriudicatus, & Bannitus testamentum condere non potest.*

11 *At si ab eo conditum fuerit testamentum, & postea fuerit aggratiatus, illud reconualescit.*

12 *Foriudicatus restitutus an obstringatur soluere debita?*

13 *Foriudicatus præteritus an rumpat testamentum, & an recuperet bona proximioribus quæsita?*

14 *Quod hic* Ritus *disponit, vt Scribæ, & Actuarij nihil recipiant vltrà pandectam, aliter hodie contingit.*

15 *Optatur, vt Actuarij cognoscerent municipales dispositiones.*

16 *Spontanea remissio an operetur in conscientia, vel requiratur pecunia præsens? defenditur* Reg. Rouit. *effatum* in Pragm. 36. num. 3. de offic. Magistr. Iustit. *à morsu* Io: Bapt. Mucci ad decis. Reg. Sanfel. 45. n. 13.

17 *Ius Canonicum agit de hijs, quæ ad salutem æternam dirigunt; & I.C. disserens de re anima, maximèque de restitutione, non mittit falcem in alienam messem.*

18 *Donatio est, quando aliquis dat animo, vt statim fiat accipientis.*

19 *Donationis essentia consistit in dandi, vel non dandi libertate.*

20 *Remissio vt liberet, an requirat pecuniam præsentem?*

1 Mirabitur fortè Lector agnoscens hoc in *Ritu*, ac in alijs multis, & præsertim in *Ritu* 214. disponi, vt citatus ex causa ciuili declaretur bannitus. At ipsius herclè cessabit admiratio, si perlegerit ea, quæ scribit *Præs. de Franch. in decis.* 271. *ex num.* 8. & 9. & quæ Ipsemet apertis verbis edisserui super eodem adducto *Rit.* 214, ac in *Rit.* 220. quem locum memorat *D. de Luca in observ. ad Præs. de Franch. cit. decis.* 271. iunctis alijs, quæ demùm enarraui in *Rit.* 203. *tom.* 2. & in *Rit.* 269. ac 270. *tom.* 3.

Ad rem confert articulus, an indultus forbannitis concessus comprehendat contumaces? quem, cum eius disceptatio in facti contingentia fuisset ad libellam reuocata, in affirmatiuam partem diffiniuit Regium Collaterale Consilium: cum enim forascitus ità appelletur, quasi forasitus, iuxtà omnium declarationem, & præsertim *Io: Grand. de bello exulum, in prædicamento qualitatis, quæst.* 2. *num.* 2. proinde is dicitur forascitus, qui contumax ratione delicti, vel prauæ volutatis exit foras à proprio domicilio, non habitando in eo, nec conuersando publicè, ac pacificè cum omnibus, quemadmodum describunt *Carauita in prag.* 1. *de exulibus, ex nu.* 8. *Io: Grand. cit. loc.* eius verò diuisio tres includit species,
3 quas idem distinguit, prima est eorum, qui contumaces ratione delicti foras exierunt à proprio domicilio, nec publicè conuersantur, sed latitant; non tamen inquietant publicam pacem delinquendo, & incedendo per Campaneam in comitiua. Secunda eorum, qui in comitiua incedunt, sed actu non delinquunt. Tertia eorum, qui per Campaneam grassantur. Ad constituendam igitùr qualitatem hanc forasciti, & aliquem includendum sub dispositione banni loquentis de forascitis, sola contumacia non sufficit, sed illud est necessarium, vt foras egrediatur non habitando, & publicè, ac quietè conuersando per loca habi-
4 tata, quod si contumax pro delicto habitaret in loco publicè, conuersando cum omnibus, non diceretur forascitus, nec sub banno includeretur, sicuti firmat *Carauita num.* 9. & 10. idque benè notandum esse monet, de quo *Muscatel. in prax. crim. tit. de furt. & latron. ex num.* 46. *Capiblanc. in prag.* 8. *p.* 2. *de Baron. nu.* 113. *Danz. de pugn. DD. lib.* 1. *cap.* 7. & *tom.* 3. *cap.* 4. cum nonnullis *seq.* Constat autem propriam verbi significationem desumi ex allusione, siue derivatione vocabuli, cui definitio non repugnat, atque ex ipsa definitione, iuxtà communem *Bart.* theoricam *in l. omnes populi, num.* 59. *ff. de Iust. & Iur.* atque speciebus genus inesse, *Glos. in l. si quid earum,* §. *inter emptum, in verb. Paratum, ff. de leg.* 3.

Quòd si banni dispositio simplicitèr
5 loquentis de forascitis, contumacem includit, qui publicè non habitat, & conuersatur in loco domicilij, quamuis per Campaneam non incedat cum comitiua; multo fortiùs cum comprehendet banni dispositio nõ indefinita, sed vniuersalis, qualis est hæc, de qua tractatur generalibus his verbis concepta: *Qualsinoglia forascito.* Quili-
6 bet enim, signum est vniuersale distributiuum, idemque valet, quòd Quisq; *l. locus, ff. de verbor. signif. Glos. in l. si pluribus, in verb. Omnes, ff. de leg.* 2. *Bar.* & reliqui in *l. hoc articulo, ff. de hæred. instit.* quod in proprijs terminis notat *Carauita mox cit. num.* 6. & 7. Ideòque ampliat dispositionem, & ea includit, quæ aliàs non includeret. Sic concessio immunitatis à muneribus extraordinaria, non ordinaria comprehendit, *Bar. in l.* 2. *nu.* 4. *ff. de iure immunit.* à quibuslibet verò muneribus, ordinaria quoque complectitur, *Alex. cons.* 30. ponderatis *nu.* 14. *vol.* 5. Similitèr
7 si quælibet appellatio sit admittenda, de frustratoria quoque intelligitur, *cap. quamuis,* vbi *Glos. & Geminian. de election. in* 6. quemadmodum clausula non obstantibus quibuscumque appellationibus, eumdem recipit intellectũ, *DD. in cap. Pastoralis, de appellatio.*

Cum

Digitized by Google

Cum ergò Antonius de Pinto pro homicidio prætenſo fuerit contumax, & forbannitus, imò citatus ad foriudicandum, foras exierit à ſua Patria, loco homicidij, non habitauerit, aùt conuerſauerit in ea publicè, foraſcitus ex prædictis Iure eſt reputandus, atq; in eo verificabitur qualitas requiſita in literis Pro-Regis, directis Gubernatori Principatus Citrà, quibus ei poteſtatem conceſſit emanandi bannum, vt quilibet foraſcitus, præter excepuatos, & inquiſitos de delictis reſeruatis, tradiderit Curiæ Ioannem del Gaudio, ſiue viuum, ſiue mortuum, gaudeat indulto, cõſequentèr eo gaudere debebit ex præſentatione capitis dicti Ioannis.

Hinc notabilitèr, an foriudicati, &
8 Banniti contrahere valeant? inquirit *Conſil. Campan. reſol. ſelect. ad materiam foriudicationis reſol.* 20. negatiuè reſoluens, attenta Regni *Conſtit. Pœnam eorum*, qua efficitur ſeruus pœnæ, ex *Andr. in Conſtit, foriudicatorum bona, in princ.* & ibi *Afflict. col.* 4. 2. *notab. Franch. deciſ.* 101. *num.* 131. & dixit *de Medicis conſ.* 69. perpendens, quòd
9 vita naturalis, quæ remanet poſt foriudicationem, non eſt vita relaxata poſt ſententiam, condemnationis tempore; ſicuti in condemnato ad Metallum; ſed eſt vita quæ de facto, & non de iure remanet; adeò quòd neque
10 teſtamentum condere poſſe, deciſum recenſet *Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol. cap.* 332. *num.* 6. quod ſcitum refert etiam *Staiban. Iun. in addit. ad Patrunum conſ.* 63. Id quod inter mortem naturalẽ, & ciuilem examinant ex modernioribus *Præſul Maranta tom.* 5. *reſponſ.* 25. *Præſ. Merlin. controu. forenſ.* 21. *nu.* 33. *cent.* 2. *Conſil. Prat. obſer.* 41. diſpungens *Berlicch. pract. concluſ. lib.* 3. *concluſ.* 8. *num.* 3. *Luc. ad cit. deciſ. de Franch.* 102. 218. & 501. *D. Roſa ad Conſuet. in §. ſed ſi morienti, verſ. Ita quòd ſi inter nu.* 600. *in fin.* memor mei *in Rit.* 220. & de perpetuò ad Triremes condemnatis, ſermonem habent *Maſtrill. dec.* 167. *num.* 17. *Caſtill. deciſ.* 37. ac *Reg. Capyc. Latro conſult.* 6. *ex num.* 194. & quid extra locum banni? tangit *Auus meus ad Gramm. deciſ.* 85. *num.* 13. ex *Beroo conſ.* 18. *n.* 10. Verùm condito ab
11 ipſis teſtamento, ſi fuerit gratiatus, teſtamẽtum reconualeſcere, pro indubitato incidentèr habuimus Iuris articulum in S. C. in cauſa hæredum V. I. D. Andreæ de Patre, cum Barone Io: Vincentio Quintij, & fratribus, coràm D. Conſiliario D. Nicolao Planelli, in Banca de Neapoli, ex peregrino *text. in l. ſi quis filio, §. penul. ff. de iniuſt. & rupt. teſtam. Farinac. quæſt.* 102. *nu.* 95. *Scialoya de foriudic. cap.* 15. *num.* 8. An
12 verò reſtituti obſtringantur ſoluere debita; negatiuè ſcribunt *Addit. ad Bart. in l. penul. C. de ſent. paſſ. & ad Iaſon. in §. fin. num.* 22. *Inſtit. de act.* niſi etiam ſint reſtituti ad bona, vt notat *Auus meus ad Gramm. cit. dec.* 85. *n.* 13.
13 Numuè præteriti rumpant teſtamentum? idem *Auus meus* tangit *ad eumdem Gramm. deciſ.* 57. *ſub num.* 4. & an recuperent bona proximioribus quæſita? *Reg. de Marin. quotid. reſol. lib.* 1. *cap.* 46. *nu.* 15. *& cap.* 185. *nu.* 2. *Danz. ad Gramm. deciſ.* 4. *ex n.* 53. *& de pugn. DD. lib.* 2. *tit. de foriudic. cap.* 1. *ex nu.* 5.

Illud verò, quod hoc in *Ritu* diſpo-
14 nitur ibi: *Nihil recipiatur*, alitèr hodie contingit, vigore *Pragm.* 38. §. 43. *de offic. Magiſtr. Iuſt.* & ex *Garauit.* obſervat *Tap. lib.* 3. *Iur. Regn. ſuper hoc Rit. tit. de purgat. contum. pag.* 91. & ſiue præſentet ſe quis Curia ſedente, ſiue de ſero, ſemper ſoluit grana decem; de qua comparitione de ſero, ſcribit *Galter. in prax. inſtrum.* 2. *p.* 3. *part. princip. ex num.* 4. & vtinam nè amplior pecunia inibi expreſſa, tùm in iſto, tùm in alijs mẽtionatis caſibus exigeretur! norunt omnes pauperrimi litigantes, dũ alienum illi iurgium ſuam faciunt prædam, & tanquàm Leones in luſtro illam diripiunt (pace tamen bonorum dixerim) *de Rubeis certam.* 9. *n.* 125. *O bone Deus*, dicebat *Amaya ad l.* 34. *C. de Decur. lib.* 10. *quanta in illis nequitia, quantum in homines, quantus in pecunia amor*; potiſſimùm Actuarij, atque Scribæ, in criminalibus, qui ſunt cauſarum Domini. In eorum manu ſtat

in-

inquisitio, & ab eorum calamo dependet accusatio, ac excusatio, sic exclamante *Bouadill. lib. 3. politic. cap. 15. nu. 46.* Hinc lepidè Episcopus *Symancas* dicebat: *Hagami Amigo el processo, y sentencielo quien quisiere*, quem refert *Danz. tom. 2. de pugn. D. D. tit. de corpor. delict. cap. 2. in fin.* Vnde totum robur ex illis dependere, aduertit *Symancas in tract. de Republ. lib. 7. cap. 3. num. 3. pag. 413.*

Vellem idcircò, vt & ipsi quoque
15 Actuarij cognoscerent, ac respicerent, & facerent quidem, si certò crederent, se teneri propterea grauiorem exactam quantitatem restituere, ex sententia *Fratris Gregorij Capuccini in suo Enchirid. Eccl. rubr. de peccatis, vers. Ista concessio, fol. mihi 65.* necnon *Molinæ* alios multos coaceruantis idem affirmantes, ac communitèr omnes admittere dicētis in *tract. de Iust. & Iure, tom. 1. tract. 2. disp. 83.* nihil eis opitu-
16 lante spontanea remissione à parte facta, nisi post actualem remissionem, vt docet *Marchisell. quæst. 116. num. 4.* quem laudat *Reg. Rouit. in pragm. 36. num. 3. de offic. Magist. Iustit.* ad instàr solutionis, iuxtà *text. in l. solutam, ff. de solut.* dicentem, solutam pecuniam intelligimus vtique naturalitèr, si numerata sit creditori. Carpit autem acerrimè hanc *Reg. Rouit.* sententiam *Io: Bapt. Mucci ad decis. 45. Reg. Sanfelic. nu. 13. vers. Vt autem, lib. 1.* dicens, *Rouitum* in hoc errasse, erroresque huiusmodi sæpissimè contingere Iurisconsultis, quando agunt de Theologicis, & casibus conscientiæ, quasi Iurisprudentia non sit Diuinarum, atq; humanarum rerum notitia, iusti, atq; iniusti scientia, vt ait *Imperator in Inst. de iustit. & iur. in princ.* quasi Ius saltèm Canoni-
17 cum non agat de hijs, quæ ad salutem æternam dirigant. Iurisconsulti sunt, qui in vtroque, Cæsareo nempè, ac Pontificio Iure versati, vtriusque lauream adepti sunt; Cæsarei tanquàm habentis pro fine bonum politicum, publicamque corporis tranquillitatem promouentis; Pontificij tanquàm ad bonum animæ, perenniaq; Cœli gaudia dirigentis.

Non mittit igitùr falcem in alienam messem I. C. de re animæ, maximèq; de restitutione differens. Itaq; certum omninò esse, ait *Muce. loc. cit.* per spontaneam remissionem, etiam quoq; ante actualem restitutionem, cessare restituendi obligationem, quasi diceret, per spontaneam remissionem donationem intercessisse, quandoquidem nullus alius hic dari potest contractus, cuius titulo licitè res à dante in accipientem migret. At non potest dici, adfuisse hic ab initio, quando litigans dedit, donandi animus, quia ad tollendum restituendi onus, fuisset necessaria subsequens spontanea remissio; tunc
18 enim donatio est, quando *dat aliquis, ea mente, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti*, ait *Iulian. in l. 1. ff. de donat.* Dicendum igitùr est, tunc donationem insurrexisse; quādo spontanea remissio subsecuta est. Duo hic opitulantur opinioni Reg. Rouiti. Primum quia non facilè credendum est, creditoris remissionem esse spontaneam, tùm quia timore aliquo, vel fraude impelli potuit litigans ad remittendum; tùm etiam quia fortasse dicit donare, quod minimè potest, nisi ægrè, repetere. Alterum quia deest,
19 dandi, vel non dandi libertas, in qua donationis essentia consistit, *l. 1. in princ. ff. de donat.* ibi: *Propter nullam aliam causam, quàm vt liberalitatem, & munificentiam exerceat.* Faciliùs fit remissio, quàm donatio. Remittis enim quod non habes: donas, quod habes; remissio pecuniæ debitæ fit verbis, quæ sensum non mouent; *donatio* præsentis mox tradendæ, quæ intimè angit. Itaque non abs re dixerit *Reg. Rouit.* requiri, vt libertas hæc illucescat actualem traditionem, si enim post redhibitam pecuniam, *seclusoq;* timore litis, aùt spe vlla Actuarijs, vel Scribis donet litigans, vtiquè donatio erit suis numeris absoluta, certaque animi libertate, ac liberalitate proficiscens? & propterea qui affirmant,
20 non requiri, præsentem esse pecuniam, vt remissio validè fiat, vt dicunt *Caiet.*

verb.

Digitized by Google

verb. restitutio, Tolet. lib. 5. cap. 25. vers. Quarta, sub n. 2. Lessius lib. 2. cap. 16. sub num. 35. Card. de Lugo de iustit. & iur. tom. 1. disp. 21. n. 46. cœterique, & fauet *text. in l. si rem. §. omnis, ff. de pignorat. act.* ibi: *Satisfactum autem accipimus, quemadmodum voluit Creditor, licèt non sit solutum,* idem probatur in *l. Item liberatur, in princip. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* coarctant, si ipse debitor minime suspicetur, ideò illum remisisse, quia pecuniam præsentaneam non vidit.

RITVS CCCVII.

ITem, quòd pro præsentatione instrumenti, & prima citatione, quæ fit super tenore instrumenti, nihil exigatur, nec recipiatur; sed pro interloquutoria soluantur grana decem.

SVMMARIVM.

1 *Huius* Ritus *dispositio immutata fuit per* Pragm. 5. de Actuar.
2 *Recensentur hoc circà nonnulla rationes; quæ tamen minime tuta arbitrantur.*
3 *Principis placitũ habet legis vigorem.*

1 EAdem Ritus statuit, vt nihil prorsùs exigatur pro præsentatione instrumenti, & prima citatione super illius tenore; sed pro interloquutoria dũtaxàt grana decem. Hoc tamen immutatum fuisse per *Prag. 5. de Actuar.* aduertit *Caranz.* notans, quòd Actuarij quoniam omnia vsurpant, multoties exigunt grana decem pro quolibet ex dictis casibus, & sic faciunt quando sunt plures inquisiti, quia vnum decretum solui debet, R. *Ros. in prag. 38. num. 5. de offic. Iustit.* prout de Tubicta vocante plures in citatione contentos. Quique *Caranz.* hanc rationem non adiungat; Ita tamen opinor, eam fuisse, quia deinde 2 exceptum est vendi Bancas Actuariorum, quamirùm si aucta fuit pandecta. Altera præterea adducitur ratio, quòd pretia rerum creuerunt, itidem & laborum decebat augere: qua porrò ratione vtens *Pragm. 2. de salar.* auxit salarium Vasallis suis animalibus deferẽtibus Baronum bona, de quo scribit *Anus meus ad Gramm. decis. 67. ex n. 7.* Verùm rationem istam, haud tutam arbitror, quia Actuarij eorum emunt officium, debent propterea ab emptione cauere, quando salarium non est sufficiens; & simile de Vasallis, non opitulatur, quia coacti deferunt; illi autem sponte emunt. Validior itaque ratio fuit Prin- 3 cipis placitum, quod legis habet vigorem, *§. sed quod Principi, Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. ff. de constit. pecun.* imò iusta ratione adductum, Iura præsumunt.

RITVS CCCVIII.

ITem, pro syndicatione omnium Officialium Ciuitatis Neapolitanæ, interſint duo Syndici eligendi per Vniuersitatem, & homines Ciuitatis Neapolis.

SVMMARIVM.

1 *Officiales temporanei, postquàm deposuerint officium, & antequàm excedant à loco administrationis, syndicatui se subijcere obstringuntur.*
2 *Magistratus perpetui, etsi syndicatui non sint obnoxij; visitationi tamèn subijciuntur.*
3 *Officiales temporanei, vt obito munere, syndicentur, prouisum primò fuit à Iure Communi.*
4 *Syndicatio de gestis eorum, qui Magistratus munere funguntur, euehit Rempublicam certè ad summam trã-*

quil-

quillitatis fastigium.

5 Leges tàm Ciuiles, quàm Canonicæ, ius syndicandi Officiales sanxerunt.

6 Mos visitandi Tribunalia, ac Magistratus perpetuos, à quo fuit introductus.

7 Visitatio Magistratuum in Regnis vtriusque Siciliæ, ac in Ducatu Mediolani, singulis ferè vicenis annis fieri solet.

8 Rex tantùm eligere potest Visitatorem Generalem, & eius electio est de reseruatis Principi.

9 Ius visitandi non censetur concessum Proregibus per clausulam: Alter nos.

10 Princeps solus est Iudex Senatorum.

11 Cura syndicandi Officiales temporaneos, alijs demandatur de Iure Ciuili, & in Regno ius syndicandi Regentem, ac Iudices M. C. V. demandata est Electis huius Ciuitatis.

12 Capitula, & Gratiæ concessæ huic Ciuitati sunt in viridi obseruantia.

13 Visitatio perpetuorum Officialium ad solius Principis cognitionem reseruata est.

14 Visitator à Rege electus potest iustis ex causis recusari.

15 Recusatio Iudicis suspecti est species defensionis.

16 Periculosum est, coràm suspecto Iudice litigare.

17 Principibus cordi est, vt sine suspicione lites procedant.

18 Inimicis non est credendum.

19 Nemo est, quamuis integerrimus, qui tutus sit, & immunis ab odio persequentium.

20 Rector Prouincia tenetur certiorem reddere Regem de Magistratuum virtutibus, vt honoribus extollantur.

21 Visitatio, vt affabrè fiat, triplici manu: nempè Rectoris Prouincia, Visitatoris, & Regis, construi debet.

22 Rectoris partes sunt, referre, & relatio sat est extraindicialis sine iuramento.

23 Relatio huiusmodi fieri debet cum omnibus circumstantijs, & qualitatibus.

24 Odium semper præsumitur inter Iudicem, & inquisitum.

25 Subornatio ex quo consueta est in Regno Neapolis, licitum est Iudici transgredi Iura circà testium fidem.

26 Iudex scrutari tenetur conditionem, & qualitatem testium.

27 Rectitudo in procedendo sæpè sæpiùs calumnias patitur.

28 Fama multum in vtramque partem crebrò mentitur.

29 Quinis potest de quolibet turpem rumorem proferre sine radice veritatis.

30 Tempus relinquendum est rumoribus, quo senescant.

31 Visitatoris partes sunt, testes examinare, & processum instruere.

32 Processus per ipsum Visitatorem instructus transmittendus est ad Regem, qui illius cognitionem, Supremo alicui Consilio demandabit.

33 Appellatio, neque pronocatio datur à decretis Visitatoris.

34 Visitator corrigere, ac moderare potest sua decreta, antequàm Regi referas.

35 Princeps licèt aliqua ex causa coarctare posse defensiones; nequit, tamen sinere, vt innocens iniustè damnetur.

36 Pronocatio à decretis absolutorijs Visitatoris non est concedenda, nisi maxima causa ad id impelleret.

37 Recursus denegatur Fisco aduersùs absolutionem.

38 Pœnæ omnes in iudicio visitationis arbitrariæ sunt.

39 Reus cum vltrà leges in modo procedendi oneratur; vltrà leges etiam aliquo onere releuandus est in ferendis pœnis.

40 Proregis, ac Visitatoris officia, relatione peracta, & processu absoluto, conquiescunt.

41 Visitator nullam habet potestatem in sententiando causas; sed dumtaxàt potestatem instruendi processus.

42 Visitator valet citare testes, cogere renuentes, & plectere falsa deponentes.

43 Visitator potest concedere securitatem testibus, vt accedant ad testimonium perhibendum.

44 Visitator, congregatis Ciuitatis Tribunalibus coràm Domino Prorege, sua commissionis literas ostendere tenetur, & postmodum eligere debet locum, in quo ius dicere vult.

45 In-

Digitized by Google

45 *Index, cui non est locus, vbi ius reddat, oportet vt locum statuat.*

46 *Visitator, publico edicto, præfigere debet terminum volentibus accusare Magistratus.*

47 *Querelantes non sunt audiendi post elapsum terminum præfixum.*

48 *Actio accusandi Magistratus, termino elapso, præscripta censetur.*

49 *Iudicium visitationis dirigitur in personas, de quibus fit mentio in commissione.*

50 *Visitatoris potestas à commissionis serie dependet.*

51 *Prorex inter Regnorum officia omnium habet Supremum.*

52 *Exercens aliena negotia, muneris rationem reddere tenentur.*

53 *Pro-Rex dicitur alter Rex, omniaque potest, qua Rex, & eiusdem Regis fruitur prærogatiuis.*

54 *Pro-Rex non est obnoxius visitationis censuræ.*

55 *Regentes Regiam Cancellariam cùr appellentur Consiliarij à latere?*

56 *Munus Tribuni Celerum, Magistrique Equitum quodnàm fuerit apùd Quirites?*

57 *Regium Collaterale Consilium fungitur vice Præfecti Prætorio.*

58 *Regentes cùr dicantur regere Regiam Cancellariam?*

59 *Regentes ex quibus criminibus subsint Visitatori? & an in eos detur actio rei malè indicatæ?*

60 *Ratio hoc circà ab alijs adducta, Auctori non arridet.*

61 *Ratio altera idcircò redditur ab Auctore.*

62 *Causæ omnes, quæ in Tribunalibus decisæ sunt, vnius studio minimè subuertendæ veniunt.*

63 *Magistratus queant nè conueniri actione rei malè indicatæ in Collegio?*

64 *Barones dicuntur Regij Officiales, & antiquitùs visitationis aleam subibant.*

65 *Barones huius Regni olim erant perpetui Gubernatores tantùm, & Capitanei.*

66 *Alphonsus I. Rex contulit eisdem Baronibus omnimodam cum mero, & mixto Imperio potestatem.*

67 *Carolus V. Imperator decreuit duos Consiliarios, qui subditorum grauaminibus consulerent in Barones.*

68 *Mos, vt Barones subsint visitationi, superfluus est, cum adsit Pro-Rex.*

69 D. Regens Danesius Casati, *cum esset conatus visitationem exercere in Barones huius Regni; hoc vetuerunt Regales literæ.*

70 *Magistratus, qui depositò cingulo syndicatus fuit, an possit denuò apùd Visitatorem Generalem accusari?*

71 *Tempus peremptorium est exclusiuum iuris agentis.*

72 *Quarendum minime est sæpiùs de eiusdem hominis admisso.*

73 *Facultas inquirendi in Magistratus patet Fisco, etiam post redditum syndicatum, de Iure Regni.*

74 *Magistratus perperàm agens in suo munere, duobus infligit iniuriam, Reipublicæ nempè, ac priuatis.*

75 *Iurisdictio Syndicatoribus non censetur concessa priuatinè, nec Princeps valet eam priuatiuè transferre.*

76 *Absurdum est, quem de ijsdem criminibus iterùm postulari.*

77 Pragm. 1. de syndicat. Official. *enucleatur.*

78 *Præfata* Pragm. 1. *non corrigit dispositionem* Cap. Regn. Statuimus, quòd tàm Iustitiarij.

79 *Occurritur Magistratibus conquerentibus, quòd duplici trutina eorum gesta pensanda sint, altera syndicatus, inquisitionis altera.*

80 *Martiana, ac Licinia Virgines Vestales, primò absolutæ, deindè fuerunt damnatæ.*

81 *Rationales Regia Camera Summaria an visitationis iudicio subsint?*

82 *Pro-Rex nùm habeat potestatem cognoscendi de Officialibus, de Iure communi.*

83 *Discrimen adest inter Pro-Regem, & Præfectum Prætorio.*

84 *Præfectus Prætorio quam potestatem habeat in Officiales.*

85 *Pro-Rex potest dumtaxàt Regem consulere de Officialium excessibus.*

86 *Rationales Regia Camera nùm sint Officiales?*

Digitized by Google

87 *Causa Rationalium Regiæ Cameræ ad Fiscum pertinent.*

88 *Rationales Regiæ Camera hodiè diuersi sunt à Procuratoribus Cæsaris.*

89 *Rationales Regiæ Cameræ sunt pars integralis eiusdem Regiæ Cameræ, vbi votant, & allegandi sunt suspecti ad instàr aliorum Officialium.*

90 *Rationales Regiæ Cameræ licèt pluribus fruantur prærogatiuis; non tamèn sunt Summi Magistratus.*

91 *Visitatoris partes priores sunt in cognoscendo Rationales.*

92 *Rationales Regiæ Cameræ nùm coràm Visitatore molestare possint ob exactionem chrystallorum, & derictuum declaratoriarum.*

93 *Auditor Generalis Exercitus visitationis iudicio subest.*

94 *Vicarius Episcopi non paret syndicatui.*

95 *Commissarius Campaneæ subijcitur iudicio visitationis.*

96 *Militia Ministri, Classiumque Præfecti coercentur visitatione, si dolum adhibeant.*

97 *Dolus in Viro Nobili, ac Generis claritate conspicuo, non præsumitur.*

98 *Laudabiles mores ante acta vita elidunt præsumptiones in oppositum.*

99 *Militiæ Præfecti non tenentur stare syndicatui de insperatis prælij euentibus.*

100 *Belli ulea dubia est, & res non semper accidunt ex sententia.*

101 *Dux vno tempore, eo apparatu, ac auxiliorum concursu potitur hostium spolijs; alio verò tempore, eodem apparatu, & auxiliorum concursu, impudentèr fugam arripit, vel occumbit.*

102 *Victoria nulla arguere seriò potest ex rectè instructo exercitu, Militumque numero, & callido Duce.*

103 *Præcepta certa præscribi Bellaturo non possunt.*

104 *Dux decertans si data præcepta prudentèr negliget, licèt vincatur, minime plectendus est.*

105 *Messana Ciuitas quo tempore defecit à nostro Inuictissimo Monarcha?*

106 Opusculum de Regimine Principum, *esse* Diui Thomæ Doctoris Angelici, *non verò* Thomæ Doctoris Anglici, *lucubrationem ostenditur.*

107 *Messana Ciuitas paulò post eiecit Gallos, ad quos defecerat.*

108 *Gens Austriaca iugitèr Orthodoxæ Fidei adlaborat; & adducuntur quædam Anagrammata de cultu Austriacæ Domus ergà Augustissimum Sacramentum.*

109 *Id quod Summus Pontifex Gregorius XIII. Orbi significauit.*

110 *Austriaca Familia à Deo, & Natura insignibus donis decoratur; & intrà modicum temporis spatium toti Christiano Orbi, vel Reges dedit, vel Reginas.*

111 *Ex Austriacis nemo vnquàm extitit Tyrannus.*

112 *Vienna nouissimè à Turcis obsessa; sed Austriaca Domus eam in libertatem vindicauit, abrepto Turcico vexillo.*

113 *Messana Ciuitas à nostro Rege veniam exorauit.*

114 *Actiones pœnales nùm transeant in Officialium hæredes?*

115 *Accusator desistens ab incœpto propter mortem Rei, non coercetur S.C. Tertulliano; & quando locus sit huiusmodi S. C.*

116 *Visitatio Magistratuum inuenta in fauore publico, & singulorum.*

117 *Pœna pecuniaria in priuatis criminibus transit in hæredem insolidum, quando lis cum defuncto incœpta fuit.*

118 *Iudicium per litis contestationem accipitur.*

119 *Hæres, etiam lite non contestata, semper tenetur de eo, si quoid ad ipsum peruenit ex delicto defuncti.*

120 *Hæres Magistratus quòd teneatur post litis contestationem cum defuncto, peculiaritèr statutum est in visitationis iudicio.*

121 *Pœna pecuniaria ad hoc, vt publicis in iudicijs transeat in hæredem, non tantùm requiritur litis contestatio; sed etiam sententiæ prolatio ante accusati obitum.*

122 *Pœna constituta est in hominum emendationem.*

123 *Per sententiam quasi contrahitur inter partes.*

124 Pa-

Digitized by Google

124 Paria sunt, sententiam esse prolatam, ac Reum esse confessum, vel conuictũ.

125 Pœna pecuniaria an transeat in hæredem, si Reus publici iudicij decesserit post latam sententiam, sed eam per appellationem suspensam?

126 Pœna pecuniaria quando expressè, & principaliter imponitur, tunc tot esse videntur sententiæ, quot capitula.

127 Pœna pecuniaria quando tacitè, & quando expressè apposita censeatur?

128 Iudicia publica, ex quibus etiam ante condemnationem sequutam, pecuniaria pœna in hæredem transit, quæ nam sint?

129 Discrimen affertur, cur in priuatis iudicijs ad hoc, vt pœna transeat in hæredem, satis sit sola litis contestatio, & in publicis requiratur sententia prolatio?

130 In publicis iudicijs, vt pœna transeat in hæredem, non requiritur condemnatio sequuta, si pœna imposita fuisset cum clausula ipso iure.

131 Opinio aientium, non requiri sententiam, qua declaretur, commissum fuisse crimen, vt quis incurrat pœnam ipso iure impositam, refellitur.

132 Pœna imponitur ob delictum, & ad illud relationem habet. Hinc priuatus ipso iure, si amoueatur ante quàm probatum sit crimen, & declaratum per sententiam hominis, agere potest spolio.

133 Pœna certitudo pro tali crimine habetur in Iure, & tantùm in facto deest certitudo criminis pro tali pœna.

134 II. CC. aientes, pœnam ipso iure impositam posse absque alia hominis declaratione exigi, qualiter intelligendi sint?

135 Notorium habet vim sententiæ, & rei iudicatæ.

136 Hæres Officialis accusati instare valet, vt declaretur, defunctum non deliquisse.

137 Hæres Magistratus coràm quo Iudice conueniendus sit in casibus, in quibus obligatio in ipsum transit?

138 Hæres conuenitur coràm Visitatore, quando iudicium cœptum fuit cum defuncto.

139 Iudicium quando cœptum dicatur in visitationis iudicio?

140 Iudicium cum non fuit cœptum, eo casu variant DD. quorum sententiæ recensentur.

141 Auctor autem non discedit à regula text. in l. hæres absens, ff. de iudic.

142 Forma iudicij cum hærede Magistratus debet esse ordinaria.

143 Præsertim in publicis iudicijs.

144 Memorantur nuperrimæ Regiæ Literæ, quibus mandatum fuit Visitatori, vt cum hæredibus Magistratuum procedat ordinarij iudicij tramite.

145 Magistratus an in visitatione teneantur de patratis ab illorum vxoribus, filijs, ac famulis.

146 Filius est vnus cum patre. Vxor quoque est cum Viro vna caro, & corpus; ad quod recensentur plura notabilia.

147 Officialis officium consequens, & acceptans, quasi contrahit cum Rege.

148 Error, & factum vnius quando alteri imputetur? & quando maritus pro mercatura vxoris obligetur?

149 Vxor Officialis si surripiat, num eius maritus furti actione propter suam culpam conueniri valeat?

150 Lex, quamuis dura, seruanda est. Obstringimur nos esse circumspectos non solùm in operibus proprijs; verùm etiam in illis Vxoris, filiorum, & famulorum.

151 Officiales oportet, vt sint omnium virtutum ornamentum, & tales etiam se ostendere debent.

152 Mariti sedulò aduertere debent, nè fœmina modum excedant. Idem dicitur de Dominis, qui animaduertere debent in famulos, & domesticos, vt bona conditionis sint, & famæ.

153 Officialis tenetur in visitatione ex causa sui Adiutoris studij, qui propterea effugere debet familiaritatem, nimiamq; adhærentiam cum omnibus.

154 A Secretis D. Proregis non sunt obnoxij visitationi.

155 Ignorantia quibus in casibus non excusat? & quãdo scientia præsumatur?

156 Scientia coniecturis probatur.

157 Familiares exhibentes in casibus adductis immunes sunt à pœna.

158 *Visitatoris iurisdictio prorogari non valet, licèt aliàs iurisdictio criminalis regularitèr prorogari possit.*

159 *Iurisdictio delegata, qualis est illa Visitatoris, ad alias personas in rescripto non expressas, etiam partibus annuentibus, extendi non valet.*

160 *Princeps roborare valet processus ex iurisdictionis defectu claudicantes, & quando?*

161 *Princeps supplere nequit defectum ex iure naturæ descendentem.*

162 *Personæ sunt rebus digniores.*

163 *In Magistratu considerari possunt dolus, lata, levis, & leuissima culpa; & quæ sint? remissiuè.*

164 *Magistratus non tenetur de leuissima culpa, etiam si ciuilitèr ageretur.*

165 *Magistratus de leui obstringitur ciuilitèr ad damna, & interesse pro modo culpæ, in quantum ea de re æquum religioni Iudicantis visum fuerit, & quid sit, teneri in quantum æquum religioni Iudicantis visum fuerit?*

166 *Procurator Cæsaris vt ex leui non teneatur ad interesse pro modo culpæ, placuit nonnullis.*

167 *Sed contrarium suadetur ex pluribus.*

168 *Curator ex leui tenetur ad totale interesse, cum conueniatur ex quasi contractu.*

169 *Curatores non sunt Magistratus.*

170 *Magistratus de lata culpa, & dolo tenetur ad damna, atq; interesse insolidum; & contrà eum agi potest criminalitèr.*

171 *Iudex oportet, vt duos habeat sales, scientia nimirùm, & conscientia.*

172 *Error Iudicis in sententia ex titubatione est leuissima culpa; & error ex crassa ignorantia est lata culpa, vbi alia ad materiam.*

173 *In dubio potiùs præsumitur lata culpa, quàm dolus.*

174 *Praxis seruat, quòd Magistratus syndicetur tantùm de dolo, & lata culpa.*

175 *Delictum ab Officiali commissum tunc est materia visitationis, cum commissum est in officio, non verò extrà.*

176 *Officialis sub duplici formalitate consideratur: nempè duplici persona fungitur, publica, & priuata.*

177 *Delictum patratum in officio quando dici possit?*

178 *Delictum in dubio non dicitur in officio patratum, vt in ambiguis maius delictum excludatur.*

179 *Magistratus in ea, quam administrat Prouincia, nùm emere possit immobilia? & an indistinctè intelligatur, tàm de perpetuo, quàm de temporaneo?*

180 *Magistratus, præsertim de Iure Regni, non valet donationes accipere; sed secus est in donationibus ex vltimis voluntatibus.*

181 *Magistratus vxorem ducere, vel natas collocare non valent, non obtenta Principis venia.*

182 *Magistratus, qui sunt Barones, recipere valent donationes ab ipsorum Vniuersitatibus.*

183 *Baro est primus Ciuis, & tanquàm Ciuis Iudex esse non potest.*

184 *Vniuersitas ex Camera reseruata sit immunis ab onere hospitandi Milites, & contribuendi in pecunia.*

185 *Magistratui interdicitur, mercaturam exercere, de Iure Regni Neapolis; licèt de Iure Cæsario minime prohibitum legatur.*

186 *Iura Municipalia mercaturam Officialibus vetantia qualitèr procedant.*

187 *An comprehendant DD. Consiliarios iurisdictionem ordinariam non habentes?*

188 *Acta facta coràm Consiliarijs, non apparente causa delegatione, an sint valida?*

189 *Mandatum Procuratori datum ad vendendum, intelligitur iusto pretio; & Procurator absque indiuiduali mandato agere non valet id, per quod Dominus pœnam incurreret.*

190 *Neque sufficit mandatum generale, etiam cum libera: maximè non concurrente principalis notitia.*

191 *Ratio traditur, cùr vetita sit quibusuis Officialibus mercatura, & memoratur lex Tibanorum, qua illis vetuit, eum, qui decem annis à commercijs non abstinuisset, ad gubernationem non promoueri.*

192 *Regij Consiliarij sunt Iudices ordinarij, & ante commissionem causarum, ha-*

Digitized by Google

habent ordinariam iurisdictionem habitu.

193 Officialis sua colens rura, suosque vendens fructus, non dicitur mercaturam exercere.

194 Clericus potest vendere fructus ex propriis territoriis recollectos.

195 Baro vendens fructus feudi, non dicitur exercere mercaturam.

196 Baro per feudum acquirit Nobilitatem; sed an idem sit in tenente feudum à Barone? & an vendito feudo Nobilitas semel quæsita retineatur?

197 Mercatura à Nobilibus exercetur in pluribus locis.

198 Mercatura quanàm sit, qua inter ignobiles exercetur?

199 Officialibus vetitum est in Regno, petere officia à Baronibus.

200 Sed hoc comprimitur in nominationibus, quæ Proregi fiunt, vt ex tribus propositis eligat, quem maluerit, ad munus.

201 Visitator procedere potest contrà Officialem, qui pecunia mediante officium obtinuit.

202 Conatus dandi pecuniam pro consequendo officio punibilis est, saltim pœna extraordinaria, si ad actum proximum deuentum fuerit.

203 Magistratus si reperiatur locupletatus plusquàm permiserint stipendia, nùm ex hoc habeatur valida coniectura extorsionis.

204 Magistratus curare debet, vt nunquàm suo muneri desit, nec immoderatè genio indulgeat, aùt ludis vacet.

205 Ludum quando licitum sit.

206 Magistratus an sit permissum operam nauare Musicæ? & an æquè bene suo officio incumbere possit?

207 Musica vilis, & illicita est habita à Iurisconsultis, cum turpem causam contineat.

208 Plura in ipsius Musicæ cõmendationem adducuntur, & qui primus eam introduxit Neapolim, recensetur.

209 Officialis legens Scholaribus, an inquiri possit?

210 Probationes quanàm requirantur ad probanda Magistratuum delicta? indicatur discrimen cum actio ciuiliter, vel criminaliter dirigitur.

211 Suspensio, quæ Magistratui infligitur, duplici modo irrogatur.

212 Iudicium aliud est summarium, aliud verò plenarium, in iudicio visitationis.

213 Probationes quanàm requirantur in iudicio summario? & qualiter in eo audiri debeat inquisitus?

214 Probationes nitidissimæ requiruntur in iudicio plenario veritatis delicti: cum agatur de honore, qui vitæ exequatur, imò ipsi vitæ antefertur.

215 Testes singulares an probent in Magistratum? recensentur contrariæ sententiæ.

216 Indicia, & præsumptiones contrà Magistratum non admittuntur, etiam si versemur in delictis difficilis probationis; & quid si adsit fuga Magistratus.

217 Nec recipiuntur noui testes super meritis causæ principalis, vel sententijs latis.

218 Quò verò ad huiusmodi probationes quid statutum sit de Iure Regni?

219 Quæ sint perpendenda quò ad testes?

220 Testimonium inimici nullam fidem facit contrà Officialem; & qui in hac thesi dicuntur inimici.

221 Amicus inimici mei, est meus inimicus, & proinde à testificando, & accusando repellitur.

222 Commensalis cum parte litigante dicitur inimicus, & familiaritas maior est in cibo, quàm in colloquio.

223 Decoctores, seù falliti repelluntur à testimonio.

224 Indurati, vel guidati testimonium ferre non valent; prout nec Mediami, seù Proxenetæ; & quanta fides habenda sit Proxenetis? Iudicis arbitrio remittitur.

225 Administratores mittentes homines ad Curiam pro aliquibus leuibus rebus, expensis Ciuitatis, qui sua deinde tractant negotia, non sunt immunes à pœna peculatus.

226 Depositio testium carceratorum præsumitur extorta per vim.

227 Visitatores non debet deterrere testium multitudo ad probandũ crimen; & quid

& quid agere debeat?

228 *Nec minus debet perterrere, si testium depositiones sint aliquando verisimiles; & quid sit verisimilitudo? quantumque valeat? & num transferat onus probandi contrarium in aduersarium?*

229 Philippus II. Hispaniarum Rex *in visitatione ipsemet testes subijciebat examini.*

230 *Visitatores cum testes examinant, vel repetunt, vnicam, non alteram quoque impendere debent diem. Numuè laudandus sit modus, quo vtuntur Visitatores Generales, vt testium nomina non publicent visitandis.*

231 *Visitatores debent in scriptis referre depositiones testium, tàm prò, quàm contrà Officialem; & etiam ex officio tenentur, Rei innocentiam indagare.*

232 *Fama bona, vel mala Officialis qualitèr probanda sit? & an Visitatoribus alitèr assentientibus fides præstanda sit?*

233 *Fama à quibus hominibus ortum habere debeat, & qualis esse oporteat, vt operetur?*

234 *Barattaria nùm probetur per libros Bancheriorum, aùt Communitatum?*

235 *Iudex in syndicatu immunis est à pœna, existente probationum paritate.*

236 *Probatio, de qua in* Pragm. 4. de munerib. *non extenditur ad probanda munera familiæ Officialis.*

237 *Officialis an valeat recipere pecuniam à parte pro gratia per ipsum impetrata.*

238 *Officiali an vetitum sit agere commendationes, vel per literas commendatitias? vbi plura ad materiam.*

239 *Officiales habitare valent in Suburbijs, prout in Ciuitate. Et appellatione Ciuitatis veniunt Suburbia in fauorabilibus.*

240 *Iudices in terris vices gerunt Supremi Vindicis.*

241 *Homines de Burgo interuenire debent in impositione vectigalium facienda per Ciuitatem.*

242 *Homines de Burgo tanquàm Ciues habentur, & sunt de corpore Ciuitatis.*

243 *Visitator duplici modo procedere potest, vel per inquisitionem generalem, vel ad partium instantiam.*

244 *Inquisitio generalis quandò sit?*

245 *Inquisitio generalis est interdicta; sed in odium Magistratus perperam in munere se gerentis permittitur.*

246 *Sententia an ferri possit ex generali inquisitione? & ibi* Bartoli, *&* Baldi *de hoc dissidium conciliatur.*

247 *In Regno nùm ex generali inquisitione sequi possit sententia.*

248 *Visitator procedere potest ad partium instantiam.*

249 *Pars contrà Magistratum procedere valet, vel ciuiliter, vel criminaliter, vel vtroque modo; & quid inter hæc interfit?*

250 Text. in l. 1. C. quando actio ciuil. præiud. crimin. *enucleatur.*

251 *Actio criminalis, & ciuilis simùl intentari potest aduersùs Magistratum; & ex eodem processu prodire valet sententia damnans ad restitutionem, & ad pœnam.*

252 *Pœna criminalis infligi nequit ex actione ciuiliter tantùm intentata.*

253 *Visitator non debet admittere Accusatores, nisi priùs caueriut de expensis in casu succumbentiæ.*

254 *Accusator non probans libellum, quem contrà aliquem Magistratum exhibuit, grauitèr punitur.*

255 *Ad quod clamant Iura, & quare?*

256 *Magistratus nùm pendente indicio suspendi possit ab officio?*

257 *Anne procedere debeat infamatio apùd graues, & probos Viros?*

258 *Inquisitus quando inter Reos connumeratur.*

259 *Possessio officij retardari non potest ex eo, quòd in electum accusatio de crimine præpararetur, & adducitur recens determinatio facta in contingenti casu.*

260 *Suspensio pro delictis in officio tunc procedit inquisitione pendente, quando probato delicto locus est motioni ab officio.*

261 *Suspensio admittitur, quando subest timor, nè Magistratus terreat testes;*

vel

Digitized by Google

vel si secus, scandalum oriretur; aùt si esset plus quàm nimia delicti atrocitas; vel si præter accusationem præstò essent illati criminis probationes.

262 Suspensus, vel remotus, & demùm ex iustitia reintegratus, an recuperet salarium, & emolumenta?

263 Annè etiam locum præcedendi alijs, quibus primitùs ante remotionem præcedebat?

264 Supplicatio non admittitur à sententia Supremi Consilij, qua pronunciatur in fauorem vnius ex Iudicibus Regijs inuicem de iurisdictione contendentibus.

265 Rex obstringitur iustitiam administrare.

266 Verbum Restituere, ac verbum Reddere quid importent?

267 Restitutio an extendatur ad bona alienata?

268 Rex ad sui libitum concedere potest Officiali facultatem præcedendi, etiam quòd secundùm officij qualitatem præcedere non debeat.

269 Dignitates sunt penès Regem, & ab eo fluunt, & refluunt.

270 Princeps nùm absque causa valeat Magistratum fascibus exuere? arguitur pro affirmatiua.

271 Sed contrarium probatur ex multis.

272 Aientes, licere Principi sine culpa Magistratus exauthorare, refelluntur.

273 Culpa quid sit? quid verò causa? & quid inter vtrumque intersit?

274 Princeps si cui Magistratus codicillos auferat absque culpa, ob solam tamen causam, tenetur alio munere ereptum officium compensare.

275 Id ipsum dicitur de Officialibus iussis ad beneplacitum, nam perpetui censentur.

276 Magistratus propter delictum amouendi, audiri debent, & si aliàs repellantur, iuuari possunt remedio Iuris ordinario, etiam possessorio.

277 In Principe paria sunt, non decere, ac non posse.

278 Leges ex iusta causa reuocari possunt.

279 Mutatio Magistratuum vergit in Reipublicæ detrimentum.

280 Reipublica sicuti suffragatur vetus Officialium peritia; ità nocet recentium imperitia, atque insscitia.

281 Reipublicæ interest, Magistratus potiùs esse perpetuos, quàm temporaneos.

282 Rex licèt absque causa non valeat Officialem amouere; si tamen iusta causa liqueret, potest, etiam citrà iuridicas probationes.

283 Inter maximam, & vltimam fortunam sæpè nihil interest.

284 Rex noster pijssimus exauthoratos Magistratus ob quasdam calumnias, re comperta, ad pristinos restituit honores.

285 Magistratus nimium sunt perditorum persecutionibus obnoxij, potissimùm præditi virtute, quos inuidia ad ima detrudit; & recensentur exempla.

286 Magistratuum conditionem miserrimam esse demonstratur, & plura de calumniatoribus adducuntur.

287 Castellanus nùm valeat ad eius libitum, & absque causa, amouere Sacristam Castri Noui huius Inclytæ Ciuitatis?

288 Collatio Cappellaniæ qualitèr fiat.

289 Ius patronatus vt dicatur fundatus, exquiritur Ordinarij authoritas, quæ si deficiat in fundatione beneficij, illud non beneficium, sed simplex Cappellania dicitur.

290 Cappellania quando est ad Superioris nutum amouibilis, num fieri possit absque causa? & num tunc amoto irrogetur iniuria?

291 Cappellani Maioris iurisdictio à quo tempore ortum habuit, & quomodo prisco tempore vocabatur.

292 Cappellania quando dicatur Ecclesiastica collatiua, & in titulum? & quanàm sit Cappellania merè laica?

293 Præsentatio, & institutio quid importent? & in quo differat Collatio ab Institutione, seù Confirmatione.

294 Beneficium quando ad nutum præsumatur reuocabile.

295 Bullarum expeditio in quibus beneficijs requiratur?

296 Cappellania quando habet annexam curam animarum, non est ad nutum amouibilis?

297 Cap-

Digitized by Google

297 *Cappellanus, cui collata est Cappella, quæ habet annexam Curam animarum, adire debet Episcopum pro commissione dicta Cura.*

298 *Vicarius ad Ecclesiam curatam est perpetuus; & beneficium, quamuis ad nutum reuocabile, ob authoritatem Superioris, qui confirmauit, reuocari non potest ab eo, qui nominauit, vel præsentauit.*

299 *Cappellani Regiarum triremium sunt amouibiles ad nutum earum Generalis, & quare?*

300 *Rex, aut Visitator quomodo se gerere debeat in audiendis delationibus, quæ in Magistratuum fiunt.*

301 *Recipiens, vt det, præsumitur pro se retinuisse.*

302 *Famuli Illustris personæ sunt testes idonei pro ijs, quibus famulantur.*

303 *Officialis num in pœnam inciderit, si adeptus sit officij possessionem absque cedula inuentarij bonorum?*

304 Pragm. 22. de Official. & quæ eis prohib. *an sit vsu recepta, & verè lex dicatur? ac quando ratio vitandi circuitum inutilem procedat?*

305 *Officialis externus, ignarus legis Regni disponentis in re Iure communi non prohibita, num dignus sit excusatione?*

306 *Ordo Regius in volumine Pragmaticarum insertus, & exequutus, dicitur lex. Iudex omnia Regni Iura scire debet.*

307 *Turpis quæstus Officialis an præsumatur? Quid in Prælato, qui quicquid durante Episcopatu lucratur, sua acquirit Ecclesiæ?*

308 *Officialis si non obstiterit Pro-Regi mandanti aliquid repugnans ordinibus Suæ Maiestatis, an pœnam incurrat?*

309 *Depositum penès Iudicem legitimè fieri valet, attento tùm Communi, tùm Regni Iure.*

310 *Iudex non tenetur in syndicatu, cum decreta, tametsi iniusta, sunt reuocabilia, parte instante.*

311 Pragm. 2. & 4. de munerib. *an procedat in Fisci Aduocato?*

312 *Libelli sine authore ablegandi sunt; nec eis adhibenda est fides.*

313 *Delatores Caco comparantur.*

314 *Vir probus ob calumniarum discrimina minime debet Magistratus refugere.*

315 *Authores oppositum defendentes refelluntur.*

316 *Magistratum refugere debent ij tantùm, qui sunt oneri impares; secùs verò Viri fortitudine, & prudentia praditi.*

317 *Calumnia iniusta parant calumniato laudem egregiam.*

318 *A nemine accusatus an sit laude dignior eo, qui accusatus fuit, & se purgauit?*

319 *Ministri dolosas iactationes paruipendere debent: cum Viri boni, dum aduersi conflictantur, surgunt viuidiùs.*

320 *Calumnias audiens calumniarum particeps est; & quantum Calumniatores sint Reipublicæ perniciosi? demonstratur.*

321 *Natalia Officialium, & antecessorum merita rimanda sunt; & ex hoc nonnulli Principes in Reipublicæ rebus Nobilium opera vtebantur.*

322 *Qualitates, & merita habent tantam efficacem præsumptionem, vt excludant omnes calumnias, & siniſtras suspiciones, quæ in contrarium adduci vellent. Vnde pompa propriorum meritorum regale præsidium nuncupatur.*

323 *Ad quod adducitur æquissima Persarum lex, qua cautum erat, vt accusatus non statim condemnaretur, nisi priùs in omnem eius vitam, & famam diligentissimè inquireretur.*

324 *Princeps, & Visitator non debent nimis scrupulosè agere cum Magistratibus. Iudicis considerati proprium est, quærere ignoscendi causas, non puniendi occasiones.*

325 *Visitator non debet præcipitanter, & velo leuato procedere.*

326 *Fama delicatissima res est, ac summa rerum; & res, in qua existimationis periculum vertitur, maturissimè iudicanda est.*

327 *Magistratus quibus virtutibus præditus esse debeat?*

CVM

Digitized by Google

CVM decreuerit in
1 *Ritu CCXCV.* Regina Ioanna Secunda, quòd omnes Officiales, postquàm deposuerint fasces; ante verò, quàm excedant de loco administratę diœceseos, syndicatui subesse obstringantur; offerreque se se teneantur, ante omnium ora pro legum ratione responsuros de ijs, quæ gesserunt, reserata omnibus libera ipsos accusandi copia: vt si, tanquàm promeriti testatem, ius suum cuique tribuerint, possint ad altiora munia promoueri; sin, data ijs administratione perperàm, indignèq; abusi fuerint, meritis, vt par est, subijciantur supplicijs, scribentibus *Simăch. de Republ. lib. 7. cap. 23.* & *Amode. Iusti. de syndic. num. 2.* statuit in præsenti, coràm quibusnàm huiusce Ciuitatis Officiales syndicatus censuram pati debeant.

At verò cum dixerimus in eodem
2 adducto Ritu affatim, abundeque de temporaneorum Officialium syndicatu, captata hinc occasione, præsentem instituere sermonem, operæ pretium duximus, de perpetuorum inquisitione, quam vocitant visitationem.

Nè autem, occlusis Andabatarum more oculis, procedamus, mutuati disponendi methodum à *Iustiniano*, qui *in §. omne autem, Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* inquit: *Omne autem ius, quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones*: primò visitationis cunabula, & iura personarum, quæ eligere Visitatorem possint, & in quas visitatio dirigatur, examini subijciemus: deinde, quæ ad res videntur pertinere, Magistratuum delicta, eorumque probationes indicabimus: tandèm actiones, quæ in Magistratum læsis competunt, & alia perstringemus.

Iam pridem hanc temporaneos Of-
3 ficiales syndicandi necessitatem, obito munere, intulerat Ius Commune *in l. vn. C. vt omn. Iudic. tàm ciuil. quàm milit. Authen. vt Iud. fin. quoq. suffrag. §. necessitatem, & §. interdicimus, vers. operatebit, col. 2. & Glos. ibi in §. si quis, verbo Durante*, quam laudat *Bal. in l. obseruare, §. proficisci, num. 27. in fin. ff. de offic. Proconf. & in tit. C. & ff. ad l. Iul. repetund. & Magist. conueniend.* cum interim, dum in honore, ministerioque essent, nemini eos conuenire, aùt accusare liceret, *l. Senatus consulto, 16. ff. de offic. Præsid. l. hos accusare, in princ. ff. de accusat. l. si adulterium, 38. ff. ad l. Iul. de adult.* Nec immeritò: si quid enim est, quod Rempublicam ad summum tranquillitatis fastigium euehat, syndicatio est de gestis eorum, qui Magistratus munere funguntur. Nam plerique fascibus facti potentiores, elatique dignitatis supercilio, tàm insolescunt, vt, quam ad commune omnium bonum acceperunt à Rege authoritatẽ, eam ad vnam proprij commodi augendi curam, perditè, iniustèq; vtantur. Et fas est, vt si quos iudicandi imperium nimis efferat, reddendæ mox rationis cogitatio compescat. Præceptum Domini est, vt quisq; suæ villicationis reddat rationem, *Luc. cap. 16.* de quo *in cap. qualitèr, & quando, il 2. de accusat.* Hinc Samuel post depositum Regni Israel regimen, huiusmodi syndicatus iudicio se subiecit, dicens: *Loquimini ad me coràm Domino, vtrùm bouem cuiusquam tulerim, aùt asinum? si quempiam calumniatus sum? si oppressi aliquem? & si de manu cuiusquam munera pro indicando receperim? quia statim hæc vobis restituam*, de quo *Reg. 1. cap. 12.*

Quamobrem ipsę Leges, tàm Cano-
5 nicę, quàm Ciuiles, ius hoc syndicandi Officiales sanxerunt, *August. Dulcet. de synd. in princ. num. 5. & 6.* tanquàm totius Iustitiæ neruum, *Azeued. lib. 3. tit. 7. in princ.* Ad quod respiciens idemmet Sylla, qui ità Rempublicam oppressit, vt nemo, (teste *Cic. in Verr.*) illo inuito, nec bona, nec Patriam, nec vitam retinere potuisset; in exordio cuiusque anni Dictaturam libens deponebat, ac subditum tantisper se gerebat, quo suæ iustitiæ specimen dare securus videretur Populo, vt est apùd *Tranquill.* Colligunt enim se se Iudi-

ces, rationē reddituri, *Eutrop. lib. 1. rer. Roman.* atque *eo timore*, (inquit *Cicer. pro Sext. Rosc. Amerin.*) *audacia coercetur; nè suorum Magistratuum imperio superbiant, iustitiamque, & vrbanitatem in insolentiam, & tyrannidem detorqueant.* Hæc autem, si timeantur à Iudicibus, fasces, securemque, post anni, vel biennij saltèm circulum deposituris; qui cogitant, licèt sint in imperio, non diu post futurum, vt obsequantur, *Patr. de Republ. lib. 3. tit. 1.* quid, quæso, non timendum esset à Iudicibus perpetuis?

Hinc sapientissimè D. Ferdinandus
6 Rex Catholicus, pro his etiam intra æqui, bonique fines continendis, morem extraordinarium, Iurique Communi incognitum, inuexit visitandi per se, vel per alios identidem Tribunalia, Magistratusque perpetuos, cum sint à syndicatu omninò immunes, ità, vt nè Prorex ipse quidem vllam in eos habeat potestatem, nisi eam tantùm nominādi eosdem ad Regem, cum eligendi sunt: & tunc digniorem præcœteris in primo loco nominare tenetur; vt virum, qui scientiæ prærogatiua, vitæq; integritate alios antecellit, peculiaritèr, quoquo magis possit modo, commendare videatur: eorum cognitio pertinet immediatè ad Regem.

Quamquè visitationem licèt decre-
7 uerit Inuictissimus Imperator Carolus V. in anno 1533. faciendam singulis triennijs, in Regnis vtriusque Siciliæ, atque in Ducatu Mediolanī, vt *in cap. 36. in primil. & cap. Neapol. fol. 92: à tergo*, quod non solùm fuit in *cap. 4. de anno 1536. in primil.* & *cap. prædictis, pag. 102. à tergo*, confirmatum; sed dictum etiam, vt sœpiùs fieret, si res postularet, *Tasson. de antef. vers. 2. obs. 2. num. 23.* Solet tamen fieri singulis fere vicenis annis, vt ait *Mastrill. de Magistr. lib. 5. cap. 3. num. 6. Prat. in respons. ad sui defensam, num. 177.* fortasse, quia non fit sine magno Regis, ac Regni dispendio, *Tasson. tit. tract. vers. 3. obs. 3. sub num. 101.* Vnde hoc temporis impleto spatio, nostris hisce temporibus, Iustissimus æquè, ac Inuictissimus noster Rex, ex Supremi sui Consilij Consiliarijs, Visitatorem Generalem Magistratuum huius Regni delegit Dancsium Casati, Virum quidèm, tùm doctrinæ præstantia, tùm morum suauitate quolibet præconiorum cumulo maiorum.

Huiusmodi autem Visitatorem ne-
8 mo eligere potest, nisi Rex; estque hæc electio de reseruatis Principi, *Clar. in §. fin. q. 35. vers. pratereà quæro, Bald. de syndic. num. 17. & ibidem Angel. in princ.* per *text. in §. necessitatem, Authen. vt Iudic. sin. quoque suffrag. Azened. in rubr. lib. 3. tit. 7. num. 4. recopil. Bellug. in specul. rubr. 44. num. 2.* in signum Supremæ Potestatis, *Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 1. nu. 15. Reg. Tap. decis. Senat. Ital. 3. num. 63. vers. quod eò magis;* & est ius personalissimum, eius quodammodo ossibus affixum, *Cabed. decis. 40. part. 2. Reg. Tap. decis. Ital. 2. num. 38.* quod Maioriam vocant Hispani, *Conar. pract. cap. 4. num. 1.* subditque idem *Tap.* ius hoc visitandi, neque censeri concessum Proregibus per clausulam:
9 *Alter nos*, cum in generali concessione non veniant specialia, *cap. quo ad translationem, de offic. Legat. l. qui peculij, ff. de pecul. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 14. num. 3. Stephan. de iurisd. lib. 1. cap. 2. nu. 8. cum seqq.* Quandoquidem cum
10 solus Princeps Iudex sit Senatorum, atque eorum omnium, quos alicuius perpetui muneris administratio illustrat, *l. fin. C. vbi Senator. vel Clarissi. l. grauius, C. de dignit. lib. 10. Barbos. in l. 1. art. 4. num. 147. ff. de iudic. Menoch. de arbitr. cas. 518. num. 2.* ipse quidèm, præterea nemo, Generalem Visitatorem in eos iubere poterit, *Marian. Soccin. in cap. qualitèr, & quando, il 2. art. 5. quæst. 7. num. 102. de accusat.*

Hocq; tametsi tēporaneos Officia-
11 les syndicādi cura alijs demandetur Iure ciuili, *l. 1. §. sciant autē, C. vt omn. Iudic.* prout hoc in Regno vigore priuilegij ab Inuictissimo Rege Catholico elargiti, de quo præter hunc Rit. extat *Cap. 66.* insitum inter Capitula, & Gratias concessas Ciuitati, cōfirmati à Cæsarea, Catholicaq; Maiestate Caroli

li V. die 12. Martij 1550. *in volumine prag. rubr. de syndicatu Official. pag. 2. vers. Item supplicano*, ius syndicãdi Regentem, atq; Iudices M.C.V. demãdatum est Electis huius Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis tantùm, absq; interuentu Officialis Regij. Quæ quidèm
12 Capitula, & Gratiæ sunt in viridi obseruantia, *Rouit. in pragm. 1. de syndic. num. 21. Franc. Maria Prat. in Nicand. à num. 136.* ità vt ex particula illa taxatiua *tantùm*, ceteris videatur prohibitum, *l. ob as*, vbi *Glos. verb. tantùm, C. de prad. min. l. armorum, l. appellatione parentis, l. vt bona pradia, ff. de verbor. signif. Valenz. conf. 74. num. 16. tom. 2. Cephal. conf. 158. num. 40. tom. 2.* Ni-
13 hilominùs perpetuorum Officialium visitatio, vtpotè quæ non potuisset sanè permitti inferiorum arbitrio, absq; maximo Reipublicæ detrimento, reseruanda fuit ad solius Principis cognitionem, *cap. quòad translationem, de offic. Legat.*

Verùm à Rege electus Visitator,
14 potest iustis ex causis recusari, *Marant. in prax. p. 4. disc. 5. num. 50. Papon. arrest. 36. lib. 9. de Laurent. de Iudic. suspect. cap. 5. num. 24. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 3. num. 20. & cap. 1. nu. 38. & 39. Berarf. in specul. visit. cap. 6. Phabus decis. Lusit. 77. num. 1. Solorz. de Indiar. Gubern. tom. 2. lib. 4. cap. 8. num. 50. Ego in rit. 265. num. 102. tom. 3.* quandoquidem cum recusatio su-
15 specti Iudicis, species sit defensionis: vt eam, quando res postulat, proponatur; non modò nobis honesti modus, æquique, bonique ratio suadet; verùm, vt ità dixerim, natura ipsa, charitatisque præcepto quis vrgetur, cogitur, atque impellitur; *Est hac* (ait Cicer. *pro Milon.*) *non scripta, sed nata lex; quam non didicimus, accepimus, legimus; verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus; Vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela incidisset; omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.* Vndè Innocentius III. defensionem, maximèque Iudicis recusationem, vocauit legitimam, *in cap. cum inter priorem, de except.* neq; contemni eam absq; peccato posse, putauit *Castr. in l. 1. §. Ius gentium, num. 9. ff. de iustit. & iur.* perindè, ac si negligens sui ipsius defensionem, in semetipsum sæuiret.

Hinc cum agnouisset Iustinianus
16 Cæsar, quam periculosum foret coràm suspecto Iudice, multo magis coràm aperto inimico se iudicandum quemquam committere, sanxit *in l. apertissimi, C. de iudic.* licere cuilibet, qui suspectum sibi ius dicturum putat eum recusare; etiam si foret ab Imperiali Numine delegatus; cuius vestigijs adhæsit *Gelasius Papa in commonit. ad Faust.* putans, maximum esse nefas committi causas ijs, qui partes
17 sint, & Iudices. Supremis Principibus nil tàm cordi est, quàm vt sine suspicione lites procedant, *Glos. in cap. cum speciali, verb. Cum Iudice, de appellat.* cum compertissimum sit, nihil gratiùs, amabiliùs nihil dare ipsos inimico posse, quàm si illi ad iudicandum eum commiserint, quem lædere fortè voluerit: *Fædum est,* (ait *Cassiodor. lib. 4. var. epist. 10.*) *inter iura publica priuatis edijs licentiam dare, neque ad arbitrium iudicandus est feruor animorum: iniquum quippè nimis est, quod delectat iratum; furentes iusta non sentiunt; quia dum commoti animo in vindictam sæuiunt, rerum temperantiam non requirunt.*

Vel ipsæ Sacræ literæ, nè se, suaq;
18 quis credat inimicis, admonent in *Prouer. 26.* ibi: *Nè credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.* In *Eccles. 12. In labijs suis inculcat inimicus; & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam.* Et paulò post: *In oculis suis lachrymatur inimicus: & si inuenerit tempus, non saturabitur sanguine.* Giazz. *disturs. crim. cap. 12. nu. 29.* Imò quia periculosiùs est, quòd Visitator suspectus procedat, eò magis est admittenda recusatio, *Solorzan. tit. num. 50.* & eruitur ex *text. in l. ex eo, C. de agentibus in rebus, lib. 12.* his verbis: *Absurdum est enim, vt in eius*

salutem, vel extimationem valeat quisquam proferre sententiam, cuius de nulla re possit pecuniaria inditare, Reg. *Valenz. cons.* 161. *num.* 2. *lib.* 2. *& num.* 11. subdit ex *Cels. Calcagn. paraphras.* 11. *in politic. Arist.* nihil pernicioſius exiſtere in Iuſtitia, quæ habeat vim, atq; arma manu teneat ad offenſam, & *Reg. Galeot. in addit. ad contr.* 39. *num.* 47. clamat, faciliùs eſſe admittendam recuſationem in grauibus, quàm in leuibus rebus, inſequitur *Larrea alleg. fiſc.* 118. *num.* 4.

Quis enim, quamuis omnigenæ la-
19 bis, omnigenæque culpæ ſit expers, non aliquem reperiat, cui ſit, vel gratis odioſus? quandò comperimus, Sanctos etiam ipſos integerrimos, vitæ, ſcelerumque omnium puros, ab huiuſmodi hominum genere gratuitò aliquos odio perſequentium vix tutos, immuneſque fuiſſe, vt de Sanctis Athanaſio, & Ioanne Chryſoſtomo refert exempla *Gratian. in cap. quod ſuſpecti* 3. *quæſt.* 5. *Sozomen. hiſtor. Eccleſ. cap.* 17. *Iacobutius de Conſil. cap.* 11. *lib.* 6. *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *caſ.* 458. *Balboa in cap.* 1. *de iudic. num.* 21. *Farinac. in fragm. p.* 2. *lib.* 6. *num.* 724. *Gaill. obſer.* 33. *nu.* 3. *lib.* 1. *Fermoſin. ad cap. ſi quis contra, quæſt.* 7. *num.* 6. *de for. compet. Bobadil. in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 122. Nos plenè de hac re in *rit.* 265. *tom.* 2. *&* 3.

Nè tamèn hæc perpetuorum Offi-
20 cialium immanitas ad inſanam eorum libidinem, & ſubditorum perniciem vergat; qui Regno, vel Prouinciæ præeſt, ſicuti tenetur, Regem certiorem reddere, ſi quos inſpexerit Magiſtratuum, virtutibus præditos, literis, prudentiaque ornatos, laudabilitèr perfunctos ſuo munere; vt honoribus extollantur, *l. iuſtiſſimos*, 3. *C. de offic. Rector. Prou. §. illud videlicèt, verſ. cum liceat eis, Auth. vt Iud. ſine quoque ſuffrag. Bouadill. in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 158. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 23. adducens *text. in Conſtit. Regn. volumus, Rendin. de Maieſt. Princ. verb. ſed etiam per legitimos tramites, num.* 294. *Pax in prax.* 1. *tempor. cap. un. nu.* 15. *Anil. in cap.* 4. *ſyndic. gloſ. lo male*; ità etiam de eorum flagitijs, ſi quæ patrarint, monere debet.

Triplici igitùr manu huiuſmodi vi-
21 ſitationis moles, vt fiat affabrè, conſtrui debet: Rectoris nimirùm Prouinciæ, vel Regni: Viſitatoris: & Regis: partito labore ternis humeris feliciter conſurget; ità tamen, quòd ſi alter in alterius opus ſe intrudat, ſubcreſcat confuſio, nihil vtilitatis, detrimenti plurimum Reipublicæ collatura, patet ex *text. in l.* 2. *C. de offic. Rect. Prou.* ibi: *Præſides Prouinciarum oportet, ſi quis potentiorum extiterit inſolentior, & ipſi vindicare non poſſunt, aut examinare, aut pronunciare nequeunt; de eius nomine ad Nos, aut certè ad Prætoriana Præfecture ſcientiam referre; qui prouideatur, qualitèr publica diſciplina, & laſſis temultatibus conſulatur.*

Rectoris partes erunt, referre: quæ
22 relatio primitùs fiebat per Epiſcopos, *§. ceterùm, Authen. vt Præſid. abſq; collation. pecun. mitt.* & in Ciuitate Alexandriæ per quinque Summates, quaſi quinque ſupra omnem Ordinem conſtitutos: qui non poterunt criminalitèr, ſed ciuilitèr tantùm à Prætore cognoſci, *l. quinque Summates*, 57. *C. de Decurion. lib.* 10. *l. fin. C. de offic. Præfect. Auguſt. Taſſen. de antef. verſ.* 7. *obſ.* 3. *num.* 95. quæ quidèm relatio extraiudicialis, ſine iuramento ſatis eſt, vtpotè, quæ tantùm ad inſtruendum Regem operetur, *Soccin. in reg.* 424. *Farinac. de teſtib. quæſt.* 74. *num.* 106.

Fiat autem, cum omnibus circum-
23 ſtãtijs, ac qualitatibus: Referant nempè à quibus audierunt? an principales fuerint? an teſtes? & hi cuiuſnam qualitatis? pandant qualitates principalium, & priùs à teſtibus perquirere, an fuiſſent vnquàm ab Officiali inquiſiti, vel carceribus mancipati? vt in his terminis de ſecreta inquiſitione admonet *Larrea deciſ.* 98. *nu.* 39. *lib.* 2.

24 Inter Iudicem enim, & condemnatum, ſeù inquiſitum, ſemper præſumitur odium, *l. illud. ff. de appellat. Reg. de Marin, reſol. cap.* 209. *num.* 7. *lib.* 1. An

fuiſ-

Digitized by Google

fuissent ab aliquo subornati? subornationem namque esse consuetam in
25 hoc Neapolitano Regno, attestatur *Thom. Grām. vol. 14. nu.* 11. *&* 12. proindèq; ait, licere Iudici transgredi iura circà illorum fidem, refert *Spada. cons.* 172. *num.* 5. *tom.* 2. nam ad nihil aliud tàm parati sunt, quàm vt honor proximi, eiusque familiæ nota aliqua inuratur, ingemit *Alphons. Noied. tract. de benef. incompat. p.* 1. *cap.* 23. *n.* 10. *&* 20.
26 & quòd Iudex, etiam ex officio, teneatur scrutari conditionem, & qualitatem testium, habetur ex *l.* 1. *§. si curatores*, vbi *Bald. & Ias. de Are. ff. de Magistratib. conn. AEmilian. cons.* 63. *n.* 18.

Oporteatque referre, si Regio illa, scateat Ministrorum zelantium inimicis, ac testibus falsis: nam sœpè, sœpiùs
27 rectitudo in procedendo calumnias patitur, quæ vel vili pretio compertam honesto loco natorum famam vellent diuendere; quando periniquum foret, dicam cum *Marquar. Treher. tract. de fam. publ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 13. ob rem diobolarem, vel viliſſimam sugillari, & viciari, quod est in homine præcipuum: & verissimum est quod inquit *Socrates*, apùd *Platonem*: *in Apolog. eademq; res, quæ famam alicui conflcit, etiam calumniam, & inuidiam conflare solet*, & *Cassiod. lib.* 6. *epist.* 12. *Interdùm assidui labores, & ipsas ingratas faciunt dignitates, grane pondus inuidiæ est, splendere singulari claritate, & meritum lampade non lucere*.

Cum autē de fama inquirunt, aduer-
28 tant, quòd multum in vtramq; partem fama crebrò mentitur, & tàm de bonis mala, quàm de malis bona falso rumore concelebrat. Multi profectò sunt falsò rumores à maleuolis, & nugigerulis
29 cōficti: quiuis enim potest turpem de quolibet rumorem proferre, & confictam fabulam dissipare; temerè etiam confiare solent ea, quæ ex rumoribus sparguntur sine certo Authore, sine radice veritatis, *D. Hieron. epist. ad Rustic. S. Isidor. lib.* 5. *etym. cap. in cunctis* 11. *q.* 3. Propterea Tiberius dicebat Senatui, non ex rumore aliquid statuendum, *Cor. Tacit. lib.* 3. *Ann. cap.* 69. & id ipsum perpendit Dominicus Caleren. in cōsilio præstito Pisoni de Morte Germanici, aiens, relinquendū etiam
30 rumoribus tempus, quo seneſcant, plerumque innocentes recenti inuidiæ impares, ex eodem *Tacit. lib.* 2. *Ann. cap.* 77. Hæc indicare voluit *Garz. Mastril. cit. lib.* 6. *c.ap.* 2. *num.* 21. ibi: *de Vita, Moribus, Virtutibus, & Doctrina Officialium visitandorum extraindicialitèr se informent à Personis probis, & fide dignis*, atque sentire videtur *Reg. Hieron. Caimus in tract. manuscrip. de Reg. Visitatione art.* 1. *vers. primum igitùr*, his verbis: *Huiusmodi autem informatio extraiudicialitèr, & sine iuramenta procedit, cum sōlùm concedatur ad finem, vt possit referri Principi ad eius conscientiam informandam, etiam si Princeps mandaret, vt diligentèr se informet*; sequitur Regens: *Adhibebit etiam testes iuratos; sed tamen semper restricta erit inquisitio ad solum finem referendi Principi*. De quibus Nos infra cum de Visitatore, & testibus eloquimur.

Visitatoris sunt partes, solummodò
31 testes examinare, & processum instruere, *Auth. vt Iudic. fin. quoq; suffrag. §. si quis autem*, ibi: *Nos enim hæc agnoscētes, dirigemus in Prouinciam hoc examinaturum*; quod verbum, *examinaturum*, nil aliud penitùs importat, quàm processum conficere, ex *l. iustissimos. C. de offic. Rector.* ibi: *Ad nostram scientiam referentibus*, *cap. licèt*, *de offic. Legat. & d. Auth. §. iubemus, vers. & licentiam damus examinare violentiam*;
32 Qui inde processus transmittendus est ad Regem, qui huiusmodi causæ cognitionem, modò Supremo alicui Consilio, modò alijs, quibus malet, demandabit, *Mastrill. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 1. *&* 2. *Bonadill. lib.* 5. *polit. cap.* 1. *num.* 254. indeque sententiæ publicabuntur, *Mastrill. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 1. *&* 1. *Bonadill. loc. cit.* Et hic idem erat mos apùd veteres Quirites, teste *Cor. Tacit. lib.* 15. *annal.* ibi: *Olim quidèm non modò Prætor, ac Consul; sed priuati etiam mittebantur, qui Prouincias visitarent; & quid de cuiusque obsequio videre-*

deretur, referrent.

Indè est, quòd licèt à decretis Visitatoris, neque appellare, neq; quocumque modo prouocare, fas sit, vt
33 inquiunt *Imp.Valentinus, & Valent.in l. nulli* 3. *C. quor. appell. non recip.* ijs verbis: *Nulli Officialium à sententia propriy Iudicis prouocatio tribuatur, nisi in eo tantùm negotio, quod ratione ciuili super patrimonio fortè, apùd proprium*
34 *Iudicem inchoauerit*. Potest tamen ipsemet corrigere, atq; moderari sua decreta, antequàm referat Regi; quippè quæ simplicia vota interim sūt, *Franch. dec.* 185. atque etiam, facta relatione; dummodò tamen fuerit ante, quàm Princeps Visitatoris factum cōprobet, laudetq; *l. si incertus, §. ij quibus, vers. cæterùm, ff. de leg.* 3. post verò robur manu Principis additū decretis, quamuis de Iure prouocare nō liceat: solet ipsemet Princeps, si qua ratio vrgeat, ex suarum gratiarum penu opem ferre, *Franc. Marc. decis.* 55. *num.* 5. *p.* 2. *Valasc. consult.* 51. *num.* 41. *Menoch. de arbitr. quæst.* 70. *num.* 43. imò tenetur, si secus damnaretur quis innocens, *Farinac. quæst.* 11. *num.* 65. & tunc non esset mera gratia, sed gratia iustitiæ: vt restituat iustitia, quicquid abstulit iniustitia, *Farinac. ibidem num.* 64. Prin-
35 ceps enim, etsi possit coarctare defensiones ex aliqua causa; nequit tamen fieri, vt innocens contrà ius, fasque damnetur, *Abb. in cap. dilecti, de except. & cap. ex parte, il* 2. *de offic. Deleg. Asin. in prax. §.* 3. *cap.* 34. *num.* 7.

Huiusmodi autem gratia ægrè ni-
36 mis concedenda Fisco est regulariter, si quis fuisset absolutus, *Franch. decis.* 148. *Boss. tit de supplicat. num.* 6. nisi maxima causa ad id impelleret: putà si scandalum pareret liberatio, *Franch. cit. dec.* 148. *num.* 7. difficillimè verò supra modum in causa visitationis, in qua Princeps est, qui, referente Visitatore, decernit. Nec possum non laudare morem illorum locorum, in qui-
37 bus indistinctè denegatur Fisco recursus aduersùs absolutionem, *Bouadil. lib.* 5. *polit. cap.* 1. *num.* 129. *Mastrill. de Magistr. lib.* 6. *cap.* 12. *Farinac. quæst.* 101. *num.* 32. *Rot. Lucen. decis.* 1. *nu.* 41. de quo dixi in *Rit.* 258. & 261. *tom.* 2.

Regis tandèm opus erit, indicere pœnas perpetratis facinoribus condi-
38 gnas. Pœnæ autem in visitationis iudicio omnes sunt arbitrariæ, *l. solent, in princ. ff. de offic. Proconsl. l. Præfectus, C. de offic. Præfect. August.* tùm quia iudice Principe, vltionis modus in ipsius arbitrio debet residere, *Bald. in l. omnes populi, num.* 48. *ff. de iustit. & iur. Restaur. Castald. de Imperat. tom.* 16. *tract. par.* 110. *vers. trigesimo septimo, Menoch. de arbitr. quæst.* 96. *num.* 5. & 20. tùm etiam, quia congruit, pœnas arbitrij lenimento minui, atq; emolliri, quando incerta, in hoc iudicio, probationis series est, inordinata processus structura, *Riminald. iun. in l. Imperium, num.* 306. *ff. de iurisd. omn. Iud. Soccin. in cap. qualiter, & quando, il* 2. *nrt.* 14. *quæst.* 2. *num.* 1191. *cum seqq. de accusat. Menoch. de arbitr. quæst.* 96. *nu.* 14. *Farinac. quæst.* 27. *num.* 7. *cum seqq.*
39 Ità tamen, vt intra fines pecuniariæ pœnæ, ad summum suspensionis, vel priuationis Officij, se compescat arbitrium: non solùm, quia dum Reus vltra leges oneratur in modo procedendi, *Bald. in cap.* 1. *§. iniuria, num.* 14. *de pac. tenen. in feud.* vltra leges etiam aliquo releuandus est onere, in ferendis pœnis, nè duplici pondere conteratur, *arg. l.* 3. *§. præterea*, vbi *Glos. in verb. debeat, de suspect. tutor. l. quid ergò, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. l. cum, qui, in princ. ff. de iur. iuran. Surd. decis.* 204. *num.* 26. verùm etiam, quia cum fiat processus à Iudice, absente Reo; (abundè enim absens est, qui à iudicio arcetur) miteſcere debent supplicia, *arg. l. absentem,* 5. *ff. de de pœn.*

Igitur Prorex, peracta relatione;
40 Visitator, absoluto processu, conquiescunt ambo: vterque functus est munere suo: neutri ad vlteriora progredi, fas erit, *cap. licet*, vbi *Glos. de offic. Delegat.* sunt enim eorum officia hac in re, quibusdam quasi limitibus circumscripta, quę custodienda quam maximè sunt intra fines: cum Visitato-
41 res nullam habeāt potestatem in sen-

ten-

Digitized by Google

tentiando causas; sed dumtaxàt potestatem instruendi processus, quos indè transmittere obstringuntur ad Regem nostrum, vbi causæ, vel in Supremo Italiæ Areopago, vel coràm alijs à S. M. ad id destinatis Iudicibus, diffiniuntur, & inde sententiæ in Regno publicantur, ex *Bouadill. lib. 1. politic. cap. 1. ex nu. 254. Mastrill. de Magistrat. cit. lib. 6. cap. 11. num. 1. ac 2. Reg. Tap. decis. Ital. 2. ex num. 43.*

Visitator propterea potest citare
42 testes, & cogere renuentes, falsaq; deponentes plectere, *Angel. in l. si vacantia, C. de bon. vacan. Goff. Host. & Felin. in cap. suspicionis, de off. Deleg. Marc. Ant. Blanc. in tract. de comprom. quæst. 8. num. 13.* quia, cui iurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari nequit, *l. cui iurisdictio, ff. de iurisd. omn. Iudic. l. ad rem mobilem, l. legatum, ff. de procur.* nisi fortasse consuetudo esset in oppositum; tunc enim, eos cogere, munus esset Ordinarij, *Ioseph. Cum. in prax. de synd. cap. 6. num. 16.* & dixi ad rem in *rit. 295.*

Potest ex eadem ratione concedere
43 securitatem, & guidaticum testibus, vt accedant, præstòque sint, & nullus metus eos deterreat à perhibendo testimonio; idque nè veritas pereat, & impunè ferant delicta, contrà *text. in l. congruit, ff. de offic. Præsid.* ac ità seruari ait *Pegner. decis. 39. lib. 1.* nè ij, qui cum Magistratu, atque adeò cum Principe contrahunt, Principali authoritate circumscripti esse videantur, *l. 1. C. de ijs, qui ven. etat.* quando nihil esse debeset, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe, *l. inter claras, in princ. C. de sum. Trinit.*

Cum autem habenti iurisdictionem non sit credendum, nisi scriptis probauerit; nec de vllius dignitate timendum, qui nollet probare, *l. 1. C. de mãdat. Princip. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 76.* debet Visitator, congregatis
44 Ciuitatis Tribunalibus coràm Domino Prorege, suæ Commissionis literas ostendere, *Glos. & DD. in cap. cum Iure peritus, de offic. Deleg. & in cap. vt debitus, de appell. Felin. in cap. cæterùm, de rescript. Gabr. in tit. de except. rei iudic. concl. 3. ampl. 2. Mastrill. de Magistr. lib. 5. cap. 6. num. 107. & lib. 6. cap. 2. n. 1. 2. & 3.* de quo meminit *Berart. in specul. visitat. cap. 4. num. 1. Cumia. citat. tract. cap. 1.* secùs impunè sibi non pareretur, *Angel. & Petr. de Zusa, in l. cum furiosus, ff. de iudic.* per *l. indultum, C. de iur. fisc. lib. 10. Rot. decis. 357. in nou.* Quilibet enim Magistratus ante omnia tenetur exhibere suæ commissionis literas, *Glos. in l. 2. C. de iur. fisc. lo. Vinc. de Anna alleg. 24. & 143. Guid. Papa dec. 322.*

Postmodum locum eligere, in quo ius
45 mauult dicere: Iudex enim, cui locus non est, vbi ius reddat, locum statuat, oportet, *cap. nouit, de offic. Deleg. cap. cũ Episcopus, de offic. Ordin. in 6. l. si cum dies, §. si Arbiter, ff. de recept. arbitr. Marant. de ordin. iudic. part. vlt. in decis. iudic. num. 72. Vant. de nullit. in tit. ex defectu iurisdict. num. 11.* extra quem sententiæ prolatæ nullius essent roboris, *l. fin. de iustit. & iur. l. cum sententiam, C. de senten. & interl. Bart. & Paul. Castren. in l. si vt proponis, l. 2. C. quomod. & quand. Iudex*: nisi locus rationabilitèr fuisset mutandus, *Alber. in l. 1. & d. l. cum sententiam, C. de senten. Vãt. de nullit. tit. ex defectu iurisd. n. 11.*

Ac demùm edictum publicum pro-
46 ponere, & in scriptis per singulas Ciuitates, & Oppida, *Bald. in cap. 1. de milit. vers. qui contumax est, & in Auth. qui semel, C. quomod. & quand. Iud. Put. de syndic. verb. deinde verò, pag. 29.* præfigens, cupientibus contrà Officiales querelas instituere, terminum; qui cuerit de momento ad momentum, etiam si dies sint feriati: idque vt omnibus innotescat, *l. 1. §. 1. ff. de postul.* quam ob rem non sufficit vox præconis, cum parùm exaudiatur, *l. pen. ff. de in integ. restit.*

Termino autem elapso, non sunt
47 amplius audiendi querelantes, *Domin. Homem de Almeida in Analysi numeri quinarij excell. cap. 8. num. 21. Amod. de synd. ex num. 182. Bouadill. lib. 5. cap. 1. num. 174. Put. de synd. verb. Officia-*

ficialis finito officio, Auiles in cap. 3. Iudicum syndicatus, num. 11. Cancer. post multos, *par. 3. cap. 12. cum seqq. Boss. in tit. de offic. corrup. num. 32.* post *Bald. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. Proconſ. Mar. Soccin. in mem. tract. art. 37. num. 3.* effectu peremptorij; quia eo
48 tempore præscripta censetur accusandi actio, iuxtà *tex. in l. querela falsi, ff. ad l. Cornel. de falſ. Bouadil. d. lib. 5. cap. 1. num. 174. & cap. 2. nu. 25. lit. A. & B.* etiam si Officialis nô fuisset absolutus de eo crimine, de quo postulatur, *Alex. in l. 1. ff. ad l. Iul. repetundar. Boss. mem. lec.* dicens, esse opinionem communi omnium calculo vallatam; nisi doceatur de legitima absentia, vel causa, *Ioseph Cumia. cit. cap. 2. num. 6.*

Hùc vsque in exteriori visitationis prospectu, ac totius operis, veluti fronte, inhæsimus, diùque in eius aditu, vestibuloque versati sumus. Iam flexuosum, quod erat iter ad penetralia, directum, ac planum reddidere prologomena. Fas igitùr sit, quæ nos primò ingressuros personæ ante fores excipiant, faciliori methodo percênsere.

Iudicium hoc visitationis dirigi spi-
49 cula in personas, de quibus fit mentio in commissione; quæ modò concipitur ad inquirendum certum Magistratum, modò ad totum aliquod Tribunal. Quando autem accedit in has Campaniæ oras, missus à nostro Inuictissimo Rege, Visitator, consueuit ei fieri latior commissio, nempè ad inquirendum contrà omnes Regni Officiales de omnibus ijs, quæ in officijs, vel eorum colore, prætextu, potentiaq; peruersè egerint; & contrà quoscumque, qui Fisci negotia gesserunt. Itaque
50 cum Visitatoris potestas à commissionis serie robur assumat; ipsa diligentissimè est perpendenda: nè, vel non impleuisse, quod tenebatur; vel excessisse, quod non poterat, Visitator videatur, *l. diligenter ff. mandat. vel contr. cap. venerabilis, de offic. Deleg. Soccin. tract. de visit. num. 8. vers. tertiùm quæro.*

At ecce mihi, procul inspectus,
51 quippe qui, humero tenus in dignitatis fastigio supereminet omnes, Excellentissimus Prorex; an, & ipse huic visitationis subsit discrimini? Cum Supremum omnium inter Regnorum officia habeat Prorex, certissimi iuris est, quòd nullius obnoxius est visitationis censuræ. Etenim, quamuis cuncti,
52 qui aliena exercent negotia, reddendæ rationis obiti muneris alligentur, *l. 1. C. vt omn. iud. tàm ciuil. quàm milit.* publicæ tamen honestati congruit, vt Prorex, qui alter Rex est, *cap. Legatos,* vbi *Glos. verb. Proconsulum, de offic. Legat. in 6. Bellug. in specul. Princip. rub. 6. num. 4. in fin. Olib. de iur. fisc. cap. 4. n. 64. Prat. respons. Criminal. 4. ex nu. 3. Toppi de orig. Tribunal. p. 1. lib. 3. cap. 1. n. 2.*
53 omniaque potest, quæ Rex; cum plenissima potiatur iurisdictione, *l. si aliquem, §. cum plenissimam, ff. de offic. Proconſ. cap. 1. de offic. Vicar. de Franchis dec. 165. nu. 2. lib. 1. Milanen. decis. 8. nu. 72. lib. 2.* sedeatque in Supremo Solio, in quo Rex consueuerat, *cap. fin. 93. dist. Bellug. in specul. Princip. rub. 6. in princ. Menoch. cons. 885. num. 9. Cassan. in cathal. glor. Mund p. 5. consid. 32. Bouadill. lib. 3. cap. 2. num. 1. sub lit. C. Mastril. de Magistr. lib. 5. cap. 7. nu. 33. & 35.* eiusdemque Regis fruatur prærogatiuis, *l. vnicuique, C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. cap. fin. 93. dist. Surd. cons. 281. num. 1. cum seq. & cons. 540. Roman. singul.*
54 *367.* nulli subdatur visitationi, iuxtà monitum *Platon. lib. 6. de legibus,* ibi: *Nemo Iudex, Magistratusue sit, qui gesti officij rationem non referat, præter eos, qui Regum instàr finem rebus imponunt.* Idque nè Summorum Iudicum authoritas exponatur nefariorum calumnijs, *Simanch. de Republ. lib. 7. cap. 23. Credit enim Princeps, (ait text. in l. vn. ff. de offic. Præf. Prætor.) eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis sua, quàm ipse foret iudicaturus.* Hinc cum Gneus Bebius, Tribunus plebis, Claudium Neronem, & Liuium Salinatorem de nimis asperè acta censura reos postularet apùd Senatum, hic eos, in dicta causa, absoluit: *Vacuum omni*

Digitized by Google

ni iudicij metu eum honorem reddendo; qui exigere debet rationem, non reddere, inquit *Valer. Max. lib. 7. cap. 1. Liu. ab Vrb. cond. DXLIX.* Quid enim metuat Rex de gestis Proregis, quem ex cunctis Aulæ Proceribus, qua ante actæ vitæ commendatione, qua præsentium morum integritate pollentibus, ad id muneris acciuit? An vlla vnquam poterit subesse suspicio, nè quid, vel publico AErario surripuerit, vel priuatis Prorex, qui proprijs affluit opibus, vt ingenti aceruo auiti auri adderet hæc minima? An timeri poterit, nè quid iniustè in aliquem decreuerit ille, cuius arbitrio demandandum Rex totum Regnum fore credidit? Cum Q. Metellus repetundarum accusatus causam diceret, tabulæque administrationis respiciendæ Iudicibus traditæ essent: omnes, qui tunc aderant, auertere oculos, indignum rati, chartæ, & non integritati eius fidem præstãdam, cui Populus Romanus tantam Prouinciam commiserat, *Larr. decis. 98. num. 25.*

Proregi, proximi in dignitatis celsitudine, Regentes sunt: ipsius enim latus cingunt; vndè Consiliarij à latere dicti; inque omnibus eius actibus debent assidere. Equum igitur est, nè longè absint in codicibus, in quibus de Prorege habetur sermo. Hinc meritò reuocari ad examen, occasio suadet: an generalis visitationis subsint censuræ Regentes Regiam Cancellariam? Nos, nè transuersùm ágamur, rem paulò altiùs exordiri non pigeat.

Mos fuit Principibus, quippe qui cunctis eorum imperio subiectis deberent aures, nè pluribus intenti, minores contra populi vota fierent ad singula dispicienda, aliquem sibi ex probatissimis Viris ascisçere in curarum partem. Ità vel in ipsis Vrbis conditæ primordijs Reges Romulei Tribunos Celerum, Magistrosque equitum, laborum socios habuere. Deinde verò publico iure ad Imperatores translato, ab ijs ad Magistrorum equitum simulacrum Præfectus Prętorio iussus est, *l. 3. ff. de origin. iur.* Huius tanta erat potestas, vt secundam ab Imperatoria, vocaucrit *Zosimus lib. 2.* & Imperiũ sine purpura, *Eunapius in Proceres*, eamq; his verbis describit *Cassiodor. in formula Præfecti Prætorio. Ferè est, vt possit leges condere, quando eius reuerentia potest negotia sine appellatione finire; potestate igitur nulla dignitas est ei æqualis, vice sacra vbique iudicat*; & paulò inferiùs: *Et licèt aliæ dignitates habeant terminos præfinitos; ab ista tamen penè geritur quicquid in nostro Imperio æquabili moderatione tractatur.*

Huius Præfecti Prætorio vice fungitur nostrum Regium Collaterale Consilium; cuius origo quãquàm vetus sit: nam & immunitate digni erant, quos lateris Imperialis dignitas illustrabat, *l. vnic. C. de præpos. labor. lib. 12.* In Regno tamen institutum fuit à Rege Catholico, & subrogatum loco Cancellarij; vnde qui illud cõflant, reguntque, Regentiũ Regiam Cãcellariã nomenclaturã acceperunt, *Frecc. de subf. lib. 1. tit. de off. Magn. Cancell.* & diximus in *rit. 1. num. 7. lib. 1.* quem locum memorat *D. D. Ant. Io: de Centellas in erudito responso controu. de sus honores, y precedençias en Real Conseço Colateral, pag. 48.* & antiquitùs Magistri libellorum nuncupabantur, *Buda. in l. nec quicquam, ff. de offic. Proconsi.* in quo honore fuit Papinianus, *l. rescriptum, ff. de distract. pignor.* prout Nostrates exponunt, *Frecc. de subfeud. lib. 1. de offic. Mag. Cancell. Surg. de Neap. illust. cap. 26.* Qua proinde oculi Principis dicuntur: tutiorem enim statum publicum, dicebat *Lampridius in Alex. Seuer.* sub malo Principe, cui boni Consiliarij assident, quam sub bono Principe, cui mali adsunt Consiliarij, *Bartholm. Philippus in tract. de Conseço, y Consejeros de los Principes, discurs. 10. Camill. Borrell. ad Belleg. in proœmio, verb. Malos Consiliarios.*

Tam egregium verò dignitatis cumen non eò Regentes euehit, vt supra coercitionis metam extollat, si quid peculatus, repetundarum, residuorum, vel id genus patrauerint. Faceſſit negocium, an & coràm Visitatore rei ma-

malè iudicatæ actio in eos detur? Negant *Menoch. consil.* 53. *Bouadill. lib.* 5. *polit. cap.* 3. *num.*55. *Vargas en los fueros de Aragon.p.*8.*tit.*3.*Afflict.dec.*169. *Sese in resp. syndic. num.* 78. *Portol. ad Molin. vers. forus, num.*7. subditq, rationem *D. D. Hier. Calà de visit. Magistr. dissert.*7.*nu.*22. quia cum Regentes Præfecti Prætorio munere fungantur, à quo conquerendi nulla datur potestas; in eiusque locum suffecti, vice sacra iudicent: nefas putari debet, si eorum sententijs, quæ quasi ab ipsomet Principe prolatæ censendæ sunt, nota, suspicioque malitiæ inuratur.

Non oppidò tamen arridet ratio, 60 quam hac de re subnectit *D. Calà*: dat enim non causam pro causa. Siquidem si ideò non datur actio rei malè iudicatę in Regentem, quia Consilium Collaterale vice fungitur Præfecti Prætorio, sequeretur, quòd Regij Consiliarij Sanctæ Claræ, non tenerentur Visitationis iudicio, vtpotè quia hic Senatus assimilatur Præfecto Prętorio, ad tradita à *Præside de Frãch. decis.* 148. *num.* 3. *in fin.*& 4. Imò est Principis Concistorium, *Gramm. decis.* 62. *num.*29. *Molfes. cons.*47. *post.*2. *tom. consuet. Staiban. resol.*50.*n.*6.& 11. *to.* 1. & *resol.* 134.*ex n.*10.& *resol.*150. *à nu.*12. *tom.*2. *Cafar. pereg. quæst.q.*12. *nu.* 34. *Prat. in Nicandr. num.*599. *Topp. de orig. Tribun. lib.*1. *cap.*4.*n.*16. ipsummet Regem representans, vice sacra verè iudicat, vt plenè diximus in *rit.* 288.

Ratio igitur aliunde expiscanda, 61 quę alia sanè esse non posset; nisi quòd cum Regentes iudicium ferant in Collegio Collateralis Consilij, nequit in certam personam rei malè iudicatæ actio exerceri: quia cum, quod quisq; dederit suffragium, non pandatur; sed secretò proferatur; sententiaque Regio, & communi omnium nomine promulgatur: nescit, qui damnũ credit ex iniusta sentẽtia perpeti, quis in ipsum, iniustè senserit, suffragiumque tulerit: adeòque ignorat, in quemnàm de Collegio suam dirigat actionem. At verò totum Tribunal nequit de iniusta sententia postulari; non modò quia, cum in Collegio licèt possint (quod nunquam credendum) adesse nonnulli Iudicum nefarij, perditique, fortasse reliquos vitæ commendabit integritas: atque ita in toto Tribunali visitando, insons pro sonte plecteretur; verùm etiam nè, vt ait *Grespi de Valdaura, p.*1. *obs.*1. *num.*330. causæ 62 omnes, quæ in Tribunalibus magno literatorum studio, labore, ac vigilijs essent decisæ, vnius forsàn studio subuerterentur. Hinc est quòd nullus in Regentem experiundi aditus læso aperitur. Atque ex hoc fit, quòd si Regens, quem domi iudicando læserit, non in Collegio; vel crimen repetundarum, peculatusue admiserit, vtpotè quæ patrentur extrà Collegium, inquiri posse, compertissimum est.

An verò veritate nitatur opinio af- 63 firmans, quòd Magistratus conueniri possint actione rei malæ iudicatę in Collegio, & vt Hispani vocitant *En Cuerpo de Audiençia*? diximus in *rit.* 295.*n.*182. *hoc* 4.*t.*& eruditè examinat idem *D. Calà cit. tract. dissert.*8. qui *nu.* 22. discutit, an teneantur in solidum, vel pro virili? & nùm in subsidium, è distinguens inter dolum, & culpam.

Quid autẽ dicendum de Baronibus è 64 cum hi hoc in Regno dicantur Regij Officiales, *Franch. decis.* 211. *num.* 7. *Ioseph Sese decis. Aragon.* 5.*nu.*18. *Mastrill. ad cap.* 40.& *cap.*56.*num.*18. in controuersiam cadit, nùm generalis visitationis trutinæ supponantur? Et quidèm antiquitùs subibant hanc aleam: quod & in more positum iam olim priscis illis Quiritibus, quibus hoc potissimùm erat curæ, vt nè quid grauiùs paterentur subditi, ait *Tacit.* superiùs adductus *annal. lib.*10. his verbis: *Olim quidèm non modò Prætor, aut Consul; sed inferiores Magistratus, ac etiam priuati mittebantur, qui Prouincias Imperio subiectas viserent; & quid de cuiusque obsequio videretur, referrent; trepidabantque gentes de existimatione singulorum.* Quia, cum ante 65 quàm rerum huius Regni potiretur Alphonsus I. fuissent Barones perpetui Gubernatores tantùm, & Capitanei,

Digitized by Google

nei, iurisdictionisque nudum habentes exercitium, Principum nomine, *Marin. Frecc. lib. 1. de subfeud. tit. de antiq. Stat. Regni, num. 17. & lib. 2. tit. quis dicatur Comes, num. 1. tit. quis dicatur March. num. 8. & tit. quis dicatur Dux, num. 3. Carol. Sigon. lib. 4. de Regn. Ital.* quo iure, vel nostris hisce temporibus, Indos vti, testis est *D. Ioannes Solorzan. de Indiar. Gubern. lib. 1. cap. 26.* dicens: *Curacarum officium, potestas, & iurisdictio angustioribus terminis continetur: nam dispositum fuit, vt populorum, siue municipiorum, quibus præsunt, Domini non vocentur; sed tantùm Gubernatores*; fas fuit, vt non iudicarentur ad imparia, quò ad visitationis onus, cum cæteris Officialibus.

66 Deinde post quàm Regnum hoc tenuit Alphonsus; vt Barones, quorum opera vsus fuerat in bello, vt in suam Ditionem redigeret Neapolim, tanquàm de se benè meritos augeret honoribus; ijs in ipsorum feudis omnimodam dedit cum mero, & mixto imperio potestatem, *Isern. in Const. Regn. ea, quæ ad speciale decus*, & ibi *Afflict. Carau. rit. 49. de Franch. decis. 370. nu. 8.* Ego in *rit. 46. num. 12. lib. 1.* ità vt Supremi veluti Principes in suis Oppidis euaserint; & ferè, vt inquit *Carpzouius in pract. crim. quæst. 109. num. 7. hodierni Duces, Marchiones, Comites, alijque Imperio subiecti status, in consortium Summi Imperij sunt admissi, eadem ferè in suis territorijs gaudent potestatis sublimitate, qua Imperator ipse, cuius respectu in territorijs suis Imperatore representant, idemq; posse, quod Imperator in Imperio.* Vnde recessit ab aula mos visitandi Barones, *Mastrill. lib. 4. cap. 13. num. 228. Nouar. de grauam. Vasall. tom. 1. prel. 10.* ità, vt

67 Inuictissimus ille Orbis Domitor Carolus V. dum ipsum opimis onustum spolijs ex Africa reducem hæc Ciuitas exciperet, populi clamoribus adactus, vt Visitatorem in Barones decerneret, anno 1536. duos Consiliarios elegit, qui consulerent grauaminibus, quæ vasalli perpetiebantur à Baronibus, *Io: Vinc. Ann. in fing. 155.* quem refert *Tasson. de antef. obs. 3. num. 50. Capiblanc. lib. 1. de Baron. prag. 5. n. 94.*

Et re vera, quia cum à Baronibus

68 duriùs habentur subditi, aliquoque grauamine afficiuntur, Proregem habent, quem adeant, iustitiæ complementum illicò recepturi, *Mastrill. in tract. de Magistrat. lib. 4. cap. 13. in fine*, compertum est, morem illum visitandi Barones, esse penitùs superfluum: imò quandam, vt dicam, quasi possessionis feudorum turbationem, *Frecc. de subfeud. authorit. 35.* adeòque abijt in desuetudinem, *Tasson. in comm. cit. obs. 3. num. 50. de Pont. de potest. Proreg. tit. de electione Officialium, §. 1. num. 62. Danz. de pugn. Doctor. tit. de visitat. carcer. & carc. cap. 1. num. 9. tom. 2.* Quicquid de hoc ingemat *Afflict. in Constit. Regn. Capitaneorum, num. 6.* dicens, futuram fuisse huiuscemodi visitationem, & Iuri consentaneam, & subditorum leuamini conferentem. Nam secus profectò esset potestatem Proregis, atq; authoritatem infringere, imò præripere: tùm etiam, quia Rex agit solùm de visitandis Officialibus, qui suæ iurisdictionis habent exercitium; non de Baronibus, in quorum manus proprietas iurisdictionis trãslata fuit.

Atque in hac nuperrima visitatione

69 generali, quam Regis iussu fecit D. Regens Danesius Casati, Mediolanensis, cum cœpisset eam in Barones exercere: cuncti huiuscè Regni Barones, Tituliſq; insigniti, habito ad Regem recursu, obtinuere à Regiæ largitatis munificentia literas, nè in visitandis Baronibus se se Visitator immisceret: quarum exemplum ad posterorum notitiam subtexere libuit *D. Hieron. Calà de visitat. dissert. 6. in fin.*

Discutiendum nunc est, an tempo-

70 raneus Magistratus, qui depositò cingulo, syndicatus fuit, possit denuò apùd Visitatorem Generalem accusari? secernamus oportet Cæsareum à Iure Regni. De Cæsareo; si nulla in termino à legibus præstituto, fuit in eum instituta accusatio: quam ob rem Syndicatores ijs, testem probæ administrationis diploma, (quod liberato-

Digitized by Google

riam vulgus appellitat) dederunt, nequit ampliùs accusari, *Farinac. de inquis. quæst. 4. Clar. quæst. 55. & 57. Reg. de Pont. decis. 26. nu. 15.* Et si qui erunt, vel Fiscus, vel priuatus, qui accusationibus insistere volent, repellentur; perinde, ac iniurias remiserint, suisque renunciauerint actionibus; iam quod Magistratum statuto tempore negle-
71 xerunt arcessere: cum tempus peremptorium exclusiuum sit iuris agentis: *Quia quò ad nõ cõparentes est præscripta actio, & ampliùs audiri non debent, nec in loco officij, nec in loco domicilij*, inquit *Tusch. lit. S. concl. 175. nu. 8. & 9.* Si verò, admissis iam accusationibus, absoluti legitimè à Syndicatoribus, vel cõdemnati fuerunt: & tàm Fisco, quàm priuato præcluditur via iterùm accu-
72 sandi, nè sæpiùs de eiusdem hominis admisso quæratur, *l. sepulchri violati, la 1. ff. de sepul. viol. l. licèt, §. fin. ff. naut. caup. stabul. Glos. in cap. de iure. de accus.* Sin deniquè erupit absolutio, quia non probarunt, vel Fiscus, vel priuatus, quæ detulerant crimina propter potentiam fortasse accusati, collusionem, & conniuentiam, prævaricationem, metumue, aùt alio quopiam modo; tunc fas erit vtrique querimonias instaurare; & in hoc nullum erit discrimen inter Fiscum, & priuatum: dummodo de huiusmodi impedimentis protestati fuerint, antequàm Syndicatores sententiam ferrent; secus si tunc conticuerint, *Solorz. lib. 4. de indic. guber. cap. 8. num. 68. Canalc. de brach. reg. p. 5. num. 10. & 11. Cancer. 2. var. cap. 2. num. 65. Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 6. num. 3.* nè daretur ansa fraudibus accusantium; qui inchoarent quidem accusationem; sed data opera probarent nihil; vt in perpetuo, nedùm diutino ageret reatu Magistratus, iugiterque ab ipsis trepidaret: quod sanè nullo pacto esset æquo animo ferendum.

De Iure autem Regni, patet semper
73 facultas Fisco inquirendi in Magistratus, etiam post redditum syndicatum, *Cap.* Regni, incip. *statuimus, quòd tam Iustitiarij*; maximè quando Syndicatores per inquisitionem non processerunt, quod poterant vigore *Constit.* Regni, quæ incip. *volumus*. Verba *d. Cap. statuimus, quòd tam iustitiarij*, vt cauillationum effugia occludantur, hic libuit subtexere: *Et nihilominùs remanente licentia Regiæ Curiæ super eorum excessibus, atque processibus facere per speciales personas inquiri, vt secundùm merita, & probata inquisitionis ipsius de malè actis per eos, vel corporaliter puniantur, secundùm quod delicti qualitas exigit, vel ad pœnam pecuniariam Fisci commodis applicandam.*

Neque hoc iniuria cautum fuit:
74 quandoquidem Magistratus, si in officio deliquerit, duobus infligit offensam: Reipublicæ nimirùm, cuius interest, ius Ciuibus tribui; ac priuatis, quorum ius læditur. Factum sit licèt satis per Syndicatores ijs, quorum ius imminutum dicatur: quis inficias ibit Principi, in quem lege Regia omne ius, omnisq; Reipublicæ facultas concessit, *l. 1. de constit. Princip.* vt publicam persequatur iniuriam, reliquam esse potestatem inquirendi per generalem, vel specialem inquisitionem? ità arguit *Bellug. in spec. §. post milites, rubr. 35. num. 5.*

Accedit, quia cum iurisdictio Syn-
75 dicatorum à Principe promaneat, nequaquam censetur ijs concessa priuatiuè, *Butr. in cap. cum contingat, num. 10. vers. noto, de for. compet.* sed cumulatiuè, *l. fin. C. de iurisd. omn. Iud.* Imò nec posse à Principe priuatiuè concedi, tuetur *Bald. in l. 1. §. 1. num. 6. de offic. Præfect. Vrb.* nè regalia imminuat. Quapropter nõ est, cùr Principi denegetur inquirendi copia in Magistratus post redditas Syndicatoribus rationes.

Et licèt contendant *Bouadill. lib. 5. cap. 2. n. 24. & cap. 3. num. 133. cum seqq. Solorz. de Indi. gubern. lib. 4. cap. 8. n. 68. Cancer. 2. var. cap. 2. num. 65. & lib. 3. cap. 12. num. 42. Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 6. nu. 3.* nostram hanc conclusio-
76 nem infringere, freti quòd absurdum foret, quem de ijsdem criminibus iterum postulari, ex *text. in l. si cui, §. ijsdem, ff. de accusat.* cum rei iudicatæ ex-

ceptio

ceptio suffragetur; præferendum hac in re Fiscum priuato; atq; adeò si priuato pro geminatis accusationibus præcluduntur fores; multò magis Fisco, cuius in accusando imbecillior vis est, quàm priuati, *Villadieg. in polit. cap. 6. §. 3. num. 10.*

Attamen damus vltrò manus contrariam sustinentibus aleam, si sermo sit de iure Cæsareo. De iure autem Regni dicendum alitèr est; quod, & excepit idem *Solorz. loc. cit.* dicens: *Hoc tamen defendi potest, quando in alijs Regnis non dantur leges, nec statuta, quæ contrarium præcipiunt.*

Nec obest *Pragm. 1. de syndic. Offic.* 77 sinens, quòd possit procedi etiam per inquisitionem, tàm generalem, quàm specialem, per Syndicos in locis, vbi administrauerint, ab Vniuersitate electos: nam non inde est, quòd eripuerit Principi, quando sibi libuerit, hanc, de qua diximus, facultatem inquirendi: cum *Pragm.* conferat potestatem Syndicatoribus, non abdicet Principi.

Multò minus *mem. Pragm.* licèt edi- 78 ta anno 1477. corrigit, vt maluerunt nonnulli, dispositionem dicti *Cap. statuimus, quòd tàm iustitiarij*, conditi anno 1278. Siquidem *Pragm.* cauit de nouo, dandum esse syndicatum coràm Syndicis ab Vniuersitate electis; quando per *Constit. & Cap. Regni* fuerat statutum, dandum coràm Successoribus. At verò hoc, quod considat Regiæ Curiæ inquirendi facultas, cum non sit specialitèr immutatum, cùr stare prohibeatur, clamat *text. in l. sancimus, C. de testam.* qua de re in *rit. 195. n. 127.*

Nec conquerantur, qui honoribus 79 inseruiunt, si duriùs fortasse, quàm mallent, secum agatur: quòd duplici trutina eorum gesta pensanda sunt, altera syndicatus, inquisitionis altera. Nam in inuitis non confertur iudiciarium munus, honorisque beneficium. Hac lege dat Princeps ipsis Magistratum, vt subsint visitationi, etiam post redditas in syndicatu rationes; & ipsi quasi cõtrahunt cũ Principe, dum in se honorem Magistratus accipiunt, vltrò sese huiusmodi oneri subijcientes. *Nec quisquam putet, grauitèr hæc aduersùs eos constitutum: nam est in ipsorum arbitrio, nè quem recipiant*: loquens de nautarum, & cauponum onere, inquit *Vlpian. in l. 1. ff. naut. caup. stabul.*

Fuerat, & hoc veteribus Romanis 80 positum in morem. Cõperimus, Martianam, ac Liciniam Virgines Vestales, absolutas à L. Metello, Põtifice Maximo, de incestu, Tribuno plebis accusationem instaurante de eodem crimine, fuisse à Lucio Cassio damnatas, *Valer. Max. lib. 3. cap. 11.* Mulierem quandam, quæ extincto filio, libertos necis reos detulérat; cum hi à Luc. Seruiano absoluti fuissent, exorasse à Traiano, vt causa iterum, apùd eumdem Iudicem discuteretur, legimus apùd *Olin. epist. ad Macrin.* Si tamen his rationibus, atque exemplis non acquiescant, qui in Magistratu sunt, adeant demùm, omnium optimam rationem inuenturi, *Vlpianum in l. prospèxit, in princ. ff. qui, & à quib.*

Rationales Regię Camerę Summa- 81 riæ nùm visitationis iudicio subsint? Quæstio orta fuit tempore, quo Regni clauum moderabatur Exc. Marchio de los Veles, qui recognoscere intẽdebat Franciscum Corrado, illius Tribunalis Rationalẽ, criminis inquisitum, de quo memini in *Rit. 269. n. 5. rit. 274. n. 124. tom. 3. & rit. 295.* ac profectò quò ad iuris cõmunis pertinet dispositionem, Prorex videtur habere potestatem cognoscendi de Officialibus; In Officia- 82 les etenim Prefectorum cursum publicum laniantes, vel praua contrà vtilitatem publicam molientes, vindicandi sibi data est potestas, ità vt Præfectos de eorũ culpa faciat certiores, *l. in Officiales 4. C. de offic. Rector. Prouinc.* imò si quos Iudices, vel propter aduersam, & longinquam corporis valetudinem, vel propter neligentiam, aùt furtum, vel simile aliquod vitium, inutiles esse repererit, his ab administratione remotis, & vice eorum alijs subrogatis, furibusq; pœnis legitimis subactis, ad Principis mansuetudinem, non crimina, sed vindictam referre debet, *l. si quos 3. C. de offic. Præfect. Prat. Orient. & illir.*

& Illir. siue igitur Prorex Præfecto Prætorio æquiparetur; siue Rectorem Prouinciæ ipsũ esse, quis maluerit, semper in ipsos Officiales animaduertere posse, dicebatur. Haud tamen hæc, quæ dicta sũt, adeo indubitata videtur, quin euitari possint; etsi enim pro nunc Proregem ad instàr Præfecti Prætorio esse admittatur; adhùc tamen non ea censendus est omnimodo potestate, siquidem Præfectus Prætorio alios vice remotorum subrogare potest, quod Proregi denegatum est.

Patet proinde, ex lata potestate Præ-
83 fecto Prætorio concessa, inter ipsum, & Proregẽ longa discriminis differentia, at si Rectorem Prouinciæ Proregẽ esse contendatur, tunc animaduertendum est, eo in casu rescriptum dirigi ad Præsidem Prouinciæ, cui permittitur animaduertere in Officiales Præfectorum, dummodo Præfectos faciat certiores. Longè diuersa est hæc thesis, in qua non est dare mediam personam inter Regem, & Proregẽ, cui tribuantur Officiales; ex quo liquet, casum illum procedere in Officialibus à Præfecto Prætorio creatis; quod suadetur: cum fiat mentio de cursu publico, vt scilicèt intelligatur de Officialibus cursui publico præpositis, *tot. tit. de curs. publ. lib. 12. tot. tit. de curiosis lib. 12. Pancirol. de vtraq; notitia dignitatum, cap. 6.* quapropter nõ videtur Iure cõmuni, quod valeat Prorex in Officiales iurisdictionẽ exercere,
84 nàm Præfectus Prætorio augustali ordinariorũ, sub se Iudicũ examinãdi flagitia, & super his referendi; non autem amouendi, vel puniẽdi habet potestatẽ, *l. fin. C. de offic. Præfect. Prator. August.* & licet *Fulgos. in cit. l. fin.* dicat id specialitèr constitutum in Præfecto Prætorio AEgipti; is enim est Præfectus Prætorio Augustali, ab Augusto Primum ordinatus, *l. 1. C. eod. tit. l. unic. ff. eod. tit.* id verum est quò ad alios pertinet Præfectos Prætorijs, Orientis scilicet Illirici, & Aphricæ, à quibus, non benè ad Proregem argumentum deducitur, quibus in Regno nostro prorsùs est iniunctum, & prohibitum, se intromittere in Officiales perpetuos, attentis etiam nouissimis, geminatisque ordinibus, de quibus ipse memini in *Rit. 295. n. 10. hoc 4. tom.* Imò indubitatæ sunt instructiones secretæ absolutam Proregum commissionem limitantes, & declarantes, inter quas expres-
85 sim habetur, Proregẽ debere dumtaxàt Regem consulere de Officialium excessibus, *Reg. Tap. dec. Supremi Senat. Ital. 3.* ex *num. 22. &* tangit. *decis. 2.*

Ex his inspiciẽdũ est, nùm Rationales sint Officiales, ità vt cõprehẽdãtur in instructionibus de Officialibus loquen-
86 tibus? quod Iure communi suadetur, secundùm quod Rationales Officiales nominantur, *l. Officiales 4. C. de Episc. & Cler. l. 1. C. de offic. Comit. S. Palat.* Verùm nomen ipsum à rationibus deductum, vereor, nè competat iure illo illis tantummodò, qui hodie sunt D. Præsidentes Amplissimi, & Venerandi Tribunalis Regiæ Cameræ Summariæ, qui passim vocabãtur Procuratores Cæsaris, Comites sacrarum largitionum, & rerum priuatarum, illa ratione: nam legitur in Iure, *l. fin. C. de Aduoc. Fisci*, Rationales vocari Præsidentes priuatæ rei causis, vel sacris ærarijs; hinc, in pandectis inscribitur titulus *de officio Procuratoris Cæsaris, vel Rationalis;*
87 Vnde ad Fiscum pertinentes causas Rationalis decidit, *l. ad fiscum Cod. vbi causa fiscales*, Rationalis etiam, idest Procurator Cæsaris Iuris ordinem sequitur, *l. 3.* iuncta *Gl. C. de cõuenien. fisc. debitor. lib. 10.* & sanè Rationales Imperatorum temporibus appellati sunt, qui Procuratores Cæsaris antea dicebantur, *Brisson. de verb. qua ad ius pertinent signif. in verbo Rationalis.* Hinc legimus apùd *Lapri. in Alex.* vbi aliquos voluisset Rectores Prouincijs dare, vel Propositos facere, vel Procuratores, idest Rationales ordinare, *Corrad. in templ. Iudic. par. 1. §. 4. vers. Quæstoris, Cassan. in Catal. glor. mund. par. 7. cons. 15. Frecc. de subfeud. lib. 1. in cap. 1. de Magn. Camer.* Hinc etiam Regia Camera Audientia Rationum antiquitùs nominabatur, *Surgens de Neapoli illust. cap. 7.* Hodie igitur Rationales diuersi sunt à Procuratoribus Cæsaris, quip-

pe

Digitized by Google

88 pe, qui non ipsi sunt Procuratores, sed D.D. Præsidentibus referunt, quid receptum, quidue expensum ex patrimonio Principis; vel quid acceptum, & expensum rationibus referunt, ideſt in rationarijs (vulgò quæ regiſtra appellantur) deſcribunt, *Surg. cit. cap.* 26. qua de re dixi in *Ritu* 1. *ſub. n.* 21. & videndi *D. Reg. Moles deciſ.* §. 29. *de orig. Præſid. Topp. p.* 2. *de orig. Tribun. lib.* 4. *cap.* 3. *& cap.* 8. Ex his patet, Rationales noſtri temporis nomen referre antiquorum, non autē dignitatem. Verùm
89 indubitatè comprehendūtur, tanquàm pars integralis Regiæ Cameræ: quandoquidem in Regijs litteris ſcribitur *Magnificis Præſidētibus, & Rationalibus Regiæ Camerę Summaria, toto titu. de offic. Procu. Cæſar. in vol. pragm.* Præterea votāt Rationales, *prag.* 1. §. *inſuper, prag.* 2. §. *hoc quidem eod. tit. de offic. Procurat. Cæſar.* Item debent allegari ſuſpecti ad inſtàr aliorum Officialium, *pragm.* 1. *de ſuſpit. official.* Imò cùm ſupplicaretur Regię Maieſtati pro viſitādis Officialibus perpetuis, expreſſum fuit de Rationalibus, *cap.* 3. *inter cap. conceſſa à Cæſar. Maieſt. Car. V. in anno* 1536. *in parlam. generali fol. mihi* 102. *à terg.* Sed etſi Rationales prędictis præ-
90 rogatiuis fruātur; nō tamē ſummi ſunt Magiſtratus, cum vacent relationibus faciendis, & ſedeant extra conſeſſum Præſidentium, & ſi aliquo fauore potiuntur, eſt ex connexitate totius Tribunalis, quod non diuiditur. Votum autem proferunt in cauſa tantùm cōmiſſa, & quod dictum eſt de ſuſpicionis allegatione, eſt ex identitate rationis militante, à Pragmatica excogitata aduersùs litigantium malitias. Alijs quidem fruuntur fauoribus, nedùm ex totiùs Tribunalis connexione, quod nō diuiditur; ſed quia ſummum munus exercent, *Top. p.* 3. *de orig. Tribunal. pag.* 224. & præclariſſimi ſunt Viri. Atque
91 ſemper obſeruatum, priores partes Viſitatoris fuiſſe in cognoſcendo Rationales, ipſoſq; tanquàm Officiales à Rege creatos Proregis iuriſdictionem omninò declinare, quod Cæſaris reſcripto probatur in *l. fin. C. vbi Senat. vel Clariſſ.* ibi: *nullius alterius iudicis, niſi noſtræ pietatis huiuſmodi eſſe cognitionem, vel ſacri tantummodo cognitoris, cui noſtra Serenitas huiuſmodi negotij audientiam vice ſua ſacris apicibus mittendis mandauerit.* Qua conſtitutione expreſſim conſtat, iuriſdictionem in Magiſtratus ſoli Principi reſeruatam, vt ſupra dixi, *& in Rit.* 195. *nu.*
92 10. & propterea, apùd Regiū Viſitatorem fuit ad libellam reuocatum, an forent moleſtandi ob exactionem habitam chryſtallorum, ac derictuum Declaratoriarum? & in eorum gratiā editum reſponſum, reſcribit *Topp. de orig. Trib. p.* 3. *pag. mihi* 412. Hinc Sua Maeſtas mandauit, nomine ſuo ſelegi iunctam in memoratū Rationalē Franciſcū Cōradū, vt *in mox. cit. rit.* 269. *n.* 5. *rit.* 274. *n.* 124. *& Rit.* 195. *n.* 17. indicaui.

Qui Neapolitani Exercitus Audi-
93 torio præeſt, quem nos Auditorem Exercitus, vulgò del Campo, appellamus, viſitationis quoque iudicio ſubeſt; etſi enim Proregis prouiſione conſtituatur; non tamen temporaneo ſyndicatui paret, vt cenſet *Thor. p.* 2. *compend. verbo, Precedere quis nam, pag.* 484. no-
94 tans idem in Vicario Epiſcopi, ex *Genuens. in prax. Curiæ Archiep. Neapol. cap.* 71. Excellens ſanè munus: nàm circa Militiam verſatur, quæ huius Mundi maximam gloriam occupat, vt octo ſupra quadraginta ſpeculationibus conſiderare poſſumus, cū *Chaſſan. in Cathal. glor. Mūd.* integra *par.* 9. Hinc Arrius Menanter de re militari pertranctans inquit, in iudicijs Militem eſſe Aduerſarijs prætioſiorem, *l.* 4. §. *non omnis, ff. de re milit.* cuius plurima enarrantur priuilegia, *Bellug. in ſpecul. Princip. rubr.* 20. §. *quia poteſt.* Aliqua apùd *Fabr. lib.* 1. *ſemeſtr. cap.* 17. *&* 18. *Baltax. Ayalum*, Exercitus Regij apùd Belgas Auditorē, *de iure belli lib.* 3. *c.* 8. *Claud. Coter.* qui tractatū edidit *de iur. & priuil. milit.* ac quinquaginta prærogatiuas recenſet *Mar. Mant. in tract. de priuil. mil. Signor. de Amod. inter tract. fol.* 26. *to.* 18. *Rou. in prag.* 16. *n.* 10. *de milit.*

Idemque procedere in Commiſſa-
95 rio Campaneæ, cuius arbitrio omnia

nia sunt relicta, ex *Marsil. de bannit. verb. Iudice, num. 246. Grand. de bello exul. spec. 50. nu. 1. Danz. de pugn. DD. tit. de potest. ad mod. belli, cap. 7. in fin. & tom. 2. tit. de salar. cap. 1.* indicat *Rocc. de offic. tit. de offic. Commis. general. Campan. rub. 15. num. 115.* monens *nu. 117.* nostro in Regno militare dispositionem *prag. 3. de offic. Iustit.* indistinctè omnes Officiales temporales complectentem.

At quinàm tubarum clangor aures
96 personat? quę per inane strepunt tympana? An Cataphracti, mucronum vi immunitatem ab huiuscemodi iudicio efflagitatis? Silere solent, fateor, Iura inter Belli apparatus: in hac verò thesi nouo quidèm more cedunt Arma Iuribus, submittuntq; Fasces Togæ. Velitis, nolitis, obnoxij visitationis censuræ vos etiam estis, Militiæ Ministri, Classiumque Præfecti. Id tamen intelligendum, quando malitia, dolusuè malus adhibetur; qui tamen nullo pa-
97 cto præsumuntur in Viro Nobili, ac Generis claritate conspicuo, ex *text. in l. quod si nolit, §. qui mancipia, ff. de adil. edict. cap. fui, de consecr. dist. 5. nouell. 10. in fin. Glos. in l. cum unico, verb. Domum, ff. de alim. & cib. legat. Oldead. in comparab. benef. par. 1. cap. 33. num. 69. Gambara de authorit. Legat. à Latere, lib. 7. num. 269.* latè *Arce de Otalora de Hispan. nobil. p. 2. cap. 3. n. 15.* adeò quòd ausus est dicere *Io: Vincen. Honded. cons. 33. num. 48. vol. 2.* à Nobilitate excludi probationes; ergò
98 multò magis præsumptiones: maximè quando Nobilitati cohærent præcedentis vitæ laudabiles mores, *l. desertorem, §. & is qui, ff. de re milit.* ibi: *Inspecto vita eius prædecentis actu, venia ei dabitur, l. non omnes, 5. in princ. ff. eod.* ibi: *Non omnes desertores similiter puniendi sunt; sed habetur, & Ordinis, & stipendiorum ratio, & gradus Militia, vel loci, ac muneris deserti, & ante acta vita; cap. cum iuuentute, de purgat. canon. cap. cum in nostra, de probat.* & vitæ ante actæ rationem cum primis habendam, vsus obtinuit, *Cravett. cons. 99. nu. 12. in fin.* quem refert *Menoch. cons. 283. nu. 16.* tradit *Adrian. Gilman. vot. Camer. Imperial. p. 2. vot. 6. num. 10. & 11. Didac. Perez in rubr. tit. 18. lib. 8. ord. post Marc.* innuitque *Cic. in orat. pro Publ. Sylla,* ibi: *Omnibus in rebus, Iudices, quæ graviores, maioresque sunt, quid quis voluerit, cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est ponderandum*: Quia sicuti nemo repente fit perfectissimus: ità nemo repente fit pessimus.

Ac verò, quando nulla subest doli,
99 machinationis, ac malitiæ suspicio, supremæ notæ Auctores asserunt, non teneri Militię Præfectos stare syndicatui de insperatis prælij euentibus: Ita *D. Martin. de Ayala* Archiep. Valentin. *tract. de iur. bell. lib. 2. cap. 2. num. 12. Lucio Adamus Contzem lib. 2. polit. cap. 22. §. 2.* ibi: *Duci Bellorum magis est in re gerenda libertas permittenda, neq; puniendus ob rem malè gestam.* Dubia
100 enim est belli alea; Initia in potestate nostra sunt; de euentu Fortuna iudicat, *Senec. Epist. 14. in fin. Eras. in adag. incertus euent. Tiber. Decian. respon. 29. nu. 16.* probans, quòd qui facit, quod alij soliciti sunt facere, non dicitur in culpa, *cap. 23. quæst. 1.* ibi: *Ea, qua propter bonum, & licitum facimus, si quid per hoc, præter nostram voluntatem malè acciderit, nobis non imputetur.* In bello, si poeticè loqui liceret, dicerem, Fortunam ludere; catholicè autem asserо, D. O. M. qui Deus est Exercituum, impartiri lætas victorias, aùt iacturas; cum vt plurimùm, quãdo sibi quis credat è sententia euenturum, accidat quod minimè putabat, vt ait *Plaut.* ibi: *Insperata sæpè accidunt magis, quàm qua speres.*
101 Hinc nõ rarò fit, quòd Dux eo apparatu, ijs conditionibus, eo auxiliorum concursu potitur hostium spolijs; alio tempore idem fortasse, vel alter Dux, eodem apparatu, ijsdem conditionibus, eodem auxiliorum concursu impudentèr fugam arripiet, terga hostibus vertet, vel toto cum exercitu occumbet. Pyrrhus fudit Romanos, quia tulit in bello elephantes, vt ait *Iustin. lib.*

Digitized by Google

lib. 18. Annibal deinde, id vnum in votis habens, vt Romanos deleret, Pyrrhi euentu edoctus, sibi certus victoriæ præmisit ante primum agmen elephantes; & hi fuerunt causa, vt victus decederet, teste *Liu. lib.* 20. *decad.* 3. Contendit Alexander Macedo exigua copiarum manu contrà Darium præliari, cui tot Militum millia pugnabant. Ac tandèm Darius, tanti Exercitus Rex, qui triumphantis magis, quàm dimicantis more, vt ait *Q. Curtius de reb. gest. Alex. Magn. lib.* 4. *nu.* 1. curru sublimis inierat prælium, fugatus cessit Alexandro: qua de re exclamans idem Author *lib.* 3. *nu.* 11. *in fin.* *In acie autem*, inquit, *cæsa sunt Persarum peditum centum millia: decem verò millia interfecta equitum. At ex parte Alexandri quatuor, & quincenti saucij fuere; triginta omninò, & duo ex peditibus desiderati sunt: equitum centum quinquaginta interfecti: Tantulo impendio ingens victoria stetit.* Quoties autem legimus apùd Veterum monumenta, copias quamuis firmitate, ac robore præstantes, viso hoste, fugæ se mandasse consternatos, subitis quibusdam terroribus, qui à Poetis Pani, vel Fauno dicati, Panici dicuntur, vt innuit *Alciat. embl.* 122. dicens:

Effuso cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

Quid culpæ, quæso, est Duci in tàm subitis casibus, in tàm inopinata fuga; si vniuersus disijciatur exercitus? Videre est *Iudith* 15. & 2. *Machab.* 12. de exercitu Sciom. 4. *Reg.* 7. ibi: *Surrexerunt ergò, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, fugeruntq; animas tantùm saluare cupientes.* Hoc perpendens iusti iudicij trutina, ait *Carol. Scriban. lib.* 2. *Instit. polit. Christian. cap.* 22. *Scio, deinde, mortalium plerosque res ferè, prudentiumque ab euentu metiri. Vndè non rarò eadem omninò nunc prudentiæ, nunc temeritati adscribuntur, nunc robori, nunc furori. Quare eadem res nunc sapientiæ, nunc stultitiæ nomen accipiunt. Quare stolidiùs reperiri nihil potest.* Quamobrem cum accusatus esset, vt refert *Liu. lib.* 2. Caius Terentius Varro, apùd Senatum, quòd ex ipsius temeritate accidisset Romanis Cannensis clades: maximè quia terga in eo conflictu vertisset, poenis noluit Senatus illum mulctare; imò maximis honoribus incolumem ex tàm memorabili clade venientem ante Vrbem excepit.

Itaque ex rectè instructo exercitu, 102 callido Duce, eleuatiore loco, numeroque Militum, nullam licet seriò victoriam arguere, vt plerique rudis ingenij cogitant; in quos inuehit *Cic. pro Caio Rabir. Posthum.* *Hoc plerique* inquit, *facimus; vt consilia euentibus ponderemus; vt cui benè quid processerit, multùm illum præuidisse; cui secùs, nihil sensisse, dicamus.* Et iniquum esset, quòd si fregisset hostes Dux, omnes tùm Milites, tùm qui domi fuissent, victoria lætari, ac ferè gloriari potuissent: si Dux fractus esset aduerso Marte, ipse infælicis euentus reatum lueret, præterea nemo; ità *Tacit. in vit. Agricol.* ibi: *Iniquissima bellorum conditio est: prospera omnes sibi vendicant, aduersa vni imputantur.*

Hinc est, quòd prudentissimus quisq; 103 Princeps ei, quem copijs præficit, nulla dat certa mandata, quibus obtemperet, cum ventum erit ad arma; sed generalia, scilicèt, quòd se gerat, vt ratio, res, factiq; contingentia postulauerit. Ità seruasse traditur Tiberius Cæsar dimissurus ad bellum Duces, *Tacit. lib.* 14. ibi: *Tiberius Cæsar Drusum præfecit, nullis certis mandatis, ex re consulturum.* Quod fieri, vel ab impijssimo Turcarum genere, refert, post alios, *Cochier. ad Onosann. cap.* 32. *notab.* 4. Duram proinde conditionem eorũ, qui in dandis consilijs, & in gerendis rebus solent versari: cum eorum fides ab euentibus soleat æstimari, clamat *Demosth.* 1. *Olynth.*

Quinimo, quando Dux à Principe 104 certas bellandi normas accepisset; si illis neglectis; prudentèr tamen, sagacique adhibito consilio, vinceretur ab hoste; nullo syndicatus reatu alligabitur; quia prudentis est, mutata re, mutare consilium: cum consilia rebus

aptentur, non res consilijs.

Hæc tacitus mente volutabam, cum
105 renunciabantur tot amissiones nauium, triremiumque, quas patiebantur Nostrates in bello Messanæ, (nihil enim tàm capax est fortuitorum, quàm Mare, *Tacit.lib.14.annal.Strach. de mercat. tit. de naut. 2.par.§.nunc est sciendum, nu.2.Petr.Greg.lib.2.syntag. cap.3. num.51.in fin.*) quæ inscia illius, quod ait *Tacitus*: *Qui contrà Imperatorem suum seditionem concitat, is in suam ipsius salutē seditiosus est*; defecit sub die 7. Iulij 1674. à nostro Inuictissimo Monarcha, & de alijs illius de populationibus, ex *Capyc. dec.130.* diximus in *rit. 274. n.91. lib.3.* & indicauit *D.Thom.opuscul.20.de regimine Princip.*
106 Quod quidem Opusculum, licèt *Iacobus Tirinus in auctor. indic.* (quem cum Comment. Biblicis suis excudi fecit libros de regimin.Reipubl. *Bernhard à Mallinc K Rot. Decan. Monaster. de Archicancell. S.Rom.Imper. ac Cãcell. Imp. Aulæ.*) dicat, nõ esse opus D.Thomæ Doctoris Angélici, sed Thomę Doctoris Anglici, cognomine VValleis, siue Gualensi, qui vixit circa annum 1333. sub Anglorũ Rege Eduardo III. Attamen Pontificium B. Pij V. oraculum, S.Antoninus *in proœmial.opuscul. D.Thom.* ac Chroniste omnes Ordinis *in vit. D.Thom.* nempè PP.Razzi, Castiglio, Fontana, Pio, & alij, (præter probationem, quæ oritur ex collatione tẽporum: cum opusculum fuerit inscriptum Guido Lusignano, Cypri, atque Hierusalem Regi, quo tempore floruit D. Thomas, non Thomas Anglicus) nitidè testantur, esse riuulum ex Angelico fonte delapsum.

At calamitatibus præssa Messana,
107 exemplo fuit cœteris Vrbibus, quæ dicto nostri Regis sunt audientes, ad Regem nostrum rediens, erratiq; veniam humilitèr exposcens, te palàm ostendit, à quo Rege defecerat; idque Caroli II. Hispaniarum Regis gloria; de quo dici potest cum *Virgil.*

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi.

108 dabitque Deus, tùm ob tuitionem Sanctæ Orthodoxæ Fidei; quam, vt venerentur non modò Populi suæ Ditioni subiecti; sed exteræ etiam Nationes, iugitèr adlaborat: tùm præsertim ob cultum, quem semper Gens hæc Austriaca Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento exhibuit, S. *Carolus Borromeus in oratione habita ad suum primum Concilium Mediolanense, in fin. Vuelephangus Lazius Reip.Rom.lib.11. cap. fin. pag. 886. in princ. Iul. Anton. Brancalassus in philosophia Regia, lib.4. de Religione, pag. 104. §. 95. num. 12. Petr. Binssfeldius de iniur. cap.7. quæst. 1. conclus. 12. dub. 2. pag. 295. & seq. Dionys. Paul. Lopis in tract. de quatuor Patriarcalium sedium erectione, cap.12. nu.18. Sandoual. 2.par. histor. Caroli V. lib.3.§.5. fol.106. Cerdan. à Tallada in verilequio cap.9.§.4.* Ex quibus ansam arripuit quidam, præstanti præditus ingenio, conficiendi huius anagrammatis, in quo Verbum AEternum alloquitur Patri:

Sacramento de la Eutaristia
Anag.
Meco eterni la Casa d'Austria.
& alter.
Eucaristia
Anag.
Ci è Austria.

Id quod Gregorij XIII. dictum Or-
109 bi significauit. Fatiscentem sub mortis confinio Principem, insignis pietate Purpuratus, contracta ob dolorem fronte, edocet, eadem illa die interruptis pro eius salute precibus Deum fatigatum, obtestatumque Numen, vt tantus seruetur Pontifex, quo superstite, benè omnia de Christiana Republica ominari fas erat, cui ille, non pro mea, sed pro Regis Hispaniarum incolumitate preces sunt fundendæ: etenim qui clauum Pontificatus, ac gubernacula Orbis Orthodoxi tractare possent, non deerunt, pietate fortèan, ac virtute longè meam antecellentes: quòd columen, præsidiumq; sit Christianæ Reipublicæ, vnus dumtaxat existit Rex Hispaniarum, cuius vita adeò vtilis, ac penè necessaria est Orbi Catholico, vt vno labente Rege, tota necesse est, corruat, Christiana Religio,

re-

Digitized by Google

refert *Petrus Matthei in histor. Franc. lib. 1. narrat. 4. fol. 61.* Et *ab vno tantùm*: nempè nostro *Monarcha libero, totam nostram Religionem, ac Fidei augumentum pendere dignoscitur*, verba sunt *Io: in tract. de Maiestat. Princip. n. 2. pag. 146.*

Hinc huic Regiæ Stirpi tot in dies
110 miracula fluũt è Cœlo. Hinc hęc Augusta Gens à Deo, & Natura tot insignibus donis decoratur, quæ referunt *Ioan. Limna de iur. publ. lib. 5. cap. 2. ex num. 3.* & *Hoping. de iur. insign. cap. 18. ex nu. 100.* Hinc huic Sereniſſimæ Familiæ ea superabundans felicitas, vt intra quindecim annorum spatium, omnibus in Orbe Christiano Regnis, vel Reges dederit, vel Reginas, excepta Scotia, *Gasp. Ens. thesaur. polit. lib. 1. apoteles. 6. Limna mox add. cap. 2. n. 4. Lipſ. in præfat. de magnitud. Roman. pag. 5. Philipp. Knipschild de fideicomm. famil. nobil. cap. 1. de orig. notat. & desinit. fideicomm. num. 114.* Hinc demùm, vt cœtera omittam, peculiare illud decus cælitùs concessum, quòd si quis balbutiens, vel impeditioris linguæ ab Austriacorum Principum aliquo oscu-
lum acceperit, munus expeditè loquendi sortitur, *Felix Fab. histor. Sueu. lib. 1. cap. 15. pag. 175. Camerar. oper. subcis. cent. 3. cap. 42. Limna add. cap. 2. n. 8.* quos refert *Knipschild in d. tract. cap. 14. de mod. quib. dissol. fideicõm. n. 34. Lipsius in præf. ad magnit. Rom. pag. 5.*

Inter quæ non est postremo loco ha-
111 bẽdum, quòd nullus ex hac Augustissima Familia extiterit Tyrannus; sed semper Fide Catholica, fælicitate animi, misericordiaque decorati fuerunt, testibus *Herm. Kirchner de offic. & dignit. Cancell. lib. 2. cap. 5. nu. 83*, nec non *Limna mem. loc. num. 4. Hoping. add. cap. 18. num. 103. Herm. Kirchner in mervillerio, lib. 2. cap. 5. num. 2.*

Quid memorem cladem, qua Gens
112 Austriaca, Turcarum, Viennam nouissimè obsidentium, ingentes vires confregit? Iam conclamatum erat de Hungaria, Germaniaque, totiq; Christiano Orbi timebatur. Iam omnium animi conciderant. Iam super vniuersorum fidelium colla Turcicum Otto-
mani iugum, parum dixi, stricta imminere videbatur acinaces. Quãdo Gens Austriaca, quam minimè sperabamus victoriã, trucidatis ad vnum hostibus, abrepto Regio, præcipuoque ipsorum vexillo, eoque ad Pontificem misso, gestientibus totum per terrarum Orbem præ lętitia Christianorum animis, virilitèr retulit, ac D. O. M. fauente, cui adeò cordi sunt Austriacæ Aquilæ, victorijs pluribus, quàm gressibus, Hungariam peragrata est, totumque illud florens æquè, ac refractarium Regnum ab Ottomanico iugo per summam gloriam eripuit.

Demum Messanenses, vt ad eos re-
113 deat sermo, eo quòd prouoluti ad nostri Regis pedes, cuius præcipuũ est,

Parcere subiectis, & debellare superbos.

orauere veniam; & non modò veniam, verùm etiam pleraſque gratias, ac priuilegia obtinuere ex Regiæ largitatis munificentia: vnam hanc Potẽtissimus æquè, ac Clementissimus Rex contentus sumpsisse vltionem ex eis, verè Regiam: ostendendo nimirùm, quodnàm immane facinus admiserint, & quas meruerint pœnas? qua de re *D. D. Ignat. Gastone in 22. disceptat. fiscal.*

Satis multa effudimus de ijs, qui
114 proprio alligantur reatu; agitè nunc explicemus, & eos, qui alieno obstringũtur in ipsos transmisso; adeòq; an in Officialiũ hęredes pœnales trãseant actiones? Resoluitur quæstio, adhibito discrimine inter pœnas corporales, & pecuniarias. Corporales enim cuique, qui non stultissimus sit, nedùm, qui primis Iuris prudentię fuerit imbutus rudimentis, compertissimum est, non transire in hæredes: siquidem mors omnia soluit; Reoque extincto, eius corpori luendum remanet nihil. Hinc
115 est, quòd qui ab incœpto accusandi desistit, mortuo Reo, S. C. Turpilliani minas euadit: *Si propter mortem Rei Accusator desiterit, non potest hoc S. C. teneri: quia morte Rei iudicium soluitur*, inquit *Marcellus in l. in Senatus, ff. ad Turpill.* hoc enim in casu, non falsa crimina intendit, quod esset calumnia-

ri; non vera abscondit, quod esset præuaricari; nec libens, volensq; ab accusatione desistit, quod esset tergiuersari; in quæ tria S.C. Turpillianum inuehit, *l.1.ff.ad Turpill.* siquidem defuncto eo, qui Reus fuit criminis, & pœna extincta est, ait *Martianus in l. defuncto eo, 6.ff. de publ. iudic.* & post alios passim, *Prat. responſ. crim. 48. ex num. 1.*

Si verò de pecuniarijs pœnis sermo
116 est: cum hoc visitationis iudicium inuentum sit fauore, tàm publico, quàm singulorum, *arg. l. 1.C.vt omn. Iudic. tàm ciuil.quàm milit. §.neceſſitatem, §.illud videlicèt, verſ.ſciant enim, Auth. vt Iud. ſin. quoque ſuffrag.* malè consultum foret Reipublicæ, si nullo modo possent cogi hæredes: nam si Magistratus putarent immunes hæredes à pœna pecuniaria, ac restitutione; magis, atque magis properarent ad rapinas, ad furta, ad baratterias, concussionesque, *Barboſ. loc. cit. num. 162.* Verumtamèn hac in re duplex salebra nobis occurrit; in quarum vtraque hæredum tantisper est. Nam, vel loquimur de priuatis criminibus; vel de publicis. Fas sit sermonem priùs instituere de priuatis, vt facilius pateat ascensus ad publicorum accliuia; crescatq; vt moris est, oratio.

Duplici casu in priuatis criminibus
117 pecuniaria pœna transit in hæredem: vel quando lis fuit contestata cum defuncto, quo casu talis hæres in solidum tenetur, *l.1.C.ex delict. defunct.* & in eadem naui est hæres, ac Reus principalis; qua de re *M. Anton. Eugen. conſ. 21. lib. 1. Auiles in Indicum ſyndicatu, cap. 1.* etenim, non modò *Ex delictis pœna incipere ab hærede ità demum poteſt, ſi vivo Reo accuſatio mota eſt, licèt non fuit condemnatio ſequuta*, inquit *Modestinus in l. ex iudiciorum, ff. de accuſat.* quia *Panalia iudicia ſemel accepta in hæredes tranſmitti poſſunt*, docet *Paulus in leg. 51. ff. de regul. iur.* &
118 iudicium non accipitur, nisi per contestationem litis, *Cuiacius ad lib. 51. Paul. ad edictum*; verùm etiam ex omnibus causis lis contestata in hæredes transit, vt inquit *Callistratus in l. ſciendum, ff. de action. & obligat.* cuius vestigijs insistens, subdit *Papinianus in l. hæredem, ff. de calumn. Poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpiceretur, & hæres teneretur ex omnibus cauſis.* Vel
119 etiá si non fuisset lis contestata, quãdo aliquid in hæredem peruenit; ac tunc tenetur ex parte, quæ ad ipsum peruenit: ità *Vlpianus in l. quod diximus, §. vlt. C. quod met. cauſ.* notatq; aureis verbis, & luculentiùs *in l. hæredem 5. ff. de calum.* ac lepidissimè Imperatores *Diocletianus, & Maximianus in l. vnic. C. ex delict. defunct.*

Præsertim verò, vt, post quàm, da-
120 tis capitibus, lis fuit contestata cum defunctis, teneantur hæredes Magistratuũ: peculiari enim iure constitutũ est in iudicio visitationis, Regia Serenissimi Philippi IV. sanctione, quam refert *Solorzan. de iur. Indiar. lib. 4. cap. 8. circa finem, & in polit. Indi. lib. 5. cap. 11.* his verbis: *Como ayan eſtado vivos al tiempo, que les dieron los cargos, que es quando pareçe, que en ſemejantes juizios ſe haçe conteſtacion de la cauſa.*

In publicis autẽ iudicijs pecuniaria
121 pœna non transit in hæredes, nisi quando, ante quàm defunctus desineret esse in humanis, fuisset, nedùm lis contestata, verùm sententia etiam prolata, *l. ex iudiciorum, ff. de accuſat. l. 1. ff. de priuat. delict. l. 3. l. defuncto, ff. de publ. iudic. l. crimen, ff. de pœn. Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 5. lib. 1. Salyc. in l. fin. num. 6. C. ſi reus, vel anus mort. fuer. Vaſq. contr. illuſtr. cap. 96. num. 15. Farinac. quæſt. 10. num. 53.* Siquidem, cum
122 pœna constituatur in emendationem hominum, eoque, in quem constitui videtur, defuncto, desinat, *l. ſi pœna, ff. de pœn.* æquum visum est, non transire ad hæredes, nisi condemnatione sequuta: quando iam, si propriè fari velimus, non tàm ex vi delicti transit,
123 quàm ex vi quasi contractus, qui celebratur per sententiam, *l. licèt Prætor, §. idem ſcribit, ff. de pecul.* adeòque requiritur, vt sententia fecerit transitum in rem iudicatam, argum. *l. ita demum*, vbi *Bald. C. de Procurat.* Idemq; dicen-

dum

Digitized by Google

dum in omnibus casibus, in quibus posset quodammodo Reus dici condemnatus: putà si esset confessus, vel conuictus, *Bald. in l. vn. col. 2. num. 3. vers. sed hic dubitatur*, C. *ex delict. defunct. Butr. in cap. 2. Vt lit. pendent. lo. de Plat. in l. fin. col. 2. vers. attende tamen*, C. *de iur. fisc.* cum paria sint, sententiam
124 esse prolatam, ac Reum esse cõfessum, aùt conuictum, *l. qui sententiam*, C. *de pœn.* licèt in visitationis iudicio perrarò id accidat, & vix dici possit conuictus Reus, cum dicta testium non pandantur; vel si crimen fuisset probatum, nullaque posset tergiuersatione celari; ità vt sola deesset sententiæ prolatio; vel si demum Reus fugam arripiens, suique copiam non faciens, indigitaret delictum, *D. D. Hier. Calà de visit. Magistr. diff. 12. num. 24.*

Quid verò si Reus post latam sen-
125 tentiam, eamque in suspenso constitutam appellatione interposita decesserit? Tunc distinguendum est: Vel confiscationis pœna est tacita, vel expressa. Si tacita, putà, in consequentiam pœnæ corporalis; & morte perimitur, nec transit ad hæredes: defuncto enim Reo, corporalis pœna euanescit; & cum ea, etiam pecuniaria, quæ erat in corporalis consequentiam, eique accessoria: corruente enim principali, corruat accessorium, oportet. Si expressa, nempè principalitèr vnà cum corporali irrogata; & tunc corporali extincta, incolumis est aduersùs hæredes pecuniaria ademptionis bonorum. Hac sanè vsus est distinctione *Alexander Imperator in l. si is, qui, 3. C. si appellat. pendent.* En expressa. Nec immeritò quidèm: namq;
126 quãdo pœna pecuniaria expresse imponitur, & principalitèr; videntur tot esse sententiæ, quot capitula, *l. etiam, §. 1. ff. de minor.* Duo essent hic capitula, duæ igitùr sententiæ; altera de corporali, de publicatione altera. Idcircò licèt perimatur sententia, quò ad corporalem, per Rei obitum: quia parcendum est sepultis; vigebit vtiquè quò ad pecuniariam, quæ afficiat hæredes. Præterea, quando est tacita nullius interest, appellationem prosequi; atque adeò pœna abit in auras: quando autem est expressa, interest Fisci; idcircò superstes est. Hoc nitidissimè innuit *Marcellus in l. 1. ff. si pend. appell.* Marcelli vestigia sequutus est Imperator *Gordianus in l. defunctis*, C. *si reus, vel anus mort. fuer.* vbi cum dixisset, notissimi Iuris esse, defunctis, pendente accusatione, publicorum criminum reis, bona successoribus eorum non denegari, declarat deinde *in l. si quis cum capitali*, C. *eod. tit.* quòd si decesserint lata iam sententia, eaque pendente per appellationem, durare iudicium in hæredes pro bonorum ademptione principalitèr imposita, dicens: *Si autem relegationis pœnam sustinuit, & in parte bonorum damnatus appellatione vsus est: etiam post mortem eius nihilominùs appellationis ratio examinabitur: cum desideratur, vtrùm valeat, nec nè particularis publicatio.*

Tunc autem, ait *Angel. de malef.*
127 *vers. Præsente Caio, & appellante, nu. 34. cum seqq.* pecuniaria censetur apposita tacitè, & in consequentiam corporalis; quando sententia copularet pecuniariam cum corporali per dictionem *Cum*; putà si diceretur: *Condemnamus ad mortem cum bonorum confiscatione*; tunc verò expresse, & principalitèr, quando corporalis, & pecuniaria vniretur per particulam copulatiuam, *&*; putà: *Condemnamus ad mortem, & ad bonorum confiscationem.* latèque *Reg. Rouit. decis. 64. Præs. de Amat. cons. 55. Amaya* multas nectens ampliationes, restrictiones, ac declarationes *in repet. trium libr.* C. *de iur. fisc. lib. 10. Donell. & Cald. in repet. l. vnica, p. 4. num. 32. & p. 5. ex num. 16.* C. *ex delict. defunct. Martinez in dialog. relator. lib. 3. cap. 25. num. 10. Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 31.*

Excipiuntur ab hac regula nonnul-
128 la flagitia; ex quibus fas est, exerceri actionem in hæredes, etiam ante condemnationem sequutam: quædam ob eorum immanitatem: nimirùm Maiestatis, tàm Diuinæ, *l. 4.* C. *de crimin. hæres.* quàm humanæ, *d. l. ex iudiciorum, verb.*

Digitized by Google

verb. Maiestatis, ff. de accusat. desertæq; tàm Religionis, *l. apostatarum, C. de apostat.* quàm Militiæ, *toto tit. C. de desert. lib.* 10. de quo læsæ Maiestatis crimine aliqua notaui in *rit.* 274. *ex n.* 46. *tom.* 3. Quædam verò, quia etsi publica iudicia sint; principalis tamen quæstio de ablata pecunia agitur: nempè repetundarum, peculatus, residuorum; ità *Papinianus in l. vlt. ff. ad l. Iul. pecul.* inquit: *Publica iudicia repetundarum, peculatus, & residuorum similitèr aduersùs hæredes exerceri placuit; cum in his quæstio principalis ablatæ pecuniæ moueatur. Vasq. controu. illust. cap. 96. nu. 25. in 4. & 5. limit. Gomez var. resol. tit. de delict. cap. 1. ex num. 78.* & alij adducti à *Reg. de Marin. lib. 2. resol. quotid. cap. 244. à num.* 3. plures enarrante casus, quod perpetuum non esse, aduertit idem *Reg. de Marin.* etiam *in add. ad R. Reuert. decis. 64. sub num.* 1. sed coarctari, vt non vlteriùs permittatur in crimine repetundarum, quàm si intra annum à die mortis delinquentis rei actio instituatur; & in peculatu infra quinquennium, quod non admittit *R. Reuert. in ead. decis. 64.* quando agitur contrà hæredem Administratoris pro consequutione interesse damni ex causa administratæ pecuniæ passi, statuto tempore Fisco non solutæ: tunc enim obstringi hæredem ad illud, quod defunctus teneretur, si in humanis ageret, concludit; quod in hærede minore, idem *de Marin. ibidem num.* 2. restringit, itidemq; *Reg. Reuert. dec.* 440. & 516. ibiq; *de Marinis, Reg. Moles dec.* 8. *tit. de pœn. quib. ten. Offic. qui pecun. fiscal. retin.* & dixerant *Pichard. in §. non autem omnes, nu.* 56. *Inst. de perpet. & tempor. Decian. tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 37. quos refert *Consil. Vargas de syndic. to.* 2. *p.* 7. *consid.* 10. *lit. D. Clar. & Baiard. quæst.* 51. *num.* 33.

Cùr autem in priuatis delictis sola
129 litis contestatio sufficiat, vt pœna ad hæredes transeat; non ità in publicis, in quibus condemnatio requiritur? Ratio est: in priuatis agitur res priuatorum; eorumque fauore inductum est, vt sola litis contestatio satis sit: in publicis verò, agitur de pœna applicanda Fisco, atque adeò odiosa, ex eo, vel maximè, quia plerumque pecuniaria pœna accessoria est corporali, & restringitur, vt non, nisi sequuta condemnatione, debeatur ab hæredibus.

Hic non abs re foret quærere, an,
130 si pecuniaria pœna sit imposita cum clausula: *Ipso iure*, procedat, nec ne effatum *Modestini in d. l. ex iudiciorum*, exigentis ad hoc, vt transeat in hæredes, vt condemnatio fuerit sequuta? Dicendum est, condemnationem ab homine non requiri: quia tunc sententia censetur prolata ab ipso Iure, quod est plus, quàm ab homine, *Boss. in tit. de senten. num.* 47.

Non acquiescam tamen opinioni
131 *D. D. Hieron. Calà in tract. de visitation. Magistr. dissert.* 12. *n.* 38. vbi inquit: *Nec vlla necessaria est sententia, quæ declaretur, Magistratum crimen commisisse, aùt ipso viuente, aùt post eius mortem, vt pœnam incurrat; cum id lex præstet absque vllo facto hominis; vt aiunt innumeri DD. quos refert Clarus; sed dumtaxàt, vt legalis sententia exequi possit, & pœna exigi:* & paulò inferiùs *in num.* 39. subdit: *Itaque cum in aliquod crimen statuitur à lege pœna publicationis bonorum, ipso iure incurrenda, potest Princeps statim, ac aliquis deliquit in legem, pœnam illam concedere cuilibet, veluti rem propriam, & suo patrimonio accensam; nec expectandum est, vt declaretur, commissum fuisse crimen, cui pœna est imposita.*

Siquidem pœna imponitur ob deli-
132 ctum, & dicit, (vt aiunt Philosophi) relationem ad illud: adeòque si nullum adsit delictum, nulla aderit pœna; atqui idem est in Iure, non adesse, ac non probari: qua igitùr ratione possit Princeps pœnam irrogare absque eo, quòd declaretur, commissum fuisse crimen? Hinc est, quòd si priuatus ipso iure, & sic per sententiam Iuris, amoueatur beneficio ante, quàm sit probatum crimen, & declaratum per sententiam hominis, posset agere spolio, ait *Oldr. cons.* 189. *tribus de causis, num.* 3. & 4. quia licèt, quando pœna est imposita

ipso

Digitized by Google

ipsò iure, non requiratur declaratio hominis quò ad substantiam, & qualitatem pœnæ; cum conticescat, cessetq; vox hominis, vbi lex loquitur; requiritur tamen ad hoc nimirùm, vt dignoscatur, an pœna imposita crimini vindicet locũ, *Io: Andr. in cap. pro humani, de homic. in 6.* habetur enim in Iure cer-
133 titudo pœnæ pro tali crimine; deest in facto certitudo criminis pro tali pœna: adeòque necessaria est probatio. Idque procedere in qualibet publicatione bonorum, aliauè pecuniaria pœna, voluere *Cald. cons. 95. num. 3. in fine. Cravett. cons. 212. num. 2. Schrader. de feud. tom. 1. 2. par. q. princ. sect. 8. nu. 47. Garz. de benefic. cap. 10. num. 58. Bal. Affl. & Aluar. in tit. de feud. sine culp. nõ amitt.* idem *Affl. in const. si dubitatio, n. 14. de Grass. de effect. cleric. effec. 4. n. 8. R. de Marin. lib. 2. quotid. resol. cap. 136. ex n. 8.* exponens, quę dicatur sententia declaratoria, & quæ priuatiua? cum aliis, de quibus *D. Scoppa in annotat. ad Sarn. in praxi crimin. p. 1. cap. 9. ex n. 1.*
134 Et II. CC. aientes, pœnam impositam ipsò iure, posse absque alia hominis declaratione exigi, intelligendi sunt; vel quando inducitur probatio naturaliter ex contractu ob solum lapsum temporis, *Bald. cons. 301. in princ. & nu. 5. in fin. lib. 1.* vel quando delictum est notorium, *Gem. cons. 146. in fin. ver. pro hoc, Bald. cons. 250. ad euidentiam præmittendum, lib. 2. Franc. in cap. cum secundùm, §. confiscationis, de hæret. in 6. Bero. cons. 176. lib. 1. Abb. in cap. peruenit, il 1. num. 6. de appellat.* cum noto-
135 rium non habeat solùm vim sententię, sed, & rei iudicatæ, *Præpos. in d. cap. peruenit, num. 6.* vel tandèm quando liquidò crimen constaret Iudici, *Gem. cons. 146. in fin. ver. nec obstat,* in his enim casibus superflua esset probatio: atque id videtur sensisse *Glos. in l. nulli Officialium, in verb. Nulli, C. quor. appell. non recip.* dum redditura rationem, cùr non liceret Officiali à proprij Iudicis sententijs appellare? ait: *Quia verisimile non est, vt talis Iudex ferat contra eum sententiam, nisi clarè reperisset delictum.*

Robur verò præcipuum huic nostræ dat assertioni *Bonifacius Papa VIII. in cap. cum secundùm leges, 19. de hæret. in 6.* vbi cum hæreticorum bona decreuisset ipso iúre confiscata, subdit: *Confiscationis tamen huiusmodi exequutio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per Principes, aùt alios Dominos temporales, (iuxtà Gregorij Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequàm per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententiæ super eodem crimine fuerit promulgatæ.* Secus panderetur area irruendi gratis in hæredes, eorumque bona diripiendi, etiam quando nullum defuncti esset delictum, si nulla requireretur probatio delicti.

Nec dicat, ipsum etiam velle, requiri declaratoriam delicti ante exequutionem; sed nõ inde est, quòd Princeps non possit antea concedere eam pœnam, putà officium ex delicto amissum alteri. Nam occurritur, huiusmodi concessionem esse nugatoriam, & potuisse fieri etiam ante cogitatum delictum, nedùm post patratum: nimirùm sub conditione, vbi primò, & quando deliquerit, quæ suapte natura nihil ponit in esse; habitura tantùm vires, post quàm fuerit declaratum, commissum fuisse delictum.

Poterit tandèm hæres Officialis ac-
136 cusati instare, vt declaretur, defuncti non deliquisse, & Iudex facere obstringitur ad euitandam illius infamiam, ex *l. filio, §. Seia, ff. de adimen. legat. Gomez de delict. cap. 2. num. 83. Baiard. ad Clar. in pract. crim. q. 51. n. 32.*

Superest disquirere, coràm quo Iu-
137 dice, & qua iudicij forma conueniendus sit hæres in ijs casibus, in quibus diximus, obligationem transire in hæredem? Quæ quidem quæstiones cum sint plurimarum difficultatum circumseptæ sensibus, omnem nobis, nisi distinctionum gladio vtamur, his inuolucris euadendi rationem præripiet.

Duo igitùr, quod ad primum attinet quæsitum, casus sunt distinguendi: vel enim iudicium fuit iam coeptum,

cum

cum Magistratu, qui vitam deinde cum morte commutauit, vel non.

Si cœptum: præuentio hæc ex com-
138 muni omnium suffragio operatur, vt hæres, qui alioquin immunis erat à Visitatoris iurisdictione, ei subijciatur, & coràm eo conueniri debeat: hæc verba *in l. hares absens, in princ. ff. de iudic.* habet Vlpianus: *Hæres absens ibi defendendus est, vbi defunctus debuit*; sequitur *Barbos. in d. l. hares absens, num.* 121. quia hic tunc conuenitur ex persona, non quidèm propria, sed defuncti, quem representat, & cum quo censetur vna persona, *l. haredem* 59. *ff. de reg. iur.* Audiamus quid *in l. si is, qui Roma* 34. *ff. de iudic.* hac de re sentiat Iabolenus: *Si is qui Roma*, inquit, *iudicium acceperat, decessit; hares eius, quamuis domicilium transmare habeat, Roma tamen defendi debet: quia succedit in eius locum, à quo hares relictus est.* Nec iactitet, quòd sub illius propriæ prærogatiuæ clypeo securus est; siquidem, nulloque suo proprio priuilegio excusatur, clamitat *Vlpianus in l. hares absens, ff. de iudic.*

Cœptum autem dicitur iudicium, si
139 fuisset defunctus ad causam citatus, *Barbos. ibidem num.* 24. *& num.* 143. citatione enim inducitur præuentio, *l. si quis postea, ff. de iudic.*

Igitùr, cum duos tantùm actus palàm efficiat de more Visitator; alterum quando, vbi primùm in Prouinciam deuenit, vt supra diximus in hoc eodem *rit. nu.* 46. edit publicum proclama in scriptis, quo Populum ad instituendas contrà Magistratum querelas accersit; alterum verò, quando absolutis, confectisq; processibus offensiuis, grauamina dat inquisitis. Ex primo actu, quem censeo succedere loco Inquisitionis Generalis, quæ fit in ordinarijs syndicatibus, potest profectò iudicium dici cœptum: censentur enim tunc Officiales citati per generalem illam citationem, sicuti ex secundo actu, datis grauaminibus, videtur posse dici lis contestata. Vnde colligitur, quòd si Officialem vocent Fata post primum actum, obstringitur eius hæres stare in iudicio coràm Visitatore: idque multò magis, si processum fuisset ad secundum, nimirùm si antè obitum data fuissent grauamina, vel præstita cautio extitisset.

Si verò iudicium non fuit cœptum;
140 quia ante quàm Visitator aduentarit in Prouinciam, vel ad primum actum fuerit progressus, suum Officialis obierit diem, non vna fuit omnium opinio. Alij in eam abierunt sententiam, hæredem non obstringendum coràm Visitatore; longè enim diuersa sunt, obligationem ex delicto defuncti transire in quibusdam casibus in hæredem: & teneri hæredem respondere coràm Iudice, cui non est suppositus, *Bald. in auth. quas actiones, num.* 13. *C. de Sacros. Eccles.* maximè inspecta extraordinaria ratione procedendi in visitationis iudicio in odium Officialium inducta per quasi contractum inhitum in susceptione muneris: quia sicuti fauor, vel priuilegium alicuius morte perimitur; nec hæres eo vti potest; ità odium morte extinguitur, neque afficit hæredem, *l. si pœna* 20. *& l. crimen* 26. *ff. de pœn.*

Alij verò senserunt, hæredem teneri respondere coràm Visitatore: quia cum publico omnium commodo dirigat gressus suos visitatio; nè Magistratus, vel impunè ferant, vel alieno dicentur: eadem fauoris ratione militante, tàm si inspiciatur persona Officialis, quàm si hæredis; vtrumque ab eadem visitationis censura compesci, constringique par est: maximè quia visitatio quodammodo realitatem redolet: atque Officialium delicta potiùs, quàm personas insectetur.

Nobis autè placet secunda opinio;
141 tùm quia id videtur innuere generalis regula *tex. in d. l. hares absens*; à quo, dum non constet oppositum, non est inconsultò recedendum, prout docuit *Iulianus in l. non possunt, ff. de legib.* dicens: *Non possunt omnes articuli singulatim, aut legibus, aut Senatus Consultis comprehendi; sed cum in aliquo casu sententia eorum manifesta est: is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere,*

Digitized by Google

cedere, atque ità ius dicere debet; tùm etiam, quia Magistratus post quàm munus, vel deposuit, vel compleuit, arctatur subesse visitationis iudicio; licèt non sit ampliùs ius dicens, *l. nemo post depositi, C. vbi de ratiocin.* igitùr, & hæres, qui eum represeṅtat, licèt non sit ipse Magistratus, *Surd. decis. 110. num. 3.*

Quò verò ad iudicij formam, cum
142 in priuatis criminibus possit post litem contestatam (quæ in visitationis iudicio fieri videtur, vt paulò superius diximus, cum dantur inquisito grauamina) in hæredem pertransire pœnalis actio; exercenda ex tunc erit, licèt coràm Visitatore, iudicio tamen ordinario, quasi esset rei persecutoria: calor enim, qui in ipsummet Officialem intendebatur, deferbuit, eo extincto; & mutata persona, mutari, æquum est, iudicij formam, quamuis idem Iudex, idemque iudicium perseueret.

Multòque magis in publicis crimi-
143 nibus, cum iam ferè absoluto processu, nempe post sequutam condemnationem transeat in hæredem actio: ea enim, quæ supererit, scilicèt pro rei iudicatæ exequutione, ordinario iudicio consumanda erit, *Calà de visit. Magistr. dissert. 14. num. 6.*

Idque experimento in hac nuper-
144 rima visitatione Regentis D. Danesis Casati edocti sumus: Sereniſſimus enim noster Rex suis literis Visitatori mandauit, vt posthabita extraordinaria illa procedendi ratione, qua in Magistratus viuentes Visitatores demore vtuntur, legitimo ordinarij iudicij tramite rem cum hæredibus absolueret: quarum literarum exemplum transcripsit *D. Calà adduct. dissert. 14. num. 27.*

An autem iustitiæ Administri tene-
145 antur de patratis ab illorum Vxoribus, filijs, ac famulis? inquirunt DD. & obstringi ex facto filij, vxoris, ac familiæ, indixit *Imperator in l. 1. C. ad l. Iul. repet.* ex *Larrea decis. 48.* & alijs notat *Consil. Prat. in Nicandro ex nn. 619. in nouiss. edit.* Filius enim est verè Patris portio, in eoque est substantia, &
146 caro Patris, imò vnus est cum Patre, *Arist. lib. 1. ethicor. cap. 5.* & notatur in *l. partit. 1. tit. 15. par. 2.* ibi: *El padre è el fijo assi son como vna persona, pues que del es engendrado, è rescribe su forma*, ac habetur *Math. 1. cap. 3.* ibi: *Resurrexit Iudas, qui vocabatur Macabæus filius eius pro eo*. Vxor quoque vti de familia Viri, & cum eodem vna caro, & corpus, ad *text. in l. quicunque, C. de re milit. cap. debitum, de bigam.* & dixi in *rit. 301. ex num. 19.* ac annuit *Cornel. Tacit. lib. 3. annal. §. 7.* ibi: *Quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura Vxoribus obiectari*. Proinde eorum factū Patri, Viro, & Hæro imputari, & apertè in Vxore disponitur *in l. 4. §. proficiſci, ff. de offic. Proconsul.* ibi: *Proficiſci autem Proconsulem melius quidem est sine Vxore, sed, & cum Vxore potest; dummodò sciat Senatum, Cotta, & Messala Consulibus censuisse, futurum, vt si quid Vxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, delinquerint: ab ipsis ratio, & vindicta exigatur*. Quem *text.* ex multis politioris doctrinę Authoribus, antiquitatis minime ignaris, exornat *Larrea cit. decis. 48. num. 5.* ibiq; ex *Baronio tom. 1. annal. in anno vigesimo octauo Christi*, notat, Pilatum primùm Senatus Consulti permissione vsum fuisse, cum Proconsul Syriæ missus fuit, & ex *S. Euang. Matthæi cap. 27.* ibi: *Sedente autem illo pro Tribunali, misit ad eum Vxor eius dicens: Nihil tibi, & iusto illi*; duo constare deducuntur, Pilatum scilicèt secum Vxorem duxisse, & quòd hæc quando Iudici Marito rem iustissimam proponit, humano generi nocentissimum consilium exhibet, vt fuerat istud Vxoris iniqui Iudicis Pilati, quæ, Dæmone dictante, totius humani generis redemptionem vitare tentanerat, eruditè prosequitur *Larrea loc. cit.* nectens, hominem, qui Magistratum obtinet, huic periculo se obstringere. Officialis enim officium
147 consequens, & acceptans, quasi contrahit cum Rege, qui hac lege Magistratum concedit, vt scilicèt de facto Vxoris, & suorum teneatur, ad *tex. in l. traditionibus, C. de pact. l. fin. C. de fi-*

deiussor. Vnde debet dicere suis, non nouimus vos: nam alter efficitur, dum officium assumit, *Cardin. Paleoti de consult. Sacri Consistor. par. 3. quæst. 1.*

Confert insignis doctrina *le: Lupi*
148 *Palat. Rubios de obtent. & retent. Regni Nauarræ* §. 5. vbi quòd ratione societatis occultè, & cum vnus ex coniugibus poterat prohibere alterum, error, & factum vnius imputatur alteri, & de eo tenetur, cum videatur illum approbare: egregiè concinit effatum *Cassan. ad Consuetud. Burgund. tit. des droicts rubr. 4. §. in text.* ibi *s'elle n'est Mercand. in princ.* quòd omnia, quæ de institore dicuntur, locum habent in muliere, quæ si nupta publicè mercatur, maritus pro mercatura obligatur, insequuntur *Giurb. decis. 88. nu. 12. Cost. de fact. scient. & ignorant. insp. 33. nu. 9.*

Accursius autem *super text. cit. §. pro-*
149 *ficisci, in gl. verb. ratio, & vindicta exigatur*, quæsitum excitat, si scilicèt Vxor subripiat numquid actione furti Maritus Officialis conueniatur propter suam culpam? (fundauerat enim superiùs eodem verbo *Maritum*, ex sua culpa conueniri, quia nimirùm Vxorem secum duxerat) *respondet quidam* (addit *Accursius*) *quòd sic, nec tamen infamatur, quia alieno nomine, licèt propter suam culpam conueniatur, vt infra, de ijs, qui notantur infamia, l. furti, §. si quis alieno.* *Accursius* verò suum præbens iudicium, ità quæsitum determinat: *Tu dic tutiùs, vt in factum actione, non furti teneatur. Item hac habet locum in pecuniarijs; in criminalibus autem in ipsam vxorem datur iudicium, vt argum. C. de iniur. l. fin.* Quod *Accursij* placitum sequutus est *Larrea* post alios *mem. loc. num. 23.* qui *num. 7.* aliam subnectit rationem ex *Tacit. lib. 4. annal.* voluisse scilicèt Romanos cauere, vt Magistratuum Vxores sint continentes, minimeque rapaces, & auaræ, quia non alitèr firmiùs, & certiùs consequi posse visum fuit, nisi pro earum excessibus maritos pœnas luere sanciebatur; alioquin (subiungit) facilè posset Magistratus per interpositam personam impunè delinquere, arg. *text. in l. pupillus 5. §. sed si per interpositam, l. quod dicimus 7. ff. de author. tutor.*

Nec dicatur, hanc legem duritiem
150 in se continere: nam quamuis dura est seruanda, semperque iure maiorem publicæ vtilitatis, quàm priuati commodi rationem habitam fuisse, certum est: hoc namque, vt Officialis de culpis Vxoris, &c. teneatur, ideò à Iure sancitum esse, vt integræ iustitiæ administratio exhibeatur, colligitur ex eodem §. *proficisci*, adnotarunt *Antonius Faber, Cuiac. Vualther. & Corras.* à *Larrea* adducti *eod. num. 7. in fin. & num. 25. in princ.* dicit, hoc ipsum priùs Diuina lege sancitum, afferens locum *Tobiæ 2. num. 20.* ibi: *Anna verò, Vxor eius, ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deferebat; vnde factum est, vt haedum caprarum accipiens, detulisset domi cuius cum vocem, balantis vir eius audisset, dixit: videte nè fortè furtiuus sit, reddite eum Dominis suis, quia non licet nobis, aùt edere ex furto aliquid, aùt contingere.* Ex quibus, & Sacræ Scripturæ præcepto monemur, non solùm nos circumspectos esse debere in operibus proprijs; verùm etiam opera vxoris, filiorum, & famulorum inspicere, vt optimè aduertit *Bouadill. lib. 5. polit. num. 18. lit. E. & F.* ibi: *Ni tampoco el corregidor comple con assistir el por su persona, si no que tambien hà de tener presentes à sus Officiales, por los quales, y por su Muger, y hijos (qui suelen açer otro Tribunal,)* Officiales quippè virtutum
151 omnium ornamentũ sint, oportet, & eos se debent ostendere, vt ornamentum non accipere, sed dare ipsi dignitati videantur: quales enim sunt, tales reliqui esse solent: filij namque à parentibus multa addiscunt, & exemplo eorum à primis annis vitia ebibunt plerumque, quæ ab illis accipiunt: neque hoc latuit *Ciceronem de offic.* his verbis: *Præceptis parentum imbuti ad eorum consuetudinem, moresque deducimur.* Quam ab causam *Aristotil. politicor. 7.* tradit, iuuenes esse custodien-

dos,

Digitized by Google

dos, adeò, vt nè dicant, neque audiant malum, vel turpe aliquod, quia ex dicere, & audire aliquod turpe, de facili fit fieri.

Mariti propterea sedulò aduertant,
152 nè fœminæ modum excedant, ex *Tacit. lib. 3. annal. num. 6. Tasson. de antef. vers. 8. obser. 2. sub num. 1.* Hæri quoque habeant famulos, atque domesticos, bonæ conditionis, & famæ (qui ità in dubio præsumuntur, *Bonacos. de seru. & famul. q. 75. tom. 6. tract. 1. part.* nam si viles nunquàm excusantur: quia cogitare poterat, eos mala acturos, *Felyn. in cap. Petras, num. 7. de homicid. Rub. decis. 90.*) Animaduertant luculentèr in eos, quid nempè agunt, & inhibeant, nè quicquam ab aliquo accipiant: cum eorum conditio sit, vt velint sibi vngi palmas pecunijs, promittentes operas suas penès Dominos in eorum fauorem, *Raudens. respons. 50. ex nu. 640.* & maximè reputant, sibi esse licitum extorquere, vbi vident Dominos extorquentes, ac licere omnem quæstum consequi à litigantibus, quem ab eis eripère possunt, *Zabarel. in clem. nè in agro, §. porro 4. notab. de stat. Monac.* perbellè *Nevizan. in sylu. nupt. rub. quomodo iudicandum, pag. 618. ampl. 8.* Ad rem *Fragos. tom. 2. de regim. Reipub. disp. 1. de amor. mutuo parentum, ex §. 5.*

Adiutor studij alicuius Officialis ad
153 videndum processus, atque iura partium proposita, licèt regularitèr non subsit visitationi; potest de hoc idem Officialis mulctari: cùm sit electa suæ personæ industria, nec potest sine administrationis iustitię detrimento alienam operam adhibere. Effugiat propterea Iudex familiaritatem, nimiamq; adhærentiam cum omnibus: nam vt *Plutarc. in politic. solent amicitia pleraque iusta, & recta subuertere, quod homines Rempublicam administrantes, vt potè affectu, & mollitie occupatos sæpenumero à via recti Iudicij deduci contingat*; potissimùm cum personis huiusmodi farinæ, vt post *Angel.* aduertunt *Raudens. resp. 50. num. 273. Paris de syndic. verb. corruptio, num. 12.* ac *Muscatell. in prax. tit. de Iudic. corrupt. num. 23.* verbaque rescribit *Mucc. ad Sanfelic. decis. 45. nu. 7.* qui in *decis. 80. nu. 32.* alia ad rem notat.

Quòd verò qui à secretis sunt D.
154 Proregis, Visitationi non sint obnoxij, scribit *Reg. de Marin. lib. 2. resol. cap. 244. num. 1.*

Neque hisce in casibus ignorantia
155 excusat; imò scientia iustitiæ Ministri præsumitur, ad *text. in l. consensu, §. super, C. de repud.* & ex multis *Prat. in Nicand. ex num. 116. Cost. de fact. scient. & ignorant. inspect. 73.* & quando lex præsumit, & super præsumpto statuit, regularitèr non admittit probationem in contrarium, quia veluti super certo determinat, vt differit *Alex. Turamin. super comment. ad l. non puto. par. 2. nu. 13. ff. de iur. fisci.* Maxime existentibus indicijs, & mala fama Officialis; qua de re videndi *Castill. dec. 164. n. 31. lib. 2. de Medices cõs. 143. nu. 33. & Raden. respon. 50. ex nu. 640.*

His optimè concinit lex Hispana à *Larrea, num. 9.* relata, ibi: *Aunque digan, que no lo supieron.* Non enim dixerunt Legislatores illi prudentes, quamuis nesciant Officiales, sed quamuis dicant, se nescire, quia scilicèt scientia præsumitur, quæ etiam si abesset,
156 culpa adest. Scientiam autem coniecturis probari, optimè dixit *Bald. lib. 1. cons. 391. num. 1. Conar. in cap. filius noster, num. 1. de testam. Canalcan. lib. 1. dec. 36. n. 27. Menoch. lib. 1. cas. 89. n. 17. Giurba cons. crim. 58.* & alij, apùd *Larream nu. 11. & n. 23.* vbi quòd quando Maritus patitur, Vxorem negotia domus exercere, probata dicatur scientia. Et occluditur hic sermo aureis verbis *Prag. 4. de muner. Official.* ibi: *Ità suam domum, & familiam habeant correctam, & moderatam, vt ex ipsorum moderatione, & honestate, omnes ipsorum Iudicum integritatem intelligant: nam illis contrariũ facientibus, non immeritò eorumdẽ defectus, & culpa possent ipsis Iudicibus imputari.* Super qua *Prag.* ad rem scripsit *R. Rouit. & Addit.* hoc aduertit, & *Zappul. in pragm. 5. §. 18. de admist. Vniuers.* ac in thesi proposita respondi,

licere Principi statuere, vt Vir teneatur pro Vxore,& è contra,&c.ex *texto in l. 1.C.de omn. agro deserto,lib.11.& in l. fin.C.de Primipil.lib.12.*ac *Bar.in tract. repræsaliarum, in 3. quæst.1. par. quæst.print.*

Exhibentes autem hos familiares
157 immunes esse à pœna, monuit *Imperator in l.1.§.fin.& ll.seq.de public.Bar. in l.1.ff.ad l.Iul. repet.* & generalitèr per *Berouum in tractat.1.num.4.de rest. spoliat. Franc.Marc.decis.423.num.13. p.1. Decian.cons.4.nu.62.vol.3.Guazzin. defens. reor. cap.2.num.3. Tusc. lit.O. conclus.99.num.33.Roman.cons. 11.in fin. Maur. alleg.93.num.12.p.1. Reg.Rouit. decis.79.nu.4.Reg.Constant. in l.nullus 60.C.de Decur.lib.10.nu.68. Reg.Galeot.respons.fiscal.11.R.Reuerit. decis.206.& Randens. cit.resp.50.num. 656.* videnda exarata ab *Anu. alleg. 33.* quem refert *Præsul Rot. collect. 1816.* & à nobis in *rit.2. sub num.48. vers. itidem*, quem locum memorat *D.Regens de Philippo dissert. fiscal. 14. nu.38.* atq; *Thesaur.decis.83.* testatur, illius Senatus arresto fuisse Dominum in pecuniaria pœna mulctatum pro verberibus illatis baculo à suo famulo eo præsente; non tamen ad illius exhibitionem, licèt sciente Hæro aufugisset:hic enim est à famulo defendendus, vt aduertit *Viu. decis. 371.*

Pro huius partis, quæ ad personas
158 pertinet, corollide, non pigeat hic ad trutinam reuocare: quando quis inquiri non posset, & inquiritur à Visitatore; an ex eo; quòd nihil opposuerit, imò,& grauaminibus datis fortasse responderit, censeatur Visitatoris iurisdictionem prorogasse? Et licèt communis omnium sit opinio, criminalem iurisdictionem posse prorogari, vt ait *Clar. §.fin.quæst.42. DD.in l.1.ff. de iudic. Soccin. in cap.significasti, num. 36. de for.compet. Farinac.quæst.7.nu.4.* Abnuendum tamen est: cum Visitatoris iurisdictio vires sumat à secreto Regis mandato; atq; adeò potuit fortasse iustè credere inquisitus, Visitatorem potuisse inquirere, si inquirebat. Quamobrem cum non censeatur consentire, qui errat, *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. Iudic.* error hic prorogationem eliminat, *l.2.ff.de iudic. Decian. d.cap.23.num.3.Maran.de ord. iudic. p.4. dist.2.num.15.* Insuper ista
159 iurisdictionis prorogatio, etiam vero cõsensu vallata, nullius foret momenti: cum iurisdictio delegata, qualis est illa Visitatoris, ad alias personas non expressas in rescripto, etiam partibus annuentibus, extendi nequeat, *Abb.in cap. P.& G. de offic. Deleg. Baiard. ad Clar. qu.42.num.8.*

Non negauerim tamèn, posse Re-
160 gem, huiusmodi processum defectu iurisdictionis claudicantem roborare; ità vt sententia sequi ritè possit; *text. in cap.ad petitionem,de accusat.* vbi sententia post declinatoriam nulla futura fuisset ex defectu iurisdictionis, *Glos. in cap. nullus alterius, in fin.vers.solus tamẽ Princeps,9.q.2.Bald.in l.rescripto, C. de precib. Imper. offerend.in fin.Isern. in cap.2.num.4.in fin.de vasall.destrep. stat.* si rectè cætera fuissent instructa, quò admerita, & pars fuisset citata, ac se defenderit: secùs si vel nulla citatio præcessisset, vel nequiuerit se
161 tueri, quia tunc foret iuris naturalis defectus, quem Principis vires nequeunt supplere, *Abb. in cap.ex, quæ, num. 9.& cap.cum olim,num.22.& 24.Clem. pastoralis, vers. cæterùm defectus, de sent.& re iudic.* atque adeò si pars opposuerit declinatoriam, & freta huius exceptionis clypeo, cæteras neglexerit proponere: processus, vel nullo pacto esset confirmandus, vel certè post nullitatem sanatam, danda ei foret area ad se defendendum nè remedio, authoritateque Iuris se se deceptam vocitaret.

Egimus iam de personis, quæ, vt
162 rebus digniores natura, fas fuit, & iure ordinis præcedere. Iam dudum ad se se vocant calamum delicta: frustra enim fureret Visitator, si hæc abessent, quæ sunt materia visitationis: vt autem clarius innotescant; ea ad quosdam veluti fontes, reduci, operæ pretium erit. Potest igitur in
163 Magistratu considerari dolus, latà, le-

uis,

Digitized by Google

uis, ac leuissima culpa: ad quæ optimè reduconatur querelæ, quæ possunt contrà eum instituì: nimirùm de fraude, corruptione, furtis, barattariis, concussione de nõ obseruato Iure Patriæ, de nimia negligentia, denegata, vel retardata iustitia, & huiusmodi, quæ perstringuntur *in l. un. C. vt omn. iud. cùm ciuil. quàm milit. Auth. vt iud. fin. quom. suffrag. Auth. sed nouo iure, C. de pœnis iud. qui malicè iud. l. fin. l. omnes, C. ad l. Iul. repetun. l. 1. Iudic. l. vel quò magis, l. eandem legem, l. lex Iulia iud.*

Quid sit lata culpa, leuis, vel leuissima: nè plus æquo prolixior sim, & plus quàm oporteat: vide Ioannem Luculentium disserentem *Farinac. quæst. 88. ex num. 53.* ac *Prat. in Nitandro fol. 49.* & ex Theologis *Sayr. lib. 10. in claui tract. 3. cap. 1. ex num. 9.*

De leuissima culpa minimè tenetur
164 Magistratus, etiam si ciuiliter ageretur; *Menoch. de arbitr. cas. 339. nu. 1. Farinac. vol. 3. quæst. 151. nu. 186. Bald. in cap. 1. §. Iudicis, tit. de pac. iuram. firmand.* non enim debet pro quouis leuissimo errore, vel pœnas subire, vel molestias perpeti, *Bass. tit. de Official. corrupt. nu. 35. Grum. cons. crim. 54. n. 3.*

De leui obstringitur, si agatur ciui-
165 liter, nimirùm ad damna, & interesse: ità tamen, vt teneatur parti, non ad totale quidem interesse, sed pro modo culpæ, *in quantum de ea re æquum religioni Iudicantis visum fuerit*, ait *text. in l. fin. ff. de vsur. & extraor. cognit. Menoch. cons. 339. & cas. 347. Paris. de Put. in verb. negligentia, cap. 1. num. 16. Catald. de syndic. num. 69. Farinac. quæst. 111. num. 443. cum seqq. & quæst. 87. nu. 78.* Quid autem sit, teneri *in quantum æquum religioni Iudicantis visum fuerit*? & quò tenus extendatur hoc arbitrium? vide *Glos. in §. 1. Instit. de obligat. quæ ex quas. delict. nasc.* & *Farinac. cit. quæst. 111. num. 444.*

Ac licèt nonnulli putarint, hanc ob-
166 ligationem ex leui pro modo culpæ, & *in quantum æquum religioni Iudicantis visum fuerit*, limitandam esse in Procuratore Cæsaris, Primò ex *text. in l. quicquid, C. admin. tutel.* vbi Minorum Curatores ex leui tenẽtur ad totale interesse, ibi: *Quicquid Tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, seù Curatoris, minores amiserint; vel cum possent, non acquisierint: hoc in tutela, seù negociorum gestorum vtile iudicium venire, non est incerti iuris.* Secundò per *text. in l. nam similiter 4. ff. de Magistr. conuen.* vbi Magistratus datus tutorem succedit in omne periculum: licèt non ità eius hæres, ibi: *Non similiter tenentur hæredes Magistratuum, vt ipsi tenentur; nam nec hæres Tutoris, negligentiæ nomine tenetur. Nam Magistratus quidem in omne periculum succedit: hæres ipsius dolo proxima culpa succedaneus est.* Postremò per *text. in l. fin. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertinen. in prin.* vbi Administrator Ciuitatis cõuenitur in damnum sortis: & generaliter *Eum, qui pro aliis non ex contractu, sed ex officio, quod administrauerit, conuenitur in damnum sortis substitui solere*, ait *text. in l. Lucius Titius, 21. ff. ad municip.* atque adeò pariter æquum esse, vt Cæsaris Procurator, nè deterioris conditionis censeatur fiscus, quàm priuatus; ad totale interesse pro fisco, omnemque sortis periculum succedat.

Attamen teneri tantùm etiam Pro-
167 curatorem Cæsaris pro modo culpæ, & *in quantum æquum religioni Iudicantis visum fuerit*, potest optimè suaderi: quia cum nõ teneatur ex contractu, *l. Lucius, ff. ad municip.* vel quasi, *Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 9. num. 35.* sed tantùm ex officio, negligentiaque in eo admissa, quasi in pœnam, *l. Imperator 12. ff. ad municipal.* ibi: *Quoniam collega quidem negligentiæ nomine pœnæ causa conuenitur, l. fin. ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin.* ibi: *Item rescripserunt, curatores, si negligentiæ in distrahendis bonis se gesserint, in simplum teneri; si per fraudem, teneri in duplum, nec ad hæredes eorum pœnam transire*: atque adeò ex maleficio, quia aliquid peccauit, *l. ex maleficio, §. si quis absentis, ff. de oblig. & action.* si teneatur ad interesse fisco, quasi parti, in pœnam: si respectu partis est leuis culpa, minùs puniendus, *Farinac. quæst. 87. num. 87.*

cum

cum seqq. respectu fisci erit etiam leuis culpa, mitiùs punienda: cum pro modo culpæ statui debeat pœna, *l. milites, ff. de custod. reor.* Ideòque si pro leui culpa tenetur quis parti ad interesse, *in quantum de ea re æquum religioni Iudicantis visum fuerit*; ità etiam tenebitur Cæsaris Procurator fisco: cum non sit pro eo aliquid hac de re peculiariter in Iure constitutum.

Non vrget *tex. in d. l. quiquid*, vbi
168 Curator tenetur ex leui ad totale interesse: quia Curator conuenitur ex quasi contractu, *l. ex maleficijs*, 4. §. *item quoq; ff. de action. & oblig.* Neque *tex. in d. l. non similiter*: nam eadem in Magistratum datur actio, quæ competit in Curatores, *l. fin. ff. de Magistr. conuen.* Procurator autem Cæsaris, vt supra tetigimus, conuenitur ex quasi maleficio; vnde longè dispar est ratio.

Minus obest *tex. in d. l. fin.* vbi ait:
169 *In damnũ sortis substitui solere*; quia huiusmodi Curatores non sunt Magistratus, cum careant tùm dignitate, tùm iurisdictione, *l. cura, l. cuius muneris, ff. de muner. & honor.* quapropter, & hoc aduersariorum fundamentum nutat.

De lata culpa, & dolo, nulli dubium
170 est, quòd teneatur ad damna, & interesse insolidum Magistratus; & tunc agi potest contrà eum, etiam criminaliter, *Bart. in l. respiciendum, num. 4. vers. de lata, ff. de pœn. & in l. 1. sub n. 3. ff. de legib. Anchar. in cap. 2. num. 2. vers. de lata enim, de Constit. Clar. in pract. §. homicidium, vers. culpa dicitur, Osasc. decis. Pedem. 104. num. 5.* licèt mitiùs puniatur lata culpa, quàm dolus, *Cyn. in l. si quis non dicam, in fin. vers. secundo casu, C. de Episc. & Cleric. Bart. in l. 1. num. 3. in princ. & vers. secundo casu, ff. de legib. & in l. lege Cornelia, ff. de sicar. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 324. n. 12. Mucci ad Sanfelic. decis. 46. n. 10.*

Quæ autem culpa erit, si Iudex, qui
171 duos sales habeat, oportet, scientiæ nimirùm, & conscientiæ, *Bald. in l. 2. n. 7. C. de sent. ex breu. recitan. R. Rouit. in Rub. prag. de sale vend. n. 7. Capiblanc. de Baron. p. 1. pragm. 3. ex n. 131.* erroneam ferat sententiam ex imperitia?

Dicendum est, vel error contingit
172 ex titubatione: putà quia, cum essent eadem de re sciti studia in contraria Doctores, reliquerunt in ancipiti, quæ foret verior opinio? & adhæsit vni Iudex, etsi alter ipso diligentior abiturus in oppositum fuisset: & est leuissima culpa, *Bald. in cap. 1. §. Iudices, nu. 4. de pac. iur. firm. & in l. obseruare, §. proficisci, quæst. 50. de offic. Proconsul.* quia hęc Iuris ignorantia æquiparatur ignorantiæ facti, quæ excusat, *cap. 1. de postul. Felin. in cap. de quarta, nu. 27. de præscript.* adeòque non est vlla in syndicatu molestia afficiendus, *Menoch. de arbitr. cas. 339. nu. 20.* Vel error accidit ex mera Iuris imperitia, & est culpa leuis: ex qua damnabitur Iudex ad partis interesse: *In quantum* (ait *tex. in l. fin. ff. de var. & extraor. cogn.*) *de ea re æquum religioni Iudicantis visum fuerit, Bald. in rubr. C. de pœn. Iud. qui mal. Iud.* Vel demum errorem crassa, supinaq; ignorantia peperit, & erit lata culpa, ex qua insolidum parti tenebitur Iudex, *Alex. in l. 4. §. eum, in fin. ff. de damn. infect.* etiam si pars potuisset appellare, *Bart. in l. item si quis, num. 3. ff. de alien. iud. mut. caus. fact. Bald. in d. cap. 1. §. Iudices, num. 7.* imò appellasset, *Menoch. de arbitr. cas. 339. num. 13.* & quia propè huiusmodi culpa accedit ad dolum, *Farinac. quæst. 88. num. 60.* criminaliter etiam Iudex plectetur, *Farinac. quæst. 87. num. 45. & quæst. 90. num. 100. cum seq. & quæst. 111. num. 484.*

In dubio autem in Iudice iniustè iu-
173 dicante præsumitur potiùs lata culpa, quàm dolus, *Bald. in l. obseruare, §. proficisci, quæst. 29. num. 24. ff. de offic. Procons. Menoch. præsumpt. 23. num. 31. & præsump. 3. num. 31. cum seqq. lib. 6. Cranett. cons. 847. num. 3. Boss. tit. de Offic. corrupt. nu. 19. Farinac. quæst. 111. num. 381. & 481. & quæst. 37. num. 121.* nisi Iudex esset, vt plurimùm diligens, *Menoch. d. lib. præsump. 22. num. 4. Farinac. d. quæst. 111. num. 385.*

Solùm autem syndicatur Magistra-
174 tus de dolo, & lata culpa: nimirùm,

de

de furto, barattaria, atque illicitis extorsionibus; neglectis omninò culpa leuissima, & leui: & ità seruare praxim, ait *Iaſ. in l. 1. num. 11. C. vt omn. Iud. Boſſ. in tit. de Offic. corrupt. pecun. nu. 26. Catald. de ſyndic. quæſt. 13. & 265. Amad. de ſynd. num. 136. in fin. Paris cod. tract. verb. Lis ſpa. pag. 392. Grat. conſ. crim. 34. num. 11. Clar. §. fin. quæſt. 73. verſ. idem Ludo. Bonadill. in polit. lib. 5. cap. 3. Ioſeph. Ludo. deciſ. Lucen. 1. num. 50. & deciſ. 3. num. 39. Farinac. quæſt. 111. num. 425. & num. 572. Baiard. ad Clar. q. 73. n. 36. Cardin. Alban. conſ. 5. Bertaz. conſ. 71. num. 4. & conſ. 81. ſub num. 2. Raudenſ. conſ. 49. nu. 91. Leonin. conſ. 57. ſub num. 11. Carnab. in tract. Syndic. ſingul. 91. & 95. Gramm. conſ. crim. 54. num. 11. Maſtrill. lib. 6. cap. 8. num. 80.*

Lata tamen culpa, & dolus, vt sint
175 visitationis materia, patrari debent in officio: nec satis est, quòd fuerint commissa ab Officiali argumento *text. in l. debet, ff. naut. caup. ſtabul.* vbi *Vlpianus* dicens, quòd tenetur Exercitor omnium nautarum suorum factum præstare, cum ipse eos suo periculo adhibuerit, subdit: *Sed non aliàs præſtat, quàm ſi in ipſa naui datum ſit. Cæterùm ſi extra nauim; dicèt à nautis, non præſtabit*; & ità hunc *textum* explicat *Anton. Fab. in rubrica. ad eundem text.* dicens: *Prætor eam actionem non comparauit aduersùs nautas, niſi quatenùs nauta ſunt: nec contrà caupones, vel ſtabularios, niſi quatenùs caupones, vel ſtabularij ſint; vndè non tenetur, ſi in domum ſuam, quam in Vrbe habet, aliquas merces immitti paſſus ſit: quia licèt nauta ſit, non tamen fecit tanquàm nauta. Baiard. ad Clar. cit. quæſt. 73. ex num. 1.*

Vt igitùr notio sit Visitatoris, com-
176 mitti debet delictum ab Officiali, tanquàm Officiali (vt Philosophorum distinctione vtar) ab Officiali reduplicatiuè, non quidem specificatiuè. Quapropter optimè ad rem respondit *Bald. in l. 4. §. proficiſci, nu. 3. de offic. Proconſ. Quæro de quibus rebus ſyndicetur? Reſpondeo de commiſſis prætextu officij, putà de ſententijs malè latis, de barattarijs, & ſimilibus. Sin autem delinquunt extra officium: putà adulterando, dicit Guillelmus, quòd hoc non pertinet ad Syndicatores, ſed proceditur contrà eum, tanquàm contrà quemlibet priuatum ibi delinquentem.* Duplicis enim personæ vice fungitur Officialis, seù sub duplici formalitate, vt aiunt Philosophi, considerari potest: nimirùm, vel tanquàm persona priuata, vel tanquàm Magistratum gerens. Hinc si Officialis alicui delicto se immiscuerit, tanquàm Magistratum gerens, Visitatori; si tanquàm persona priuata, Iudici ordinario discutiendus erit, *Larr. deciſ. 98. num. 62.*

Quando autem delictum dicatur pa-
177 tratum in officio, vel eius ratione? videto *Parid. de Put. de ſynd. tit. Iudices ad ſyndicandum qui ſint, cap. 1. num. 8. verſ. & dixit: & in verb. Officialis offenſa, num. 9. verſ. niſi adulteraret.*

In dubio negandum est, patratum
178 in officio fuisse, vt maius delictum in ambiguis excludatur, *Maſtrill. de indult. gener. cap. 40. in fin. & cap. 36. n. 22. Roland. à Vall. conſ. 1. num. 36. vol. 3.* & diximus in *rit. 49. ex num. 7. lib. 1.* Magistratus enim religio atrox reddit delictum, quod leuissimum esset; imò quod nè delictum quidem esset in priuato. Hinc grauior pœna constituēda est in hos, qui nostri iuris sunt, & nostra debēt custodire mandata, ait *text. in l. 1. C. de cōductorib. lib. 12.*

Quid etenim est, quod magis homi-
179 ni liceat, quàm emere, atq; mercari, donata accipere, vxorem ducere? quid his honestiùs? quid ad humanæ societatis conditionem aptiùs? & tamen cū sola Maiestate possit quis esse terribilis, vt ait *text. in l. 2. ff. ſi rect. prouinc.* potest Magistratus in ea, quā administrat Prouincia, emere immobilia; secùs infirmatur contractus, *tex.* est *in l. non aufertur, §. quò ad Præſides; ff. de iure fiſci, Bonadill. in polit. lib. 2. cap. 12. nu. 39. cum ſeqq. Iſern. & Afflict. in cap. 1. §. ſi verò, de feud. guard. Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 7. num. 9. Novar. gravam. 101. lib. 2. num. 6. Ricc. collect. deciſ. 419. par. 9. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 6. cap.*

6.cap.10. num.12.Carleual.de indic.lib. 1.disput.3.ex nu.6. Quod ad Magistratus tantùm temporaneos coarctat Peregr.loc.cit.esset enim graue nimis,non posse perpetuò Officialem contrahere in loco, vbi munus exercet. Hinc est, quòd placuerit multis, dispositionem huius textus inductam oppositа consuetudine inoleuisse, Osasc. decis.140. num. 14. vers.4.dicitur, Pract.Papien. in form.libell.in act.real.in verb.veris, & legitimis,nu.26. etiam quò ad temporaneos, Paschal. de patr. potest. p.1. cap. 4. num. 13. Petr. Gerard. de Petr. Sanct. singul.100.num.26.Reg.de Ponte de potest. Proreg. tit.de elect.offic.§.7. num.7.& cons.49.ex nu.39.lib.1.dummodò non contrahat cum litigante in actu, quod etiam prohibet perpetuis Rip. respons. 1. num.4.tit.de diuers.rescript.Et caueat summoperè emere aliquid ex illis, quæ sui muneris authoritate dat venum, l.non licèt, 46. ff. de contrab. empt. ibi: Non licèt ex officio, quod administrat quis emere: & paulò inferiùs: & hoc ad Procuratorem quoq; Cæsaris pertinet, l.qui officij, l.si emptione,§.fin.ff.cit.tit.Bart.in l.non aufertur, §. quod à Præside, ff.de iur.fisc.Menoch. de arbitr.cas.459.num.15.nec per personam quidem nominandam, l. iuxta, 2.C.de suscept.lib.10.

Multò minus donationes acciperè, 180 l. 5. C. de contract. Iudic. maximè in Regno per pragm. sub tit. de munerib. Official.nec antidorales quidem,vel ex causa de præterito: putà patrocinij præstiti ante Magistratum adeptum, nè sternatur via fraudibus, Tiraq.in l. si vnquam, verb. donatione,num.57.C. de reuoc.donat.nec contrahere,ex const. Regn.Communitèr,Anus meus ad Capyc. decis.209.nu.6.in nou.Non tamen prohibetur acceptare donationes ex vltimis voluntatibus, l. non dubium, 6. C. de testam. ibi: Non dubium, nec incertum est, sicùt Imperatoribus, ità qualibet dignitate, vel potestate decoratis viris, tàm hareditatem, quàm legatum, seù fideicommissum relinquere posse, l.Iulianus, l. 2.ff.de iudic.Alber.in l.vn.nu.2. C. de contr. Iudic. quia cum sint reuocabiles, non impellunt Iudicem ad iniusta; & cessat ratio prohibitionis, etiam in Regno. Neque obstat pragm. quia,vt patet ex rubr. loquitur de muneribus, adeòque irreuocabilibus, Franch.decis.493.

Nec demum vxorem ducere, non 181 obtenta Principis venia, vel natas nuptui dare, l. si quis officium 38. ff. de rit. nuptiar. l.1.C.si Rect.Prouin.& eadem disponit Const.communitèr,quam non militare quò ad matrimonia,Affl. ibidem nu.3.aduertit,& de Iure communi matrimonia alitèr facta non irritari, notat Bouadill.in polit.lib.2.c.12. n.35.& Capibl.c.deBaron.prag.9.n.49.

Verùm non comprehendi sub me- 182 moratis Iuribus Officiales vtiles Dominos, & Barones recipientes donatiua ab Vniuersitatibus,in consessu doctissimorum Virorum fuit concluſum, siquidem illa sermonem habent in genere de Officialibus; Baro autem in causis Vniuersitatis suæ, vti Officialis Iudex interuenire non potest, non solùm tanquàm Dominus, iuxtà scripta à Parid. de Put. in tractatu de Syndic. verb. suspicio,num. 10. vers. vel si Canonicus ibi dominus actoris; sed quia 183 Baro est primus Ciuis,vt in prag.12. de Baron.& dixi in rit.301.& tanquàm Ciuis Iudex esse non potest, l.3. C. de diuers. offic. lib, 12. Rouit.prag.9.§.ità statuimus,num.4.de offic.Iudic.& notaui in rit.63.num.7.lib.1. quem locum refert Reg. de Philippo dissert. fiscal. 29. num. 19. si non Iudex licitè potest recipere munera, vt expressè sanxit altera prag. 5.eod.tit.de muner. Præterea donatiuum non fuit simplex, sed antidorale ob indultum concessum, confirmationem capitulorum, & pandectæ, concessionis Cameræ reseruatæ, 184 ex qua Camera Vniuersitas fit immunis ab onere hospitandi Milites,& contribuendi in pecunia, de Pont. de potest. Proreg. tit. 1. §. 6.num.17. Imò Officialibus ipsis in recompensationem non prohibetur accipere, Bald. cons. 297. num. 1. lib. 5. Decian.tract. crim. lib. 8. cap. 40.num.2.tom.2.Mastrill. lib. 6.cap. 10.num.33.ex Bart.& Re-

Digitized by Google

Roman. in l. Aquilius Regulus, ff. de donat. Dec. & Iaſ. in l. in principalib. in 4. & 6. fallent. ff. ſi cert. petat. Ricc. deciſ. 191. collect. 1150. ac collect. 2040. & 4163. Gabed. deciſ. Luſit. 8. conſtito tamen de meritis, *Capiblanc. de Baron. nu. 41.* proinde *Prag. 1.* cœteraque Iura minime huiuſmodi complectũtur caſum. Quin donatiuum continebat clauſulã, reſeruato Regio aſſenſu, qui ſi fuerit impartitus iuxtà morẽ, accedente S.C. decreto lato vi reſcripti Excell. Domini in Collaterali Conſilio, quòd S.C. prouideret de decreto, quo declaretur expedire Vniuerſitati, & præſtatur authoritas eiuſdem S.C. *de Franch. dec. 302. n. 12.* omne tollit obſtaculum, & ſi non fuerit obtentus, cum actus fuerit conditionalis, eſt reſolutiuus in pendẽti, & quidèm excuſat ab offenſione, & caducitate, *Affl. in cap. feudum, n. 10. verſ. ſed poſſet reſponderi, ſi de feud. fuerit controuerſ. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. q. 30. n. 4. D. Octau. Corſetus conſ. feudal. 1. nu. 2. in fin. & nu. 3.* & proinde iſthæc donatio non purificata, inualida abſq; aſſenſu, ac reſolutiua, & excuſat, atq; minimè poteſt cõprehẽdi ſub *cit. Prag. 1.* ac ſimilibus, quę expreſsè prohibent accipere, & ſic quando cum effectu accipitur; de qua re dixi in *rit. 273. n. 180.*

Eò magis Iure noſtro Patrio, illis
185 interdicitur mercaturam exercere, pœnis indictis in *Conſtit. communitèr, ſub tit. de prohib. Curial. commerc. & in pragm. 1. de mercat. Official. prohib.* non modò in maioribus, ſed in minoribus quoque Magiſtratibus, in *cap. 38. inter cap. & priuil. Neap. anno 1507. ac pragm. 14. §. 5. de Official. & quæ ijs prohib.* aliiſque perſonis recenſitis à *Reg. de Philippo fiſcal. diſſert. 30. ex num. 71.* prout idem eſſe in Gallia cautum ait *Guglielm. de Benedic.* relatus à *Rouito in eadem pragm. 1. num. 1.* Nam de iure Cęſareo, Magiſtratibus perpetuis inhibitio hæc non reperitur, *Affl. in cit. Conſt. communitèr, n. 1.* & poſt alios, firmat *R. Io: Ant. Lanar. conſ. 43. ex num. 16.* plura notans, nempè *num. 33.* municipalia Iura mercaturam vetantia minime fuiſſe vſu recepta, imò
186 aboleuiſſe; illorũ verba eſſe reſtricta ad locum, in quo officium perſonaliter exercet Officialis; non reſpectu aliorum locorum, etiam, ſi in dictis locis poſſet habere iuriſdictionem, ex *Affl.* effato in *cit. Conſtit. communitèr, nu. 1.* perpendens *text. in cap. vt litigantes, & cap. cum Epiſcopi. de offic. Ordin. in 6.* quibus ſancitur, Archiepiſcopum exercere officium ſuum, tanquàm Metropolitanum in ſua Ciuitate, non autem in Prouincia ſibi Metropolitana ſubdita, confertq; *Andr. de Iſern. in cap. 1. §. pro mercede, verſ. per hæc, de feud. guard.*

Vlteriùs non comprehendi Regios
187 Conſiliarios, dicebant alij, iuriſdictionem ordinariam non habentes; ſicuti Iudices M. C. V. *Carauita in rit. 265. num. 28.* qui valent abſque aliqua commiſſione in qualibet re procedere; & ſicuti inter Conſiliarios cauſæ delegantur, ità inter Iudices diſtribuuntur; imò in illis non cadit prorogatio Iuriſdictionis, adeò quòd ſi ali-
188 cuius cauſę delegatio non appareat, acta coràm Conſiliarijs facta, nullitati ſubiacent, & tangit *Iſern. cit. loc nu. 21.* ibi: *Nec habuerint cauſam coràm eo*, & perpendit *Lanar.* poſt alios *cit. conſ. 43. num. 24.* & ſcripſit *Afflict.* in ſpecie de Conſiliarijs, & Præſidentibus R. C. ſermocinans *in mem. Conſt. communitèr, ſub num. 1.*

Maximè, quòd inuſta nota tribui-
189 tur Procuratori conſtituto ad vendendum, & proinde iuſto pretio, atque nunquàm cenſetur datum mandatum de faciendo illicitum, vt malè audire poſſet Dominus, ac incidere in pœnam, *Berous conſ. 25. num. 3. lib. 3.* ex doctrina *Bart.* quem inſectantur *Paul. de Caſtr.* & alij in *l. ſi Procurator, ff. de condict. indebit. & l. 2. §. ſi Procurator, ff. quod quiſq; iur.* quòd Procurator abſq; mandato indiuiduali agere non valet id, per quod Dominus pœnam incurreret; idem firmat *Berous in* alio *conſ. 188. nu. 9. lib. 3.* & conſuluit *Alexand. in conſ. 108. num. 6. lib. 6.* Nec ſat eſt
190 mandatum generale, etiam cum libera, ſicuti quoque annuunt *Curt. in conſ. 149. num. 9. Menoch. de arbitr. Iudic.*

Digitized by Google

dic.lib.2.cent.4.casu 316.num.24.Lancellot.de attent. p. 1. cap.1.sit.de attent. in parte,num.12. relatus à *Bursat.cons. 269.num.32.lib.3.Farinac.cons.25.nu. 55. in fin. & cons. 89. num.7. & decis. 319. in fin. Alex. Raud.decis.Pisan.13. num.141.Ant.Gama decis.Lusitan.230. num.2.Blanchett.decis.Roman.318.nu. 2.vol.1.*Maximè si principalis non habuit notitiam, *Glos. in cap. quanta, de sent. excomm.* vbi *Abb.num. 5.Paris de Put.de syndic.in part.Iudex, an si Iudex num.17.fol.141.*

Cæterùm prædicta Iuri consona
191 non videntur, cum semper, omniq; tempore quibuluis Officialibus mercari prohibeatur; siue vt euitentur subditorum impressiones, & metus præsumptio; siue nè Magistratus negotiationibus implicati à proprio auertant munere; siue cum inter Nobiles ipsi enumerentur, & animi dotibus fulgere debeant, nefas sit plebeiorum misceri mercimonijs, & mercatorum fraudibus se ipsos inuoluere, etiam per intermedias personas, eorumque familiares, vt eruditè scribit *D. R. de Philippo cit.fiscal.disser.30.ex n.60.*& agũt *R. de Ponte de potest. Proreg.tit.de elect. Offic. §.7. num.5.Reg.Reuer.decis.159. ex num. 1. Carleual.de iudic.tit.3.disp. 8.sect.6.num.102. & lib.1.tit.1.disp.3. Nouar. lib. 2. grauam. 101.Mauson.de caus.execut.ampliat.3.nu.3.Ricc.collect.* 4196.Quare lex Thebanis vetuit, eum, qui decem quidem annis à commercijs non abstinuisset non promoueri ad gubernationem, *Arist.*teste *polit.cap.3.*

Quòd autem Consiliarij vti delega-
192 ti non comprehendãtur, paradoxum est, ex dictis ab eodem *R. de Philippo*, ipsosq; esse ordinarios Iudices, ac ante commissionem ordinariam habere iurisdictionem habitu; ex commissione verò tribui exercitium iurisdictionis in illa causa, ac proinde haud nullam esse sententiam prolatam ob alio Consiliario, cui commissa non est, subtilitèr scribit *Montan. de regal.in prælud.sub num.55.pagin.48.& 49.*

Non prohibetur tamen fructuum
193 ex feudo Officialis Baronis alienatio; quia colens sua rura, suosque fructus vendens, non dicitur mercaturam exercere, *DD.*apùd *Rouit.in prag. 2. de merc. Offic.prohib.num.2.Capyc.in inuestitura feud. in verb. feudorum immunitas*, qui reprobat opinionem dicentium, Barones pro suis armentis, quæ in feudorum nemoribus errant, obstringi soluere vectigal, proindè, ac huiusmodi lucrum prodiret ab industria: nam armenta instrumenta fundi sunt, *l. grege, cum l.seq. de fund.instruct.*etiam si quibusdam mensibus in feudo pascãtur, quibus pabulum conducatur, *l.quæsitum, §.si aliqua, eod.tit.de fund.instruct.*

Hinc quamuis Clericis sit vetitum
194 mercari; licet tamen vendere fructus ex proprijs territorijs recollectos, *Dec. in cap.Sancta Maria, num.57.de constit.* ex *text.in cap.ejiciens 88.dist.Abb.cons. 6.dub. 2. Guttier.quæst.93.num.25.de gabell. Velasq. quæst. 8.num.18.de priuil.pauper.* & quòd Baro vendens fru-
195 ctus feudi minimè dicatur exercere mercaturam, indiuidualitèr aduertunt *de Franch. dec. 128.Strac.de mercatur. p.1.num.48.uersq.quaritur.fol.26.Guid. Pap. decis. 41. & 392.Claper.decis.35. quæst. 7. ex num. 2. Laganar.ad Rouit. in cit. pragm. 1.lit.A.Capiblanc.de Baron. pragm. 12. num. 16. Tiraquell.de nobilit.cap.32.*& in specie Pragmaticæ, vel Statuti prohibẽtis negotiationem, *Cranett. cons. 6. num. 115.* ibi: *Quòd prohibitio Domini generalis de non faciendo aliquam negotiationem salis, non debet extendi ad sal proprij ipsius conductoris perceptum, & inuentum in bonis conductis; sed debet intelligi, quando quis principaliter emeret sal, vt illud deuendat lucri causa, ex text.in cit. cap. ejiciens 88. dist.* quo fretus *Abb. mem. cons.6. in fin.lib.2.* annuit, quòd stante Statuto, quòd pro negotiatione vini, & olei, atq; similium, soluatur vectigal, pro venditione, seù negotiatione collectorum solui non debet, & *Abb.* effatum refert, insequiturque *Dec. in cit. cap. Sancta Maria.*

Minimeque refragatur, quòd *Reg. Rouitus in cit.pragm.2.de mercat.Offic.*

pro-

Digitized by Google

prohib. eius sit opinionis *à num. 7.* vt etiam Baronibus sit mercatura prohibita, ex *text. in l. 3. C. de com. & mercat.* & *Bombin. cons. 89. num. 8.* quoniam
196 Baro per feudum Paradogium, idest Nobilitatẽ acquisiuisse dicitur, ex *And.* in pluribus thesibus ibi enumeratis, in quibus dignoscitur, an sit idem in tenente à Barone feudum? & an vendito feudo, Nobilitas semel quęsita retineatur? *Tiraq. de Nobilit. cap. 7. per tot. & n. 14.* inferens ex hoc ipse *Reg. Ronit.* ipsam mercaturam ignobilitatem irrogare, licèt ipse expressè hoc non asserat, de quo tamen est videndus *text.* & ibi notata in *cit. l. 3. C. de com. & merc. Tiraquell. mem. cap. 7. ac Surg. de Neap. illustrat. fol. 429. & Reg. de Philippo cit. disser. 30. & num. 64.* Sed quicquid sit
197 in genere, est tamen iudicandum secundùm morem Patrium: nam in quibusdam locis, prout in Ciuitate Venetiarum, & Genuæ, Nobiles mercaturam exercent, teste *Io: Arz. in tract. Nobilit. Hispan. in verb. part princ. cap. 7. num. 4.* quem dicentem, quòd in Ciuitate Neapolis à Nobilibus non exercetur, laudat *Tasson. de Antephat. obsern. 2. vers. 10. n. 31.* Nam ipse *R. Ron.* non de ea mercatura fatur; quæ ex feudi fructibus ipse Baro exercet, & quam esse licitam, indubitati est; quinimò, nec mercaturæ nomen mereri, neque illicitam negotiationem appellari, *Andr.* & alij deducunt, nec non *Claper. decis. 35. quæst. 7. à nu. 2.* sed de
198 ea mercatura, quæ inter ignobiles exercetur, emendo, & vendendo, ac qui communitèr mercatores vocantur, quorum qualitates ipse *Reg. Ronit.* describit, sub *num. 2.* aiens, de eorum animarum salute vix esse sperandum, ex *Tiraquell. de pœn. temp. cans. 51. nu. 142.* authoritate *Diui August.* & aliorum, ac plura per *Affl. in Const. Mercatores, n. 4.* innuens, Deo nunquam placere posse, & ideò nullus Christicola illam exercere debet, *Stracc. de mercatur. p. 2. num. 5. Syln. nupt. lib. 5. num. 49. in fin. & Coras. miscell. iur. lib. 3. cap. 24.* idque intelligas iuxtà sensum Angelici Doctoris penès eumdem *Affict.*

Municipalia quoq; Iura prohibent
199 Officialibus, nè petant officia à Baronibus, *prag. 5. §. 2. prag. 9. prag. 12. §. 3. de Official. & quæ ijs prohib. prag. 5. de muner. Official. prag. 9. §. 4. de Offic. iud. prag. 2. §. 14. de commiss. & execut.* & notaui in *rit. 265. nn. 150. lib. 3.* Verùm non habent locum, si petant ab aliquo
200 Barone, (vt accidit) à Ciuitate Massæ Lubrensis, vt nempè suum consanguineum Proregi proponeret inter tres illos proponi solitos quot annis ad officij regimen; hoc enim nihil sanè contrà memoratas Pragmaticas, à quibus illud vnum vetatur, nè officia à Baronibus petantur, nec vspiam sermonem habent de huiuscemodi propositionibus, ac nominationibus, quæ Proregi fiunt, vt ex tribus propositis eligat, quem maluerit, ad munus: etenim nominantes plures nihil ex nomenclatione nominato tribuunt, sed ex electione Superioris illud demandatur, *Glos. in l. 2. de peric. nominat. lib. 11. Bald. & Salycet. in l. si ad scribatum, C. de appellat.* scribunt, aliud esse eligere, aliud nominare, quorum authoritate nixus *R. de Pont. de potest. Proreg. tit. de abundantia Ciuit. §. 1. n. 4.* expressè aduertit, huiusmodi Pragmaticas editas super electione, nõ habere locũ in nominatione, quæ fit de pluribus in officio. Secus verò si officium à Barone loci petatur; id enim muneris immediatè à Dynaste confertur, & idcircò Pragmaticę laudatæ aduersùs istas officiorum collationes iure merito inuehuntur; minimè verò illas interdicunt, quæ in vno sunt Proregis arbitrio, ac voluntate.

Ineat Reorum agmen, qui virtu-
201 tum velis, remisque destitutus, velificans honoribus: & quod meritorum suffragijs desperat, audet auri vi munus aucupari. Licebit vtique contrà istum Visitatori procedere: quia quamuis minime deliquit in officio, deliquit in aditu, vestibuloque, ac limine ipsius deliquit: vtrumque enim similitèr noxium est, ac improbum, aùt dare aurum, vt accipiat administrationem; aùt accipere in admi-

Digitized by Google

nistratione, *l. sancimus*, C. *ad l. Iul. repet.* §. *si quis autem*, *Auth. vt Iudic. sine quoq;*
202 *suffrag.* imò conatus dandi pecuniam pro consequendo officio punibilis est, quod est speciale in hoc crimine, *Mascard. de probat. concl.* 165. *num.* 10. *Farinac. quæst.* 111. *num.* 103. *Menoch. de arb. cas.* 343. *num.* 20. *& cas.* 360. *nu.* 81. *Decian. lib.* 8. *crim. tract. cap.* 35. *num.* 36. saltim pœna extraordinaria; si fuerit tamen deuentum ad actum proximum, *Menoch. cit. cas.* 360. *ex num.* 86. quia arguitur malus animus procurantis, *add. Auth. vt iudic. sin. quoq; suffrag.* §. *si quis autem*, & dixi in *rit.* 14. *ex nu.* 18. *lib.* 1. *& rit.* 295. *num.* 178. *hoc 4 tom.* addimus *Velasc. de Iudic. perfect. rub.* 1. *annot.* 3. §. 3. *& Io: Bap. Mucci ad Sanfelic. decis.* 149. *ex num.* 16. differentem, an officia secularia, spiritualia, ac beneficia vendi possint? anque illorum collatio facienda sit in digniorem? (quod tangimus in *rit.* 295. *num.* 94.) *& nu.* 20. recenset verba *Cardinalis de Lugo de iustit. & iur. tom.* 2. *disput.* 34. *sect.* 1. *num.* 8. quomodo digniores eligebantur à Philippo II. Religiosissimo Hispaniarum Rege.

An verò sit coniectura valida con-
203 uincendi Officiales de extorsionibus, si reperiantur locupletati plusquàm permiserint stipendia? scripsimus in *Rit.* 9. *num.* 3. *lib.* 1. & pertractat *Raudens. respons.* 50. *ex num.* 397. in gratiam Officialis respondens.

Quidam Iudex admonitus, vt se à
204 ludis, in quibus assiduè versabatur, abstineret, ad tradita per *Affl. in proœm. Constit. num.* 37. in sui defensionem dixit: omnes sui officij partes expleuisse; Id vnum iustitiæ Administro curandum, nè vnquam suo muneri desit, nec vllum suo ex officio Respublica capiat discrimen. Cœterùm immoderatè genio indulgere, vacare ludis, abdomini seruire; epicureum est, & hominem dedecet; modestè tamen nullam notam inurit Iustitiæ Præfecto, qui spartam adornat suam, ad notata per *Puteum in tract. de ludo num.* 8. *Io: Caccialup. de Ludo num.* 27. *Costam. de Ludo*, §. 1. *num.* 3. 4. *& 5. Hieron. Zanet. de diffin. iur. num.* 317. *Marquard. de Cali Sacram. non abrogandis, p.* 3. *cap.* 11. *nu.* 9. *Foller. de contract. censual. verb. Nicolens, num.* 215. *Galu. de differentijs ll. num.* 51. Quin *Fran. Vin. comm. opin.* 467. *sub num.* 10. *fol.* 16. clamat, dicens,
205 ludum licitum esse relaxandi animi gratia, & decere sapientem grauem, ac etiam sanctum, interdum remittere aciem à rebus agendis intentam. Propterea Philosophum ponere Virtutem Eutropeliæ consistentem circa ludos honestos, quæ appellatur iucunditas, ideò post *Senecam lib. de tranquil. animi*, inquit, agros fertiles; citò exhauriri, nunquam intermissa fœcunditate.

Alius verò, quod multùm operam
206 Musicę nauabat, à qua caucndũ Iureconsultis, ijque compescendi sunt, cum ex Damonis sententia certum sit, nusquam Musicæ modos immutari absque maxima legum ciuilium immutatione, *Bouadill. lib.* 2. *polit. cap.* 1. *num.* 24. Idcircò *Plato in suo de Republ. dialogo* 8. sanxit, Tutores Ciuitatis diligentèr curare debere, nè quid præter ordinem à se datum circa modos canendi à Musicis studio nouitatis immutaretur, *Simon Schardius in sua epistola dedicatoria ad Principes, & Electores libelli de Principum Electorum institutione*, *Hopper. de vera Iurisprud. lib. ferie* 4. *tit.* 29. Se tuebatur, quòd omnes Ministri partes explebat, & quòd hæc ornamentum Heroi est, non detrimento data, à legibus non prohibita, scilicèt tantum munus, quod obit Prætor, harmonia quædam est; Vt consonent omnia, vt suauem virtutum edant concentum, vna docet Publicum Moderatorem Musica; Hæc monet corrigere primum, ac postmodum frangere, quod dissonum est, in hominum vita filum; stat enim simul, quòd quis sit musicus, vel deliciarum causa, & voluptatis ad suum rus amænum, & suburbanum se transferat singulis diebus, & nihilominus æquè bene suo officio incumbat in horis audientiæ destinatis, omnibus aures benignè, ac patientèr dans, iuxtà monitum *Afflict. lib.* 1. *Const. rub.* 8. *de cultu pacis, nu.* 3. & 5.

Digitized by Google

& 5. citiùs ingenij fælicitate, facilitate, ac promptitudine causas expediendo, adeò quòd possit vti responso, quod Philippus Decius dedit, vt legitur in eius vita, dum quidam eius aduersarius laudaretur de eius assiduitate studij: illum quidèm esse magnum venatorem, sed quòd parum caperet.

Hęc tamen iocosa obsignaui episto-
207 la Camillo Barone, meo tunc Collegæ in M. C. V. in pecuniarijs causis, qui assiduè musica delectabatur: Vir forensis praxis es imbutus, plurimum autem musica arte oblectaris. Hęc mirum in modum Iuris Cõsultos, & Medicos discriminat: quandoquidem ex Democrito cõstat, pluribus hominum morbis medicinam fuisse musicam, *Aul. Gell. noct. attic. lib. 4. cap. 13.* Iuris Consulti verò musicam adeò vilem, & illicitam censuere, vt feudum super musica consistere negarint: cũ turpem causam contineat, ad tradita per *Andr. in cap. 1. §. fin. quid sit inuestit. Capyc. in inuest. feud. verb. feudorum genera, vers. feudum musitæ.* Age igitùr, vel Iurisprudentiam, vel Musicam sectato, Iuris Consultus, & Histrio nõ benè conueniunt: si es Iuris Consultus, musicam obliuiscito; sin mauis tybias incendere, cuades & medicus, ipse eligito.

208 Cœterùm plurimum cõmendat musicam *Tiraquell.* post alios, *de Nobil. cap. 34. num. 10.* qua Oratores imbuebantur, *Fab. Semestr. lib. 2. cap. 16.* Platonis ętate Nobilium Virorum filij docebantur pulsare citharam, ipso teste *in Dialogo Theages de sapientia*, quam pulsare didicit Alcibiades, qui noluit fibias inflare, vt apùd *Plat. in Dialogo Alcib. 1. de nat. homin.* & ipsemet Socrates Philosophus in senectute lira instrui non erubuit, *Diuus Ant. 1. par. hist. var. temp. §. 20. Magon. de auth. Notar. c. 14.* & Temistocles habitus fuit indoctior, quòd in epulis eam recusauerit, *AEneas Sylvius epist. 104. Ranald. Ridolphinus in sua epist. de modo, & ratione scribendi libros iuris ciuilis*, impressa ante communes opiniones *Francisci Viuij.* Musicæ modulatio in exercitu, *Blond. Rom. triumph. lib. 6. in forma castrorum*, & *lib. 8. eiusdem in fine*, eam damnat. Illam inuenit Cubal ex filijs Cain, teste *Diuo Anton.* Florent. Archiep. *p. 1. tit. 1. de prima ætate Mũd. cap. 1. §. 4.* & Nero primus Neapolim introduxit *Blond. Italia lustrata in Cãpan.* vbi de Neapoli.

An inquiri possit contrà Officialem,
209 quòd legebat Scholaribus? negatiuè, cum hoc de Iure permissum, modò legatur in suo Palatio, non extrà, *Io: de Platea* ex illo *tex. in l. unica n. 1. vers. item*, ibi: *Priuatarum adium, C. de studijs liberalibus Vrb. Romæ lib. 11.* qui affirmat, id eum pluries feciisse. At istud hodie minimè in praxi seruatur: nam Lectores in publico Gymnasio à Dom. Prorege destinantur, & in lectura feudorum, quam sœpissimè, & illa Vespertinæ lectionis aliquando, Officiales perpetui, & diximus in *rit. 265. ex nu. 74. lib. 3. & hoc 4. tom. rit. 279. num. 36.*

Ex quibus notanda *Ciceron.* verba *in orat. pro Aul. Cluent. Neque iniquum est Magistratus duriori hac lege coerceri, cum multa sint ornamenta, quibus etiam mitigare molestiam possint, locus, authoritas, domi splendor, apùd exteras Nationes nomen, & gratia, toga, prætexta, sella, curulis, insignia, fasces: quibus in rebus cum summum rectè factis Reges nostri præmium, tùm plura peccata periculis proposita esse voluerunt. Et quis unquàm hoc Senator recusauit, vt cum altiorem gradum dignitatis beneficio Regis esset consequutus, eò putaret duriori bus legibus, vti non oportere? quam multa sunt commoda, quibus caremus, tàm multa molesta, ac difficilia? qua subimus: atque hæc omnia honoris, & amplitudinis commodis compensantur.*

At verò, cum parum sit, si cui cri-
210 men inferatur, nisi & legitimis probetur documentis; hinc de probatione huiusmodi Magistratuum delictis exigita nihil attigisse, putauimus profectò nefas.

Placuit nonnullis, quòd si ciuiliter agatur, satis sunt coniecturæ, ac præsumptiones, *Boss. tit. de Offic. corrupt. nu. 14. Menoch. de arbitr. cas. 116. num. 3. Farinac. quæst. 111. num. 264.* testesque non omni exceptione maiores, *Amed.*

de

de synd. num. 187. *&* 568. *Gramm. conf. crim.* 35. *num.* 45. Si tamen actio criminalitèr dirigeretur; quia à Magistratibus, præsumunt Iura, omnem abesse dolum, *l.* 1. *C. de prad. cur. lib.* 10. *l. si quis Decurio, tit. eod. lib.* 10. omneq; illicitum, *l.* 2. *C. de offic. ciuil. iud. l. cum precibus, C. de probat. Gramm. conf.* 55. *Cephal. conf.* 420. *num.* 34. adeò, vt non modò eos bonitate, æquitateq; præditos habeant, *cap. bonæ memoriæ, de elect. l. vir bonus, ff. ind. solu. l. continuus, §. cum ità, ff. de verb. oblig.* verùm etiam ijs, tanquam iustitiæ animatæ plurimum deferunt arbitriorum delatione, *l.* 3. *§. ideòque, ff. de testib.* requiruntur testes omni exceptione maiores, nisi vrgeat mala fama, *Bald. in l. obseruare, §. proficisci, quæst.* 10. *in fin. de offic. Proconf. Mascard. de probat. tom.* 3. *concl.* 1132. *nu.* 14. *Boss. in pract. tit. de oppos. contr. test. num.* 59. *Par. de Put. de synd. verb. probatio, cap.* 2. *incip. contrà Officiales, in princ. Gramm. conf.* 35. *num.* 36. & dixi in *rit.* 295. *ex num.* 148.

In his anfractibus alij, rectiori, vt veritatis apicem celeriùs adeant, se committunt tramiti distinctionum ductu. Asserunt quippè, diuersa posse in hac thesi considerari iudicia, diuersa suspensionũ genera, quę infliguntur.

Etenim suspensio à Magistratu, vel
211 irrogatur, vt perficiatur faciliùs inquisitio; vel tanquàm admissi criminis supplicium. De prima est casus in *cap. quia ea, 3. quæst.* 2. vbi Pelagius Papa, vt difficultates amputaret, quæ probationi cuiusdam criminis obici esse poterant, inquit: *Quia ea, quæ de fraudibus Maximiliani flebilis ad aures nostras supplicum relatione venerunt, non facilè secundùm veritatem cognosci poterunt, nisi facultas Ecclesia, quam in suos usus malè conuertendo disperfit, ab eius potestate, donec causa cognoscatur, seponatur: idcircò nos eum, & à supradicta Ecclesia patrimonio volumus interim submoueri, & in nostro, discussionis ipsius tempore, moderamine detineri.* Secunda adhùc bifariam diuiditur: nam, vel est ab officio, vel à beneficio. Suspensio ab officio est, quando sola Magistratui interdicitur administratio; non tamen, & eidem tolluntur emolumenta; & hæc in causis leuioribus vindicat sibi locum. Suspensio à beneficio est, quando, & administratio simul, & emolumenta eripiuntur, & accidit in grauioribus.

Ex his inferunt iudiciorum diuersi-
212 tatem: nempè alterum summarium, in quo disceptatur, an possit quis durante inquisitione suspendi? quod nuncupant iudicium suspicionis; plenarium alterum, in quo, probato delicto, infligenda pœna est, quod appellant iudicium veritatis delicti.

Pro iudiciorum qualitate proba-
213 tiones requiri aiunt. Itaque in iudicio summario suspicionis, coniecturæ sufficient, & præsumptiones. Debet tamen, & in hoc audiri inquisitus, eiq; danda sunt capita, ex quibus suspensio agitatur, vt possit summariè se tueri, sicuti summaria cognitio est, *Reg. de Pont. d. decis.* 7. *num.* 15. *& decis.* 25. *nu.* 12. *Nouar. in collectan. ad pragm.* 6. *de synd. Official. Sanfelic. decis.* 61. Nam si in hoc summario iudicio, probauerit inquisitus, vana, ac nugatoria esse argumenta, & probationes, quæ in ipsum inducuntur: quid opus erit, progrediendo vlteriùs, oleum, & operam perdere, administrationem eripere, iudiciumque plenarium instituere? vt ait *D. Calà in tract. de visit. Magistr. dissert.* 16. *num.* 10. Quinimò si nullo pacto hic Magistratus audiretur; vtiquè non foret iudicium, quod constat non modò Iudice, & Actore, verùm & Reo, *cap. forus, de verbor. signif.*

In iudicio autem veritatis delicti ni-
214 tidissimæ requiruntur probationes, ac plenissimæ; quandoquidem cum agatur de honore, qui vitæ exequatur, imò ipsi vitæ antefertur, *Capyc. decis.* 5. *num.* 7. & grauiorem esse famæ iacturam, quàm oculorum, ex *tex. in l. infamia, C. de Decur. lib.* 10. notat *Cranett. conf.* 795. *num.* 5. *& conf.* 830. *num.* 8. cum alijs apùd *Prat. in Nicandro*, seù responso ad sui defensam, *ex num.* 36. *& ex num.* 496. & illius propterea causa tractanda est mitissimè, & non arripien-

Digitized by Google

ripienda in vtilitatem Fisci, *Alciat. respons.* 306. cum quandoque in pœnam deijciendi à toga, cinguloque sint denudandi; vt in quo deliquerunt, pœnam luant, ait *Reg. Merlin. contr. tom.* 2. *cap.* 28. *num.* 5. *Auth. sed nouo iure, C. de pœn. ind.* probationes debent esse luce meridiana clariores, *l. fin. C. de probat. cap. sciant, quæst. vlt.* & in hiscè terminis aduertit *Bald. cons.* 353. *lib.* 2. maximè quia bonitatis præsumptio vrget; ad quam elidendam plenissima probatio requiritur, testesque omni, vel leuissima notæ caligine carentes. *Osasc. cons.* 66. *num.* 3. *Cephal. cons.* 138. *num.* 18. *cons.* 241. *num.* 87. *cons.* 193. *num.* 93. *cons.* 348. *num.* 13. *lib.* 3. *Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *q.* 31. *nu.* 8. *&* 9.

An autem probent testes singulares:
215 putà, si vnus testimonium ferat de vna barattaria; & alter de alia? digladiantur acerrimè Doctores. Affirmant nonnulli, probare etiam plenè ad pœnam ordinariam: quia etsi diuersa deponant; sunt tamen conspirantia ad vnum, eumdemq; finem, *l. qui sententiam* 16. *C. de pœn.* atque vt more Philosophorum loquar, deponunt plures species conuenientes in idem genus; in quo possunt dici contestes, *Salyc. in l. actor, num.* 5. *&* 6. *C. de probat.* in hoc, nempe, Iudicem committere barattariam, *Farinac. de testib. quæst.* 64. *num.* 150. Gentilis meus *Petr. Ant. Petra de fideicomm. quæst.* 12. *num.* 538. *Gabr. tit. de testib. concl.* 2. *num.* 18. *Riminald. iun. cons.* 7. *num.* 27. & hoc satis, superque potest instruere mentem Principis ad illum, vel suspendendum ab officio, vel arcendum, vt Reip. consulatur.

Negant alij, & fortasse rectiùs, aientes, tantum abesse, vt sit probatum genus; vt nè sint quidem probatæ singulæ species, ex quibus confletur. *Salyc. in l. testium, C. de testib. quæst.* 8. *num.* 16. *vers. ego teneo, Alex. cons.* 72. *num.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 100. *num.* 5. *Raudens. resp.* 50. *num.* 47. cum reliquis, quos plena manu congerit *Petra cit. quæst.* 12. *num.* 149. nam tunc diceretur probatum genus, quando plenè singulæ species fuissent probatæ, *Iaf. in l. admonendi, num.* 256. *vers. & quando ista, ff. de iur. iuran.*

In iudicio igitùr visitationis, cum vtrique opinioni faueant doctissimi viri: neque Magistratus damnetur ad ordinariam pœnam iuxtà primam sententiam, neque absoluatur iuxtà secundam. Qui debet iudicare in huiusmodi perplexitatibus, medio tutissimus ibit; nempè infligat pœnam extraordinariam, si alia id suadeant, *Rosas de haret. p.* 2. *assert.* 6. *num.* 142. *Farinac. quæst.* 64. *num.* 218. *Direct. Inquis. lib.* 3. *quæst.* 72. & ibi *Pegn. schol.* 127. *col.* 3. *in princ. & col.* 9. *Caim. in manuscript. tract. de visit. art.* 6.

Non admittuntur indicia, sint licèt
216 indubitata, nec violentæ præsumptiones, *Hieron. Giach. in cons. de syndic. num.* 107. *Ioseph. Cumian. in pract. de syndic. cap.* 24. *sub tit. de senten. num.* 20. *&* 21. etiam si versemur in delictis difficilis probationis, ità vt alitèr probari nequeant, *Io: Galleg. in resp. de syndic. cap.* 1. *num.* 34. *&* 38. nisi adsit fuga Magistratus, quæ crimen prodere videatur, *Mascard. de probat. concl.* 1132. *num.* 16. *&* 17. *Iaffred. decis.* 102. & dixi in *rit.* 295. *ex n.* 148. cum supra adductis in hoc *rit. sub n.* 214. *Anil. in cap.* 1. *glos. Dadiuas, nu.* 28. *Rondinel. de syndic. offic. nu.* 70. *Franc. Marc. decis.* 648. *nu.* 1. *& decis.* 685. *nu.* 4. Verùm sicuti, accusato fugam arripiente, fuga ipsa scelus fatetur; ità sponte sua se apùd Iudicem sistens, præclarum innocentiæ specimen præfert, *Reg. Vilos. in tract. de fugit. cap.* 18. §. 6. *de delinq. fug. num.* 16. ex *l. non intelligitur, de iur. fisci, l. non existimo, de admin. tutor. Leonin. cons.* 57. *num.* 23. *Boss. in prax. tit. de mandat. ad homic. ex num.* 25. loquens de spontanea constitutione Episcopi Papiæ de Rubeis, pro quo responsum edidit Alciatus.

Sic etiam minime sunt recipiendæ
217 nouæ probationes, vel testes contra visitandum super meritis causæ principalis, vel sententijs latis, *Bouadill. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 52. quamuis liceat visitato ex nouis probationibus suam pandere innocentiam, *Bart. & Bald. in l. A Emi-*

l. AEmilius, num. 13. in fin. ff. de minor. idem Bald. in cap. 1. §. iudices, num. 9. de pac. iuram. firmand. & seruari ait *Auiles in cap. 1 prætor. glos. à las partes, nu. 34. & in glos. donacion, ibidem, nu. 21. Puteo de syndic. post euidentialia, cap. incip. an si potestas, num. 21. verb. sententia, cap. 9. num. 1. vers. an si Iudex.*

De iure autem Regni ad duo potis-
218 simùm Visitatoris intuitus dirigẽdus est: nimirùm ad Magistratus famam, & ad testium qualitatem; vt habetur nitidissimè *in Cap. Regn. vulgaris fama proloquiũ*, & Regiæ adsunt pragmaticę.

Siquidem, quando mala fama laborat Magistratus, si vnus tantummodo testis probatæ vitæ deponat, datum fuisse aliquid Officiali, & eius depositioni robur addat suo iure iurando delator, aùt inquisitionem instruens honestæ vitæ; tunc nulla visitato inquisitionum copia præstita, legitimè sequetur condemnatio: maximè si quantitas Officiali data non sit magna.

Imò quamuis nullo teste probetur pecuniæ, alteriusuè speciei datio; attamen si malè audiat Senator, & sola adsint indicia, & præsumptiones: putà coniectio alicuius in vincula, eiusdemque absolutio sine causa, sufficit sacramentum dantis, si sit honesta persona, & quantitas data non sit magna, ad condemnationem.

Si verò bonam famam redoleat Officialis: tunc si duo, vel tres testes integræ vitæ testimonium in eum perhibeant, data ei nominum testium, ac dictorum copia, gradus ad condemnationem fieri potest. Non ità si sola adsint indicia, & coniecturæ, vel dantis sacramentum: maximè vbi læsus leuis compériatur esse persona. Sed si lęsus exploratę integritatis fuerit: tunc si vehementia militarent indicia, optimam licèt famam iactitet Magistratus, cõdemnatione plecti potest, maximè si data res nõ sit magna, *cit. cap. Regni, vulgaris fama.* Verùm de his omnibus videnda sunt, quę dixi in *rit. 295. ex n. 148.*

Quò ad testes verò, in his hæc sunt
219 potissimùm perpendenda: qualitas nempè, conditio, ætas, discretio, fama, fortuna, & fides, *l. 2. & 3. de testib. Auiles* in puncto *cap. 4. Synd. n. 5. Bouadill. lib. 5. polit. cap. 1. num. 66.*

Ex his testimonium inimici nullam
220 facit fidem contrà Officialem, decernitur in *cit. Cap. Regn. vulgaris fama proloquium*, & scribunt *Bald. & Angel. in l. filius fam. ff. de donat. & in l. Præsbyteri, C. de Episc. & Cler.* atq; inimici dicuntur in hac thesi, etiam putatiuè, *Auiles in cap. 1, syndic. nu. 4.* de quibus diximus in *rit. 265. num. 160. tom. 2. & tom. 3. n. 95.* Et qui fuerunt carceribus mancipati ab eodem Officiali, *Bald. in l. ipsius, C. fam. ercisc. Gramm. cons. crim. 46. num. 2. Auiles cit. num. 4. Mastrill. cit. cap. 2. num. 13. Raudens. cons. 49. Farinac. tom. 1. prax. crim. quæst. 49. nu. 28.* Tùm etiam, qui obtinuerunt sententiam in contrarium, idem *Farinac. d. quæst. 49. num. 62.*

Item amicus inimici mei, est ini-
221 micus meus, *cap. si inimicus, verb. nolite 93. dist. de Grass. de effect. amicit. ex num. 130. Reg. Valenz. cons. 92. num. 130. lib. 1. Borrell. in summ. decis. tom. 2. tit. 15. ex num. 299. Auus meus ad Capyc. decis. 133. num. 2.* Atque adeò ab accusando repellitur, *Farinac. quæst. 12. num. 43. in 4. ampliat. Spada cons. 85. num. 15. lib. 1.* imò etiam à testificando, *cap. repellũtur, de accusat. Giazz. lib. 1. discept. 33. num. 1. & discept. 68. Mascard. de probat. concl. 1050. Gramm. cons. crim. 59. num. 5. Ciarlin. controu. forens. lib. cap. 116. num. 35.*

Commensalis cum parte litigante,
222 *cap. accedens il 2. vt lit. non const. Oltrad. cons. 301. num. 2. Leonin. cons. 53. sub nu. 23.* Familiaritas in cibo maior est, quàm in colloquio, *Glos. in cap. omnes deinceps 28. quæst. 1. verb. Iudæorum*, nectens, quòd faciliùs quis decipitur inter commensationes, ex *text. in cap. vnusquisque 22. quæst. 4.* interque eas facillimè initur consiliũ de perdendo inimico. De cæde Sancti Ioannis Baptistæ, non nisi inter epulas actum, & constitutum fuit. Herodes inter vesanas earum lętitias, quod turpitèr saltatrici promisit, re crudelitèr persoluit, *Matth. 14.* Imò exurgit suspicio etiam

Digitized by Google

etiam ex vna commensalitate, seù receptione ad domum in eadem mensa discumbendo, notat decisum *Reg. de Marinis quotid. resol. cap. 190. num. 13. lib. 1.* & dixi in *cit. rit. 265. ex nu. 137. tom. 3.* quem locum allegat *Mucci ad Sanfelic. decis. 81. à num. 23.*

Decoctores, seù falliti oppressi ære
223 alieno non probant, *Leonin. cit. cons. 57. n. 20. Raudens. respons. 49. n. 6.* prout nec Gulosi, *Lanfran.* relatus à *Conrad. de Prætore, lib. 1. cap. 9. num. 22. verbo, gulosi,* Molendinarij,& Liuellarij,Criminosi,Banniti,Excommunicati,atque nimis verbosi, *Raudens. respons. 10. ex num. 215. & nu. 328.* Gentilis meus *Petrus Anton. Petra de fideicomm. quæst. 12. Bertazol. & Farinac. in qq. crimin. lib. 4. in repertor. verb. Testis,* alios exarantes casus, de quibus passim DD. pertractant.

Nec testimonium Indultatorum,vel
224 Guidatorum, *l. non omnes, §. fin. ff. de re milit. Bosse. in tit. de oppos. cõtra testes, n. 21.* Præterea,nec illud Medianorum, seù Proxenetarum aliquid probat, vt *Gregor. IX.* sanxit *in cap. 1. de testib. in 6. Bosse. de Offic. corrupt. nu. 15. Amadeus de Castello de syndic. sub nu. 187. Martin. Laudens. in tract. de Official. quæst. 150. Rondin. de syndic. num. 69.* potissimùm in causa criminali, *Paris de Puteo de syndic. verb. contrà Officiales, n. 2.* etiam cum tortura, etsi essent duo, *Cataldin. Gramm. Decian.* & alij laudati à *Farinac. quæst. 111. n. 271. & 272. Villadieg. add. §. 4. n. 7.* Hinc pluries in M.C.V. absoluimus Officiales, contrà quos Syndici Vniuersitatum deponebãt de barattaria, & expensis victus ab ipsis receptis,contrà disposita à Iure nostro Patrio, vt diximus in *rit. 273. ex num. 180. tom. 3.* cum in dies experiamur, ipsarum Vniuersitatum defensores libenti animo ansam à Ministris arripere ad Populi substantiam simulata specie deuorandam, nulla habita ratione famæ ipsorum Moderatorum. Quare cum ipsi Vniuersitatum Officiales (quod impietatem sapit) sint doli, ac scelerum participes,ac proxenetæ, ità tamen, vt iustitiæ Administris ea crimina vertantur; profectò ijs, etsi contestibus, nulla fides habenda est, nec probationem facere possunt, quod perpendit *Bouadill. politic. lib. 5. cap. 2. num. 52.* vbi plura ad rem sigillatim distinguit,& aduertit. Quapropter *Gabriel. concluf. 20. nu. 11. tit. de testib.* Iudicis arbitrio remittit, quanta fides Proxenetis sit habenda, inspecta causæ,ac personarum qualitate,at cum alijs adminiculis benè probare, rectè indicat *Mascard. de probat. cõclus. 1137.*

Et dum sermo est de Vniuersitatum
225 Administratoribus,notandum,quòd mittentes homines ad Curiam expensis Ciuitatis, & procurantes adire pro aliquibus leuibus rebus, qui sua deinde tractant negotia, apùd Principem, non sunt immunes à pœna peculatus; Hoc apùd Bituriges respondisse testatur *Rebuff. in l. eum, qui vectigali, pag. 152. de verbor. signif.* qui addit,hodie in Ciuitatibus,Templis, Vniuersitatibus,& Curijs seruari cõtractum illum innominatum,facio,vt facias,in perniciem animarum multarum. Sunt hæc quotidiana, vsu in Ciuitatibus Regni comprobata. A quibus procurant Ciues mitti Neapolim sub colore tractandi aliqua negotia vniuersalia,certo in singulos dies constituto salario, vt sua domestica tractent.

Attendant Visitatores tempus e-
226 mãcipationis in carceribus testium, quos tedium concutere solet, adeò, quòd per vim, & ad finem se ab ea exoluendum,depositio extorta præsumitur, *Bero. in cap. at si Clerici, num. 21. de indic. Bosse. pract. crimin. tit. de carcer. num. 32. in med. Pract. Conrad. de confes. crim. num. 5. Farinac. cons. 193. n. 3. Vermigl. cons. crim. 33. num. 15. cons. 74. num. 6. ac cons. 143. num. 19. Raudens. cons. 50. num. 1.*

Ipsosque Visitatores non deterreat
227 testium copia ad probandum crimen, quæ magis,atque magis attestationes, inuerisimiles, multiformes,varias,imò falsas arguit. Alios conuocare, vt moris est,in pompis solemnibus,in abditissima dilapidationis, & secreti furti, barattariæ,&c. crimina,quæ vsque-

Digitized by Google

adeò Iura abominantur, ac puniunt, fingi potiùs, quàm credi poterit: licebit enim Iudici in sui defensionem illos *Apuleij* terminos vsurpare, qui pluribus de visu testibus Reus actus secretissimę cuiusdam noxæ, cuius notę est magica incantatio, hæc dixit: *Nuptia nè illa fuerunt, an aliud celebratum officium? an conuiuium tempestiuum?* Hac solummodo de causa adductus in crimen D. Ioseph Spinellus, tunc Gubernator Ciuitatis Auersæ, ac conuictus, quòd vi impulerit mulierem ad emittendam remissionem suo familiari; capitis propterea Reus effectus, vt *Pragmatica* 2. 25. & 27. *de exulib.* disponūt: decreuit M.C.V. nè vlla afficeretur molestia, cum iure merito falsum duxisset propositum crimen, ob multos, ac difformes, vilesque testes adductos, qui assentiebantur præsentes fuisse, quod difficile, imò impossibile prorsùs creditu erat; & Excellentissimus Prorex, Vicariæ scitum ratum habuit, penès Onufrium Marriello de anno 1667.

Minusque perterreat, si illorum de-
228 positiones sint aliquando verisimiles: nam ipsa calumnia, quæ Philosophia, ac lyceo reluctante, naturalē corporum replicationē intra probabilitatis fines constituit, adeò ingeniosa nō esset, si non laboraret in reddendo suas fraudes verisimiles, vt perbellè explicat *Lucianus in suo tractatulo de non temerè credendo calumnia*: *Non enim*, inquit, *tàm grauem noxam infligeret calumnia, nisi in speciem verosimilia narraret, neque rerum omnium validissimam veritatem opprimeret, nisi appositis ad inducendum, & persuadendum argumentis, algsque sexcentis artibus instructa, auditores deciperet.* Quamuis regularitèr argumentum à verisimili desumptum multum vrgeat, teste *Euerard. in thopic. loc. 5. à verisimili.* Verisimilitudo namque, quæ consistit in ratione naturali, quæ altera lex esse dicitur à *I. C. in l. cum ratio, ff. de portion. quæ fil. damnat. concedunt.* etiam pro lege habetur, vt dixit *Oldrad. cons. 13. in fin. Cravett. cons. 61. nu. 9. Franch. decis. 143. num. 6. & Andr. de Isern. in prælud. feudorum*, quòd plus debet mouere Iudicem dictū rationabile, quàm ipsa lex. Valet argumentum à verisimili ad conuincendum quem de delicto, vt est *text.* quem notabilem dicit *Euerard. vbi supra, vers. item 3. in cap. scribam, & cap. quia verisimile, de præsumpt.* & hæc eadem verisimilitudo transfert onus probandi contrarium in aduersarium, ex *tex.* notabili, cum *Glos. ibi, in l. ex persona, & in l. siue possidetis*, vbi *DD. C. de probat. & in l. circa. ff. eod. tit.* qui enim habet pro se verisimilitudinem, habet expressum casum legis, *Caphal. cons. 287. num. 23. Becc. cons. 101. num. 46. Cravett. cons. 297. num. 6. Surd. cons. 401.* & proindè quòd Iudices tenentur per eam iudicare, dixerunt *Barz. decis. 125. num. 24. & decis. 120. num. 25. Nevizan. cons. 66. Aretin. cons. 9. colun. 2. Mastrill. dec. 123. n. 34.* & nonnulla scripsi in *rit. 265. ex num. 26. rit. 272. num. 54. & 274. num. 111. lib 3.*

Imitentur summam pietatem, ac iu-
229 stitiam Inuictissimi, & Pissimi Regis Philippi II. in visitatione Consilij Supremi Aragonum Regni, quem ipsummet testes examini subiecisse, scribunt *Ant. de Herrera in hist. Indi. decad. 7. lib. 6. cap. 4. Ludouic. Cabrera in histor. Philipp. II. lib. 2. cap. 21. Larrea. dec. Granat. 98. n. 44. lib. 2. & alleg. fiscal. 101. n. 21. tom. 2.* ratione perpensa à *Gabr. Berart. in spec. visit. cap. 5. de testib. ex n. 115. ad n. 118.* his quippè aureis verbis: *Et enim dùm fit sermo cum ipso Iudice, nullus magis, quàm ipse scire poterit, quanta sit testibus fides adhibenda, quia ipse considerare debet, an testes ad interrogata respondeant, vel ex tempore, vel præmeditato sermone, qua fronte, quo vultu, quo rubore, vel qua trepidatione? omnia enim ista, & alia signa, vultus testium an sint tristes, ridentes, vacillantes, balbutientes, aùt nimis animosè deponentes? Prudens Visitator rimari, & inspicere debet, quia difficile est, crimen non prodere vultu. Qua de causa cum res hæc sit tanti momenti, & ex illius omissione sæpissimè contingit, Officiales*

que-

querelatos innocentes perielitari, & maxima nocumenta pati oportet; ideò quòd testes, vt dictum est, per ipsosmet Iudices Visitatores examinentur. Imò cum
230 testes examinant, vel repetunt, vnicam, non alteram quoque impendant diem, dùm aliàs vnus testis alteri, ea quæ interrogarunt, reuelaret, ac proindè facta inter eos confabulatione, veritas eruenda adhùc celata, & oppressa remaneret. Iure propterea *Mastrill. cit. tract. lib. 6. cap. 1. & Solorzan. de Indiar. guber. tom. 2. lib. 4. cap. 8. nn.* 41. ingemunt modum, quo vtuntur Visitatores Generales, qui testium nomina non publicant syndicandis: nam non debent subticeri, ex §. *hoc verò, Auth. de testib. & cap. 2. eod. tit. de testib.* nisi dumtaxàt in casibus Fidei, *cap. fin. §. iubemus, de haret. in 6. Farinac. de hæres. quæst.* 188. *num.* 9. *Pegn. in direct. par.* 3. *comment.* 124. *Castro Palao in oper. Moral. p.* 1. *tract.* 4. *disput.* 8. *punct.* 15. §. 3. *num.* 7. *Caren. de offic. Sanct. Inquisit. p.* 3. *tit.* 7. §. 9. de qua re disserit *Mucci ad Sanfelic. decis.* 24. *ex num.* 10. cuius *text. in* §. *iubemus*, specifica in illa thesi sanctio, ad alia haud extendenda crimina est, *Farin. de indic. & tort. q.* 38. *num.* 86. *Clar. in pract. crim. quæst.* 49. *nu.* 3. *Gabr. Pareza de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 8. *num.* 29. *Gresp. de Valdaur. obser.* 89. *num.* 10. subnectens, secus esse processus nullitati obnoxios. Quorum opinioni in hoc Regno adamussim concinit *Gap. Regn. Vulgaris fama proloquium*, & addo *Segur. Danelos in direct. Iudic. cap.* 14. *num.* 14. Si enim illorum nomina patefierent, non remaneret multoties denigrata innocentium fama. Igitùr oportet benè, & non semel, sed pluries, atque pluries rimari testium qualitatem, & conditionem, nostris præsertim temporibus, vt dixi *in rit.* 265. *num.* 28. *lib.* 3. & in *hoc rit. sub num.* 25. & aduertit in his terminis R. *de Pont. de potest. Proreg.* §. 7. *de elect. Offic. num.* 12. *in eod. rit.* 265. à nobis laudatus.

Audiant accuratè, & in scriptis re-
231 ferant, sicuti testes, qui in Officialem deponunt; ità, qui pro Officiali: cum inquisitio sit tàm boni, quàm mali inuestigatio, *Larr. decis. Granat.* 98. *num.* 48. *vers. sed, & iudicij, p.* 2. *Excobar de Nobilit. & puritat. proban. quæst.* 6. §. 4. *rubr. de examin. test. num.* 26. *vers. noua. Aniles cap.* 4. *iudic. syndic. in gl. verb. Haga, cum seq. Suarez de Paz. in prax.* 8. *p.* 1. *tom. cap. vn. num.* 15. & in Regno adest *prag.* 27. *tit. de offic. Magistr. Iustit. & pragm. Caroli V. incip. item quia nobis datum est intelligi, sub tit. de actuar.* 6. *in ordine*, cuius memor est *Foller. in prax. verb. capiat informationem, nu.* 54. cum etiam ex officio teneatur, Rei innocentiam indagare, *l.* 1. §. *fin. ff. de quæst. l. si non defendantur*, 9. *ff. de pœn. Bart. in l. pen.* §. *ad crimen, col.* 3. *vers. sed primò quæro, ff. de public. iudic. Farinac.* 1. *tom. de inquis. quæst.* 11. *nu.* 10. *Gom. in l. Tauri* 76. *num.* 13. *ante finem, vers. aduertendum tamen, & num.* 14. *Gig. de crim. læs. Maiest. lib.* 1. *rubr. generaliter in crim. læs. Maiest. proced. quæst.* 16. *ex num.* 1. & diximus in *rit.* 284. *num.* 20. *hoc* 4. *tom.*

Respectu verò bonæ, vel malæ fa-
232 mæ, probanda illa est per testes, nec Visitatoribus aliter asserentibus fides habetur, *Bald. in rubr. C. de pœn. Iudic. quòd mal. indic. Farinac. tom.* 1. *quæst.* 9. *num.* 10. *vers. amplia nono*, qui testes debent esse omni exceptione maiores, sicut aliæ probationes claræ, & non priuilegiatæ, *Villadieg. cit. cap.* 6. §. 2. *num.* 16. Vlteriùs hi testes debent desumi ex Tribunalibus: scilicèt ex Aduocatis, Procuratoribus, & Actuarijs, ac Scribis, *Mastrill. cit. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 22. Debent etiam nominare saltim duos authores, exprimere causam verisimilem, ortum famæ ante inquisitionem, non tempore inquisitionis, *Foller. in prax. crim. in rub. dantur capitula quòd suffocauit Vxorem*, 1. *p.* 2. *p. n.* 28.

Præterquamquòd debet haberé or-
233 tum ab hominibus honestæ vitæ, bonæ opinionis, grauibus, atq; antiquis, *rit. cap. qualiter, & quando, el* 2. *de accus. Farinac. cit. tom.* 1. *quæst.* 47. *nu.* 156.

Postremò, illa debet esse inconcussa, crescens sola, & non contraria, aliàs nihil operatur, *Rald. Curt.* & alij,

Digitized by Google

apùd *Farinac. cit. quæst. 47. num. 4.* & de famæ requisitis dixi in *rit. 270. ex nu. 45. & rit. 274. ex nu. 130. lib. 3.* & supra hoc *Rit. n. 28.* Omnis tamen fama malè concepta, quę semper in sparsis mendacijs alitur, ostensa veritate consumitur, sicuti aduertit *Minutius in suo Ottauio.*

Barattaria verò an probetur per li-
234 bros Bancheriorũ, ac Cõmunitatum, seù Massariorum, & similium? discutit *Raudens. respõs. 49. ex n. 74.* & cõferunt tradita à *Bertazol.* videdus *cõs. crim. 71. lib. 1.* qui loquitur de receptis vtẽsilibus dono, & duobus plaustris fœni; iunctis alijs, de quibus nos supra sub *nu. 224.*

Existente paritate probationum, Iu-
235 dex à pœna in syndicatu est immunis, licèt elisio visitationis sit solùm semiplenè, *Raudens. resp. 50. num. 92.* & ambiguorum testium depositionum interpretatio facienda est contrà fiscum, *Syluan. consil. 94. Raudens. cit. respons. 50. num. 682.*

Notandum, dum de probationibus
236 est sermo, quòd priuilegiata probatio in Regno ex *prag. 4. de muneribus*, non extenditur ad probanda munera familiæ Officialis, de quibus *pragmatica* nihil disponit; nec cum alijs casibus de receptione munerũ ab ipso Officiali posse coniũgi, monet *Caimus* in manuscripto *de visit. art. 11. vers. ex hoc.*

Verùm liceat nè iustitiæ Admini-
237 stris recipere pecuniam à parte pro gratia à Principe per ipsos impetrata? affirmatiuè scripsit *Bald. cons. 353. sub num. 2. lib. 5.* non tamen sectandus, stantibus enixis, rigidisque, sed iustis municipalibus Sanctionibus.

Vetitum an sit illis agere cõmenda-
138 tiones, vel per literas eõmendatitias, vel oretenùs in alicuius gratiam? & licere decidunt *Henrius in l. fin. C. quod cũ eo, Vulpian. in l. si verò non remunerando, §. cum quidam*, vbi *Bald. ff. mandati*, & proinde faciles se reddãt homines ad huiusmodi conscribendas literas, cũ nulla ex his obligatio sequatur, clamat *Alberic. in cit. l. fin. Stracc. de assecurat. gl. 11. nu. 26.* At *Neuiz in sylu. nuptial. lib. 5. ampl. 9. pag. 620.* inquit, hoc non licere, nè Iudices sint timidiores in iu-

dicãdo, & propterea similes literas prohibet Hispana lex 25. *lib. 2. tit. 4. del Consejo Real*, quod iure refellit *Raudens. cit. respons. 50. à num. 263.* & videndus *Auendan. de exequend. mandat. Princip. lib. 2. cap. 1. col. 3. vers. & sic quando Iudices*: præsumitur enim quòd quilibet habeat animum constantem ad iustitiam, minime obstantibus Magnatuum precibus, etiam Principe mãdante, cui nedùm rescribendum non esse eius mandatum iuri consonum, sed modestè resistendum est, *Vin. opin. 638.* & alibi dixi, *ex text. in l. si vendicari, C. de pœn. cap. apùd Tessalonicam 11. quæst. 3. Marant. disp. 1. ex num. 13. Alban. in l. 1. ff. de offic. Assess. Gramm. in addit. ad Cap. Reg. rub. quòd non capiantur sine consilio. pag. 128. Auiles cap. 1. Prator. verbo A las partes, nu. 31.* Vndè Henricus Secundus cum Italum seruũ in carcerem duci iussisset, non adiecta causa, ac Iudices hominem liberassent, priùs tamen admonito Rege; idem Rex iussit, illum cõdemnari, cum religiosè, ac sanctè iuraret, se hominem in scelere turpissimo deprehendisse, quod euulgari nollet, ac Iudicibus succenseret, quòd sibi affirmanti fidem non haberent; liberatus est tamen à Iudicibus, & è carceribus eiectus, *Ioannes Bodinus in methodo Hist. cap. 6. pag. 378.* Rex enim iustus aures minimè claudit Officialibus prudentèr replicantibus, & notam optimi Regis hanc esse, clamat *Ianus Gruterus ad Tacitum lib. 1. Annal.* exemplis omnium ætatum, nationum, & linguarum cõprobans, insequitur *Cæsar Carem. resol. 174. num. 7.*

An autem Officiales habitare valeãt
239 in Suburbijs, prout in Ciuitate? respondi affirmatiuè, quoniam dispositum in Ciuitate habet locum in Castro sibi subiecto, *Felin. in cap. Rodulphus, de rescript. Cagnol. in l. impium, n. 174.* & quia in fauorabilibus appellatione Ciuitatis, veniunt Suburbia, *Napod. in proœm. cons. Neapol. num. 86. Afflict. in rubr. de homicid. cland. num. 1. Montanar. in prag. 2. num. 219. de administrat. Vniuers. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 355. num. 10. Pres. de Franch. dec.*

129.

Digitized by Google

129. *nu.*2. Huiusmodi tamen materia est fauorabilis, vti permissoria, licèt posset dici litigantibus obnoxia ob amplitudinem Ciuitatis: at hoc minimè est expendendum, sed perpendi debet respectu eius, cui prohibitio fit, non respectu eius, cuius accessoriè interest; prout quoque in materia indifferenti comprehendit Burgum, *l.* 1.§. *tum Vrbe*, *ff. de offic. Præfect. Vrb. Roman. conf.* 454. *num.* 7. & ibi *Mandos. Gratian. cap.* 17. *in princ. lib.* 2. *discept. forens.* quinimo tantum abest, vt Vrbi huic, & litigantibus detrimento sit, Officiales in Suburbijs incolatum habere, vt potiùs id maximè Reipublicæ conferat, & Iustitiæ administrandæ perneccessarium sit: cum enim Suburbia in immẽsum trahantur, & instàr magnarum Ciuitatum sint, in quibus etiam Magnates domicilium habent, ac maximis suis ædificijs in omnium conspectum se produnt, Maiestatem præseferendo; par est, vt etiam Suburbia habeant iustitiæ Administros habitatores, & maximè consentaneum esse videtur, vt propè sint, qui clauum Reipublicæ tenent, nè si longè absint, tranquillitas publica in discrimen vertatur. Sicut enim naturalia agentia, eò remissiùs operantur, quò longiùs non alitèr agentia moralia, non alitèr Iudices, nisi propè adsint, haud facilè iustitiæ habenas sibi traditas poterunt moderari. Nemo est, qui ignoret, Iu-
240 dices in terris vices gerere Supremi Vindicis: proinde sicut Numen ipsum non omnipotentia solùm, sed immensitate, ac præsentia nos regit; Ità Iudices præsentes vbique exhibere sese debeant, quò ad eius fieri poterit, vt cum Poeta dici possit:

Est Deus in nobis agitante calescimus illo.

Et sanè cum Iustitiæ Administri in Suburbijs simul, & intra mœnia adesse non possint, æquum omninò est, vt alij Suburbia, alij Vrbem ipsam incolant, nè magnum subeat incommodum, aùt Populus, qui in Suburbijs inhabitat adeundo Ministros intra mœnia, aùt Ciues Vrbem incolentes adeundo Ministros in Suburbijs. Quapropter, vt iustitia, & tranquillitas in Vrbe simul, ac Suburbijs habitet, & commoda, ac incommoda sint æqualia, Iudices vtrobique habitent oportet.

Memoratis ductus rationibus aliàs
241 consultus dixi, homines de Burgo debere interuenire in impositione vectigalium facienda per Ciuitatem: nam in necessitatibus potest Vniuersitas onerare vectigalibus Ciues, *l.* 1.§. *quòd si nemo*, *ff. quòd qualibet nomine*, *Socc.* & alij in *l.* 1. *num.* 255. *ff. solut. matrim. Marant. in specul. part.* 6. *artic.* 3. *n.* 55. in quorum vectigalium impositione fit adunantia Ciuium, *Salyc. in l.* 2. C. *nom. vectig. institui non posse*, *Ripa respons.* 1. *n.* 10. *tit. no. vectigal. lib.* 1. itaut determinatio fiat pro maiori parte, *Guid. Pap. quæst.* 424. *num.* 1. & *quæst.* 631. *num.* 4. *Capyc. decis.* 148. *num.* 5. & homines de Burgo subsunt gabellis Ciuitatis, *l. qui ex vico*, *ff. ad munic. l. nulli*, C. *de Episcop. & Cleric. Glos. in* §. *quis igitùr*, *in verb. persoluant*, *Auth. quibus mod. natur. effic. sui*, vbi *Bart. nu.* 7. & *in l.* 1. *nu.* 3. *ff. de damn. infect.* proinde si subsunt, cum agitur de eorum præiudicio, æquum quidèm est, vt ipsi audiantur: maximè quia homines de
242 Suburbio tanquàm Ciues habentur, *Paul. de Castr. in l. si hæres*, §. *vitis*, *num.* 2. *ff. de leg.* 1. & *in Auth. quia in prouinc. num.* 4. C. *vbi de crimine agi oportet*, & in illo ortus censetur in Ciuitate natus, atque ità tractandus, *Cagnol. in cit. l. impium*, *num.* 174. sùntque de corpore Ciuitatis, *Bart. in l.* 1. *num.* 4. *ff. ad municip. Paul. de Castr. in d. l. nulli num.* 7. C. *de Episcop. & Cleric. Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 99. *num.* 12. omnesq; de corpore debent interuenire, *Bart. in l.* 1. §. *hoc interdicto*, *num.* 4. *ff. de itin. actuque priuato*, qo veniunt appellatione Ciuium, *Alex. in l. adoptiuum*, §. *patronum*, *num.* 1. *ff. de in ius vocando*, & ità dicendum est in omnibus alijs actibus Ciuitatis, nisi tamen consuetudo legitima esset in contrarium: atq; *Glos. in cit. l. qui ex vico*, ad comprobãdam regulam, quòd qui ex vico ortus est, eam patriam habere intelligitur,

cui

cui Reipublicæ vicus ille respondet, adducit concordantes, ac exempli gratia dicit, Virgilium, Poetarum inter latinos Principem, Mantuanum communitèr appellari, & tamè ipsum in Casali Plectolæ ortum, omnes fatentur historijs eruditi; quod quippe Casale priùs nuncupabatur Andes, vnde Andinus ipse Virgilius, & Andiades Musæ, *Lil. Girald. de poet. Dial. 4. pag. 48. vers. 41.* de qua re, & Casalibus scripsi in *rit. 301. ex num. 53. hoc 4. tom.*

Ampliùs indubitati est, duplici mo-
243 do procedere posse Visitatorem: nempè, vel per generalem inquisitionem, vel ad partium instantiam.

Per inquisitionem generalem, de-
244 qua sermo est *in l. congruit. ff. de offic. Præsid. cap. 1. de Offic. ordin. cap. sicùt olim, de accusat. cap. Romana, de censib. Io: Mar. Mont. in praxi crimin. reg. 1. nu. 24.* quæ est, quando ex mero officio, & non ad partis instantiam procedit, solerti diligentia, delicta, ac delinquentes conquirens. Et si in hac inueniantur Officiales aliqua fæce inquinati, per specialem deinde inquisitionem diligentiùs procedet, *Innoc. in cap. bona, de elect. Bart. in l. 2. Si si publico, ff. de adul.*

Hæc autem generalis inquisitio, li-
245 cèt sit iure communi interdicta, nisi præcesserit infamia, vel aliud quodpiam indicium, *Foller. in praxi crimin. 1. part. 3. part. prin. & in 3 part. num. 9. Bald. in l. obseruare, §. proficisci, num. 9. ff. de offic. Proconsul. Salyc. in l. ea quidem, C. de accusat.* In odium tamen delinquentium in officio permittitur; vel nulla præcedente infamia, *Marant. de ord. iudic. par. 6. num. 28. Cancer. part. 3. cap. 17. num. 98. Paris de Put. in tract. de synd. verb. proceditur autem in syndicatu, in fin. pag. 11. Farinac. quæst. 9. num. 6. Bonadill. lib. 5. cap. 1. nu. 122. & lib. 3. cap. 15. num. 100. Clar. in pract. §. fin. quæst. 6. nu. 4. & quæst. 50. vers. scias etiam, Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 7. num. 11. Mier. par. 1. cap. 2. de tabul. nu. 10. coll. 4. pag. 71. & p. 2. cap. 9. n. 28. coll. 6. pag. 24.* maximè si præcesserit fisci denunciatio, *l. ea quidem*, vbi *Bald. & Salyc. C. de accusat.* ibi: *Ea quidem, quæ per officium Præsidibus denunciantur, & citra solemnia, accusationem perpendi posse, incognitum non est, Bart. in d. l. congruit, & in l. Diuus, ff. de cust od. reor. Maran. d. p. 6. num. 24.*

Atque ex hac generali inquisitione,
246 traditis tamen parti capitibus, eiusq; perpensis responsionibus, ferri potest sententia. Quamuis autem *Bart. in l. 2. §. si publico, num. 13. vers. tertia regula, ff. ad l. Iul. de adult.* teneat, quòd regularitèr in puniendis delictis præcedere debeat inquisitio generalis, ex qua deuenitur ad specialem, citata parte; atque ex hac, non ex illa sequatur condemnatio; atq; *Bald. in l. edita, in lect. paduan. num. 31. vers. apparet ex prædictis, C. de eden. & in l. obseruare, §. proficisci, num. 12. ff. de offic. Proconsul.* doceat, posse ex ipsa generali inquisitione sequi condemnationem; adeòq; videantur duo hi Iurisprudentiæ duces, alteri alter monomachiam indicere, sententijs certè, nisi mucronibus: Attamen fœdus iciisse, neque alterum ab altero discedere, vel deficere, si profunda inuestigatione eorum perscrutabimur dicta, conspiciemus. Duplex enim est generalis inquisitio: vna, quæ fit sine partis citatione, ad instruendam tantummodò Iudicis mentem, & de hac sermonem habet *Bartolus*: neque ex ista sequi potest condemnatio, quia inquisitus damnaretur indefensus, quod concedit *Bald. in d. l. edita, num. 30. vers. cæterùm.* Altera generalis inquisitio est, quæ fuit à Statutis adinuenta, aùt diuturnis moribus inuecta, quam præsupponit *tex. in cap. qualitèr, & quando, il 2. §. debet, de accusat.* quę fit expositis capitulis, & citata parte, *Boss. de inquis. num. 72.* & de hac loquutus fuit *Baldus*, vel saltèm præsente Reo, ac sciente, vt colligitur ex verbis *cap. ad petitionem, de accusat.* ibi: *Dicto G. præsente, nec reclamante*; cum scientia, ac præsentia, citationis defectum suppleat, *Gabr. tit. de citat. concl. 1. num. 369.* atque ex hac sequi potest condemnatio.

Præsertim hoc in Regno, vbi seclu-

sis

247 lis citatione, præsentia, ac scientia inquisiti, potest ex inquisitione generali deueniri ad condemnationem, defensionibus priùs receptis, per *tex. in Cap. Regni, incip. subiungendo, sub rubr. de crimin. denunc.* de quo *Maran. in spec. p. 6. num. 8.* quo cauetur, quòd si per quatuor testes receptos in inquisitione generali constet de crimine, potest, data copia repertorum, scilicèt nominum, ac dictorum testium, deueniri ad pœnam ordinariam; quòd licèt dicat idem *Marant.* quicquid antea fuerit seruatum; hodie ex communi Curiarum more, ac stylo desueuisse; tamen *num. 8.* fatetur, posse fièri iustè: cum *Cap.* illud non reperiatur correctum; vnde cùr stare prohibeatur, *l. præcipimus, C. de appell. l. sancimus, C. de testam.*

Negare non ausim, quòd *d. Cap.* iubet, dandam esse repertorum copiam, quod non fit in visitationis iudicio. Satis tamen hinc certè patet, posse ex generali inquisitione condemnationem sequi.

Ad partium quoque instantiam: &
248 quamuis putarint nonnulli, quemuis teneri prodere crimina Magistratus, ac deferre, moti ex *tex. in l. iubemus, atque hortamur, C. ad l. Iul. repet.* ibi: *Iubemus, atque hortamur, & Auth. vt Iudic. sine quoque suffrag. §. necessitatem*, ibi: *Magis autem necessitatem*: censeo tamen, Imperatores *in d. l. iubemus, & §. necessitatem*, maluisse enixam hortationem injicere, quàm pœnale præceptum; & iussum illum non esse præcisam necessitatem, at causatiuam; quatenùs nimirùm vellet quis bono publico prospicere, & vnicuique cupienti datur potestas: quia Reipublicæ interest delicta puniri, *l. vn. C. vt omn. iud. tàm ciuil. quàm milit. l. iustissimos, C. de offic. Rector.*

Parti igitùr, quæ vellet contrà Ma-
249 gistratum experiri, triplex sternitur via. Vel ciuilitèr, hoc est ad pœnam pecuniariam ipsi applicandam, iuxtà *tex. in l. qui nomine, ff. ad l. Cornel. de falsi.* vbi *Bart. Glos. in l. defuncto, ff. de publicis iudic. Gom. 3. variar. cap. 3. n. 7.* æstimandamque ab eodem offenso, ad tradita per *tex. in l. iniuriarum æstimatio, ff. de iniur.* medio iure iurando, *Glos. in d. l. iniuriarum æstimatio, ff. de iniur. & in §. pœna, verb. æstimauerit, Instit. eod. titul. Farinac. quæst. 105. num. 47.* Vel criminalitèr, nempè ad vindictam, *Bald. in l. Imperium, lect. 1. & ibi Ias. num. 7. ff. de iurisd. omn. Iudic. Gom. var. resol. cap. 1. num. 30. Bellug. in spec. Princip. §. post milites.* Vel tandèm criminalitèr, & ciuilitèr simul, quod fieri potest, si criminalis principalitèr, ciuilis incidentèr, implorando Iudicis officium pro damnis, intentetur, *arg. l. 2. §. qui furem, ff. de furt. Angel. in l. apùd Labeonem, §. si quis seruo, ff. de iniur. Bald. in l. Dominum, C. eod. tit. Marant. de ord. iudic. 4. par. dist. 1. num. 20.*

Nec reluctatur *tex. in l. 1. C. quand.*
250 *act. ciuil. præiud. crimin.* vbi videtur dici, quòd criminalis, & ciuilis actio nequit vnà intentari: cum altera alteri præiudicium pariat. Nam *tex.* ille loquitur, quando vtraque actio proponeretur principalitèr, quod profectò fieri nequiret, ad tradita per *tex. in l. interdum, ff. de publicis iud.* secùs verò si altera principalitèr, incidentèr altera, *Clar. in pract. in §. fin. quæst. 2. nu. 2. Paz in pract. 5. par. 1. tom. cap. 3. §. 6. qualit. accus. concipien. sit, Bart. in l. 2. §. 1. num. 1. de vi bonor. rapt. & in l. vn. num. 4. C. quand. act. ciuilis, Bald. in l. 1. num. 19. C. si à non comp. Iud.* cum reliquis, quos congerit *Barb. in l. si ab hostibus, num. 46. ff. solut. matrim.*

Maximè in odium Magistratus ma-
251 lè se gerentis, *Bald. in rubr. C. de pœn. Iud. qui mal. iudi. Bart. in l. interdum, §. qui furem, ff. de furt. Bonadill. lib. 5. cap. 3. num. 4.* aduersùs quem ità potest vtraque simul exerceri, vt ex eodem processu possit Princeps punire, & ciuilitèr, & criminalitèr delinquentem, *Bald. in l. venales, num. 4. C. quando prou. non fit necess.* per *tex. in Auth. vt Iud. sin. quoque suffrag. §. oportet, il 1.* vbi *Salyc. nu. 3.* & prodiret sententia damnans ad restitutionem, ac pœnam, *Gram. vot. 25. sub num. 7. Catald.*

Digitized by Google

tald. de synd. num. 52. quæst. 98. in fin. Par. de Put. de synd. in verb. corruptio, cap. 1. num. 4. in fin. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 37. num. 15. Licèt sit ve-
252 rum, quòd si ciuilitèr tãtùm processisset, nequiret ex eo processu infligi criminalis pœna, pro qua irroganda pleniores requirerentur probationes: sed dumtaxàt ille processus referaret iter ad inquirendum deinde criminalitèr, ex quo ritè descendat pœna criminalis, *Bald. in l. quod euitandi, nu. 1. cum seqq. C. de cond. ob turp. caus. & ibi Salyc. num. 1. vers. & nota quòd hic, Amad. de synd. num. 197. Farinac. quæst. 111. num. 183.*

Solent tamen in visitatione non rarò condemnari Magistratus ad pœnam pecuniariam, vt ait *Tasson. de antef. vers. 2 obs. 2. n. 54.* vel ad suspensionem ad tempus; & quandoque si criminis atrocitas postulet, codicilli dignitatis adimuntur, cinguloq; exuuntur, R. *Merlin. contr. tom. 2. cap. 28. n. 5.*

Accusatores proinde, qui accusa-
253 tiones properant instituere, minime Visitatores admittant ad eas probandas, nisi cauerint priùs de expensis in casu succumbentiæ, *l. qui crimen*, ibi: *Fideiussor de exercẽda lite adhibitus fuerit; & l. si crimen, C. de his, qui accusare non possunt.* Quamuis olim debebant astringi legitimis inscriptionibus, ac talionis pœna, *cit. l. qui crimen*, quę iam in desuetudinem abiere, *Gom. 3. var. cap. 11. nu. 3. in fin. Clar. §. fin. quæst. 12. num. 15.* ob infortunia Magistratuum, & Iudicum, clamat *Berart. in spec. visitat. rub. de Magistrat. & Offic. iniustè querelat. cap. 28. num. 5.* ac dolent *Larrea alleg. 102. num. 17. & Segur. de Aualos cap. 1. p. 2. direct. Iudic. num. 14.* & in eius locum successit pœna calumniæ, ac atrocis iniuriæ, illatæ Iudici viro cæteroqui, cui apprimè deferendum est, *Bonadill. lib. 5. cap. 2. num. 94. Gregor. ad ius septem partit. in l. 13. tit. 1. p. 7. glos. in fin. Raudens. cit. respons. 50. num. 480. Prat. in Nicandro num. 542.* & eloquuti sumus in *rit. 295. nu. 245. & rit. 297. ex nu. 46. hoc 4. tom.* & expensarum solutio, pro qua præ-
statur fideiussio: & plecti grauitèr de-
254 bet, si libellum, quem cõtrà aliquem Magistratum exhibent, non probant, *arg. l. Athletas, §. calumniator, ff. de his, qui not. infam. l. 1. §. calumniari, ff. ad Turpill. Clar. in prax. crim. quæst. 62.* vbi *Baiard. num. 19. & 31. Bonadill. lib. 5. polit. cap. 2. num. 101. Riminal. iunior, vol. 3. cons. 303. num. 10. Farinac. in prax. quæst. 16. Caball. cas. 205. num. 3. Larr. alleg. fiscal. cap. 102. per tot. tom. 2.* id enim saperet calumniam, *Castill. Sotomayor contr. lit. 3. cap. 21. num. 7.* quæ repellenda foret à Iudice, etiam ex officio, *Glos. in l. qui cum maior, §. si patris, ff. de bon. libert. l. pactum, verb. pœna, ff. de transact. Osual. Illiger. ad Donell. lib. 22. commun. cap. 2. lit. A. in fin.* nè indulgeatur malitijs, *l. in fundo, 38. ff. de rei vindic. l. properandum, C. de iudic. l. si Prætor, 75. ff. de iudic. cap. pen. de censib. in 6. cap. calumniam, de pœn. Excobar. de Nobil. p. 2. quæst. 4. rubr. de tribus actib. nu. 7. & 8. Canal. comm. contr. comm. q. 830. n. 53.* Imò *Berart. cap. 28. de Magistrat. iniustè, & falsò querel. num. 13.* inquit: *In crimine barattariæ condemnari debet falsus Accusator ad expensas duplicatas, & quadruplicatas*, & hoc aptissimè: etenim æquum est, vt iustitiæ Administri pœnæ, falsi Accusatoris pœna respondeat; ille quadrupli pœna mulctatur, vbi iniustitiæ Reus habetur; quid ni eadem hic pœna mulctandus sit? Idemq; *sub n. 18.* habet in Iuratos, & Administratores locorum, & si non probauerint contenta in querela, in totum succumbere dicuntur, etiam si in parte probent, & sunt puniendi, eodem *Berart. ibidem num. 20.* aduertente.

Prætereà clamant Iura, vt Superio-
255 res graui pœna afficiãt hos homines, qui vt plurimũ sunt decoctores, alijq; res suas malè agentes, & se conuertunt ad Officialium accusationes, sub prętextu finis boni publici, atq; re vera agunt, vt se ab ære alieno, alijsque molestijs eripiant, *Cagn. de regim. boni Princip. num. 79. & 128. Raudens. resp. 50. sub num. 248. Paris de syndic. verbo syndicatorum.* Ad hoc tendit effatum

Ex-

Digitized by Google

Excell. Peruani Pro-Regis, Marchionis Montis Clari, relatum à *Solorzan. lib. 4. cap. 8. num. 23. Has visitationes instàr turbinis in plateis vento excitati sibi videri, Hispanè dicimus*, Remolino, *Neapoli* Tropea, *cum is puluerem, & paleas humi iacentes remoueat, & super capita leuet; & visitationes similitèr, humiles quoslibet plebeios, & flagitiosos, qui veluti puluis, & stercus Reipublicæ iacebant, Iudicibus, qui sunt, & esse debent eiusdem Reipublicæ capita, superponunt.* Quamobrem iustitiæ, summęque æquitati consonum erit, eas hac in re inuiolabiles ferre leges, vt sicuti Iudices syndicatus, & visitationis sententijs, pœnisque subijciuntur, si fortè malè suas partes impleuissent; ità ij, qui iniquè audent calumnijs eos afficere, acritèr adhùc plectantur.

Adeòque nostris temporibus creuit horum Nebulonum, atque Tenebrionum audacia, qui pertimescentes suis in causis Iudicis integritatem, cumque benè nouerint, satis esse simplicem querelæ instantiam, quamuis inanem, atque iniustam, & vt plurimùm ab ipsismet, vel repressam, vel renunciatam, vt possint deinde, aùt suspectum, aùt saltèm scrupulosum reddere Iudicem, nè suis causis interfint, vsi sunt sœpè sœpiùs, & vtuntur hoc stratagemate, arteque, graui digna supplicio. Cui malo quamcitiùs occurrendum sanè est, nè altercantium fraus his machinationibus valeat vti, eo vt iusti Iudices recusentur.

Cùm autem meminerimus de sus-
256 pensione non semel, pergat sermo, an pendente iudicio possit Magistratus ab officio suspendi? Compertissimum est, quòd si delictum sit patratum extrà officium, licèt non possit, durãte accusatione, ad nouas dignitates promoueri, *l. vn. C. de reis postul. lib. 10.* ibi: *Reos criminis postulatos nouos honores appetere non debere, ante quàm purgauerint innocentiam suam*; veterem tamen retinere nõ prohibetur, per *tex. in l. libertus, §. in quæstionibus, ff. ad municipal.* ibi: *Cæterùm dignitatem pristinam interim retinent*; & consequentèr nequit, pendente iudicio, ab officio suspendi, *Felin. in cap. omnipotens, cap. super his 16. de accus. cap. accusatum 4. de simon. Roman. cons. 297. nu. 3.* nisi delictum irroget infamiam: tunc enim licèt patratum extrà officium, non modò suspensionem, sed motionem etiam ab ordine demeretur, *Merlin. contr. for. tom. 2. cap. 28. num. 10. Rouit. decis. 64. in fin. Sanfelic. decis. 61. num. 3. in fin.* quos refert, & sequitur *D. D. Hier. Calà de visit. Magistr. dissert. 16. num. 6.* nè infamia laborantibus portæ pateant dignitatũ.

Verùm debeat præcedere infama-
257 tio apùd graues, ac probos Viros, non verò apùd leuis conditionis homines, nè nouas dignitates appetere non valeat, aduertunt *Cardinal. Hostiens. lo: Andr.* & cœteri in *cap. meminimus 13. eod. tit. de accus. Roman. singul. 423. Roder. Acuña in comment. ad cap. 3. dist. 81. num. 5. Barbos. in add. cap. omnipotens, num. 3.* & ijsdem fẽrè verbis indicat *ibidem Nicol. Rodriq. Fermosinus*, Episcopus Asturicẽsis, *Eman. Gonzalez ad decretal tom. 4. cit. cap. omnipotens, num. 6.* Imò in terminis Iurium Ciuilium non satis fuit detulisse, siue accusasse aliquem, vt Reum, ad hoc vt à petitione honorum arcendus foret;
258 sed omninò requirebatur, vt iam fuisset nominatus à Iudice, siue receptus inter Reos, quod fiebat, cum Iudex nomen Rei describi mandabat in Reorum numerum, *Brisson. de formul. lib. 5. pag. 521. Sigonius de iudicijs apùd Romanos, lib. 2. cap. 9. & 10. Io: Rosin. Roman. Antiquit. lib. 9. cap. 19.* & ex alijs, *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 2. & cap. 24.* qua de re *Rebuff. in cit. l. vnic. Anton. Matth. de crim. tit. de accus. cap. 7. nu. 3.* vel quando reiectis exceptionibus dilatorijs, declinatorijsq; pronunciat Iudex, vt Reus se defendat, & Nos dicimus: defensiones, *Bart. in l. 15. qui reus, ff. de public. iudic. & in l. adulterij, C. ad l. Iul. de adult. Steph. Forcatula in princ. tract. rei crim. num. 16. Cuiac. in commentar. Cod. lib. 9. tit. 9. ad l. Iul. de adulter. in l. adultera*, si Reus sit præsens; si verò absens, per accusationem primæ contumaciæ, *Clar. in pract. quæst. 14.*

Digitized by Google

*vers.incidenter quaro, Farinac.in prax. crim.tit.de inquisit.quæst.*11.*num.*89.

Hæc, & alia fuerunt in Regia Iun-
259 cta, erecta ordine Excell.Pro-Regis, dispuncta in causa Dom.Petri AEmilij Guaschi, qui cum fuerit S. M. munificentia in præmium suorum laborum electus Iudex M.C.donec ad altiorem Magistratum esset prouectus, & non dum nactus possessionem officij, fuit accusatus, ac instantibus nonnullis, repellendum à possessione officij, tanquàm à dignitate noua, & ex eò solùm, quòd in eum accusatio præpararetur de crimine; Senatores Regiæ Iunctæ, agnoscentes etiam, nullam contrà Petrum AEmilium, Virum equidem optimis virtutibus ornatum, accusationem fuisse formitèr institutam, censuere, non esse remorandam possessionem, & proinde decreuere, quòd *exequantur litera S.C. Maiestatis*, de mense Iunij 1682. suffragia præstantibus DD.Reg. D.Stephano Carrillo, Consiliarijs D.Petro Cortes, D.Vincentio Raetano, Præsidente R.C.Marco Antonio de Ritijs, & D. Luca Iacca, tunc Consiliario, nunc meritissimo Regente, Fisci partes sustinente, penès Mastellonem: nam dignitas à Principe iam fuit collata, & per expeditionem priuilegij ius fuit illi quæsitum ad officij possessionem obtinendam, *Cabed. decis.* 39. *ex num.* 8. *par.*2. *Molin. & Addent. de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *à num.* 52. *Castill. lib.*5. *controu.cap.* 67. *à num.*65. *Crespi obseruat.*37. *quæst.* 2. *num.*31. quæ est facti solùm deficiens consequutiua ad ipsam electionem, & proinde sicuti accusatio superueniens non præiudicat electioni iam factæ; ità nec possessioni, quæ petit suum principium electionis, cui accedit, vt latè sermocinatur *Reg. Hieron. Caimus de Visitat. art.*4. *vers.quid dicèdum, Mucci ad Sanfelic. decis.* 61. *ex nu.*61. memor præfati Iunctæ sciti, & *Mucci* refert *D.Io: Dominic. Raynaldo in syntaxi rer. criminal. cap.* 4. §. 1. *ad num.* 26. ac in fortiori themate scripsit *Consil.de Bottis in add.ad Abb.in cit. cap.omnipotens, lit. B.* & dixerat *Bouadill.* rationem adducens *politic. lib.*2. *cap.*21. *ex nu.*263. & pertractant *Caball.resol.crimin.casu* 121. ad cuius dicta se remisit *Amaya in cit. l. vnic. C. de reis postul. Reg. Tap. dec. Suprem.Sen.*17. Ipsique electo nedùm competere officium Iudicis ad adipiscendam officij possessionem, vt docuit *Innocentius in cap. cum venerabilis* 7. *de relig. dom.* & post alios *Boer. decis.*151. *num.*1. sed, & remedia possessoria, *Mastrill. de Magistr. lib.*1. *cap.* 27. *num.* 16. quoniam ob electionem acquiritur ius electo, licèt non adhùc fuerit acquisitum exercitium, ex *Glos. in can.quãto* 63. *dist. Abb.in cap.sacrosãcta,*51. *de elect. Gabedo dec.*84. *n.*14. *p.*2.

Si verò delictum sit commissum in
260 officio, vel eius intuitu: tunc, vel ex eo delicto sequi posset motio à munere, & dicendum est, posse suspendi; vel non potest, & nequit suspendi, *Bart.in l.quòd si fortè, §. sunt quidam, num.* 4. *ff. de solut. Franch.decis.*8. *num.* 2. *Rouit. decis.* 64. *& decis.*36. *num.*25. *Sanfel.decis.*61. tùm quia suspensio est priuatio ad tempus, proindeque pœna esset vltrà culpam; tùm etiam nè pœna in delicto non adhùc probato, excedat modum pœnæ delicti probati. Vel fumus in ancipiti: an, probato scelere, possit sequi motio? & minime est locus suspensioni; vt in dubio melior sit conditio possidentis, *Reuert.decis.*2. Quòd si pœna, quæ sequeretur, futura foret suspensio ad tempus; tunc minimè posset suspendi: siquidem in sententiæ prolatione leniet fortasse Princeps pœnam; & plecteretur, nisi vltrà culpam, certè vltrà Principis mentem; ità sentit *Vinc.de Ann.sing.*370. *Bouadill.lib.*5. *cap.*1. *num.*195. *Steph.Aufrer. in add.ad Cappell. Tholosan.quæst.*371. *Beltran. cons.*830. *vol.*1. Licèt non desint, qui asserant, posse in hoc casu Magistratum suspendi: dummodò suspensio pendente iudicio non sit longior pœna imposita à lege, probato delicto; & compensetur cum ea, quæ in definitiua imponenda erit, ex *text. in l. omnes, C. de pœn.* vbi *Bald. & Salyc.*

Hoc autem, quòd nequeat interim
261 suspendi, intelligendum est; nisi sub-

sit

sit timor, nè Magistratus potentiam testes à depositione veri deterreat: tunc enim posset, donèc processus absoluatur, suspendi, *cap. cum literis, de testib. Glos. in cap. quia ea, 3. quæst. 2. Francis. Marc. decis. 654. num. 6. Par. de Put. in verb. accusatus, n. 2.* eoq; absoluto restitui, *cap. cum venerabili, de offic. Deleg.* Vel nisi esset plusquàm nimia delicti atrocitas, *cap. inter, in princ. de purgat. canon. Io: Andr. cap. 1. col. 2. in princ. de accus. in 6. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 3. declarat 4. num. 33. Menoch. remed. 17. recuper. num. 42. Franc. Marc. cit. decis. 654. num. 6.* atque de eo percrebuerit fama, ità vt, nisi præcederet suspensio, pareretur scandalum, de quo est casus in Concilio Ilerdensi, relatus in *can. Præsbyter à plebe 2. quæst. 4.* vbi *Alexan.* de Papa inquit: *Præsbyter si à plebe sibi commissa mala opinione infamatus fuerit, & Episcopus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendatur vsq; ad dignam satisfactionem, nè Populus fidelium in eo scandalum patiatur*: & est exemplum *in cap. si quis Præsbyter, de purg. can. Aufrer. in add. ad decis. 371. Cappell. Tholos. Franc. Marc. d. decis. 664. num. 3.* Vel demum, nisi præter accusationem præstò essent illati criminis probationes, *Innoc. in cap. accusatum, in princ. & cap. licèt Heli, num. 5.* vbi *Io: Andr. nu. 12. de simon. Luc. de Penn. in l. Iudices, verb. sceleribus, vers. sed an Iudici, C. de dignit. lib. 10. Franc. Marc. loc. cit. nu. 6.* De hac re plenè scripsi *in Ritu 295. à n. 131.* nec non *D. Altimare tom. 2. de nullit. rub. 10. q. 6. ex n. 35.* qui plures DD. pertractantes recensèt, *D. Io: Dominicus Raynaldo in Syntaxi rer. crimin. cap. 4. §. 1. ad 4. n. 24.* memor, præcœteris, *Ani mei ad Capyc. dec. 121.*

Suspensus, vel remotus, & demum
262 ex iustitia reintegratus, an recuperet salarium, & emolumenta? peragunt, *ex tex. in l. cum allegatis, C. de re milit. lib. 12. l. penul. ff. eod. Innoc. & Bald. in cap. sicut, de cohabitat. Clericor. & Mulier. Bart. & Rebuff. in cit. l. cum allegatis, Mastrill. in comm. prag. general. indulg. cap. 22. num. 7. & tract. de Magistrat. cap. 21. lib. 1. Vinc. de Anna in cap. 1. de Vasall. decrepit. ætat. num. 222. Capiblanc. prag. 5. de Baronib. n. 90. vol. 1. Paschal. de patria potest. p. 4. cap. 6. num. 41. Reg. de Marin. lib. 1. quot. resolut. cap. 310. num. 41. Rouit. in prag. 15. de Officialib. R. Moles dec. §. 16. quæst. 7.*

An verò locum præcedendi alijs,
263 quibus primitùs ante remotionem anteibat? Hic articulus ad trutinam fuit reuocatus in causa D. Consiliarij D. Alonsi Vargas, Ducis Cagnani, qui perpetuò ab officio remotus, tempore visitationis D. D. Francisci de Alarcone, ad Regiam Matrithi iter arripuit, vt Regi, eiusque Supremis Consiliarijs suam ostenderet innocentiam, eaq; comperta, iustissimus Rex mandauit, illũ ad suum officium restitui. Vnde, vt à Maioribus, & ex *lib. manus.* à Secretis S. C. *p. 2. cap. 95. de succes. caus.* percepi, orta fuit controuersia, quoniam ex diplomate suę reuersionis non erat expressum, an, & cum antiquo iure præcedendi illis, quibus primitùs, & ante remotionem præcedebat? & contendentibus illis, prçcedentiam solummodò incipere à recentis diplomatis vigore; non verò ab illa prisca possessione, à qua eiectus fuerat: supplicauit idem D. Alonsus **Regiam** Maiestatem, vt iurgium istud dirimeret; & demandata causa huic Regio Collaterali Consilio, additis duobus ex Regia Camera, die 29. Ian. 1629. prolatum fuit decretum, quòd *Regio Consiliario Alonso de Vargas restituatur locus, in quo sedebat in S. C. antequàm promulgaretur sententia contrà ipsum visitationis, ità quòd prædictus Regius Consiliarius Alonsus de Vargas præcedat omnes alios Regios Consiliarios in sedendo, tàm in S. C. quàm in omnibus alijs locis, & actibus, creatos post diem 2. Octobris 1610. in quo fuit per Regiam Catholicam Maiestatem electus in Regium Consiliarium*: suffragia præstantibus DD. Regenti Tapia, Enriquez, & DD. Præsidentibus R. C. Salinas, ac Battaglino adiunctis.

Hoc autem decretum, nõ sequutum fuit effectum: nam Excell. Dux Albæ, tunc temporis Prorex, mandauit, quòd

Digitized by Google

ferrentur iterùm, & ex integro suffragia super hac causa; priora enim lata fuerunt ipso absente; licèt, vt vera fatear, impediendi sententiæ exequutionem causa valida non videatur; aliud forsàn tantum Principem mouere potuit: non enim est nostrum, Principis actionum causas æstimare; iudiciũ penès Principem constituit Deus; nobis obsequij tantùm relinquens curã.

In aduentu posteà Excell. Ducis de Alcalà successoris, fuit publicatum scitum: quod Consiliarij numero decem, & septem dumtaxàt ratum habuere; cæteri verò, inter quos Didacus Varela, aduersùs illud proposuere nullitates, quibus in discutiendis, suspiciones in personas Votantium insurrexere, quæ indecisæ permansere. Et quidèm non remoranda erat exequutio decreti in re tanti momenti, &
264 adeò priuilegio monita, vt supplicatio non admittatur à sententia Cancellariæ, vel Supremi Consilij, qua pronunciatur in fauorem vnius ex Iudicibus Regijs inuicem contendentibus de Iurisdictione, ad quem scilicèt eorum iurisdictio pertineat, *Angel. in l. 2. ff. si quis in Jus vocar. non ierit, Lanfr. de Oriano in tract. de appellat. num. 3.* quod singulare affirmat *Auend. de secunda supplicatione cum pœna 1500. duplarum, nu. 6. vers. de Iure communi*, Maximè quòd clara fuere Clementissimi nostri Regis verba, vt nulla opus esset circà antiquitatem altercatione, dicendo enim Princeps: *Es fuerza, que se le restituia la plaza que fue suia, y se le quittò*, voluit optimus Rex innue-
265 re, quòd ex obligatione, qua ad iustitiam administrandam Reges adstringuntur, vt plenè per *Bellug. in specul. Princip. rubr. 11.* cum luculentèr per ipsum Alonsum demonstratum fuisset, minime in ea crimina incidisse, per quæ suo officio priuatus fuit, cogebatur ipse Rex ad illud restituendum, quod iniuria fuerat ei sublatum, & proinde expressis verbis dixit: *Que se le restituia la Plaza que fue suia.* Verbũ
266 enim *restituo*, etiam si non dicatur in integrum, ad omnia restituendum esse denotat, nisi restituens restitutionem limitasset, atque restrinxisset, vt per *Azon. in sum. de sent. plaff. num. 2.* dicit *Isern. in cap. 1. de Vass. decrep. atat. num. 2. in vers. & restitutio*, vbi subiungit, idem esse, si dicatur *restituimus*, vel *bona sibi reddimus*: nam verbum *reddere*, denuò dare significat, vt eo iure, quo antea, & retrohabebat, nunc habeat ex plena huius vocabuli significatione, *l. videamus, §. in Faviana, ff. de vsur. & Isern. in tit. quemadmodum ad l. pertin.* dicit idem ex ista syllaba *Re*, quæ ex propria significatione denotat, illud acquirere, quod aliquando fuit suum, & perdiderit. Quod quidèm non implicitè ex præfata verbi significatione dicendum est in illo casu; sed expresè ex expressa Principis intentione, quam in eius concessionibus respicere debemus, *arg. Iur.* ab ipso *Isern.* adductorum in *cit. cap. de Vass. decrep. atat. num. 3.* & dum de voluntate constat, non est in quæstionem deducendum, *l. ille, §. 1. de leg. 3.* dixit namque Princeps: *Es fuerza, que se le restituia la plaza, que fue suia, y se le quittò*; per quæ verba voluit, ipsum Consiliarium ad eumdem reintegrari officij locum, quem antea tenebat.

Et licèt ille locus per alios fuerat
267 medio tẽpore occupatus, quo in casu dubitari posset, an restitutio ad bona alienata extẽdenda esset? ad *text. in l. quod si minor, §. Sceuola. ff. de min.* tamẽ quia D. Alonsus per viam iustitiæ, non autem gratiæ, restitutus fuit; ideò ad etiam alienata restitutus intelligitur, *l. fin. C. de sent. pass.* quam legem cũ *Alb.* adhoc allegat *Vinc. de Anna in repet. mem. tit. de Vas. decrepit. atat. in text. num. 213.* vbi sub *num. 219.* subiungit, quòd illa, vnà cum fructibus recuperat, ex *text. in cit. §. Faviana*, supra ab *Andr.* laudato, atque etiam ex *text. in l. condemnatione, §. 1. de reg. iur. Claudius Seisel in l. gallus, §. & quid si tantùm, de lib. & post. nu. 36. Franch. decis. 213. num. 52. Pereg. de iur. fisci lib. 5. resol. 2. num. 44. Reg. Galeot. contro. 45. num. 27. Rocc. de offic. rub. 5. §. vlt. num. 28. pag. 72.* quæ Iura tan-

tanto fortiùs habere locum credendum est, quando non per Iudicem, aùt legem fit restitutio; sed per Regem, qui plus iuris habendo, quàm Imperator in suo Imperio, dicitur etiam, plus iuris habere, quàm ipse Iudex: cum Rex sit Iudex Iudicum, *Andr. mem. loco*.

Nec in illo themate opus erat è Co-
268 siliariatu sibi concesso quemquam deponere, sed hunc solummodò ad antiquitatem, & præcedentiam reddere; quam præcedentiam, non solùm attenta iustitia, sed ad sui libitum licet Regi de potestate ordinaria concedere, etiam, quòd secundùm officij qualitatem præcedere non debeat, vt annuit *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 1. §. 2. n. 8.* vbi refert aliqua exempla de Consiliario, & Auditore vltimo electo, quem alios priùs electos precedere, iussit Princeps, & seruatum testatur *Tusson. in pragm. de anteph. vers. 3. obseru. 3. num. 209.* quem laudaui in-
rit. 2. sub nu. 30. lib. 1. Dignitates namq;
269 penès Regem esse, & ab illo ad libitum creari, & conferri, ac ab eo tanquàm à fonte fluere, & refluere, ex *Cyn. Bald. & Affl.* dixit *R. de Pont. in cit. §. 2. num. 7.* vbi ad multa infert.

Hùc pertinet celeberrima illa quæstio, quæ mirum in modum Iurisconsultorum torsit ingenia, an possit Princeps suos Officiales absque causa ab officio detrudere?

Quamuis autem non defuerint, qui
270 dixerint, posse Officiales ab iuncto munere arceri, etiam sine causa, ex eo, quia cum officia sint manualia Principi, sunt ad nutum reuocabilia, *Loffred. in paraphr. in tit. de feud. March. in princ. pag. 8. lo: Fab. §. cum autem, num. 4. Instit. quib. mod. ius patr. potest. sol. Bald. in l. qui se patris, num. 34. C. vnd. liber. Boer. decis. 149. num. 11.* maximè, quia teste *Arist. 5. polit. cap. 6.* magis vtiles sunt Reip. arctioris temporis Magistratus; nè propter diuturniorem potestatem multa, non ratione, sed pro arbitrio, posthabitis legibus, peragant; & ex Magistratibus in tyrannos quodammodo abeant.

Attamen communior, ac verior o-
271 pinio est in oppositum, cui videtur adhæsisse *Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, verb. duas habens filias, ex n. 36.* fretus, tùm quia priuilegium Principis decet esse mansurum; tùm etiam, quia interest Reipublicæ, non mutari Officiales, quod probat exemplis *à num. 40.* Ad hæc addo illud *Arist. 2. polit. cap. 6.* quòd sicùt in corpore, victus ratio mutata parum prodest: ità quoque Magistratus in Republica mutatio nequaquam ei commodo erit. Non debet igitùr Princeps absque causa Magistratum insignibus exuere, si ad certum tempus elegerit, ità *Pinell. par. 1. rubr. 1. cap. 2. nu. 31. C. de rescind. vendit.* ex *l. Thais, §. sororem, ff. de fideicomm. liber. tex. in l. 5. C. de reuocan. donat. Felin. in cap. quæ Ecclesiarum, de constit.* per regulam: *Quod semel placuit, non potest displicere sine causa, de reg. iur. in 6.* & beneficium quondam collatum, sine sufficiēti causa non est eripiendum, *l. vt gradatim, §. quoties, vers. reprobari, ff. de muner. & honor. l. & reprobari 7. ff. de excusat. tutor. cap. horrendus 32. quæst. 1. cap. inuentum, 16. quæst. 7.* cum nemo sit orbandus officio sine culpa, vel saltèm sine causa, *cap. sine culpa, de reg. iur in 6.*

Neque conuenio cum *D. D. Hyero-*
272 *nimo Calà in tract. de visitat. Magistr. dissert. 5. num. 3.* dicente: *Sibi non conuenire cum Paul. de Castr. in cons. 228. num. 2. lib. 1. & Abbate in cap. cum venerabilis, opposit. 3. num. 55. de except. & eorum Assectis, qui putarunt, licere Principi sine culpa Magistratus, etiam inauditos, & indefensos exauthorare*: cum non distinguat inter culpam, & causam: Culpa est desidia in eo, quod
273 quis scit, ac tenetur facere, *l. si certo 5. §. 2. ff. commod. l. socius 72. ff. pro soc. l. si putator 31. ff. ad l. Aquil.* quæ, si lata sit, proxima censetur dolo, *l. quæsitum, §. illud adnotatur, ff. de precar.* si latissima, dolus procul dubio præsumitur, *Butr. in cap. 2. num. 9. verb. dic in talibus, de constit.* Causa verò est motiuum aliquod, quo quis mouetur ad aliquid agendum; quæ sœpenumero in eo, in

quo

Digitized by Google

quo est, nullam arguit culpam. Ità si, quia re conducta abutatur inquilinus, ejiciatur domo conducta, *l. ade. C. locat.* vtique, & culpa simul est in inquilino, & causa ejectionis. Si verò expellatur, quia locator, domum esse sibi ex casu inopinato necessariam probauerit, *d. l. ade*, C. *locat.* expulsionis causa quidèm aderit, non item culpa in inquilino. Hinc optimè colligitur, quòd omnis culpa est causa ejectionis; non è conuerso, omnis causa est culpa. Quamobrem non intelligo, cùr non liceat Principi, quempiam Magistratu depellere, etiam sine culpa, si adsit causa: nimirùm, vel confirmandæ pacis cum alio Principe, qui fortasse exposcat, familiari suo talem Magistratum obeundum: vel grati animi ergò, rependendi vicem eo honore beneficijs viri cuiusdam præclariſſimi; qui aùt labefactatam Rempublicam saluam fecerit, aùt ab hostium obsidione eripuerit: in qua thesi nulla subest culpa Ministri; proinde est, vt non requiratur necessariò culpa, sed sufficiat causa. Præterea nè cogitauit quidem *Abb.* hoc sentire: inquit enim *d. num.* 55. *Ex prædictis infertur secundùm Innoc. quòd ex quo semel approbaui aliquem ad certum officium, non possum amplius illum respectu eiusdem officij reprobare, vt patet in teste, quem semel produxi, 4. quæst. 3. cap. si testes, §. si quis testibus: nisi ex causa superueniente, vt in cap. insinuante, de offic. Deleg.* Hæc ille, nihil ei suffragans habet *Paulus de Castro in citat. cons.* 228. *num.* 2. *lib.* 1. sed potiùs *in cons.* 229. vbi sermonem habens, an Papa extentionem vsusfructus Monasterij alteri à suo Prędecessore concessam posset reuocare, hæc inquit: *Non ergò possunt talia iura auferri, cum hic nec per modum legis condendæ, quia nec posset in non subditum; nec iurisdictionis exercendæ, quia non commiserunt isti possidentes & concessionarij delictum, vel causam, ex quibus debeant priuari; nec subest publica vtilitas*, & inferiùs: *Ex iusta causa publicæ vtilitatis*, ac demum in fine: *Ad vltimum respondetur, quòd Papa potest tollere dominium rei suæ, scilicèt subdito, & ex iusta causa publicæ vtilitatis.* Ex quibus eruitur, quòd vltrà delictum, & culpam, excipit semper instam causam, vt perpendenti patet.

Hocque adeò verum est, vt si offi-
274 cium auferatur possidenti, absque culpa, ob solam causam, teneri Principem, alio munere ereptum officium compensare, voluerint *Innoc. in cap. nisi cum pridem, de renunc.* ex *l. venditor*, §. *si constat, ff. commun. præd. Menoch. de arbitr. quæst.* 48. *num.* 9. & 10. *Afflict. in prælud. constit. quæst.* 4. *num.* 7. *las. in l. fin.* C. *si contr. ius, vel vtil. publ.* Licèt non teneatur Princeps, si ea vtilitas ad tertium spectaret: tunc enim obstringeretur is, in cuius vtilitatem recideret possessio, *l.* 1. C. *comm. seruorum manum.* §. *si plures*. Quòd si commodum vergat ad Rempublicam, damnum tertij ex bonis Fisci compensabitur, *l. mulier inops, ff. captiu. Aret. in l. si seruum quis, num.* 1. *notab.* 2. *ff. de acquir. hared.* sicuti si commodum ad priuatum pergeret, priuati esset onus compensandi, *l. is, qui in potestate*, §. *fin.* ibi: *Quia absurdum est, illum commoda hæreditatis habere; alium verò onera sustinere in præstando legato, ff. de legat. præstan. Dec. in l. secundùm naturam, ff. de regul. iur. Cabed.* 2. *p. decis.* 20. *num.* 5.

Idem procedit in Officialibus iussis
275 ad beneplacitum Principis, quia censentur perpetui, *Glos. verb. electione, in clem. & si principalis, de rescrip. lib.* 6. *l. Præsidis, ff. si certum petat.* vbi Officiales creati ad voluntatem Creantis, habentur perpetui; nec possunt remoueri sine culpa, vel saltèm sine causa, *Gulielm. cit. loc. Padill. in l. cum quis, nu.* 34. C. *de iur. & fact. ignoran. Burgos de Paz cons.* 21. *num.* 4. *Gutier. lib.* 3. *pract. quæst.* 11. *ex num.* 2. & *de iuram. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. *Caballin. milleloq.* 217. *num.* 3. *Petr. Erodius rer. iudic. lib.* 2. *tit.* 9. *cap.* 28. *Suarez alleg.* 12. *Bardaxi in foro priuileg. general. Aragon. num.* 2. *Gald. Pereyr. de empt. & vendit. cap.* 18. *ex num.* 6. *Cassan. in catal. p.* 7. *consid.* 33. *vers. olim verò*, dicens: Officia-

Digitized by Google

ficiales creatos, quamdiù Regi placuerit, non posse reuocari, & dixi in *rit.* 295. *num.*9. Quòd si ob delictum
276 remoueantur: prius quàm repellantur, debent audiri; & possunt iuuari remedio Iuris ordinario, etiam possessorio, *cap. ex tenore, de restit. spoliat. Gratian. discep. foren. cap.* 167. *ex nu.* 46. *Consil. Staban. in obsern. ad resol.* 47. *lib.* 1. *ex num.* 1. *Petr. Callist. Ramirez de absolut. Princip. potest.* §. 30. *num.* 41. *lit. M. Boer. decis.* 49. *ex num.* 18. *& de authorit. Mag. Consil. nu.* 145. *Greg. Lopez in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *verb. montener, & in l.* 6. *verb. acabcren el suo tiempo, tit.* 4. *p.* 3. *Georg. Gabed. p.* 2. *decis.* 20. *Petr. Cened.* 3. *par. collect.* 21. *num.* 1. *Conrad. in templ. omn. Iudic. lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. *num.* 5. *Rebuff. in prax. benef. tit. de non toll. iur. quæsit. glos.* 6. *ex num.* 12. *Pinell. in rubr. C. de rescind. vendit.* 1. *par. cap.* 2. *num.* 29. *Iaf. inter cons. feud. Bruni, cons.* 8. *à num.* 47. Quicquid dixerint *Bellug. in specul. Princip. rubr.* 11. §. *compendiosè, num.* 9. & alij apùd *Pinell. cit. loc.* Illud enim acceptans, videtur cum Principe quasi contrahere; & se ad eius administrationem, & onera deuinxisse, *cap. nisi,* §. *verum, de renunc.* & proinde gratia reuocari absq; causa nequit: cum, vt dicebat *Antonius*, teste *Plutar. in eius vita tom.* 2. *pag.* 614. *amplitudinem Romani Imperij, non per ea, quæ acciperet; sed per ea, quæ donaret, apparere.* Nè de absoluta quidèm potestate, paruipensa *Aymon.* distinctione *de antiquit. temp. p.* 1. §. *omitto, num.* 37. *Brun. cons.* 1. *num.* 61.
277 In Principe enim paria sunt, non decere, & non posse: omnisque indecentia in eo habetur impossibilitas, *Petr. Calist. in analytic. tract. de leg. Reg.* §. 30. *num.* 41.

Quæ quidèm iusta causa tàm vrget,
278 quòd ex ea possunt reuocari leges, ac decreta, aliaque, quæ regularitèr sint irreuocabilia, *l. quod semel, ff. de decr. ab Ordin. facien.* ibi: *Nisi ex causa, Alex. & Addit. cons.* 101. *num.* 7. *lib.* 1. *Ruin. cons.* 229. *cap. fin. lib.* 1.

Ratio autem, quare Principi minime
279 licitum sit, sine culpa, vel iusta causa, quem à munere arcere, inter alias est, quia vergit in Publici detrimentũ mutatio Magistratuum, qui solent res dispergere, quando, se recessuros, verentur: quia non parcit populis breue regimen, *Glos. in cap. hinc est,* 16. *quæst.* 1. Imò, vt plurimùm neoterici Officiales onerosi existunt partibus, causis damnosi. Vndè *tex. in l. Prator,* §. *fin. ff. de vacat. & excus. muner.* sanxit: *Tolerabiliùs esse, Iudices, qui semel cognouerũt, retinere, & si impediti essent, tantisper expectare, quàm nouis committere.* Et hoc est, quod Tiberius Imperator, suadentibus sibi crebriorem Officialium mutationem, respondisse, fertur; *Vidi*, inquit, *quemdam muscas vulneribus insidentes fugare, quem ægrotus inculpauit, dicens: Quoniam ventura sunt sitibunda, vt fugant: ista tantùm, quia plena sunt, locum occupabant*; quasi diceret: consultiùs esse, affluentes iam, quamquàm id acciderit ratione, opibus retinere, quàm istis amotis sinere, vt inopes, tenuesque diteſcant. Idcircò Procuratores suos, aùt vix, aùt nunquam mutabat, hac re, dicens, se parcere plebi: cum ij, qui ad modicum, sciunt, habere potestatem, quicquid possunt, rapiant. Egregium hoc prudentissimi Imperatoris consilium omnes vnànimitèr laudibus extollunt, *Suetonius* præsertim *lib.* 2. *de XII. Cæsaribus*, & memini in *rit.* 2. *num.* 62. adeò vt *Helinandus in chronic. lib.* 2. moneat: inter laudabiles boni Principis mores, eum esse præcipuum, vt nè Officiales frequentèr immutet. Imò, qui diù in officio manserunt, videntes se in honore confirmatos, etiam, atque etiam alliciuntur ad diligentiùs seruiendum, fidelitatemque impensiùs seruandam, noto, benèque de ipsis merito Principi; cuius beneficio est, vt diù maneant.
280 Etenim sicuti vtilitati publicæ vetus Officialium peritia suffragatur: ità sanè recentium impericia, atque inscitia nocet quàm maxime. Sic *Arist.* 2. *polit. cap.* 1. *Melius est*, inquit, *Magistratum geri ab vno, quàm vicissim*; quicquid secus senserit *D. Calà de visitat. Magistr. differt.* 10. *num.* 24. dicens, perpe-

tuos

tuos Magistratus non esse ex Republica, hac vna fretus ratione, quòd Romani fuissent annui, *Tacit. in princ. Annal.* Proinde Ephesij Hermodorum Ciuitate sua expulerunt huiusmodi elogio: *Nemo de nobis vnus semper excellat, sed si quis extiterit alio in loco, & apùd alios sit.* Quod iure merito procedit in Officialibus, qui soli iudicant sine Collega, vel de causis in prima instantia cognoscunt, qui tanquàm Nouitij deseruiant perpetuis, vt si idonei deinde fiant, possint ad perpètua munera promoueri; Senatores verò quam
281 maximè Reipublicæ interest, vt perpetui existant, ad tradita à *de Franch. decis. 364. & 409.* ac *Rouit. in pragm. 5. nn. 1. de Baron. & in pragm. 1. nu. 35. de syndic. Official.*

Quapropter non abs re fuerit, hic recensere, quod refert *Reg. Moles in decis. tit. de pœn. quibus tenent. Official. &c. §. 16. quæst. 3.* quòd cum esset ipse in Hispania, officio fungens Regentis in Supremo Italiæ Consilio, orta est dubitatio in Supremo Regni Aragonię Consilio, an possit Rex suos Officiales, nulla habita causa, ab officio detrudere? Ad quod Comes Cincionis Thesaurarius Generalis Regni Aragonum, ac vtriusque Supremi Consilij, tùm Italiæ, tùm Aragoniæ Præses, respondit, se audisse olim Regem aientem à plerisq; nõ inferioris notæ sanè Theo-
282 logis dictum sibi, quòd licèt nequeat Rex absque causa Officialem amouere; attamen, si iusta causa liqueret, quòd posset, etiam citrà iuridicas probationes, processusuè compilationem, vel Officialibus non auditis. Quam ob rem, ità ex tunc Serenissimus Rex noster seruauit, quòd adhibitis Visitatoribus quibusdam clanculùm perquirentibus; quando ab eorum relationibus, iustam amouendi, compererit esse causam, eos ab honoribus amouet, arcetque, nulla habita figura iudicij, nulloque iure Officialibus auditis; de quo vide *Bellug. in specul. Princip. rubr. 26. Boer.* præter allegata, *in decis. 149. in tract. de author. Mag. Cons. num. 154. Corset. in tract. de potest. Reg. in 1. quæst. sub num. 9. vers. possunt tamen, Marcus Anton. Lucian. in Enchir. de Eccles. & vnit. fidel. cap. 4. ex num. 78. Melch. Peal. in tract. maior. Hispan. par. 4. quæst. 10. à num. 28. Thor. p. 2. compend. verbo Officiales an possint, Matthiens. lib. 5. recol. Reg. Hispan. tit. 10. leg. 6. glos. 1. & 2. Capiblanc. de Baron. singul. 135.* Confertque *Cap. Regni* Cæsareæ Maiestatis 3. anni 1542. *pag. mihi 102. à tergo*, ibi: *& rebus cognitis.*

Quod profectò nostris temporibus
283 ex insperato seruatum vidimus, non absque magna tristitia, ac dolore, in quibusdam Officialibus. (Sœpè enim, inquit *Senec. lib. 6. de benefic. cap. 23.* inter maximam, & vltimam fortunam nihil interest; meminit *Petr. Callisto in analytico tract. de leg. Reg. num. 16. 17. & 18.* confertque eiusdem *Senec.* deploratio, *cap. 13.* querentis: *ò superbia magnæ fortunæ? ò stultissimum malum? vt à te nihil accipere iuuat, vt omne beneficium in iniuriam conuertis? vt te omnia dedecent: quoque altiùs te subleuasti, hoc depressior es; ostendisque, te non agnoscere ista bona, quibus tantùm inflaris;* ideòque lætiores videbis, quos nunquàm fortuna respexit, quàm quos deseruit; *summum genus infælicitatis, misero est fuisse aliquando fælicem,* clamat *Senec. in lib. de tranquilitate*, cuius sententiam ab ipso mutuatus est *Boetius lib. 2. de consolat. philosoph.* ac refert *Io. Andr. in cap. ex parte, de consuet.* & ante ipsum *glos. in cap. sunt, qui arbitrantur, ad fin. de pœni.* ac laudat *Tiraquel. ad ll. connubial. 1. l. num. 13. pag. 15. à tergo.*

Verùm æquissimus Rex noster me-
284 liùs edoctus de modo, quo ij se gesserint: & quod apùd ipsum sibi astruxerint delatores, mendacijs sub zeli velamine contectis; ea, qua imbutus est clementia, exauthoratos ad officia, & honores restituit.

Haud dicere tamen nõ valeo, quòd
285 etsi, quod operantur Principes, ac Domini, æquum sit, ac laudabile: vt potè, qui ducantur Sancti Spiritus afflatu; tamen Magistratus hcù nimiùm sunt obnoxij perditorum hominum persecutionibus, & calumnijs; imò

quò

Digitized by Google

quò sunt integrioris vitæ, eò grauiora calumniarum tela patiuntur. *Quasi signum sunt positi ad sagittam; & quia non possunt omnibus complacere; cum ex officio teneantur, non solùm arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquàm verò ligare: frequentèr odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur*, inquit *Innocentius III. in cap. qualitèr, & quand. il 2. de accusat.* & concinit *Alphonsus* Castellæ Rex *in suis Partitar. legibus l. 2. tit. 28. & l. 2. tit. 1. part. 7.* ibi: *Los homes, que officio tienen, maguer, que fagan derecho, non pueden ser, que non ganen mal querientes. Polyb. 1. hist. Laudabiles, & probandæ actiones, graues inuidias, & acres calumnias constare solent.* Potissimùm præditi virtute, quos inuidia, quæ eminentis fortunæ assidua comes est, ad ima detrudit, vt lacrymis obortis aiebat Belisarius: *Date obulum Belisario, quem virtus extulit, inuidia obcæcauit, Io: Orozeo de Couar. in paradox. lib. 1. parad. 5. pag. 40. Petr. Crinit. de honest. disciplin. lib. 9. cap. 6. Chokier. in thesaur. aphorism. lib. 5. cap. 5. & 6. exempl. 1. pag. 329.*

Petrus de Vineis Iure Cõsultissimus de Nobilissima, ac totius Campaneæ præstantissima Vrbe Capuæ (explosis prorsùs *Conrado Gimero in bibliot. pag. 685. Christophoro Besoldo in hist. rer. sicul. fol. 613.* illum Germanum, asserentibus) Constitutionum Regni commentator egregius, vt enarratur in principio earumdem *Const.* florenti ingenio spectabilis, suisque literis quammaximè commẽdandus, ex editis quoque libris; ille, inquam, quem Fridericus fidelem appellauit, pluribus fauoribus exornauit, ac Supremis decorauit Magistratibus, ipso teste *lib. 3. epist. 45. pag. 452. & 454.* tandèm propter cuiusdam proditionis suspicionem, at reuera capto prætextu, vt Friderico libera, ac honesta daretur occasio, eius bona, quibus inhiabat, sibi adiudicandi, comite maxima inuidia, oculis orbatus, iubente Principe, inque atrissimas Capuæ Turres, loco carceris detentus, ad desperationem adductus, sese præcipitem dedit ex alto Turrium, ac sic dissipatus occubuit anno 1236. vt in eius defensam scripsere *Io: Villanus in cap. 23. lib. 6. histor. fol. 136.* typis dato Florentiæ anno 1587. *Dante incanto 13. inferni*, & ibi *Bernard. Daniel.* Lucensis, ac *Benuenut. de Imol.* & scripsit *Lantin. Florent. pag. 75.* edit. Venetiarum anno 1574. & agunt *Marin. Frecc. de subfeud. cap. de offic. Magn. Cancell. ex num. 15. Marc. Ant. Caualiere*, qui eius vitam conscripsit, quem laudat *Summonte in histor. p. 2. pag. 97. Petrus Vincent. in Theatr. nominum Illustr. qui fuerunt Prothonot. pag. 42. Collenuc. in histor. Neap. pag. 109. &* 110. edit. Veneta, *Toppi de Orig. Tribunal. p. 1. lib. 3. cap. 10. num. 2. fol. 99. & fol. 105. num. 7. & in Biblioth. Neap. verb. Pietro de le Vigne, pag. 250.* & ibi *Leonard. Nicodemus in addit. verb. itidem Pietro de le Vigne pag. 198.* Quod iusto Dei iudicio factum, monet *D. Antonin. 3. p. Chronicar. tit. 29. cap. 6. §. 1. pag. 128.* vt quia ad complacendum Imperatori multa fecerat contrà Ecclesiam, ei fauendo, eumque excusando, & proinde ab eo condemnatus fuit, pro quo Deum, & Ecclesiã offenderat.

Hæc veritas non latuit *Bouadill. lib.* 286 *5. cap. 1. num. 27. Paris de Put. de syndic. cap. 1. num. 6. Reg. Tap. decis. Consil. Ital. decis. 3. num. 110.* & ante ipsos, *Luc. de Penn. super 3. C. in l. si grauiùs, C. de dignit. lib. 12.* aiebat: *Homines, qui habent de alijs iudicare, sæpè propter iustitiam multos aduersarios habent.* Quare miserrimam Officialium conditionem ingemit *Cic. pro Lucio Flacco*, eiusque verba effundit *Prat. in Nicandro num. 627.* Laborant enim impij contrà Iudicem: vel vt iustè iudicaturum à proposito deterreant; vel, post quàm iusta iudicauit, vt vim iustitiæ eludant, *D. Thom. 2. quæst. 7. art. 2.* Inde est, quòd apùd Principem multa congerant aduersùs Ministrum, & quæ forsàn ille vix, aùt nè vix quidem cogitarat peragere, proponunt peracta. Minimæ curæ ipsis fuerit confingere, eum sacratissima profanasse Iura, expilasse Fisci

Digitized by Google

ærarium, & his immaniora. Se non propriam agere causam simulant: Reipublicæ, Religionisque zelum præseferunt, adamussim seruantes *Isocratis* effatum *in orat. de pac. artif. sciunt simulare curam Reipublicæ, & interim suum agere negotium.* Quacumq; ratione fidem aucupantur, testantur syderа: hisque dolis, (quis enim caueat ab hoste ficto; nullæ enim sunt occultiores insidiæ, quàm hæ, quæ latent in simulatione officij, *Tull. in orat. in Caium Verr. orat. 3.*) fallere conantur Principem, perdere Magistratum intendunt. Calumnia optimos, atque sanctissimos mores, turpissimos, & teterrimos fingit. Calumniatores cornua habent in humeris, (sicuti boues Neurici, teste *AEliano lib. 5. de anima. cap. 27.*) qui non recta fronte inuadunt, sed obliq; feriunt, obscuris dicterijs, & ambagibus alienam carpentes famam:

Obliquus ferit ille, caueto.

Calumnia, vti Basiliscus sine morsu, solo aspectu, vel mortifero spiritu vim habet interimendi, *Bargal. de dolo, lib. 5. cap. 16. num. 2.* Legimus, Catonem, qui tanta enituit probitate morum, quadragies septies tamen calumnijs oppetitum, *Plutar. in eius vit.* Hinc Prophæta *Dauid* illud sæpe sæpiùs in ore habebat: *Feci iudicium, & iustitiam: non tradas me calumniantibus me*, *Psalm. 114. & 134.*

Exaratis concinit quæstio ad libel-
287 lam reuocata in Collaterali Cõsilio, adhùc indecisa. Expetente enim D. Castellano Castri Noui huius Inclytæ Ciuitatis, ipsi licere eligere AEdituum, seù Sacristam Ecclesiæ, semoto Reuerendo D. Caietano de Aloysio, priùs legitimè electo, præuia nominatione Gubernatoris tunc ipsius Castri, & approbatione Cappellani Maioris, ac Excellentissimi Proregis placito descripto in libris Scribæ Rationis: fuit acerrimè disceptatum, an eidem Castellano licitum sit ad eius libitum, & absque etiam causa præfatum Sacristam amouere?

Castellani iura tuebatur D. Io: Bap-
288 tista Pisacanus, Aduocatus, & Auditor præfati Castri, Iuuenis apprimè doctus, dicens, quòd Sacrarium hoc dici nequeat Cappellania collatiua: nam si talis existeret, Præsul Ecclesiæ tantummodo eam contulisset, neq; fuisset opus voce Gubernatoris Arcis; collatio enim fit absq; nominatione, nec præsentatione, solùm à Prælato motu proprio, *Rebuff. in tract. de benefic. tit. de collat.* quæ quidèm collatio fit hisce verbis: *Inuestio te tali beneficio*, ex *Abb. in cap. authoritatem, nn. 6. de institut. Perez de Lara citan. tract. cap. 10. num. 86.*

Nectebat, quòd neq; esse potest ius
289 patronatus; in eo enim Ordinarij authoritas requiritur, quæ nisi adsit, nullomodo Cappellania nũcupatur, *Guid. Pap. dec. 187.* ex *Glos. in clem. 2. de decimis, Abb. in cap. significatum 5. de præb.* notans, deficiente Episcopi authoritate in fundatione beneficij, illud non beneficium, sed simplicem Cappellaniam dici; confirmant *Felin. in cap. ex part. num. 2. de rescript. Garzia citan. tract. de benefic. cap. 9. num. 71. Consalez regul. 8. Cancell. gl. 5. num. 7.* laudans *Velasc. decis. 60. num. 42.*

Atq; hac thesi, perspicuum esse, nequaquàm adfuisse Cappellani Maioris authoritatem, qui eo tempore, quo instituta fuit Cappellania, vel Sacrarium non fungebatur vices Ordinarij, quod ei concessum fuisse, aiebat, à Leone X. instante Inuictissimo Carolo V. idq; arguens ex *Reg. Reuert. in decis. 30. p. 6. in manuscrip. siue in decis. 495. iuxtà ordinem Reg. de Marin.*

Addebat præterea, in Iure patronatus requiri fundatorem, qui in re nostra adesse nequit: nam vel institutum fuisset à Regibus antecessoribus, & hoc nequit asseri; tùm quia si re vera ità esset, Rex præsentaret, neque præsentandi facultas esset Arcium Gubernatoribus, in quorum priuilegijs talis potestas non legitur; vel esset ius patronatus ab aliquo olim Arcis Gubernatore institutum, & tunc ius præsentandi translatum non esset Castellanis successoribus; successor enim non succedit Castellano, sed creatur à Rege; ve-

Digitized by Google

verùm ad eorum spectaret hæredes; quamobrem deficiente altero requisito, nempè, vt adsit fundator, nullatenùs esse potest ius patronatus.

Nec simplex illa approbatio idoneitatis personæ facta à Prælato inducit confirmationem, seù institutionem necessariam in iure patronatus, quæ exquirit decretum, bullarumque expeditionem, *Panorm. in cap. ea noscitur, de his, quæ fiunt à Prælato, Couarr. pract. cap.* 36. *nu.* 4. *in fin.* atque *Reg. de Marinis*, ex aduerso adductus *ad Reuert. mem. decis.* 495. non de Cappellanis loquutus fuit, verùm de Parochis, neque vllum fundamentum profert; ac verbum illud, quo vtitur: *Confirmat*, æquiuocum est; potest enim idem sonare, atque *Approbat*, neq; vnquàm Doctores vsi sunt verbo confirmat, ad significandam confirmationem, quæ fit ab Ordinario.

Neque veram eam sententiam esse,
290 subnectebat: nempè quòd manuale munus detrahi absq; causa non possit; cũ veriùs sit, esse ad nutum Superioris amouibile, *Fillinc. in prax. benefic. cap.* 2. *de benefic. manual. Canonista in cap. præsenti, de offic. Deleg. in* 6. etiam absq; vlla causa, *Ricc. in prax. rer. quotid. resol.* 57. ex *cap. cum ad Monasterium*, §. *tales de stat. Monach.* & videndus idem *Ricc. decis.* 157. *p.* 3. ac etiam seculare beneficium esse amouibile, quando est manuale. Nec irrogatur iniuria amoto à Superiore iure suo vtente; & hi Cappellani non dicuntur percipere fructus Ecclesiasticos, sed tantùm stipendia ratione personalis operæ, *argum. l.* 1. §. *si in coeundo, ff. pro socio*; contraria verò sententia intelligenda est, modò adsit malitia, seù dolus malus, qui nulla prorsùs ratione in præsenti casu adesse potest ob egregias, singularesq; animi dotes, quæ Castellanum exornant, Equitem sanguinis splendore maximum, virtutibusq; admirabilem.

Ac tandèm concludebat, haudquaquam re vera verum esse, Sacrario Curam Animarum annexam esse.

Ex aduerso obsistebat D. Petrus de Fusco, Aduocatus doctissimus primi ordinis, ac Fiscalis Tribunalis Cappel-
291 lani Maioris, aiens, ipsius Cappellani Maioris authoritatem, iurisdictionemque antiquissimam fuisse à tempore immemorabili, vtpotè à tempore fermè ortus Christianæ Fidei in Regno; ac tempore Magni Comitis Rogerij Normandi anno 1094. vocabatur Magister Regiæ Sacræ AEdis; & Regis Roberti, Magister Regalis Cappellæ, vt plenè dixi in *rit.* 265. *ex num.* 73. *lib.* 3.

Pergebat vlteriùs, huiusmodi Cap-
292 pellanias non existimandas merè seculares, quæ non censentur, quando minime possent liberè, ac propria authoritate conferri; sed exquiritur authoritas, confirmatio, vel institutio Ordinarij, quo casu sunt Ecclesiasticæ collatiuæ, & in titulum, *Garzia de benef. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 81. *& à nu.* 114. *Gonzalez ad regul. Cancellariæ* 8. *glos.* 5. *num.* 20. *& à num.* 11. *Castropalao tract.* 13. *de benef. Ecclesiast. disp.* 1. *punct.* 6. *num.* 1. *&* 20. *Nauarr. cons.* 5. *&* 7. *de præbend. Salzedo in pract. cap.* 18. *num.* 9. Meram proinde Cappellam laicalem tunc quidèm censeri, cum qui illam absque Episcopi decreto constituit, ac pleno iure suo conferre potest, nec opus habet Præsule, quia non dùm est beneficium Ecclesiasticum, vt inquit *Royas instit. canonic. lib.* 2. *tit.* 17. *vers. illud*. Vel potiùs, Cappellaniæ meræ laicæ nihil aliud sunt, quàm quædam donationes, vel legata relicta alicui cum obligatione celebrandi tot missas, vel tot preces recitandi, *Castropalao cit. punct.* 6. *nu.* 1. *&* 2. post *Rebuff. in prax. benef. cap.* 3. *num.* 10. *& cons.* 58. *Perez de Lara de Anniuersar. & Cappellan. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 39. *&* 40. Interueniente propterea Ordinarij cõfirmatione, Clericus electus, vel præsentatus à Patrono laico, institutus censetur ab Ordinario, iuxtà *cap. ex frequentibus, de instit. Rebuff. de pacific. possess. nu.* 349. *Garzia loc. mem. num.* 113. *Castropalao cit. punct.* 6. *nu.* 2. *Perez de Lara adduc. loc. nu.* 54. *&* 58. atque proinde Patronus, cui ante confirmationem, & institutionem ab Episcopo factam licet variare, minimè po-

poterit post illam; *cap. si sibi absenti, de præbendis in 6. cap. quod autem, de iure patronatus, Azor. institut. moral. p. 2. lib. 6. cap. 21. quæst. 13. Gutierez de iuramento confirmatorio p. 3. cap. 13. num. 1. Gregor. Lopez ad l. 7. tit. 15. p. 1. in princ. verb. Reciba el primero, Buratt. dec. 25. ex num. 6. & decis. 757. num. 4.*

Ampliùs præsentatio importat idē,
293 quòd nominatio; institutio verò importat idem, quòd confirmatio; atq; in hoc differt collatio ab institutione, seù confirmatione; Nam collatio est libera; institutio autem, & confirmatio fit ex necessitate, quia præsentatus, siue nominatus, si est idoneus, debet necessariò à Superiore institui, & confirmari, prout hæc omnia declarat *Zoesius ad rubricam Decretalium de Institutionibus.*

Obicem, non adesse fundatorem, corruere dicebat, quia si essent, prout sunt Cappellaniæ fundatæ à Regibus, ex simplici concessione Castri transiret ad Castellanum ius patronatus, tanquàm annexum Castro, *Oldrad. cons. 312. nu. 1.* quia transit cum vniuersitate bonorum, *cap. quanto, de Iure patronatus.*

Et quamuis non transeat ad Barones, nisi expressum sit in concessionibus. Id tamen euenit non ex iure, sed ex eo, quòd Rex Robertus declarauit per suas literas, relatas per *Minadoum in Const. Regni In aliquibus, in verbo Comitum, num. 13.* quæ literæ loquuntur de concessionibus in feudum, non de cōcessionibus Castrorum factis in officium.

Si verò fundatę essent à Castellanis, non vti priuatis, sed vti Castellanis, & tunc etiam ius patronatus esset annexum Castro, ac transiret ad solos successores in Castellania, non ad alios hęredes, *Decius in cons. 149. num. 1. & 2. Rota Romana decis. 697. num. 3. recentior. p. 1.* vbi quòd in præsentationibus factis per solos Castellanos præsumendum est, fuisse fundatas à prædecessoribus, non tanquàm priuatis, sed tanquàm Castellanis.

Alteri verò obici: nempè beneficia
294 Ecclesiastica, etsi non perpetua, posse esse manualia, quorū manualis qualitas ea est, vt amoueri possint ad nutum, & voluntatē conferentis, *cap. cum ad Monasterium, §. tales, de statu Monachorum, §. fin. de privileg. in 6.* Distinctione occurrebatur inter beneficia Ecclesiastica collata Religiosis, seù Regularibus, quę in dubio manualia, & ad nutum reuocabilia præsumuntur; & ea, quæ Presbyteris secularibus, nempè non Religiosis, perpetua, & irreuocabilia, nisi ex causis à Iure expressis, & quando aliter ex fundatione non liqueret, *Lapus alleg. 9. num. 3. Zabarell. cons. 57. nu. 5. Cassador. decis. 4. num. 2. de præbendis, Canaler. in decis. Rot. Roman. 72. num. 3. Calderin. cons. 26. an in reseruat. post princ. de præbendis,* & videndi *Suarez de Religione lib. 3. cap. 19. nu. 23. Reiger in thes. iur. pag. 302. Reg. Tap. de Const. Princ. p. 2. cap. 9. num. 78. Christoph. Crusij de indic. p. 3. cap. 21. num. 4.*

Quòd verò requiratur expeditio
295 Bullarū, procedere in Beneficijs, quæ conferuntur à Summo Pontifice, in quibus non sufficit signatura, sed exquiritur expeditio Bullarum, ex regula Cancellariæ 38. vt declarat *Granett. in cons. 484. num. 10. & 15.*

Maximè si Sacrarium, seù Cappella-
296 nia habeat annexam Curam animarum, omninò tunc cessat qualitas manualis, & ius reuocandi, *Tondut. qq. beneficial. p. 2. cap. 1. §. 6. num. 43. Castropalao cit. tract. 13. disput. vnic. punct. 5. n. 7.* vt hoc casu constare dicebat ex visitationibus antiquis: nam Præsul non approbat simpliciter, sed impartit spiritualem iurisdictionem necessariam, vt liceat Sacerdoti peccata audire, ac Sacramenta administrare, ex *Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. Georgius Gobat Theologia experimentalis tract. 7. n. 69.*

Ex his colligebat, quòd, cui collata
297 est Cappella, vel Ecclesia, quæ habet annexam Curam animarum, si necesse habet adire Episcopum pro commissione Curæ animarum, & Episcopus dictam Curam illi committit; talis Cappella dicatur perpetua, non ad nutum amouibilis. Et dicitur insti-

tu-

Digitized by Google

tutio, seù collatio non plena, sed authorizabilis, quæ sufficit, vt non possit reuocari, nisi ex causa rationabili ab Episcopo, *Glos. in cap. 1. de Cappellis Monacorum in 6. in figuratione casus.*

Præterea Vicarius ad Ecclesiam cu-
298 ratam est perpetuus, nec potest ad tempus cõstitui, neq; valet consuetudo contraria, *Roman. cons. 356. nu. 6. Rota in antiquis decis. 14. de consuetudine*, etiam si beneficium esset manuale, ac ad nutum reuocabile; tamèn ob authoritatẽ Superioris, qui confirmauit, non potest reuocari ab eo, qui nominauit, vel præsentauit, *Suarez de Religione lib. 3. cap. 19. num. 3. Castropalao tract. 13. de benefic. Ecclesiast. disput. vnic. punct. 5. num. 6. Cardinalis de Luca de beneficijs discurs.* 80. loquens de Ecclesia Sanctorum Vincentij, & Anastasij, in qua Societas Coquorum habebat facultatem nominandi idoneum Præsbyterum ad nutum amouibilem, approbandum tamen à Cardinali Tutelari Ecclesiæ Sancti Laurentij in Damaso, cuius membrũ erat dicta Ecclesia, concludit, Præsbyterum nominatum à Societate Coquorum, & approbatum à Cardinali Tutelari, non posse reuocari à Societate, nisi etiam accedat cõsensus Cardinalis, qui eum approbauit, vt *n. 20. & 23. vers. dicebat*, quia vnum quodque soluitur eo modo, quo ligatum est, vt perpendit *Cardin. de Luca ibidem.*

Exemplar Regiarum triremiũ, Cap-
299 pellanos nutu earum Generalis esse amouibiles, nil prorsùs officere, cõcludebat, ex quo maximũ adest discrimen ex in facto deductis, & quia huiusmodi triremium Cappellani non habent Ecclesias, sed locum aptum pro celebrando Sacrificio, sicuti habet exercitus, *cap. concedimus, distinct. 2. de consecrat.*

Itaque, rectè aduertat, oportet Rex,
300 vel Visitator, cum contrà Magistratum aliquid opponitur, *arg. l. Dino Marco, C. de quæstion. Paris de Put. in princ. vers. per Syndicatores*, monuitq; *Tacit. lib. 1. histor.* inquiens: *Criminari alios facillimum factu est: prudentes Principes rectè æstimare debent, quis, à quo, apùd ipsos accusetur? num sæpè, aùt odio, aùt inuidia, aùt alio prauo affectu ergà insontes, & strenuos viros crimina finguntur; quibus si Princeps facilè crediderit, irreparabile damnum incurret.* Attendant tempus, quo criminis accusatio instituitur, vel delatio fit: silentium namque longi temporis falsitatem arguit, *Menoch. lib. 3. præs. 135. ex n. 19.* potissimùm quòd illud barattariæ vnius anni spatio præscribitur, vt notat *Velasc. de Iudic. perfect. rub. 9. an 10. 12. nu. 18.* ex *tex. in l. vnus quisq; C. ad l. Iul. repetund.* Dixit propterea R. *de Marin. resol. lib. 2. cap. 244. num. 5.* quòd habet suam instantiam. Modum autem, quo isti delatores sunt audiendi, recẽset *Carolus Scribanus in hist. polit. christ. lib. 1. cap. 17.* cuius verba rescribit *Prat. in Nicandro nu. 646.* & multa de illis memini in *rit. 272. ex n. 5. lib. 3.*

Non nulla suis in locis omissa, op-
301 portunè adnotare libet. Alterũ, quòd recipiens, vt det, præsumatur pro se retinuisse, *Giurb. consil. 72. num. 16.* & ante *Bertaz. cons. crimin. 71. num. 28.*

Alterum, Illustris personæ famulos
302 testes esse idoneos pro ijs, quibus famulantur, maximè circà domi gesta; *Ludouis. decis. Rot. 351. num. 36.* honesti enim præsumuntur ex qualitate personæ, cui inseruiunt, *Barbat. cons. 30. num. 2. lib. 1.* sicuti admittuntur si plures deponant *Alex. cons. 5. col. 2. lib. 4. Crauett. cons. 566. num. 24.*

Fuit quoque aliquando hæsitatum,
303 an Officialis possessionẽ officij adeptus absq; cedula inuentarij bonorum, tradenda, iuxtà fancita in *Prag. 22. de Official. & quæ eis prohib.* in pœnam inciderit?

Se ille tuebatur aiens, memoratam
304 Pragmaticam minimè fuisse vsu receptam, & excusari perpetrando, quod alij egere, *Giurb. cons. 72. num. 8. vers. sed ex facto prædecessorum, Mastrill. de Magistrat. lib. 8. cap. 10. num. 126. Roman. cons. 466. num. 2.* vbi *Mandos. in apostil. lit. A. Cels. Hugo cons. 71. nu. 10. Cremens. singul. 149. Roman. singul. 19.* lex enim non recepta, lex non est, *canon. in istis, §. leges 4. distin. l. de quibus,*

§. fin.

Digitized by Google

§.*fin.ff.de legib. Gl.in cap.*1.*verb.frangere, in fin. de treg. & pace*, & ibi *Butrius num.* 22.*Zabarell.num.*23.ac cœteri,*Alexand.conſ.*6.*num.*2.*vol.*1. Imò memoratam Pragmaticam minime eſſe legem, vti carentem verbis diſpoſitiuis: cum ſit tantummodo ordo, ſeù commiſſio S.M.huic Pro-Regi, vt hoc mandaret, & inſtitueret legem, qui cum nullam diſpoſitionem fecerit,lex non adeſt: differt namque promiſſio de vendēdo à venditione,*Corſetus ſingul.ſtatutum loquens,verb.ſtatutum,poſt verbum ſocietas, Marſil. ſingul.*469.*& Roland. à Vall. conſ.*69.*vol.*3. latè reſpondens in cauſa de Puibolea Regni Aragonum; quia aliud eſt vendere,& aliud venditionem pacto promittere; hoc verò in themate faciliores procedunt termini,mandatæ ſcilicèt iuriſdictionis, vel mandati negotij,quo caſu nemo vnquàm admiſit, mandatario nihil agente, mandatum habere vim negotij geſti: aùt aliquid operari, niſi (retentis terminis promiſſionis de vendendo) actionem perſonalem ex promiſſione, non actionem realem ex vendito,*l. ſi Procuratorem*, §.*mandatarij, ff. mandati, Roland.cit.loc.* ideòque emphiteuta, vel feudatarius non cadit à feudo, vel emphiteuſi, ex promiſſione de vendendo, ſicùt caderet ex venditione, *Bald.in cap.*1.§.*aùt liber.num.*4.*in fin. tit. quibus modis feud. amitt.* quia promittere, ait *Baldus*, non eſt alienare,*l. ad eum*,§.*Lucius, ff.de donat. Roland. mem. conſ.*69. *num.* 15.*vol.*3. Nec vectigal venditionis debetur ex promiſſione de vendendo, indicat *Roland.ibid.num.*2.

Minimeque militare rationem vitandi inutilem circuitum: cum ſatis ſuperque ſit, vtilem eſſe circuitum in potentia,quamuis non in actu, vt perpendit *Abb. conſ.* 95. *num.* 2.*ante medium,verſ.& ſi dicatur,p.* 1. hocq; caſu Rex noluit ipſe, ſed quòd Vice-Rex ageret legem, tanquàm magis inſtructus, aptam iuribus, & moribus Regni, & proinde dixit: *Ordenareis*.

Deniquè dicebat,eſſe ipſum Officia-
305 lem exterum, ignarum legis Regni, diſponentis in re, Iure communi non prohibita, ac propterea excuſatione quàm maximè quidem dignū, ex *Clar. in pract.*§.*fin.q.*60.*nu.*14.*verſ.tu dic,& q.*85. *n.*3.*verſ.Bartolus autem, Laſ.in l. cunctos populos, in* 1.*lectur.nu.*30. *C.de ſumm.Trinit.Boſſ. de pœn. n.*18.*Coſt.de facti ſcient.& ignorant.regul.*6.*n.*7.*Put. de ſyndic. verſ. allegationes,num.* 1. *& verſ. Officiales, fol.* 44.*in paruis*.

Verùm prædictis minime aſſentior,
306 tùm quia Rex noſter expreſsè loquutus fuit, & eius verba diſpoſitionem indicant, eadem maximè ratione vrgente, & Regius ordo inſertus in volumine pragmaticarum Vice-Regis, eiuſque Collateralis Conſilij iuſſu compilato, exequutus, & nouitèr diſpoſitus in Regno cenſetur, iuxtà etiam à nobis tradita ſupra *in rit.* 288. *num.* 23. & quamuis exterus, ſcire tenebatur noſtrum municipale Ius, cuius diſpoſitio viget quoq;in Hiſpanijs; quin omnia Regni iura ſcire Iudex debet,*Reg. Tapia lib.* 1.*iur.Regn.tit.de legib. ſup. cap.* 138. *num.* 4.*pag.*83. Et eſto,quod in crimen non inciderit,ſaltèm huiuſmodi inuentarij omiſſio maximum arguit dolum,ſuſpicionemque cōtrà ipsū Officialē,forsàn plus nimio ditatum, in propatulo non oſtendentem citrà fraudem bona tempore adepti officij poſſeſſa; & illo caſu *Gl. fin. in* 2. *interpetr.in l.defenſionis facultas, C.de iur.fiſci,lib.* 10.locum vendicaret,
307 præſumi turpem quæſtum:cum regulariter *Gloſa* reprehendatur à *Bald. n.* 18. opinante, illam loqui contrà caſum *text. in l. non intelligitur*, §.*multa, ff.de iur.fiſci*, eamque refellit *Bart. in add. l. defenſionis,num.*12.ex *text.in l.ſi defunctis*, *C. arbitrium tutelæ*, illis in verbis: *Nec enim pauperibus induſtria, vel augumentum patrimonij,quod laboribus, & multis caſibus quaritur,interdicendum eſt*; iterumque *Bald.* eam reprobat *in l. in principalibus,num.* 3. *ff. ſi certum petat. in l. quiſquis,num.* 3. *C. eod. tit. ac in cap.* 1.*num.*4.*in fin.tit. de Cleric.qui inueſtit.fac.in vſib.feudor.* illam à multis damnatam præconizans, inſequuntur *Alex. ad Bart. in l. Diuus*

lit.

Digitized by Google

lit. B. ff. de bonis damnatorum, *Clar.* §. *fin. quæst.* 68. *num.* 30. *Dec. cons.* 6. *nu.* 2. *& cons.* 175. *num.* 8. *vol.* 1. *Bertrand. cons.* 115. *num.* 7. *lib.* 2. *in* 2. *p. Peregr. de iur. fisci, lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 5. *vers. contrà verò, Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 52. *nu.* 5. *Rouit. in prag.* 1. *num.* 18. *vers. sed communis, de munerib. Official.* Iura enim à *Glos. ibidem* laudata, sermonem habent de Prælato, qui quicquid durante Episcopatu lucratur, suæ acquirit Ecclesiæ, siue sponsæ, *Auth. de Eccles. titul.* §. *interdicimus, collat.* 9. à quo desumptus est *textus in Auth. licentiam*, C. *de Episcop. & Cleric.* Arctissimum enim contrahit Episcopus matrimonium cum sua Ecclesia, *cap. inter corporalia, vers. cum ergò, & cap. quanto, de transl. Episcop. Menoch. de arbitr. casu* 423. *n.* 2. quod cùm sit ius speciale in Prælato, minimè regulam constituit: quoniam diuerso iure censeri debent, iuxtà distinctionem *Gyni in d. Auth. licentiam*, ac *Bald. num.* 3. *vers. aùt bona non sunt communia*, C. *de Episcop. & Cleric.* & sic non est Iure cautum, quòd *Glosa* præsumere voluit, ac ideò, esse turpem præsumptionem, dicebat *Baldus*; turpior censenda est, quia præsumit turpem quæstum Officialis, quando turpis quæstus omninò vitandus est, *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter Virũ, & Vxorem*, ac quando iure singulari in Iudice non est præsumendus, elegantèr *Bart. in l. lege cum rationib. nu.* 8. *in fin.* C. *de is, qui accusar. non poss.* ex *tex. in l. fin.* C. *ad l. Iul. repetund.* in sequitur *Mascard. de probation. concl.* 1137. *num.* 3. confirmauit *Bart. in l.* 2. §. *si publico, num.* 14. *ff. ad l. Iul. de adult.* & quia præsumit delictum, quando nõ est cogitandum, *l. meritò, ff. pro socio*, & quia præsumit Iudicis maleficium, quando eius factum debet notabilitèr præsumi iustum, atq; à malo alienum, *cap. in præsentiam, de renunciat. Mascard. cit. concl.* 1137. *num.* 1. *&* 10. *Menoch. lib.* 2. *præsump.* 85. *ex n.* 1. *Farinac. in pract. quæst.* 111. *num.* 261. & hanc quæstionem tangimus in *rit.* 9. *num.* 3. *lib.* 1. *& supra num.* 203. nec non *Reg. Rouit. in prag.* 1. *num.* 18. *de muner.*

Officialis, Pro-Regi mandãti aliquid
308 repugnãs ordinibus Suę Maiestatis, si nõ obstiterit replicãdo, iuxtà sancita in *cap.* 118. *reform.* an incurrat in pœnam in eodem *cap.* 118. proscriptam, aduersùs non rescribentes Regi peractam contrauentionem: vulgò *contro ordine*? negatiuè respondendum videtur: quoniam nulla fuit iuncta pœna contrà non replicantes; sed dumtaxàt aduersùs non denunciantes contrauentionem ordini, & immediatè illi directa, ibi: *y me de auiso dello, pena de pagallo de su hazienda*; quæ clausula pœnalis minime referri potest clausulæ non replicandi adiectæ separatim, & impersonalitèr, ibi: *y si la dieredes, se os replique*: cùm illa immediatè, ac specificè dirigatur Commissario, ibi: *y el Commissario lo execute, y me, de auiso dello, pœna de pagallo de su hazienda*, & proinde ambæ clausulæ æqualem non habent proportionem, & relationem; atque relatio non fit, nisi vbi est proportio æqualis, & congruitas, *l. si negotium*, vbi *Gl. verb. gestorum*, C. *de negot. gestis*, *Paul. de Castr. cons.* 18. *num.* 3. *in fin. vers. si ergò*, 2. *p.* prorogaretur enim pœna de casu determinato ad alium impersonalem, quod Ius abhorret, *cap. odia*, & ibi *Ioan: Andr.* dicens: *Nec per eamdem rationem, vel omnimodam similitudinem, de regul. iur. in* 6. *Cuman. cons.* 79. *in fin.*

Depositũ legitimè fieri posse penès
309 Iudicẽ, in quadam thesi fuit responsum, attento tùm Iure communi, ex *text. in l. si fideiussor*, §. *fin. ff. qui satisdar. cogant. l. 1. nu.* 2. *vers. tu dic*, *Fulgos. ibid. nu.* 2. 3. *Alex. nu.* 10. *vers. quinimmò*, ex *Glos. in l. Senatusconsulto, verb. Deponantur, ff. officio Præsid.* iterum *Iason. in l. filio familias, n.* 22. *ff. de legat.* 1. *& Addit. ad Bald. in l. acceptam, lit. A.* C. *de usur.* atq; ex *text. in l. sed etsi*, §. *planè, ad exibendum*, *Tiraquell. de retract. conuent.* §. 4. *gl.* 7. *num.* 1. tùm Iure Regni, *Rouit. in prag.* 4. *num.* 11. *de instrum. liquid.*

Iudicem verò nõ teneri syndicatu,
310 si decreta, quamuis iniusta, sint re-

uoca-

Digitized by Google

uocabilia parte instante, cui reclamare licet, *Ibandus de Bard. in foro 1. de offic. ordin. per illum forum*, cuius ratio militat extrà Regnum Aragoniæ. Conueniunt autē DD. asserētes in arbitrarijs, seù reuocabilibus, *Giurb. cons. 72. n. 19. Granut. theorem. 3. in fin. Ludouic. decis. Lucens. 1. n. 30. Mastrill. lib. 6. cap. 10. n. 142. Anchar. famil. quæst. 5. Schenar. cōs. 1. nu. 33. p. 2. Cancer. lib. 3. cap. 12. nu. 77.*

Veritati ampliùs minime innititur
311 effatum *Marcelli de Mauro allegat. 77.* qui in causa propria calamum arripuit, adducti à *Rouit. in prag. 1. n. 19. de muneribus*: nimirùm *Pragmat. 2. & 4. eod. tit. de muner.* minime militare in Fisci Aduocato, de quo loquitur *Phab. decis. 111.* etenim illius iurisdictio ampla est, *Boer. de auth. Magn. Consilÿ, nu. 8. Caualc. de brach. Reg. p. 4. ex nu. 343. Reg. Sanfelic. in prax. iudic. sect. 27. nu. 12.* ac dixi in *rit. 2. ex num. 29. lib. 1.* & concinit *text. in l. Fisci Aduocatus 3. C. de Aduoc. Fisci*, ibi: *Fisci Aduocatus pœnas metuens, nè fiscalia cōmoda occultet; nèue vllo negotio existente Fisci nomine priuatis audeat calumnias commouere.*

Plurima insupèr adhibenda cura
312 est, cum per libellos sine authore, seù cæcos, vt aiunt, Officialium crimina deferuntur. Non leue enim indicium calumniæ est latentis delatoris dolus. Hinc nullam penitùs adhibendam fidem, meritò sanxit *Innoc. III. in cap. Inquisitionis, de accusat.* cuius verba rescripsi *in ritu 272. nu. 9. lib. 3.* facit ad hoc idem *tex. in cap. iuuentute, de præsumpt.* ibi: *Quia tamen eius sugestio non de charitatis radice procedere videtur, noluimus aures nostras, quasi malignis delationibus inclinare*; atq; aureis quippe verbis eidem suffragatur *Vlp. in l. si cui crimen, ff. de accusat.* ibi: *Si cui crimen obÿciatur, procedere debet in crimine subscripto: quæ res adinuenta est, nè facilè quis prosiliat ad accusationem non futuram*, & Imperator Traianus, cui à *Plinio lib. 10. epist. 97.* in casu Religionis fuerunt relata contenta in huiusce modi memorialibus, absque authore contrà Christianos, respondit *in epist. 98.* his verbis à nobis *in cit. rit. 272.* recensitis: *Sine Authore proposiți libelli nullo crimine locum habere debent: nam & pessimi exempli, nec nostri seculi est.* Qua authoritate fretus *Gonzal.* glosat decantatum *tex. in cit. cap. Inquisitionis, verb. Quasdam schedulas*, & aduertit post *Clar. in §. fin. quæst. 5. nu. 4. Berart. cit. tract. de visit. cap. 3. nu. 63.* rationem nectens: *Nam Visitator istis memorialibus ità clanculo emissis fidem adhibère non debet, nec illicò crimina in eis contenta inquirere aduersùs honorem, & bonam Magistratuum famam, penitùs amittetur; sceleśti quidèm homines, vt plurimum ab eis inquisiti, & carcerati, non zelo iustitiæ, sed odio particulari, componere consueuere.* Deniquè id ipsum peculiari sanctione in Regno dispositum est in *pragm. 3. de Procur. §. 4.* ibi: *Nè ammetterete memoriali, suppliche, nè comparse, che trattano di offensioni contro Officiali, nè altri, sotto nome di detta Vniuersità, nè d'altri: se à detti memoriali, suppliche, e comparse non ci saranno le dette fedi autentiche della detta procura.* Nam si Reipublicæ interest, delicta puniri; cùr, si vera defert, lateat delator? an, vt pœnas effugiat, quas publicæ infamiæ calumniantibus irrogat *textus in l. 4. §. fica lumniator, ff. de his, qui not. infam.* vel talionis; *text. in l. 1. §. calumniatores, ff. ad Turpillian. l. fin. C. de calumn.* vel tandèm, quando supradictæ pœnæ recesserint ab aula, vt ait *Bart. in l. accusatore, §. ad crimen, ff. de publ. iudic.* An nè vt pœnam effugiat refectionis expensarum, quæ viget? & iam, lateat licèt, prodit palàm, se falsa in Officialem confessisse.

Delatores huiusmodi non, nisi Ca-
313 co comparauerim, qui semihomo, atque igniuomus, vt fabulantur Poetę, ex rapto viuens, alienos boues noctu cauda retrorsùm in antrum trahebat; vt qui requireret amissos boues, videns, quòd vestigia essent exeuntium ex antro, spem omnem inueniendi abijceret. Vomunt enim hi detractationis ignem: & cōscij, quòd sint mendacia, in tenebris latibundi libellos authore carentes depromunt: & cum

co-

Digitized by Google

coràm Principe, ac Ministro proferre erubescant, in cauda, hoc est, clanculùm dolos nectere, Tartareumq; virus eructare conãtur, vt ait *Scalig. in Archil.*

Suos olere, vel nihil, vel & minus,
Pedes autem dicit Aulus Actio,
Olere maunlt Actius pedes suos,
Vel centies, quàm pessimam linguam tuam:
Pedes olentes nil, nisi pedes olent;
At ista lingua tua, Tartari atra sulfura,
Cui parata sunt: ni latrina fatida
Ciuem suum iactaret, ac similem sibi.

Res est, non ibo inficias, solliciti
314 plena quidèm timoris, Reipublicæ regimen. Quod probè nouit Themistocles, apùd *AElian. lib. 6. var.* de quo memini *in Rit. 11. sub num. 1. lib. 1. Si mihi duas*, inquiens, *ostenderitis vias: quarum vna ad Tribunal, altera ad sepulchrum duceret; multò libentiùs aggrederer eam, quæ recta ad sepulchrum duceret.* Nil mirum, si multa, maximaque incommoda recti Magistratus reportent; tùm animi propter multorum æmulationes, ac litigantium detractiones; tùm corporis ob assidua studia; tùm rei familiaris, cui incumbere non valent, sic aduertente *D. R. Carolo Tappia lib. 2. iur. Reg. in rubr. de Officialibus in Regno constituend. sub num. 41. pag. 100.* & *Plato* dixit: *Vir iustus si quando Magistratus fungitur, si ei nulla alia iactura contingerit, hac saltim illi non deest, vt res eius domesticæ deteriùs per negligentiam disponantur, ex publico autem nihil propterea, quòd iustus sit, lucratur.* Ideò enim multos ex Græcis, & Barbaris, oblata Imperia respuisse, memorat Agrippa, apùd *Dionem lib. 52.* vt res suas potiùs agere possent, quàm alienas: sciebant quippè Reges, Principes, & Magistratus si legitimè officio fungi velint, non sibi victuros, sed alijs, vt ex *Arist. Rodian. Petr. Tholosan.* alijsque politicis tradit *Arsineus de fin. Reipubl. cap. 1. sect. 3. n. 15.* & alibi, *Besold. verb. Magistratus, Cochier.* & cæteri *in thesaur. politic.* confertque, quod in Cænotaphio suo moriens inscribi iussit Vir ille celeberrimus, similis à nobis rescriptus *in mem. rit. 11. sub num. 1.*

At non ideò mihi probatur assertũ
315 *D. D. Hieronymi Calà in tract. de visitat. Magistr. dissert. 1.* dùm propter calumniarum, & simultatum certamina, quibus se obiectant plerique in gerendis Magistratibus, censet, satiùs esse viro probo, illos refugere. Siquidem, an nè, quia tam multi in bello desiderati sunt, vnusquisque militiam deserat? Quòd Palinurus olim, euectus vndis, ignota iacuit arena; renuant cæteri, si sapiant, pelago se vlteriùs committere? Quòd quamplures, in administrandis Ciuitatibus, vel Prouincijs, cominus aspexerint pericula, vel etiam perpessi sint, detrectent Ciues probi, Magistratus delatos capessere? Reliquum esset igitùr; vt si sapientissimus quisq; refugiat; insipientibus, ac stultissimis demandanda sit Reipublicæ cura.

Neque huic theoremati obex infertur ex eo, quòd tot dictis Cicero pluribus in locis miseram Magistratuum conditionem defleuit: quòd Themistocles dicere solebat, se potiùs viam ad inferos ducentem inire velle, quàm Reip. regimen inuadere: quòd Demosthenes, apùd *Plutarch. in eius vit.* iuuenes, qui conueniebant, & qui secum morabantur, à Republ. auertebat, dicens, quòd si duobus à principio propositis itineribus, quorum vnum ad Suggestum, & Concilium; alterum ad mortem tenderet, se iter illud, quod ad interitum duceret, initurum fuisse. Nam cùr Themistocles honorarijs infulis decorari toties gauisus est? cùr & ipse Demosthenes semper versatus est in Republica? cùr Cicero candida toties indutus prætexta honores expetijt, rogauit in Comitijs suffragia, prehensauitque Magistratus? An quia nondum hæc incommoda fuerant experti? nequaquam: turpe enim foret, si quiuis istorum diceret: *Non putaram*. Adhibeamus profectò prudentissimis his Viris fidem. Amplectamur, Republ. deferenti, Magistratus, sicut & ipsi. Em-

Digitized by Google

phasis ea est, qua vsi sunt isti: non quidèm, vt nos à Magistratibus omninò deterreant; sed vt pericula, quæ circumstant, ostentent, digitoque veluti monstrent.

Neque ei opitulatur, quod asserat demum *num.*14. periclitante Republ. non decere sapientem virum ad illam non accedere. Nam, qui iuuandæ Patriæ effertur studio, non debet oscitantèr sinere, vt propè ad ianuas sit periculum, sed vt longissimè absit. Faciliùs erit, constantem seruare, quàm eam collapsam, vel certè collabentem restituere. Periclitante Republica, serò fortasse vir probus parabit medelam. Obsistendum erat principijs, ante quàm aduentarent pericula.

Eorum sit refugere meritò Magi-
316 stratuum onera, si qui oneribus se se impares agnoscunt. Huiusmodi tantùm viris suadet *Eccles. cap.* 7. ne iudiciarium munus concupiscant, dicens: *Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: nè fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalũ in agilitate tua.* Cœterùm viri fortitudine, prudentiaq; præditi, sicuti Magistratus perditè ambire, modisque omnibus, omnique industria conquirere, & expiscari non debent; ità vltrò à Principe delatos modestè obuijs vlnis amplecti, boni consulent.

At simultates imminebunt, calum-
317 niæ, metus, inuidiæ, certamina scilicèt immineant. Hinc calumniato parabuntur capiti serta. Hinc ei exurget lætior præconiorum seges. Iam compertissimum est, *quàm fragilis, flexibilisque* (inquit *Cicer.7.Tuscul.*) *est voluntas, sensusque ciuium ergà Prætores, vt non modò improbitati eorum irascantur, sed etiam rectè factis plerumq; fastidiunt.* Meminerit accusatus illius, quod scripsit *Gregorius Papa*, Palladio Præsbytero, *lib.8.epist.45.* relatum *in cap.inter verba, 11.quæst.3. Quid enim si homines laudent, & conscientia nos accuset? aùt quæ debet esse tristitia, si omnes accusent, & sola conscientia liberos nos esse demonstret? Habemus Paulum dicentem: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, cap.inter verba 11. quæst. 3. Iob quoque dicit: Esse in Cœlo testis meus. Si ergò est nobis testis in Cœlo, testis in corde: dimittamus stultos foris loqui, quod volũt.*

Itaque iniustè accusato compara-
318 bunt calumniæ non vulgarem profectò laudem: non ità tamen, vt excedat eam, quam mereretur ille, in quem nulla fuit instituta accusatio: prout plus nimio Iudicum iniqua patientium misertus, dixit idem *D.D. Hieron. Calà de visit. Magistr. dissert. 3. num. 2.* Cùr enim nigrantibus rem ablutam maculis pluris habebimus, quàm sordibus omninò expertem? Si de multis postuletur Magistratus; licèt ea Iudicem omnibus numeris absolutum patrasse, credendum non sit: non nihil tamen erit; aùt quòd iudicãdo neglexerit; aùt quòd ob negotiorum copiam, litium omnium expeditioni non vacauerit, in quo aliquis, vel leuitèr se læsum iudicaret, etsi Iura Iudicem excusent, *Paris. de syndic. verb. Negligentia, nu.6. Farinac. q.*111.*n.*434. Cùr non, & tot virtutibus in obeundo munere adhibitis, & illam non addidit, (quod difficillimum sanè fuisset,) vt improbis demeret clamorum ansam? Qui depositis fascibus à nemine impetitur, hanc certè dotem præ illo habuit, hoc laudabiliùs peregit: nimirùm, vt nemo conqueri posset: facit quod cecinit *Horat. in art. poet.*

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci,

Huic igitùr, qui à nemine accusatus fuit, maior conferenda laus est, quàm ei, qui à multis, & se purgauit. Quod plerique, etsi secus senserint, *Solorzan.* præsertim *lib.* 4. *de Indiar. guber. cap.* 8. & ante *Cassiodor. lib.* 4. *epist.*44. inquiens: *Quapropter Sanctitatis vestræ animus non grauetur, non se fallacibus verbis doleat accusatum; multò maior est opinio purgata, quàm si desinentibus querelis impetita non fuerit.* Miserentium tamen pietati dãdum est, atq; humanitati: hoc enim eos dixisse, reor, vt vexatis solamen præstarent, tristitiam minuerent, doloremque emollirent.

Par-

Digitized by Google

Paruipendant Ministri dolosas ia-
319 ctationes. Lumen non, nisi in tenebris splendet magis. Inter offusas delatorum caligines emicabit nitidiùs innocentia: cum proprium sit innocentiæ, vexari: atque vt inquit *Scalig.*

Laudari à turpibus infamia vera est:
Laus est hominis maxima displicere pravis.

Imo, quò plures habent hostes ob ius seruatum; eò festinent magis ad ius suum cuique reddendum. Nequaquam Iudex concidat animis: nullus diffidentiæ torpor irrepat, quòd sibi parentur doli: sed cunctis horis recentior insurgat, vt cuilibet det iusta, vel merita, vel demerita? Quod autem quandoque innocentèr patiatur; temeritas esset perscrutari arcana Dei. Dicam solummodò: Sinit Deus aliquando, quòd insontes vexentur in via: vel, nè æternis deputentur cruciatibus; vel vt in patria, gloria fruantur ampliori, vt latissimè probat *D. Thom. in summ. contrà Gentil. lib. 3. cap. 13. art. 74.* Viri boni, dum aduersis conflictantur, surgunt viuidiùs, *D. Gregor. 26. moral.* inquiens: *Sanctorum mètes æternitatis præmia præstolantes, vires ex aduersitatibus sumunt, quia crescente pugna, gloriosiorem sibi non ambigunt manere victoriam, & electorum desideria, dum premuntur aduersitate, proficiunt.* Sicùt ignis flatu præmitur, vt crescat; & vnde quasi extingui cernitur, inde roboratur: sic Virtus inter aduersa exerit vires suas, *Ouid. trist. lib. 4. eleg. 3.* Sicuti inquàm Dionysias lapis fuscus est, rubentibus notis sparsus, si aquæ mixtus conteratur, vinũ fragat: & quod in illo odore, mitificum est, ebrietati resistit, *Solin. Polyhist. edit. Pist. an. p. 113.* & sicuti Gagates, qui accenditur aqua, oleo restinguitur, *Plin. lib. 36. cap. 19.* Ità in aduersis vera Virtus feruet, tepet in prosperis, & affuso voluptatis oleo paulatim languescit, ac tandèm obruitur. *Eusebius* inquit: *Otium tabefacit corpus, animum verò incuria.* At exercitatio continua eum ad Deos simillima specie euehit: & *Silius Ital. lib. 9.* cecinit:

Nam virtus futile nomen,
Ni decus adfuerit patiendo; vbi tempora lethi
Proxima sint; pulchramque petat per vulnera laudem.

Eduardus II. Angliæ Rex pingebat in symbolo aranèam in tela sua elaborantem, vehementi flamine iactatam, cum lemmate: *Ardentior ibo.* Sicuti Anthragites lapis ignitus, & carbo, iactatus in ignem, velùt inter mortuos extinguitur; at contrà aquis perfusus exardescit, *Isidor. Orig. lib. 26. cap. 13.* Quin ab inimicis sœpè, quæ non speratur, vtilitas capitur: sicuti Phalereus, (de quo *Plin. lib. 7. cap. 1.*) deploratus ab inimicis vomicæ morbo, cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore, medelam inuenit ex hoste: *Mundanis siquidem*, inquit *Cassiodor. lib. 4. var. 47. rebus frequentèr nascitur de aduersitate prosperitas, & homines tum ladere cupiunt, beneficia frequentèr impertiunt.* Hoc proinde aduersùs florentissimorum hominum famam potest inuidia, quod aduersùs Solem nebula; breuissimo tempore nocet, & eadem dissipata mitiores radios virtus exerit Iris nubila contrà, *Val. Flaccus Argon. lib. 4.*

Delatoribus proinde penitùs oc-
320 cludant aures, Principes, alijq; publicarum rerum habenas sustinentes, nè eiusdem criminis calumniæ participes se fateantur audiendo, iuxtà illud *D. Bernard. de cons. lib. 2. in fin.* dicentis: *Detrahere, aùt detrahentes audire, vtrùm horum detestabiliùs sit? non facilè dixerim,* & *S. Isidor. Iun. non solùm ille reus est, qui falsum de aliquo profert; sed is, qui citò aurem suam criminibus præbet.* Sunt enim exitiales hominum generi, & periculum est, nè in quamcumque deuenerint Ciuitatem, aùt hominum cœtum maledictorum vires effundant, & in perniciem bonorum grassentur; sicuti Valeria cum dentibus nata exitio Ciuitati fuit, in quam deportata est, *Plin. lib. 7. cap. 16.* & *Tacit.* ait *lib. 4. annal. Delatorum hominum genus publico exitio repertum, & pœnis quidèm*

Digitized by Google

nunquàm satis coercitum: quia scilicèt, subdit *Reinhard. Konig. in theatr. polit. part. 11. cap. 25.* (nec non *Ceriolanus in lib. de Consiliar. cap. 2.*) *plerumq; eo sunt ingenio prediti, vt tanquàm malitiosi homines gratiam Principum per lucrum suum aucupentur ex calumnijs, & delationibus innocentum hominum: nec enim ad hunc vsque diem compertum est, vllum delatorem fuisse fidelem.* Ijs namque faciles si adhibeantur aures, iustitiæ neruus prosternitur, ac magnum oritur Reipublicæ detrimẽtum; sicuti si Ius dicentes à Principe libenti animo non audiuntur, durescit eorum authoritas, *l. 2. ff. de offic. Vicar.* ibi: *Relationem enim Iudicum libentèr audimus,* ad finem vsque, vbi *Glos. verbo Autheritas,* notat, contemptum esse, si non audiantur. Ad conseruandam autem Officialium authoritatem Princeps facilè ipse se præbere debet, eorumq; relationes libentèr audire.

Rimentur quoque natalia Officia-
321 lium, & Antecessorum merita, *ad tex. in l. fin. §. fin. ff. de act. & oblig. Bal. in l. venales num. 1. C. quan. appellare non est necess. Boss. de Official. corrup. ex num. 2. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 10. n. 143.* Ex homine enim hominem, ex belluis, belluam; sic ex bonis, bonum generari putant. At hoc efficere vult quidèm natura sœpè, non tamen potest, *Aristot. lib. 1. Polit. cap. 4.* quia regularitèr filius similis est Patri, *Gl. in cap. venerabilem 24. de elect.* & vt dixit *Senec. ad epist. 87.* ad semen nata respondent; bona degenerare non possunt; cui consonat *Eurip. in Hecub.* sententia: Euidens, nota, & insignis inter mortales, est, natum esse ex bonis, *Simach. de cathol. instit. tit. 50. num. 10.* & *Horat. lib. 4. carm. 4.* cecinit

Fortes creantur fortibus; & bonis,
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquila columbam.

Quod *Cassiodorus lib. 2. var. epist. 1.* notauit dicens: *Prouidentia nostra ratio est, in tenera ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus prolis indicare successus, quia bona certa sunt, quæ fidem ab exordio trahunt, dùm origo nescit deficere, quæ consueuit radicitùs pullulare.*

Propterea Imperator Tiberius, & Theodoricus Italiæ Rex, maioribus in Reip. rebus Nobilium vtebantur opera. Hinc *Tacit. lib. 4. annal. cap. 6.* notat, *Mandabatque honores, Nobilitatem maiorum, claritudinem militiæ in lustres, domi artes spectando: vt satis constaret, non alios potiores fuisse.* Idemque *Cassiodor. lib. 8. epist. 16.* inquit: *Similitudinem suorum felix vena custodit: quando pudet delinquere, qui similia nequeunt in suo genere reperire. Hinc est, quòd melius agnoscitur elegisse nobilem, quàm felicem: quia iste commonitus per veterum se facta custodit, ille exemplum non habet, nisi quod fecerit;* & ostendunt verba *ll. partitar. l. 9. tit. 9. & l. 8. quæst. 21. tit. 21. p. 2. & l. 3. tit. 24. p. 2. Para auer verguença de non errar, por non fazer ellos cosas, que cayan en verguença. Cà si de buen linage non fuessen, podria ser, que algunas vegadas non quiessen verguença de fazer cosas, que les estouiesse mal. Bouad. lib. 1. polit. cap. 4. & lib. 4. cap. 2. num. 41. Otal. de nobil. 2. p. cap. 3. num. 3. Hæc nos,* reiterat *Cassiod. lib. 3. epist. 22. exempla sumuntur, semper accedunt; quia magnus verecundia stimulus est laus. Parentum, dùm illis non patimur esse impares, quos gaudemus authores.* Quæ qualitates, &
322 merita habent de Iure talẽ, tantamq; efficacem præsumptionem, vt excludat calumnias omnes, siniſtrasque suspiciones, quæ in contrarium adduci vellent, *Reg. Valenz. cons. 163. num. 51.* quod in suo casu pro Officiali Antuerpiensi perpendebat *Elbertus Leoninus cons. 57. ex n. 13.* quem refert *Rauden. resp. 49. num. 15.* & ante dixerant *Guid. Fulcody in cõsult. ad Inquisitores, quæst. 15. cap. 18. Archid. in cap. vt officium. S. verùm quia, de hæret. lib. 6. Albertin. de agnoscend. assert. quæst. 24. num. 3.* Maximè iunctis pompa propriorum meritorum, quam regale præsidium nuncupat *Cassiodor. lib. 1. epist. 12.* excellenti virtute in gerendis publicis rebus, *l. ad bestias ff. de pœn.* & dixi in *rit. 275.*

n. 24.

Digitized by Google

nu. 24. *lib.* 3. *Elbert. Leoninus* Cancellarius Ducatus Geltriæ, *cit. conſ.* 57. *Syluan. conſ.* 94. & Caroli V. ad rem dictum recenſet *Raudenſ. reſp.* 50. *num.* 664. ac peractę præclaræ vitæ moribus, *Clement.* 1. *de probat. Azeued. conſ.* 17. *num.* 11. *Valenz. conſ.* 163. *nu.* 116. *Granett. de antiquit.* 1. *par. ſect. non mitto, nu.* 27. *Gramm. conſ.* 28. *num.* 4. Omnibus enim in rebus, Iudices quæ grauiores, maioreſque ſunt, quid quiſque voluerit, cogitarit, admiſerit; non ex crimine, ſed ex moribus eius, qui arguitur, eſt ponderandum. Neque enim poteſt quiſquam noſtrum ſubito fingi, neq; cuiuſquam repẽte vita mutari, aùt natura conuerti, inquit *Cicer. in orat. pro Publ. Sylla. Innoc. in cap. cum inuentute, & cap. mandata, de præſcript. cap. in primis* 2. *q.* 1. ibi: *Nec ipſis de eo credendum fuit, ſi vita, & opinio eius talis non extitit*, & iterum indicaui ſupra hoc *rit. ſub nu.* 98. Id quod de Baſſo clamaſſe Populum, teſtatur *Plin. lib.* 4. *epiſt.* 9. his verbis: *Miſſo Senatu Baſſus, magna hominum frequentia, magno clamore, magno gaudio exceptus eſt. Fecerat eum fauorabilem renouata diſcriminum vetus fama, notumque periculis nomen, & in procero corpore mœſta, & ſqualida ſenectus.* Nec non aùd 1. *Reg. cap.* 14. *verſ.* 45. *Dixitque Populus ad Saul: Ergò nè Ionathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſrael? Hoc nefas eſt, viuit Dominus, ſi ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus eſt hodie. Liberauit ergò Populus Ionatham, vt non moreretur.*

Hinc maximoperè commendatur
323 æquiſſima Perſarum lex, aùd quos erat conſtitutum, vt cum quis in iudicio argueretur, aliquid feciſſe contrà leges, etiam ſi liquidò conſtaret, eum culpæ affinem eſſe; non tamen ſtatim condemnaretur; ſed priùs inquireretur diligentiſſimè in omnem eius vitam, & famam, inireturque ratio, plura nè turpitèr, & flagitiosè? an benè, laudabilitèrque geſſiſſet? tunc ſi vincebat turpium numerus, condemnabatur: ſin præponderabant honeſtis turpia, abſoluebatur: cogitabant enim humanarum virium non eſſe, rectum curſum perpetuò tenere, habendos pro bonis viris eos, non qui nunquàm peccarent, ſed qui ſæpiùs honeſtè agerẽt, vt perbellè loquitur *Marquardi in lib.* 2. *de fama, cap.* 10. *ſub nu.* 26. Ob id Nonius Fabius abſoluit Lucanũ militem, aùd ſe acritèr accuſatum, quòd mulieris amore noctu ſæpè in Caſtris vagaretur, dicens, fortitèr tuis, & rectè factis errata condonantur, vt refert *Tiraquell. de pœnis, cauſa* 49. *num.* 6. *Raudenſ. reſp.* 49. *num.* 141. alia nectens.

Propterea à Principe, & Viſitatore
324 cũ res expoſcit, leuia, ac parua diſſimulanda ſunt, ex *Innocent. in cap. cum oportet, gloſ. fin. de accuſat.* notat *Raudenſ. cit. conſ.* 50. *num.* 510. *Afflict. in conſt. lib.* 1. *rub.* 70. *num.* 7. *pag.* 184. Modicum enim, & nihil æquiparantur, *l. illud quoq; §. ſi cuius, de tribut. action. l. minus, de verb. ſign. lo: Theodor. Spreng. in tract. de modic. cap.* 1. *nu.* 2. *cum ſequ.* neque nimis ſcrupulosè eſt agendum cum Magiſtratibus, *Bouadill. in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 59. & 135. *Maſtrill. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 2. Ad hoc enim inter alios diſcipulos Dominus noſter elegit Petrum; qui quaſi infirmus in Fide, eo quòd ter Chriſtum negauit, quamuis poſtea pœnituerit, meliùs cæteris ſciret Chriſtianorum infirmitates curare, eoſque compati, vt ait *Gregorius in Homelia Dominicæ reſurrectionis*, & habetur *in cap. conſiderandum* 50. *diſt.* ac refert *lo: Lopez de Palaçios Ruuios de retent. Regni Nauarræ, p.* 2. §. 3. *pag. mihi* 538. *Detrahendum eſt*, inquit *S. Auguſtinus epiſt.* 10. *ad Bonifacium*, relatus *in cap. vt conſtitueretur* 50. *diſt. aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſeruandis charitas ſincera ſubueniat*, cui ſe ſubſcribit *Lactant. Firmian. lib.* 6. *diuinar. inſtitut. cap.* 14. & quærendę ſunt ignoſcendi cauſæ, non puniendi occaſiones, quod Iudicis conſiderati eſt proprium, *Ammian. Marcel. lib.* 19. *D. Gregor, lib.* 2. *in Iob. cap.* 8.

Aduertant tandèm Viſitatores, quòd
325 licèt data ſit eis facultas procedendi ſummariè, breuitèr, & de plano;

at-

attamen non debent præcipitantèr, & velo leuato procedere; sed lento gradu, & omnem diligentiam adhibere, non vt accusatum, vel inquisitum condemnent, sed vt veritatem inquirant: cum agatur de summa rerum,
326 nẽpè de fama, quę, vt inquit *Petrarc. de remed. vtriusq; fortun. lib. 2. dialog. 25. delicatissima res est, & quæ sæpè rubiginem leuibus contrahit ex causis*, & notat *Reg. Valenz. cons. 163. num. 59. & 67.* maturissimè iudicanda est res, in qua existimationis periculum est, vt clamat *Cicer. pro A. Gesin.* ac tractanda mitissimè, minimeq; arripienda in vtilitatem Fisci, *Alciat. resp. 306.* ex *l. 1. C. de secund. nupt.* & notat *D. D. Hieron. Calà de præmin. M. C. V. cap. 5. nu. 32.* qui memor de nonnullis Magistratibus nostrõ tempore, de quibus supra *num. 283.* exauthoratis, scribit, aliquos Senatores similitèr remotos deinde fuisse restitutos priori loco, apùd *Larream in suis decis. disput. 2. num. 9. Fontanel. decis. 215. & Reg. Sanfelic. in prax. iudic. sext. 3. ex num. 19.* & Regis Diplomatis sub die 25. Iunij 1677. exequuti sub die 19. sequentis mensis Iulij, quibus fuerunt amoti Officiales nostri, exemplaria adseruari penès ipsum attestatur *D. Carolus Rota ad Roncõs. 39. post. n. 5. lib. 1.* Non enim in delictis huius substantiæ, & qualitatis debent subtrahi, aùt denegari diligentiæ opportunæ, & possibiles iustificationes, vt veritas possit clarescere, *Reg. Valenz. cons. 165. num. 3. Non afferamus*, inquit *text. in cap. non afferamus, caus. 24. quæst. 1. stateras dolosas, vbi appendamus, quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro, dicentes, hoc graue est, hoc leue est; sed afferamus Diuinam stateram de Scripturis Sanctis, tanquàm de thesauris Dominicis, & in illa, quid sit grauius? appendamus, Bouadill. lib. 2. politic. cap. 8. num. 32. & 36.* cum Visitatorem monet: *y no le passe por la voluntad pesarle de que el acusado, ò demandado, tenga descargo, defensa, y buon pleyto, por ser alexado de lo que haze, que es bestialidad diabolica, y contra derecho diuino, y humano; en lo qual concurren todos los pecados inmtos.* Seueritatemq; cũ mansuetudine, ità temperare oportet, vt qui naturæ benignitatem contempserint, sentiant aculeos authoritatis. Fronto Senator desiderabat hanc mixturam in Nerua Imperatore, cum diceret: malum esse, Imperatorem habere, sub quo nihil cuique liceat; deteriùs verò eum habere, sub quo omnia omnibus liceret. Themistoclem ferunt, cum legatus ad Andrios venisset, pro concione dicisse, se duobus multipotentibus Numinibus comitatum ad Vrbem accessisse, Suada, & Violentia, *Plut. Themist. Benigni quippè Principis est, non tàm delicta velle punire, quàm tollere; nè aùt acritèr vindicando æstimetur nimius, aùt leuitèr agendo putetur improuidus, Cassiod. variar. lib. 1. epistol. 30.*

Verùm, vt huiusmodi benignitas
327 legum obseruantiam concilier, non dissoluat; illa iustitiæ Administrum sollicitudo vexet, oportet, vt inter aminatis fulgeat virtutum radijs, & inculpatam vitæ famam, ac Sanctissimæ disciplinæ exemplum omnibus præbeat. Hùc omnem aduertat animum, vt hominem exuat, dùm hominibus præest, ad hominum scelera refrænanda; sicq; his virtutibus præditus, quas exquirunt *Callistratus in l. obseruandum est, ff. de Offic. Præsid. Tholos. in commentar. in syntagm. artis mirabil. lib. 4. cap. 7. pag. 218. as pag. 326. cap. 18. Obrect. de iurisd. lib. 3. cap. 23. num. 81. Rein Kin. de regim. secul. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 12. ex num. 6. Scacc. de sentent. & re iudic. gl. 4. quæst. 1. Mastrill. de Magistrat. lib. 2. cap. 1. 2. & 12. Gabriel Aluarez de Velasc.* integro *tract. de Iudice perfecto, Boss. in tit. de Principe ex num. 206. Afflict. in proem. constit. num. 37. fol. 20. & lib. 1. rub. 8. sub num. 3. fol. 47. ac rubr. 45. de Officialib. fol. 122. & rubr. 36. de Offic. Magistrorum*, ac *rubr. 37. nu. 45. fol. 129. & rubr. 41. num. 24. fol. 138. ac rubr. 45. num. 48. in quæst. 2. Quales debeant esse Consiliarij fol. 147.* decem, & septem enumerans requisita, *& rubr. 32. fol. 163. tit. vt*

Of-

Officiales nihil à litigantibus, rubr. 60. pag. 172. rubr. 72. de salario Iudic. fol. 187. & rubr. 93. fol. 123. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 3. §. 5. ex num. 4. Reg. Tap: lib. 2. iur. Regni, rub. de legib. ex num. 9. pag. 83. Scialoya de foro compet. cap. 33. num. 329. & indicat nostra municipalis Sanctio Regis Ferdinandi *in pragm. 2. de officio S. R. C.* Vel ipsas criminum vmbras fugiat, cui extinguendi criminis demandata est prouincia: cum vitia accerrimè persequi minime possit, qui ea sequitur. Proh quàm scrupulosus populi oculus Moderatorum mores spectat! ipso sœpè caligat in lumine, ipsaque in luce maculas fingit; deficiunt sœpè syderа, nemo est, qui defectus aduertat, nemo aspicit, nemo suspicit; sin autem syderum Princeps aliquando deficiat, omnium vultus in Cœlo est, omnium ora extinctum ferè Solem loquuntur. Illud itaque Moderatores curent, quod olim Philosophus quidam iactabat, vt etiam impossibilia sint calumniantium mendacia.

RITVS CCCIX.

ITem, quòd Magistri Actorum, & Subactuarij Magnæ Curiæ non debeant per substitutum seruire, sed personalitèr debeant vacare in exercitio Officiorum ipsorum, non obstantibus quibuscumque literis, & priuilegijs factis, vel inantea faciendis, sub quacumque forma, & expressione verborum.

SVMMARIVM.

1 *Magistri Actorum, & Subactuarij M.C.V. seruire debent personalitèr, & non per substitutum.*
2 *Officialis Baronis vbi abesse potest, eligit sibi Locumtenentem ad dies quindecim tantùm; & quid si longiori tempore ipsum oporteret procul esse?*
3 *Officialis tenetur de culpis, & defectibus Locumtenentis, qui tenetur stare syndicatui eodem tempore cum Capitaneo, à quo deputatus fuit.*
4 *Locumtenens ab Officiali constitutus caret cognitione meri imperij; Secùs verò Locumtenens Baronis.*
5 *Locumtenens in propria Patria, nùm constitui possit ad modicum tempus? edisseritur.*
6 *Ciues in paruis Oppidis Iustitiæ munia valent exercere.*
7 *Locumtenens eligi, aùt relinqui non potest is, qui à principio nequit esse Officialis, vel Assessor.*
8 *Subrogatio cum non sustinetur, neque valet, quod agunt subrogati.*
9 *Ciues agrè ferunt condemnari à Concine.*
10 *Vicarius nequit sibi Vicarium substituere; nisi ex magna causa, & paruo tempore duraturum; aùt ex speciali mandato.*
11 *Cuilibet Officiali prohibitum est deseruire per substitutum.*
12 *Officialis habens facultatem nominandi in officio quemuis haredem, si nominauerit minorem, nùm ille per substitutum deseruire possit?*
13 *Officia non dicuntur concessa cum facultate substituendi, nisi de ea facultate expresè consiet.*
14 *Substituens tenetur de culpis substituti, in officio tamen commissis.*
15 *Officialis ex culpis substituti condemnatus, ab eodem repetere potest id; ad quod mulctatus fuit.*
16 *Procurator inhabilis potest substuere habilem.*
17 *Clausula* Non obstantibus, *quid operetur.*

1 MAndat hic *Ritus*, quòd Magistri Actorum, & Subactuarij M.C. debeant personalitèr seruire, & non per substitutum. Concordat tùm *Ritus* 7. generatim ità disponens de Officialibus; tùm *Ritus* 2. vbi latè scripsi

num.

num. 34. quem locum adducit *Reg. de Philippo dissert. fiscal.* 25. *num.* 29. qui quidem *Ritus* 2. exprimit quosdam, atq; Actuarios inter alios memoratos, eos quippè omnes per alium inseruire posse vetat; de quibus *Ritibus*, præcœteris, memores sunt *Anus meus ad Capyc. decis.* 151. *num.* 1. *in nou. Reg. Tap. lib.* 2. *iur. Regn. tit. de Official. in Reg. constit. pag.* 149. *Nouar. de grauam. Vasall. lib.* 3. *gra.* 94. *num.* 2. *Reg. de Marin. ad Reuert. decis.* 390. *sub num.* 3. alia Iura municipalia nectens.

Officialis autem Baronis vbi abesse
2 potest, eligit sibi Locumtenentem ad dies quindecim tantùm, prout deducitur ex verbis *de Franch. decis.* 98. *in fine*, & aduertit *Vin. decis.* 356. ac decisum indicat *Nouar. cit. loc. num.* 21. quòd si longiori tempore ipsum oporteret procul esse, Baro destinaret Locumtenentem, illeque teneretur cauere de stando syndicatui, ex *Boer. decis.* 152. qui, si culpam in officio commit-
3 tat, non tenebitur Officialis; Vtique tamen si alter ab ipso deputatus, teste *Rouit. prag.* 1. *num.* 54. & 56. *de syndic. Offic.* & nos infra; quin, & eodem tempore, quo Officialis, qui ipsum deputauerat, stare tenetur, ex *prag.* 5. *eod. add. tit.*

Ampliùs Locumtenens constitutus
4 ab Officiali caret cognitione meri imperij, & sic dandi torturam, & similium; non verò ille Baronis, *Rouit. in prag.* 5. *sub num.* 7. *de syndic. Official. de Angelis de Official. Baron. cap.* 117. *n.* 3. memor *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 13. & *Mele ad Gizzarel. decis.* 30. *num.* 29.

Meum prætereà effatum in *Rit.* 63.
5 *num.* 13. quòd Ciuis non possit esse Locumtenens, modici temporis interstitio, in propria Patria, refellit *D. Luca ad Franch. cit. decis.* 98. *num.* 2. quem refert *de Angelis de official. Baron. cap.* 6. *num.* 4. nedùm nixus probatorum Authorum authoritatibus, sed etiam ratione, & necessitate vrgentibus: cum impossibile sit haberi exterum habilem pro modico tempore, pauciſque diebus, & accidente subitanea vacatione, sine Iustitiæ Administro Oppidum remaneret. At minimè aduertit
6 *D. Luca*, quòd id ipsum ego asserui inquiens, licere in subsidium eligere Ciuem, si alienigena non existat, vel non sine maximo sumptu; potissimùm in paruis Oppidis, vt notaui *in Rit.* 2. *num.* 49. & *cit. rit.* 63. *num.* 15. & 16. quem locum referunt *D. Reg. de Philippo dissert. fiscal.* 29. *nu.* 151. *D. Scoppa in Menexen. de Reip. regim.* §. 14. *num.* 82. & probat paritèr *Danza de pugna DD. lib.* 1. *tit. de officio Actuar. cap.* 1. *nu.* 20. memor *Aui mei ad Gramm. decis.* 34. *num.* 28. Hinc etiam veritati innititur
7 axioma, quòd Locumtenens eligi, aùt relinqui non potest is, qui à principio nequit esse Officialis, vel Assessor; proinde Iudex, vel Assessor recedens ab officio ad certum tempus, non potest loco sui eligere Aduocatum eiusdem loci, vel Prouincialem, qui prohibetur à principio assidere in propria Patria, vel Prouincia, *Bald.* (quem laudaui *in cit. rit.* 63.) ex *illo text. in Auth. parabolanos*, C. *de Episcop. & Cleric.* vbi notat, id facere contrà Iudices, & Assessores Iustitiariorum Regni, qui discedentes de Prouincia, & reuertentes Domum, subrogant loco sui vnum de Aduocatis eiusdem Prouinciæ, qui à principio esse non potuit, *l.* 3 *ff. de Assessor.* ideòq;
8 cum subrogatio non sustineatur, neq; valebit, quod agunt subrogati, adducitque *Bartholomæum de Capua*, & vtroque casu magni, paruique temporis, eadem militat ratio: quia aùt nimia indulgentia Ciuibus parceret, aùt veteri odio, præter morem, castigaret, *Foller. in prax. crim.* §. *suadeant se ornatè, num.* 4. *Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius*, & cœteri apùd *Nouar. decis.* 54. *num.* 2. *Borrell. de Magistrat. edict. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. *Capiblanc. in prag.* 5. *de Baron. num.* 16. Imò Ciues ægrè
9 ferunt à Conciue condemnari; sed malùt ab extero Officiale puniri, quàm à compatriota absolui, *Mastrill. de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. præterquamquòd difficilè illi parerent, *Borrell. & alij* ab eo laudati *cit. loc.* & in casu subitaneo graui non præberetur op-

Digitized by Google

opportuna prouidentia.

Vicarius etiam sibi Vicarium sub-
10 stituere nequit, *cap. Clericos, de offic. Vicarij*, nisi tamen ex magna causa, & paruo tẽpore duraturum, *Abb. in eod. cap. Clericos*, ac nisi habuerit specificum mandatum substituendi, *Rota decis. 4. de offic. Vicar. in nouis.* Quibus tamen in casibus valeat nè substitutus explere requirentia speciale mandatum? explicat *Rebuff. in prax. rubr. de form. Vicariat. num. 81.*

Cœterùm veritate nititur genera-
11 lis regula, quòd cuilibet Officiali prohibitum sit per substitutum deseruire, constituta, tùm Iure Ciuili, tùm Canonico, & Regni, vt diximus in *ritu 2. num. 34.* & notant *Thom. Mier. 1. par. coll. 6. cap. 2. de ambit. num. 7. Gabr. Berar. in specul. visit. cap. 25. ex nu. 99. Paul. Zamar de offic. Indic. & Aduocat. p. 1. quæst. 24. à num. 76. Menoch. de arbitr. quæst. 54. Capyc. decis. 15. Paris de syndic. verbo an substitutus, Reg. de Ponte decis. 28. ex nu. 45. Reg. Constant. in l. qui nexu, à num. 6. C. de Cur. lib. 10. Reg. de Marin. ad Reuert. cit. loc.*

12 dispungens quæstionem, si Officialis, qui facultatem habet nominandi, sibi in officio, quemuis hæredem, aliquem nominauerit, qui esset in minori ætate constitutus, nùm minor sic nominatus, ex quo inhabilis ad officium illud exercendum, valeat, minori ætate durante, per substitutum deseruire? Ad quam etiam rem *Reg. de Philippo dissert. fiscal. 4. 25. & 31.*

Hinc officia non posse concedi cum
13 facultate substituendi, mandat *prag. 2. de offic. Iudic. §. 12.* & si fuerit impartita facultas, constitui debeant substituti sufficientes, & idonei, vt statuit eadem *prag.* quam memorat *Reg. Reuert.* & ibi *Reg. de Marin. decis. 206. Rocc. tom. 2. respons. 100. nu. 6. Staiban. in cit. obseruat. ad resolut. 34. tom. 1.* & de Iuri communi *Gratian. discept. 395. num. 4. Mugnoz. de Escobar. de ratiocin. administr. cap. 30. ex num. 31. Nouar. add. grau. 94. num. 24.* De qua facultate expressè constare debet: cum in dubio vllo modo data censeatur, *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 10. de potest. instituend. in offic. num. 2.* ipsaque
14 substituendi concessa potestate, tenetur substituens de substituti culpis, ex *l. 2. de peric. nominat. lib. 11. Tasson. de antefat. vers. 3. obseruat. 4. in alleg. 138. Staiban. cit. loc. ex num. 4. Hieronym. Caim. de reg. visit.* manuscript. *artic. 13.* non verò de culpis, & defectibus extra officium pœna corporali, *Reg. Reuert.* & ibi *de Marin. decis. 530.* idem *de Marin. ad Reuert. decis. 206. num. 5. Reg. Rouit. cons. 87. sub num. 4. lib. 1. & decis. 79. ante num. 1. Montan. de regal. offic. num. 76. circ. fin. vers. cum igitur, Amicangel. de regal. offic. quæst. 7. num. 21. Reg. de Philippo dissert. fiscal. 14. nu. 50. Rota ad Rouit. cons. 85. vers. ipse verò lib. 1.*

Officialis autem condemnatus ex
15 culpis substituti, ab eodem repetere potest, vel de eius salario retinere id, ad quod fuit mulctatus, dummodò fraudis haud fuerit particeps, *Bart. in l. ex facto, ff. de negot. gest. Reg. de Philippo cit. dissert. 14. num. 50.* alia notabilia adnectens, ad quod ipsum incurrere facit scientia fraudis, *Paris, & Zamar. cit. in locis, Staiban. memor. obser. 34. num. 9.* inquirens *num. 13.* an Pro-
16 curatori inhabili licitum sit substituere habilem? & affirmatiuè decisum attestatur.

Isthæc insuper clausula, de qua in
17 *Ritu*: *Non obstantibus*, conualidat dispositionem eiusdem *Ritus*, non autem literas in eo memoratas, quandoquidem ad effectum inualidandi, adiuncta verba habere oporteret, quæ conualidarent, *Gemin. cons. 115. sub n. 8.* Reliqua autem spectantia ad præfatam clausulam, edisserat *Tuschus concluſ. 348. & 349. lit. C.*

RITVS CCCX.

ITem Iudices Magnæ Curiæ, tempore prolationis sententiæ, debeant taxare expensas, & condemnare, & non reseruare

re earũ taxationem in futurum, & ità obseruatur per omnes Curias, prout antiquitùs solitum erat fieri, & etiam consuetum.

SVMMARIVM.

1 *Victus in sententia condemnatur in expensis, reseruata illarum liquidatione.*
2 *Taxatio expensarum prohibita est in sentẽtia, non item earum condẽnatio.*
3 *Forma, & modus attendendus in taxatione exẽpsarũ, traditur remissiuè.*
4 *Munera Aduocatorum nùm attendantur in taxatione expensarum.*
5 *Taxatio expensarum cui commiti soleat.*
6 *Pars citanda est in taxatione expensarum, & ab ea appellari potest.*
7 *Taxa expensarum nùm fieri valeat appellatione pendente?*
8 *Iudex an valeat post sententiam ad expensas condemnare?*
9 *Bona condemnati ad expensas à quo tempore hypothecata sint?*
10 *Expensa si petita non fuerint, an peti possint post sententiam?*
11 *Assertum, vt condemnatio expensarum non procedat, quando saltim duorum Doctorum consilia adsint, qualitèr intelligendum sit?*
12 *Consilia Aduocatorum causa ab expensis non excusant.*
13 *Benè tamen excusant consilia aliorum Doctorum, qui non sunt in ea causa Aduocati; dummodò eis cum eruditione coniuncta sit conscientiæ integritas.*
14 *Condemnatio expensarum remittitur eis, qui lites in infinitum protrahere solent, si sententiæ acquieuerint.*

1 DE huiusmodi expensis fatur *Ritus* 297. alterque 298. sed iste rem sanxit, quam vetusto vsu cõprobatam asserit. Hisce autem nostris temporibus contradicentem vigere scimus, quo in sententia condemnari solet victus in expensis, reseruata illarum liquidatione, cuius etiam meminit *Muscatell. in sua prax. S. C. lib. 1. part. 7. glos. condemnando, sub num. 95.* Qui verò explicaret verbum illud in *Ritu* positum, scilicèt, *taxationem*, & legeret, *condemnationem*, fortasse non diuinaret. Iure siquidem in sententia
2 prohibetur taxatio, non autem condemnatio expensarum, *Mynsinger. singul. obseru. cent. 1. obser. 1. Grauat. ad Vest. in prax. Roman. lib. 8. cap. 2. nu. 23. Carrab. in tract. de syndic. part. 2. n. 134. & singul. 69. Thesaur. decis. 67. ex n. 1.* quin, & Ius Regni in *prag. 1. de expensis*, vbi præsertim *Troys. num. 6.* condemnationem, vel absolutionem expensarum fieri mandat in sententia.

Formam autem, & modum attendendum in illarum taxatione, præ-
3 scribunt *Rebuff. in constit. Franc. rubr. de expensis, artic. 7. num. 8. Plot. in l. si quoniam, C. vnde vi, §. 38. num. 4. Gaill. pract. obseru. lib. 2. obseru. 102. num. 11. Couarr. pract. qq. cap. 27. num. 6. Vrsill. decis. 70. num. 4. Grauat. ad Vestr. lib. 8. cap. vlt. num. 36. Reg. Ronit. cit. prag. 1. num. 36. Carrabb. mem. loc. num. 137. Thor. p. 1. vot. 28. & vot. 33.* & an attendantur munera Aduocatorum? *Thesaur. cit. loc. Gail. lib. 2. pract. obseru. 151. Reg. Sanfelic. in prax. indic. sect. 38. nu. 7.* & diximus *cit. in rit.* lato sermone; omnemque expensarum, earumque
4 taxationis materiam succinctè explicat *Campanil. in rit. Cur. Archiep. 4. à num. 12.* Addo tamen, eiusmodi taxationem committi solere Notario, seù Actuario, & Scribæ causæ, vt inquit *Flam. Chartar. decis. Rotæ Genuens. 28. num. 1.* & nos obseruamus, *Reg. Sanfelic. add. sect. 38. num. 6.* Ta-
6 xa autem antequàm fiat, citanda est pars, *Boer. decis. 286. num. 6. Bellac. vbi sup. num. 57. Tiraquell. in tract. res inter alios acta, fol. 26. in magnis, vers. limita decimo septimo, Muscat. loc. cit. nu. 97. Marant. in singul. verb. taxatio*, qua de re *R. Sanfelic. cit. sect. 38. num. 3.* & ab ea potest appellari, ac suspenditur exequutio, currítque tempus à die

no-

Digitized by Google

notificationis, *Muscatell. ibidem num.* 98. *& in eadem prax. lib.* 2. *part.* 1. *glos.*
7 *potest.* Nùm autem possint taxari pendente appellatione? *Anna* pertractat *singul.* 31. ac 275. & ibi eius *Filius in nouiss. addit. pag.* 255.

Iudex verò an post sententiam va-
8 leat condemnare ad expensas? quidue si debeantur vigore contractus? scripsi *cit. in rit.* 297. *num.* 102. Verùm (notandum) quòd bona condemnati ad
9 expensas, damna, & interesse, sunt hypothecata ex tempore contractus, non ex tempore sententiæ, quæ nouam non inducit obligationem; sed declarat, à tempore contractus eam extitisse, *Franc. Hotom. cõs.* 132. Quid-
10 ue si expensæ non fuerint petitæ, an peti possint post sententiam, vel transactionem? *Alex. Trentacinq.* latè *lib.* 2. *var. resol. tit. de expens. resol.* 1. *Reg. Sanfelic. in cit. prax. sect.* 61. *num.* 3. Et quòd liceat Iudici condemnare ad fructus rei, etiam non petitos, notant *Cappell. Tholosan. decis.* 194. *Guid. Pap. decis.* 405. *Ann. cit. singul.* 275. *Surd.* latè declarans *cons.* 295. *nn.* 15. *lib.* 2. *Marsil. singul.* 629. *Castill. controu. iur. lib.* 5. *p.* 2. *cap.* 135. *ex nu.* 8. *Andreol. controu.* 135. *num.* 19. *Consil. Hodier. ad Surd. decis.* 69.

Pro coronide duo notanda veniunt.
11 Alterum, quòd assertum, ab expensarum condemnatione excusari, quando saltèm duorum Doctorum consilia adsint, vt apùd *Ias. in l. properandum*, §. *sin autem alterutra*, *num.* 8. ex illo *tex.* vbi *Sichard. C. de iudic. Bal. in l. iuris ignorantiam*, *q.* 2. *C. qui admit. ad bonor. possess. Gaill. lib.* 1. *obser.* 152. intelligit *Capolla in l. si quis sit fugitiuus*, §. *apùd Labeonẽ*, *n.* 12. *ff. de adil. edic.*
12 procedit, si nõ sint consilia Aduocatorum causæ, propterea quòd eorum cõsilia propter affectionem, quam habent ad causam, ab expensis excusare non debent, ex *Angel.* per *text. in l. terminato*, *C. de fruct. & lit. expens.* qui voluit, vt inquit ipse, quòd assertio suorum Aduocatorum propter affectionem particularem iustam litigandi causam non præbet, *arg. l. si*, *ff. de testib.*

13 consilia verò aliorum Doctorum, qui non sunt Aduocati, omninò præbere, ex *text. in d.* §. *apùd Labeonem*, & in *l. pignus*, *C. de pign. act.* argumento eorum, quæ notantur in *l. in bonorum*, *ff. de bonor. possess.* & nectit videndum *Mattheslla in notabili* 82. qua de re *Asin. in prax. iudic.* §. 32. *per tot.* præsertim *verb. Principaliter limitatur regula*, *cum seq.* Quod tamen procedere aduertit post *Fulgos. in cit. l. Iuris ignorantiam*, *Tiraq. in tract. de pœn. temper. caus.* 51. *num.* 102. *& Arumeum lib.* 1. *decis. Ienens.* 9. *num.* 24. *Eberharn. Speckan quæst. iuris*, *cent.* 3. *class.* 3. *quæst.* 22. *ex num.* 2. *pag.* 1041. si in Doctoribus istis consulentibus cum eruditione coniuncta sit conscientiæ integritas: nam absque hac, sola scientia, ad excusandum ab expensis, non sufficeret, cum nihil hoc tempore faciliùs sit, quo Iuris Consulti titulus nummis, etiam in Accademijs, comparari, & Doctorellorum infinitus sit numerus, quàm Doctoris vnius, & alterius consilium, nummis elicere. Doctor enim ab alijs Doctoribus corruptis promotus, non habet priuilegium, *Rebuff.* qui ex eo notat *in l. Athletis*, *num.* 2. *C. de Athlet. lib.* 10. Imò non dicitur Doctor, *Bart. in l. Athleti*, *ff. de excusat. tutor. Additio ad Rebuff. lit. B.*

Alterum, quòd condemnatio expen-
14 sarum remittitur eis, qui solent protrahere lites in infinitum, si sententiæ acquieuerint, *Mastrill. decis.* 166. *in princ. Fontanell. decis.* 95. *num.* 24. *Baron. de effect. minor. at at. effec.* 23. *nu.* 25. *pag.* 207.

RITVS CCCXI.

ITem, quòd actorum Notarij nihil exigere debeant pro scriptura sententiarum. Item pro copijs processuum, & aliarum scripturarum recipiendarum ex actis Curiæ, soluatur tarenus vnus auri: videlicèt pro singulis cartis oc-

Digitized by Google

to, & quòd quælibet facies dictarum cartarum contineat virgulos. 25. & quòd quilibet virgulus decem contineat partes. Et insupèr volentes cum eisdem Vniuersitatibus,& hominibus præfatæ Ciuitatis nostræ Neapolitanæ, ad supplicationes eorum, & petitionem gratiosiùs agere: earum tenore præsentium de dicta nostra certa scientia decernimus, statuimus, volumus, & mandamus,quòd nulla Curia Ciuitatis Neapolitanæ, tàm scilicèt Magna Curia Domini Magistri Iustitiarij Regni Siciliæ, seù eius Locumtenentis, ac Regentis Curiam Vicariæ, quàm Capitaneorum, vel aliorum Officialium habentium merum, & mistum imperium, cum gladij potestate, de homicidio, & de damnis clandestinis contrà Vniuersitatem, & homines dictæ Ciuitatis Neapolitanæ, ad pœnam, & damni satisfactionem damnum passo à malefactore procedere possint, sed cõtrà eumdem malefactorem, secundùm Iura communia Regni, & Constit.& Capitula. Statuentes etiam insuper, & decernentes, earundem tenore præsentium de dicta certa nostra scientia, quòd nulla Curiarum prædictarum dictæ Ciuitatis Neapolitanæ,ex officio procedere possit de verbis iniuriosis ad denunciationem partis, sed per libellum accusatorium, institutum secundùm Constit. Regni, & Iura cõmunia procedere debeat,atque possit; in alijs verò criminibus, & delictis dicta Magna Curia Vicariæ procedere possit, & valeat,non ex mero officio; sed ad denunciationem partis,exceptis dumtaxàt criminibus, & delictis, vbi imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aùt membri abscissio: in quibus quidem casibus per ipsam Magnam Curiam procedatur, secundùm Iura communia Regni, Constitutiones, & Capitula: Curia autem prædicti Capitanei Ciuitatis nostræ Neapolitanę procedendo in criminalibus, & delictis contrà quoslibet,per omnia seruent Iura communia Regni, Constitutiones, & Capitula; Ritibus, obseruantijs, priuilegijs, literis, & rescriptis quibuscumq; præsentibus forte contrarijs, sub quacumque forma, & expressione verborum, etiam si de illis præsentibus esset specialis mentio facienda: quibus in quantum præsentibus refragantur tenore præsentium, & de dicta nostra scientia totalitèr derogamus, non obstantibus quoquo modo; mandantes propterea præfatis Vniuersis, & singulis alijs nostris Officialibus maioribus, & minoribus quocumque nomine nuncupatis, ac officio, & iurisdictione tangentibus, eorumque Locumtenentibus vbilibet in toto Regno Siciliæ,& præsertim in Prouincia Terrę Laboris, præfataque nostra Ciuitate Neapolitana præsentibus, & futuris, ad quos spectat, & spectabit,quatenus forma præfatarum literarum, & priuilegiorum præfatorum Regiarum, & Regiorum prædecessorum nostrorum de præfatis franchitijs, priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus eisdem Vniuersitati, & hominibus, (vt prędfertur,) concessarum, & concessorum,ac præsentium nostrarum literarum per eos,& eorum quemlibet diligentèr attenta,nec non, & attentis præfatis Consuetudinibus, Statutis, & Obseruantijs, & Capitulis antiquis, illas, & illa ipsi, & quilibet eorum: officiorum suorum temporibus eisdem Vniuersitati,& hominibus

præ-

Digitized by Google

præfatæ Ciuitatis nostræ Neapolitanæ eodem modo, quo in ipsarum, & illorum possessione, seù quasi ad præsens existunt: nec non, & præfatas omnes alias concessiones, & priuilegia præsentibus nostris literis expressas, & declaratas obseruent inuiolabiliter, obseruare, & obseruari facere: sicut habent gratiam nostram charam, & beniuolam: nec contrà faciant præsentes, si prædicti, & ipsorum quilibet indignationem cupiunt euitare: eisdem eadem scientia certa nostrà, ac sub fidelitate earum tenore presentium similitèr, & bona fide eiusdem Vniuersitati verbo, & fide Regalibus, pureque sub nostra concessione ad omnem ipsorum de huiusmodi nostra confirmatione intime pro eisdem requisitionem, & voluntatem Vniuersitatis, & hominum, seù per præsentes literas præsentibus similes, bulla aurei, fieri facere mandare nostras lucidas, seù laudandas, in cuius rei testimonium præsentes literas exinde fieri fecimus, magno nostro pendenti sigillo iussimus communiri, quas pro validiori robore earum, dedimus, & subscripsimus propria manu nostra: Ritu, & obseruantia nostræ Curiæ contrario non obstante. Dat. in Castro Nouo Neapo. per manus nostræ prædictæ Ioannæ Secundæ Reginæ, Anno Domini, M.CCCCXX. die 19. mensis Ianuarij. 12. indi. Regnorum nostrum. Anno 6.

SVMMARIVM.

1 *Actuarij pro scripturis sententiarum aliquid recipere non debent, ex dispositione præsentis* Ritus, *& antiquitùs Neapolitani erant etiam immunes.*

2 *Alitèr hodie seruatur, & quare.*

3 *Actuariorum auiditas detestatur.*

4 *Prouerbium*: Est Actuarius, ergò latro, *ex quo ortum habuit, vbi nonnulla ad rem annotantur.*

5 *Argumentum*: Est Sartor, ergò latro, *validum est, & extèditur ad Colonos, ad Custodes agrorum, & portarum, ad Custodes equorum, ad Gabellotos, & ad seruos.*

6 *Id ipsum protelatur ad AErarios, qui furari præsumuntur decimam partem illorum, quæ dantur Dominis suis.*

7 *Prouerbium adductum contrà Actuarios, tangit tantùm mores, qui si mali, deteriscunt; si autem boni sint, augent gloriam: & extolluntur Actuarij nostrorum Tribunalium.*

8 *Magistri actorum S. R. C. in processionibus, & alijs actibus publicis, in quibus Spectabilem eiusdem S. C. Præsidem concomitantur, vnà cum suo Tribunali, Regiorumque Consiliariorum Senatu, præcedunt Notarios ad eamdem concomitantiam vocatos.*

9 *Magistri actorum vocantur Officiales.*

10 *Officium Magistri actorum S. R. C. datur à Serenissimo nostro Rege; Officium verò Notariatus confertur à Prothonotario.*

11 *Magistri actorum S. R. C. dici possunt Secretarij Regis, & de corpore eiusdem S. R. C.*

12 *Magistri actorum S. R. C. consequuntur Nobilitatem, ac dignitatem acquirunt.*

13 *Iudex non potest de per se acta conscribere, vel alia exercere.*

14 *Sententia non authenticata ab Actuario nulla est.*

15 *Magistri actorum S. R. C. non possunt, prout cæteri Actuarij, solo iuramento allegari suspecti; sed requiritur probatio causæ.*

16 *Dignitates duæ cum penès vnum residunt, non confunduntur, & ità separatè penès vnum manent, ac si forent penès duos.*

17 *Præsidens S. C. præcedit Viceprothonotarium.*

18 *Quæstio præcedentia inter Magistros actorum S. R. C. & Notarios, non adhùc est absoluta, & proinde alternis*

in-

interim vicibus vti possent.

19 *Notarius, & actorum Magister synonima sunt.*

20 *Officium tàm Notarij, quàm actorum Magistri, plenum est decore, atque fide.*

21 *Adducta quæstioni præcedentia in processionibus, aliisque publicis actionibus, qualitèr etiam finis imponi possit?*

22 *Rationales Regiæ Cameræ Summariæ in publicis actionibus, an præcedant Iudices M.C.V.*

23 *Rationales R.C.S. sunt partes integrales eiusdem Tribunalis, & habent iurisdictionalem administrationem, nedùm in proponendo, sed etiam in sententiando per proprium eorum votum decisiuum.*

24 *Iudices M. C. V. in cunctis actionibus semper præcesserũt Rationales R.C.S.*

25 *Possessio inspicienda est, potissimùm in re ad præcedentiam spectante.*

26 *Iudices M.C.V. in toto Regno sunt ordinarij.*

27 *Quid determinatum in proposita præcedentiæ quæstione.*

28 *Priuilegio quò ad damna clandestina Ciuitati Neapolis elargito, an potiantur Vniuersitates Regni?*

29 *Vniuersitas contribuendo Barricellis nùm eximatur pro damnis clandestinis, tàm à pœna Curiæ, quàm ab interesse partis læsæ?*

30 *De consuetudine publicantur banna, quibus interdicitùr, nè quis intret prædium alicuius.*

31 *Syndici denunciare tenentur delicta in proprio territorio patrata.*

32 *Iniuria quadrifariè infligi potest, & committitur, quando aliquid contrà ius alterius patratur.*

33 *Querelans pro verbis iniuriosis porrigere debet libellum, neque ex officio procedi potest; & quid, cum iniuria verbalis est atrox?*

34 *Querela iniuriarum exposita, si accusator desistat, vel remittat, nùm valeat inde Iudex ad vlteriora procedere? recensentur contraria sententiæ.*

35 *Sed distinctione conciliantur.*

36 *Quam distinctionem obumbrantes diluuntur.*

37 *Iudex in causa adulterij nùm ex officio procedere possit?*

38 *Crimen adulterij est crimen detestabile, & grauissimum.*

39 *Iudex habita partis remissione ante litis contestationem, ampliùs procedere non potest.*

40 *In accusationibus sola facti veritate proceditur, & proinde Iudex in iudicio supplere debet.*

41 *Iniuria cum non est atrox, & pars remittit ante litem contestatam, Iudex procedere non debet.*

42 *Fiscus nũm statim acquirat ius porrecta querela? & quid in delictis, in quibus adest confiscationis bonorum mulcta apposita?*

43 *Iniuria alia est atrox, alia enormis, aliaque leuis, & discrimen recipiunt ratione facti, loci, aùt personæ.*

44 *Iniuria atrox est, si fiat Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis, ibiq; alia quamplura ad rem nectuntur.*

45 *Iniuria atrox reputatur, quæ facta fuit in Ecclesia.*

46 *Iniuria illata Vxori, vel sponsæ, censetur inflicta Viro, vel sponso.*

47 *Iniuria an fiat, si Episcopo non detur titulus Illustrissimi, sed tantùm Reuerendissimi.*

48 *Quomodo multetur iniuriam inferens suo Principi maledicendo?*

49 *Princeps clementiam exercere in hoc debet, & nonnulla notantur.*

50 *Criminis læsæ Maiestatis materiam* Author *scripsit in* Ritu 274. tom. 3. *& hic multa adnotauit.*

51 *Scripsit* Author *in delatione nominis* D. Iosephi Francoperta Principis Cosoleti, *omnem criminis suspicionem diluens, & responsum ab eo, vti eius Aduocato, ordine* Excell. Pro-Regis *editum, rescribitur.*

52 *Crimen læsæ Maiestatis est facinus omnium teterrimum, & nulli sceleri secundum, ac quàm fœdissimum sit hoc flagitium? demonstratur.*

53 *Iura quàm accerrimè inuehunt in hoc crimen, tàm est Iudicibus norma, nè venerationem Maiestate deferendam hac suppliciorum acerbitate ostendant.*

54 Im-

Digitized by Google

54 *Imperatores licèt sanxerint, vt nemo intercedat pro Reis læsæ Maiestatis; nostri tamen Reges, & Administros, & Patronos huiusmodi crimine postulatis indulserunt.*

55 *Id ipsum effecit huius Regni Pro-Rex in celebri causa, cuius facti series recensetur.*

56 *Veritas nullius machinis subuerti potest, & licèt in causis nullum patronum, aùt defensorem obtineat; tamen per se ipsa defenditur.*

57 *Damnatus nùm veniat audiendus, si dicat, se habere, quod Principi referat.*

58 *Delatio, vel depositio damnati vltimo supplicio suspectissima est, & adeò, vt de ea, nec etiam pro detegenda alicuius innocentia, habenda ratio est.*

59 *Confessio eius, qui est morti traditus, nullus facit indicium.*

60 *Impunitas est de Supremis Regalijs Principis, nec in inferiori Administro præsumitur; & cum in eo hac adest potestas, in quibus improbis intelligenda sit?*

61 *Denunciatio, quæ de Iure non erat admittenda, si de facto admissa fuerit, nullum facit indicium.*

62 *Delatores sunt hominum pessimum genus, & publico exitio reperti.*

63 *Delator non potest esse testis, & eius depositio nullius roboris est, nullaque prorsùs fide digna.*

64 *Testis primus absque quærela examinatus nullam fidem facit.*

65 *Socio criminis nulla fides præstatur, & socius criminis est, qui non reuelauit extemplò.*

66 *Iura eadem pœna plectunt non reuelantem crimen, quàm Reum ipsum.*

67 *Confessio socij criminis quando faciat indicium ad inquirendum.*

68 *Reuelans crimen propter impunitatem à Iudice sibi promissam, dicitur corruptus, & propterea non probat contrà socios, quos nominat.*

69 *Periurus non probat, etiam in crimine læsæ Maiestatis.*

70 *Falsus in vna re, in omnibus censetur falsus.*

71 *Testimonium criminosi reprobatur, siue in criminali, siue in ciuili causa, si in ipso crimine perseueret.*

72 *Veritas, quæ semper est sibi consona, sicuti malignantium calliditate obscurari nequit omninò; ità falsitas tegi omninò nequit, quin appareat.*

73 *Paupertas non rarò vrget ad patrandas res indignas; & sceleri procliuis est egestas; ac lucri causa periurium facilè admittit.*

74 *Egeni non sunt creandi Ciuitatum defensores.*

75 *Testis si vilissimus sit, & nimis obscurus, integræ fidei non censetur; & quanam persona dicatur vilis.*

76 *Rusticus est diminutæ fidei, & suaptè natura, versutus, arrogans, & vltionis cupidus; vnde eorum testimonium irritum dicitur, tàm in causa ciuili, quàm criminali.*

77 *Crimen læsæ Maiestatis non minus quinque testibus probatur, qui tamen esse debent summæ, atque integræ opinionis, ex* Henrici Imperatoris Cõstitutione in cap. 1. tit. quot testes sint necessarij ad prob. feud. ingrat. *quam communi Doctorum calculo approbatam esse fundatur.*

78 *Probatio in crimine læsæ Maiestatis clarior, & certior esse debet.*

79 *Testes, qui in cæteris criminibus repelluntur, in odium tamen criminis læsæ Maiestatis admittuntur quò ad inquirendum, secùs verò ad pœnam inferendam; & ad probandum indicia, & adminicula, testes omni exceptione maiores requiruntur.*

80 *Credendum de facili minime est id, quod facilè fieri non est credendum.*

81 *Proditio non committitur, nisi in inuisum.*

82 *Fides nulla præstanda est deferenti inueri similia, etiam si testes plures sint.*

83 *Verisimilitudo tantùm præsumptiones parit.*

84 *Inimicus ingitèr struit insidias inimico; & odium, quò magis includitur, eò pestifero magis impetu repentè erumpit.*

85 *Inimicus nedùm nequit esse testis, sed etiam ab accusando arcetur, quamuis de-*

Digitized by Google

delictum, quod defert, atrox sit, & læsa Maiestatis.

86 *Serui sunt naturaliter inimici Dominorum, & proinde accusare non valent.*

87 *Maximè cum electi sunt: nàm electio inimicitiam, etiam capitalem progignit.*

88 *Particeps criminis de se confessus interrogari de socijs quando possit, & quando secus.*

89 *Testis, qui alioquin esset habilis, si plures habeat ineptitudines, prorsùs reijcitur à testimonio, etiam si propter singulas repelli minime posset; & duo defectus in testem sufficiunt.*

90 *Testis habens plures ineptitudines à tortura non detergitur.*

91 *Inuerisimile dicitur, quod non conuenit cum natura, vt si testis dicat, se aliquid audiuisse, quod vt plurimum coràm multis dici non solet.*

92 *Delatori quicquam temerè non est credendum, sed sedulò perpendenda res est, antequàm delationi fides præstetur.*

93 *Testibus quanta fides habenda sit? Iudicis arbitrio repositum est.*

94 *Nemo tenetur ad alienum delictum, vel Reum exhibendum; & nùm pater feudatarius cogatur exhibere filium Maiestatis crimine pollutum.*

95 *Statutum, quo cauetur, vt quis alterum sistere teneatur, qualiter intelligatur.*

96 *Metus carceris, vel calumniantium perfidia constantes etiam viros deterrit.*

97 *Nobilitas* Familiæ Francopertæ, *eiusque origo summè describitur.*

98 *Gesta maiorum laudabilia vrgent, atq; impellunt posteros ad vitam cum laude traducendam.*

99 *Præsentia ex præteritis mentiuntur; & habitus ex frequentatis actibus acquisitus, est qualitas, qua difficilè mouetur.*

100 *Vita vniuscuiusque attendenda est, ex quo illa gestorum testis est.*

101 *Natura mortalibus insitum est, recentem aliorum fælicitatem ægris oculis introspicere.*

102 *Reus vnde sic dictus sit?*

103 *Conscientia bona prodire vult, & conspici; & innocentiæ argumentum est, potuisse fugere, nec fugisse.*

104 *Iura sicuti contrà fugientes, præsumptionem constituunt: ità & non fugientium innocentiam indicant.*

105 *Veritas, atque æquitas summoperè attendenda est, præsertim in Consistorio Principis.*

106 *Respublica fælix est, in qua Principis causa sunt deterioris conditionis.*

107 *Simplex captura pro crimine læsæ Maiestatis notam infert.*

108 *Exitus memoratæ causæ enarratur.*

109 *Epistolium, seù Vilectum Pro-Regis, quo Author fuit electus generalis Aduocatus Reorum in lancea Status, rescribitur.*

110 *Iniuria facta Magistratui pœna graui mulctanda est.*

111 *Quæ pœna puniendus sit, qui Principi libellum contrà Magistratum porrexit, falsos producendo testes.*

112 *Pœna calumniæ an sit capitalis?*

113 *Pœna talionis est sublata; Anne tamen si locum obtineret, requireretur iuramentum ad ipsius talionis pœnã? quidue si similitudo supplicij non esset pœna capitalis? & quæ sit pœna falsi?*

114 *Pœna calumniæ an sit abrogata? subtiliter disseritur.*

115 *Nonnulla recensentur conclusiones* ab *Episcopo* Alphonso Testato *cõstituta in huiusmodi pœna talionis materia.*

116 *Lex duodecim Tabularum quid de ea disponat?*

117 *Inscriptio non requiritur, quando Princeps aditur.*

118 *Similitudo supplicij non exquiritur.*

119 *Honor præfertur Vitæ.*

120 *Enarrantur DD. casus, in quibus concurrentibus circumstantijs impositura in Magistratum fuit pœna capitalis.*

121 *Præter à DD. rescriptos, duo enunciantur, temporibus nostris in praxi deducti.*

122 *Offendens Consiliarium læsæ Maiestatis crimen in primo capite perpetrat, etiam si priuato odio, & non intuitu officij.*

123 *Id quod* Regina Ioanna *sanciuit ob mortem* Andreæ de Isernia, *qui per-*

peram

Digitized by Google

peram Ioannis de Isernia *nuncupatur à* Tassone.

124 *Opinio* Gloss. in §. iniuria, Inst. de iniur. *de pœna capitali vera est, quando inquisitus consueuit similia facere. Furtum reiteratum pœna mortis punitur, licèt quodlibet de per se non sit tali pœna dignum, & expenditur* Cap. Regn. Ad hoc, de furt.

125 *Pœnæ omnes sunt arbitrariæ penès Principem; eoque consulto Iudex delegatus arbitratur pœnam capitalem.*

126 *Aduocati enomentes maledicta, murmurationes, derisiones, & similia, acritèr mulctantur.*

127 *Aduocatus tuens pro veritate nulli parcere debet, dummodò agat omni modestia, ad intellectum* text. in l. quisquis, C. de postul.

Aduocatus si protulerit verba iniuriosa contrà Officialem, tenetur actione iniuriarum, & remouendus est à limine iudiciorum.

128 *Omnes exempti, etiam Clerici, reuerentiam debent Magistratibus.*

129 *Magistratus remittere non potest iniuriam sibi illatam. Sic Iurati, ac Consules remittere non valent iniurias Vniuersitati inflictas.*

130 *Reuerentia debetur Officiali, etiam si dumtaxàt electus fuerit, & non admissus; aùt si iam nunc eligeretur Minister ad locum, cum primùm vacauerit occupandum.*

131 *Minister electus ad locum cum primùm vacauerit, cùm admittitur ad ius iurandum, sedere etiam debet.*

Verbum Iuret, *importat iuramentum, & sedem.*

132 *Reformatio ab Augustissimo nostro Rege prascripta pro Tribunalibus, edictum fuit, vt non caderet in Sacrum Consilium.*

133 *Offendens Iudicem in syndicatu qua pœna puniatur?*

134 *Iniuriam irrogat, qui ficas Officiali facit; & quid in eo, qui dixerit:* Al sindicato t'aspetto. *Vbi alia ad materiam notantur.*

135 *Offendens Officiales Baronis qua pœna mulctetur? & an comprehendatur sub dispositione* Const. Regn. Vt par-

ticipatio, sub rubr. de iniur. Curial. illat.

136 *Et quid in offendente Vxorem Iudicis?*

Iniuria atrox facta Baroni à Vasallo, grauiori pœna pœnitur. Itidemque facta Doctori, vel Patrono.

137 *Iudex sine processu punire potest delinquentes in eius conspectu; & tali casu non redditur suspectus.*

138 *Prouocatus delinquens mitiùs punitur, ex regula, quòd ignoscendum sit ei, qui prouocatus delinquit.*

Iniuria quanàm propria authoritate vlcisci valeat.

139 *Iniuria est gravis, alapa aliquem percutere.*

In promissione de non offendendo, quanàm offensio veniat?

Delicta punienda sunt iuxtà Regionum morem.

140 *Percutiens cum alapa ad quam pœnam condemnari possit? & probationibus deficientibus an deueniri valeat ad torturam?*

Birrnarij sunt personæ vilissimæ, infames, & omni vitiorum genere aspersi.

Iratus, vel aliquo dolore correptus, si deliquerit, non dicitur conuicij causa fecisse, & mitiùs punitur; vbi nonnulla de ira adducuntur.

141 *Prouocatio, licèt non probetur, sat est, si deducatur, cùm quis solitus fuit lacessire.*

Vulnerans Apparitores, officij intuitu, granitèr punitur.

142 *An credatur Apparitori de iniuria e illata?*

143 *Apparitori modum excedendo, de facto resisti potest.*

Iudex à quo efficitur incompetens post appellationem interpositam; & si appellatione pendente, condemnatum ad furcas mitteret, tunc ei licitè resisti potest, etiam per Consanguineos condemnati.

Officiali extrà officium de facto facienti, impunè resisti potest; & ad resistendum conuocari possunt amici, & coniuncti.

Permisso aliquo, permittitur omne il-

Digitized by Google

lud, per quod deuenitur ad illud.

144 *Officiali non trahenti signum Iustitiæ, resisti potest.*

Offendens Capitaneum iustitiæ non gestantem virgam in signum sui officij, quando excusetur?

145 *Resistentiam an faciat dicens Officiali* Non hò da fare con Voi? *& quantum pœna mulctetur eximens carceribus mancipatum à satellitibus?*

146 *Turbans iurisdictionem quis sit? quando committere dicatur? & in pœnam incidat?*

147 *Lacerans violenter literam aduersarij in Iudicis præsentia, ab eo acriter vindicem mulctari potest.*

Similiter punitur Reus, qui in Iudicis præsentia lacerat Actoris libellum, quia contempta dicitur Iudicis iurisdictio.

148 *Ad quam rem enarrantur nonnulli casus nuperioribus annis occursis.*

149 Pragm. 3. de ictu scoppiet. *expenditur.*

150 *Pulchra refertur quæstio, quæ occurrere potest in Chorea, vulgò dicta* La gagliarda.

151 *Iniuria atrox existimatur, quæ prouenit ex libello famoso; & ibi plura notantur remissiuè.*

152 *Scribens aliquid falsum scienter in libris Reipublicæ, vel Principis, committit crimen in primo capitæ legis Iuliæ Maiestatis.*

153 *Iniuria infertur nedùm expressè, sed etiam cum proferuntur aliqua verba, quæ quò ad corticem minime sonant iniuriam, & in effectu iniuriosa sunt, vbi recensentur exempla.*

154 *Iniuriæ plures adducuntur, quæ licèt non expressè appareant, implicitè tamen sunt tales.*

155 *Iniuria non irrogatur dicendo*: Es imprudens; Ego sum Nobilis, *& similia.*

Iniuria nùm sit aliquem maledicere? vel dicere, quòd sit hæreticus, malus Christicola, spurius natus ex Monaca, & similia?

156 *Iniuria non est dicere*: Tu dicis falsum; *& vnde falsum dicatur.*

Mentita nùm inter iniurias connumeretur? & quando verbum Mentiris *pœnam trahat?*

Licitum an sit in iudicio dicere Aduersario, quòd mentitur.

Discrimen quodnam extat inter verba, mentiris, dicis mendacium, non dicis verum.

Iniuriam dicens, quando Reipublicæ interest, vt ille defectus palam fiat, an mulctandus sit?

157 *Leuans manum contrà aliquem, licèt eum non percusserit, iniuriam infert.*

Sic quoque retinēs equum frano, quamuis Equitantem non percutiat.

158 *Impediens currentem cum equo ad Brauium, vel expauens equum, punitur.*

Notantur aliqua de sponsionibus, quæ fiunt pro ludis in currendo, aùt alio ludo licito, vulgò Lo pallio.

159 *Artifices iniuriam faciunt transeunti per plateam, si bancam percutiunt, vel alio modo sonant,*

160 *Debitores, qui retinent, & non soluunt debitum creditori in termino, iniuriarum appellatione continentur.*

Creditor vocans aliquem in iudicio, qui re vera non est debitor, ei iniuriam facit.

161 *Turbans aliquem in sua possessione, vel radens, aùt auferens insignia alicuius, iniuriam infert.*

De violenta expulsione, seù violatione sepulchri inter laicos, quis cognoscat Ecclesiasticus nè, an Secularis Iudex?

162 *Iniuria facta comiti, videtur facta socio itineris.*

163 *Iniuria irrogatur cadaueri, vel funeri testatoris; & quando facta dicatur hæredi?*

Cadauer non constituit hominem; vnde Caius mortuus non est amplius Caius.

Vectigal an soluendum sit de corpore mortuo?

164 *Iniuria mortuo illata grauior censetur, quàm si viuenti facta fuisset.*

Crimen graue est, in mortuos sæuire.

165 *Iniuria, & ingratitudo futura remitti non potest.*

166 *Mulier secundo nubens, licèt marito, & filijs iniuriam inferat, non tamen de-*

Digitized by Google

delinquit, ità vt non amittat legatum sibi à Viro relictum.

Anima mortui quomodo sciat, quid agatur in hoc Mundo, & quo casu?

167 *Maritus remittere potest Vxori iniuriam, quò ad bona ipsius Viri, etiam in filiorum præiudicium.*

Donatio ex causa, & in remunerationem iuuentutis, non venit sub censura l. fœminæ, C. de secund. nupt.

Iuuenis si Vetulam in vxorem ducat, non est inconueniens, inter eos fieri pactum, vt Vetula præmoriente, Iuuenis dotem lucretur; si autem Iuuenis prædecedat, Vetula nil consequatur.

168 *Dispositio* l. fœminæ, C. de secund. nupt. *nùm trahatur ad Patrem? & quid de dispositione* Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor.

169 *Pater quando remittere possit iniuriam, etiam ex* l. Cornelia, *factam filio, licèt inuito? At quid dicendum sit in Matre?*

170 *Iniuria an inferatur filiæ, si à Patre maior dos detur alteri sorori? plenè discutitur.*

171 *Filiæ competit querela, si de congrua dote non fuerit dotata; secùs cum ea congrua fuit: cum Pater possit extraneo donare, aùt hæredem vocare, salua filiorum legitima.*

Adducitur controuersia nouissimè agitata in S. C.

172 *Paragium æquare debet legitimam, & an dos à Patre constituta semper congrua sit?*

173 *Pater tenetur filiæ suæ congruam dotem constituere, ad quod etiam cogitur ad solius filiæ postulationem, qua Iudicis officium implorare valet.*

Pater arctiori vinculo obstringitur ad dotandam filiam, quàm frater sororem.

174 *Supplementum dotis an debeatur filiæ, quando à patre dotata fuit?*

175 *Supplementum dotis debetur filiæ, licèt dos tradita fuerit congrua tempore matrimonij, quando à tempore traditionis vsque ad tempus mortis bona patris excreuerint.*

176 *Dos tradita sicuti imminutis bonis non imminuitur, nùm ità etiam bonis auctis eamdem oporteat non augeri?*

177 *Mulier dotata quanto tempore excludatur à petitione supplementi?*

178 *Dos vnica, & congrua sufficit, vt in futurum à patris successione excludatur.*

Competens patri quicquid visum est, nemini incompetens videri debet.

Filia, recepto paragio, & à patre præterita, masculis institutis, non rumpit testamentum, nec ab intestato succedit.

179 *Cautela vsu recepta, instituendi filiam in dote tradita, vt excludatur à iure dicendi testamentum nullum, inutilis dijudicatur.*

180 *Dos iam congrua tempore dotationis non augetur, paternis facultatibus auctis.*

181 *Læsio consideratur tempore contractus.*

182 *Promissio indemnitatis facta à marito in tabulis nuptialibus multum operatur ad exclusionem petitionis supplementi.*

183 *Sacrum Consilium, in causa, de qua hic, pro certo habuit, filiam nuptui decentèr traditam, & congruè dotatam à patre, nullo vnquam tempore valere doti accepta augumentum ex iustitia postulare, etiam si tempore obitus patris opes molem excreuisse reperiantur.*

184 *Quid si dotationis tempore læsio perquàm enormis interfuisset? & quid tali casu operetur mulieris renunciatio?*

185 *Indemnitas à Viro promissa non subsistit, existente læsione.*

186 *Sacrum Consilium, ex causæ circumstantijs, solet dotis supplementum taxare ad aliquam summam.*

187 *Hæredes Mercatoris præsumptionem habent contrà se, quòd negotiationis libros celauerint, & propterea ipsis incumbit onus probandi ipsorum amissionem.*

188 *Sacrum Consilium quando sua æquitate taxet dotis supplementum, & quæ perpendere soleat?*

189 *Apùd Supremos Ministros potestas est, tem-*

Digitized by Google

temperandi leges iuxtà æquitatis normam, & laudatur Budæi *locus.*

190 *Supplementum paragij debetur filiæ dotatæ, & nuptui traditæ, non obstante renunciatione iure iurando vallata in patris beneficium, quando pater ipse eam in testamento instituit, etiam in obulo.*

191 *Iniuria infertur ex osculo Mulieri dato, & ex eo offensi videntur omnes de illa cognatione.*

192 *Osculum pro salutatione habetur plerisque in locis; & à quibus originem habuerit modus osculandi Mulieres?*

193 *Osculum, cum explendæ libidinis causa fit, semper infert iniuriam.*

194 *Osculans, data querela patris, vel aliorum, ad quos spectat, punitur arbitrio Iudicis, quamuis Mulier se deosculari permittat.*

195 *Osculans Mulierem citrà eius consensum, adhibita violentia in osculando, de Iure Communi plectitur pœna arbitraria, sed atriori, citrà tamen mortem.*

196 *In Regno osculans, aùt rapiens Mulierem, plectitur eo supplicio, ac si læsa Maiestatis crimen admisisset, ex* Cap. Regn. Vt sine mortalis, *ampliato ad totum* Regnum *ex* Pragm. 1. de osculant. mulier.

197 *Osculum violentum in Regno est crimen atrocissimum pœna mortis punibile, & est locus foriudicationi cum abbreuiatione termini ad tres menses.*

198 *Neotericis Iurisconsultis, vt pro osculo, licèt violento, plectendus sit osculans pœna mortis, nimis rigorosum visum est.*

Qua ratione hanc mulctam pro varijs casuum circumstantijs variè moderati sunt; & Affl. *monuit* Regem, *vt quemdam Iuuenem, qui in via publica deosculauit Mulierem, non nisi exilio damnaret.*

199 *Defenditur* Affli. *monitum, quamuis post illud promulgata fuerit adducta* Pragm. 1. *huic crimini mortis pœnam imponens.*

200 *Lex localis extendi debet ad alium locum, si eadem ratio subest.*

201 *Osculans Mulierem cõsentientem præcedente tractatu de ineundo matrimonio, qualitèr puniendus sit.*

202 *Matrimonium est vnica medela dedecori, cum puella deosculata est; sed necesse est, vt à patre, & consanguineis id agrè feratur.*

203 *Osculans Mulierem sub spe matrimonij, si post osculum, & matrimonij tractatum, istud contrahere renuat, qualitèr puniendus veniat?*

204 *Osculum voluntarium nùm aliquam de se pœnam mereatur?*

205 *Stuprum, tàm Ius Canonicum, quàm Ius Ciuile, & vetat, & punit.*

206 *Osculum, quod sub spe, ac matrimonij promissione datum est, interpretatiuè violentum dicitur.*

Osculum maculat decus virginalis puderis, estque dimidium adulterij, & proinde pro medietate est quasi caro corrupta.

207 *Mulier ob tale osculum amittit dotem.*

Mulier à suo Spõso deosculata lucratur medietatem antephati, & donatorum.

208 *Osculans Mulierem, si matrimonium contrahere renuat, pœna extraordinaria punitur; etiam si matrimonij promissio facta sit sub dotis cõditione.*

209 *Osculum Mulieri datum in domo patris, vel consanguineorum, etiam voluntarium, est graniùs crimen; & ex qualitate loci delictum redditur graniùs.*

210 *Geminatio inducit magnam scientiam, deliberationem, ac mentis perseuerantiam.*

211 *Vasallus si cum sorore Domini concubuerit, tàm in eius domo, quàm alibi, feudum amittit.*

Iniuria maior infertur in domo propria, quàm extrà.

212 *Cognoscens Mulierem ad se venientem minus deliquit, quàm si ad eam vadat.*

Mulieres quàm propensæ sint ad libidinem? indicatur remissiuè.

Adducitur consultatio super articulo præcedentiæ inter Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, & Rationales Regiæ Camerę Summariæ, *de quo actum est supra* num. 22.

Operis conclusio.

EX

Digitized by Google



1 X hoc *Ritu* in sui principio statuitur, quòd pro scripturis sententiarum, Actuarij aliquid recipere non debeant, confirmat *Cap. Regn. item statuimus*, vbi notat *de Nigris*, quia habebant gagia, & stipendia à Regia Curia. Quin Neapolitani præcipuè antiquitùs ad nihilum tenebantur Magistris actorum pro scriptura sententiarum, ex peculiari Priuilegio à Regina Ioanna impertito die 9. Ianuarij 1420. vt testatur *Afflict. in Const. puritatem, sub num.* 14. *in 9. notab.*

Hodie verò, quoniã Actuarij emunt
2 officia à Curia, cessante memorata ratione, meritò neque *Cap.* prædicti, nec præsentis *Ritus* dispositio obseruatur. Concinunt priora verba *Ritus* 25. vbi scripsi, & limitatur quibusdam in casibus illic mentionatis, quorum primus est copia scripturarum, pro qua debet salarium concedi; quantitatem autem, quia nõ addiderat, illam subijcit præsens *Ritus*, scilicèt, vt persoluatur tarenus vnus pro singulis quibusque octo carthis, quarum vna quælibet facies contineat virgulos vigintiquinque, & vnusquisque virgulus contineat decem partes; quod idẽ postmodum confirmauit *Pragm.* 5. *de Actuar. & eorum salar.* quæ alias multas taxat in alijs casibus expensas, & meliùs *Pragm.* Regis Ferdinandi, quæ est 25. *sub Rubrica de offic. S. R. C.* vt notat *Caranit. ex num.* 1. dolens de Ac-
3 tuariorum incorrigibili auiditate, & quidèm eò deuenimus, vt in Sacris Subsellijs, in quibus ius suum cuique reddi deberet, nonnulli Actuarij, in re familiari agenda pér summum nefas incumbant, ac sub sportularum, seù derictorum, vt aiunt, specie aliena impunè diripiunt. Ibi debacchatur magis sacra fames auri, vbi cœteri rectè viuendi exempla deberent colligere. Doleo tamen quorundam Actuariorum ingluuiem in communem omnibus Actuarijs cessisse iniuriam. Inoleuit enim in ore omnium contrà Actuarios prouerbium illud, de quo *Caranit. in hoc rit. num.* 1. *in fin.* Est Ac-
4 tuarius, ergò latro, quod deducitur ex *Glos. in l. quicumque, C. de apoc. public. lib.* 10. *ver. Actuarius*, vbi *Glos.* notat, Astuarius, quoniam cum astu, & calliditate extorquet, indicat *text. in cap. statutum* 11. §. *Notarium*, ibi: *Notarium, vel Notarios in causa sibi commissa scribentes, qui vt plurimum in exigendo salario metas rationis excedunt, de rescript. in* 6. Confirmat *Caranita* prouerbium *Constant. Cafar. in spec. qq. peregr. quæst.* 24. *nu.* 13. *fol.* 161. ex *Columell.* nec nõ *Thom. Acti. de lado saccor. quæst.* 3. *princ. num.* 4. *& in libello Vita di piccaro, p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *ex pag.* 13. ac ante *Cafar.* notat *Tasson. de antefat. vers.* 3. *obser.* 3. *num.* 189. *pag.* 140. medelam indicans, vt Actuarij subscriberent, sub pœna falsi, quæ accipiunt, *Danz. de pugn. Doctor. tom.* 1. *fol.* 208. *Rota de priuil. mulier. cap.* 5. *nu.* 86. Illosq; *Maynard. decis. Tholos.* 13. vocat Arpias: Graffarium *Costa in tract. de retrotract. cas.* 6. *cap.* 8. *nu.* 18. Obq; præsumptam illorum auaritiam, & dilationem expeditionis, deposita penès ipsos fieri non possunt, *Io: de Platea in l. duos Tabularios, in fin. C. de suscep. & archiat. lib.* 10. *Ioseph Sese de inhibit. cap.* 4. §. 2. *ante num.* 6. quod expressè statuit nostra municipalis Sanctio in *prag.* 79. *n.* 19. *de offic. S. C. Reg. Rouit. in prag.* 4. *n.* 11. *de Instrum. liquidat.* Vnde ad rem *Marcus Mantua sin-*
5 *gul.* 410. dicit, benè argui, est Sartor, ergò latro, quod extendit ad Colonos, *Carocc. de locato, par.* 5. *de recus. quæst.* 12. *num.* 1. *pag.* 200. *Rutil. Paitellio in decis. caus. ciuil. in Cur. Ducat. Vrbini, annot.* 51. *num.* 25. *pag.* 287. Ad Custodes agrorum, & portarum, qui sunt viles personæ, eisque non creditur sine testibus, *Dec. cons.* 83. *And. in cap.* 1. *quæ sint regal. Bal. in l.* 1. *C. locati, Aymon cons.* 116. *vol.* 1. & ità decisum testatur *Ann. singul.* 122.

Ità, & ad Custodes equorum, contrà quos exclamat *Ioseph. Ludou. decis. Rot. Luc.* 10. ad Exactores publicanos, vulgò *Gabelloti, Paitell. exped.* 49. *n.* 17.

Digitized by Google

Et huiusmodi officia: veluti, stare ad custodias portarum: facere viles exactiones, non esse danda Doctoribus, sed alijs subditis inferioribus, *textus est in l. humilioribus, C. de susceptor. lib.*10. vbi *Bart. num.* 1. monet, benè notandum.

Ad Seruos, qui præsumuntur fures, *Gl. in l. Iulianus, in princ. ff. de act. empt. Mantua cons.* 43. *num.*59. *vol.*1. *Farinac. in prax. crim. p.*1. *tom.*2. *tit. de indicijs, & tortura, quæst.*48. *num.*29. *in fin. Petrus de Ranenn. singul.*815. enarrans duas laudes seruorum: nempè, si seruus, ergò fur; si seruus, ergò iniquus, ex *l. pen.* vbi *Bal. cap. de libert. & eor. lib.* Et proinde ex eorum fuga arguatur furtum ab eis patratum, *Paulus Rubeus de valid. legal. controu. forens. cap.* 16. *num.*11. ex *Cyriac. contr.*85. *num.*7. differente, seruum si quis fideiubeat, quòd non fuit, nec est fur, non tenetur, si furtum indè perpetrauerit, tanquàm de futuro, ad quod se non obstrinxit.

Extenditur etiam ad AErarios,
6 quos semper furari decimam partem illorum, quæ dantur Dominis suis, ad instàr Iudæ, notat *Glos. p.*2. *cauf.*13. *quæst.*1. *verbo recompensare, lit.* K. qui ità cõtristabatur de effusione vnguenti, de quo proposuerat decimam partem furari, & proinde vendidit Dominum nostrum pro triginta denarijs. Verba *Glosæ* sunt: *Sicut fecit Iudas, qui ità tristabatur de effusione vnguenti, de quo proposuerat decimam partem furari: sicut de alijs rebus consueuerat; vnde vt recompensaret illud damnum, vendidit Dominum pro triginta, qui sunt decima pars trecentorum: tanti enim potuisset vendi vnguentum, & ad similitudinem Iudæ, Camerarij semper furantur decimam partem illorum, quæ dantur Dominis suis.*

Verùm *Carau.* aliorumq; prouer-
7 bium contrà Actuarios, tangit tantùm mores, qui si mali, decrescunt; si boni, augent gloriam; pro vt idem de Clericis, & Religiosis dicitur, si probi, vel improbi sint, quod in specie aduertit *D. Rota ad Rouit. cons.*84. *num.* 31. latissimè enim patet multa plerorumque Actuariorum integritas, ac morum probitas, vt notat *Anichin. de præuent. cap.*4. *q.*4. *dub.*6. *nu.*72. maximè in his nostris Tribunalibus, in quibus Actuarij, prçter ingenitam animi moderationem, & probitatem, habent vigilantissimos Regios Ministros, Tribunalium presertim Præfectos, qui Actuariorum forsan, si qui sunt, improbitates rimentur studiosè, acriùsq; castigent,

Post quàm dixi *Carau.* effatum non
8 habere locum quò ad Actuarios, & Scribas huius Ciuitatis; libet hic obitèr adnotare, quæ olim fauore Actorum Magistrorum S. R. C. scripsi: nimirùm, quòd in Processionibus, ac alijs actibus publicis, in quibus Spectabilem eiusdem S. C. Præsidem concomitantur, vnà cum suo Tribunali, Regiorumq; Consiliariorum Senatu, præcedunt Notarios ad eamdem concomitantiam vocatos: siquidem Ma-
9 gistri Actorum vocantur Officiales, sicuti latè per expressa Iura, Glossemata, ac I.C. responsa, probauit *Præs. de Franch. in sua decis.* 407. vnde tanquàm Officiales, atque adeò digniores, præcedere debent Tabelliones, seù Notarios, qui vocantur serui publici; sicuti per expressa itidem Iura, tùm Ciuilia, tùm & Canonica, deducit *Glos. in cap. statutum,* §. *Notarium, extr. de rescrip. in 6. in verb. Notarium, vers. Quia vocatur seruus publicus*; cum digniores præcedant minus dignos, *cap. statutum, extr. de Maior. & obed.* traduntque post alios, quos allegant, *Mastrill. de Magistrat. lib.*5. *cap.*4. *num.*6. *Marta vete* 101. *nu.* 7. *de Georg. alleg.* 35. *num.*1. *Ludouis. decis.* 310. *num.* 3. *Seraph. decis.*1445. *nu.*3. *Riccius Collect.*1446. *& in prax. resol.*585. *num.*3.

Hoc præterea Officium Magistri
10 Actorum S. R. C. datur à Sereniſſimo nostro Rege; at Notariatus, seù Tabellionatus Officium confertur ab eodem Spectabili Præside S. C. vti Vice-Prothonotario; qua proinde Magistri Actorum S. C. omninò præcedere

de-

Digitized by Google

debent ipsos Notarios, seù Tabelliones: vt quia Officialis factus à Principe, præcedit factum ab inferiore, licèt per prius tempore; quemadmodum singularitèr probat *Boer. de Author. M. Consilij, num.* 116. *fol. mihi* 875.

Vlteriùs Magistri Actorum S. C.
11 dici possunt Secretarij Regis: vt qui Sacræ Regiæ Maiestati porrectas supplicationes decernant, & pro ijs decretandis inseruiant; verùm etiam, & de corpore eiusdem S. C. cuius acta conscribunt, & sententias legunt, ac lectas latas pronunciant; prout eos appellat *Summus Pontifex in cap. quoniam contrà*, 11. *extr. de probationib.* vbi *Glos. in verb. Duos*, singularitèr notat, quòd circà Iudicia credatur soli scripturæ Tabellionis, qui acta iudicialia conscribit; & tamen circà contractus non creditur ei, nisi habeat testium subscriptiones, iuxtà *textum in* §. *sancimus, col.* 1. *Authen. de hared. & falcid.* Vti igitùr appendices illius corporis non poterunt ab eo separari; ac ideò immediatè post Regium Consilium, siue Cœtum Regiorum Consiliariorum, ac Senatorum incedere debent: Nè si Notarij adiungantur, qui illius corporis appendices non sunt, monstruosum illud euadat: de quo cecinit *Poeta Horatius*:

Humano capiti cervicem pictor equinam
Iungere si velit, &c.

& cum immediatè Principi, siue ei, qui Principis personam præsefert sub illo titulo *Sacræ Regiæ Maiestati*, inseruiant: imò, & ad Regis collationem stent tales Actuariatus, prout in *Prag.* 1. *& 2. de offic. ad Reg. collation.*
12 *spectantib.* nobilitatem consequuntur, ac dignitatem acquirunt; prout solidè aliorum voto probat *Reg. Capyc. Latro tom.* 2. *decis.* 183. *sub num.* 15. 16. 17. *&* 18. vbi post *Boer.* ac alios, quos affert, meritò deducit, quòd etiam Coquus Principis dicatur habere dignitatem; & proindè vti Nobiles, & dignitatem obtinentes, præcedere debent Notarios, & Tabelliones, qui priuatis personis ità necessariò inseruiunt, vt serui publici vocentur; & nullam obtineant dignitatem, nisi in eo solo casu, quo Principis Notarij efficiantur.

Atq; ex hac ratione nedùm ipsi Actuarij, sed etiam Scribæ, ac eiusdem S.C. Examinatores, & Tabularij, vti appendices totius corporis; & vti facientes corpus vnum indiuisibile, cum eodem S.C. prout in suo casu dicebat *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Official.* §. 8. *sub nu.* 36. adhùc præcedere debent ipsos Tabelliones, siue Notarios: vt quia si aliàs diuiderentur, & intermedius ad ipsos Actuarios eiusdem S.C. foret ipsorum Tabellionum cœtus, absurdum monstruosum sequatur; quòd corpus non integrum S. C. suis membris, quamuis inferioribus, mutilatum incederet; & cum subsequentibus Notarijs, qui partes etherogeneæ, & sic diuersæ rationis, (prout Philosophi dicunt) & non homogeneæ, atque ità eiusdem rationis dici valent. Quòd verò tales Scribæ, & cœteri iurisdictionis Ministri, ac iurisdicendi instrumenta eiusdem Tribunalis membra indiuisibilia dicantur, indè suadetur, quòd Iudex non
13 potest ipse de per se Acta conscribere, vel alia exercere, *Viu. decis.* 48. *Anus meus ad Gramm. decis.* 27. *num.* 7. & distinguit *Danz. ad eundem Gramm. cit. decis.* 27. *num.* 32. singularitèr aliorum voto probauit *Gratian. discept. forens. tom.* 1. *cap.* 4. *à nu.* 10. *&* 11. *& cap.* 167. *à nu.* 56. vbi allegat post alios *Annam in singular.* 4. *ac Boerium decis.* 258. qui quidem *Gratianus cit. cap.* 167. *sub num.* 59. satis vltrà prosequitur ad intellectum *tex. in cap. statutum*, §. *Notarium extr. de rescript. in* 6. & *Thor. in compend. tom.* 2. *verb. Actuarius ordinarius*, vbi expendit *Castrensem*, & alios in locis inibi relatis; ac *Surdus decis.* 274. quin hinc dicit, quòd Actuario esset constituendum salarium ex publico, *Reg. Merlin. tom.* 2. *controu. cap.* 64. *sub num.* 2. *vers. eiusmodi autem iurisdictionis partes*, ac sub *nu.* 3. *vers. In Apparitoribus, aliisque Administris*, ac magis in terminis *Gizzar. decis.* 24. *sub num.* 2. *vers. nàm licèt non exerceat*

Magister Actorum immediatè iurisdictionem, est tamen Officialis, & illam exercet mediatè: quia ipse est persona mediata, per quam peruenitur ad actum iurisdictionis, & iustitiæ cognitionem, & exequutionem: est enim patrator, & conseruator actorum, & processuum, per quos fit, & perficitur iudicium, & iustitia ministratur; & ideò tenetur seruare secretum, sicut Iudex; iurat fidelitatem, sicut Iudex in concernentibus eius officium; exercet quodammodò iurisdictionem circa ordinaria iudicij, nàm capit fideiussiones, obligationes, & exhibet partibus iuramentum respectu dictarum fideiussionum, & obligationum; Recipit testes, quibus etiam iuramentum exhibet; obligationes ipsas, ac fideiussiones incusat. Quæ omnia sunt actus iurisdictionis; & in effectu sunt pars istius corporis mystici, quo mediante exercetur ipsa iurisdictio, & iudicium perficitur, quod ex tribus costare debet, scilicèt Actore, Reo, & Iudice; at Iudex regularitèr, & perneccssè sine Magistro Actorum esse non potest. Ergo pars quotitatiua iudicij est, quod sine actis, & processu constare non potest. Est insuper Magister Actorum quodammodò depositarius iustitiæ, quam Iudices partibus ministrant, eorum ministerio indigentes; Proindè nil mirum si Regina Ioanna illos numerat inter Officiales, vt in dicta decis. &c. hæc ille: conueniunt *Speckan. Iur. qq. & decis. cent. 3. class. 3. ad nu. 6. num. 1. pag. 885. Nouar. ad rubr. pragm. de Actuar. tit. 3. num. 1. Reg. Galeot. tom. 1. controu. cap. 23. num. 20.*

Quinimò tanta est Actuariorum, si-
14 ue etiam, & cæterorum Actitantium authoritas; cumque suo toto, ac vniuerso Tribunali incorporatio; vt debeant authenticare processum, sic etiam, & sententiam, aliàs sit nulla; sicuti ex alienis fundatissimis placitis singularitèr cóprobauit *Episcopus Barbos. tom. 2. voto decis. 97. sub num. 108. 109. & 110.* Præsertim nostri S. Cons. Actuariorum adeò præfulgens est dignitas: vt quamuis cæteri Actuarij solo iuramento allegari suspecti valeant; quemadmodùm benè firmat *R. Rouit. in Pragm. 1. de suspicionib. Officialium, sub num. 19.* Nihilominùs in Magi-
15 stris Actorum S. C. secùs sit; vt quia requiratur allegatio, & probatio causæ: prout ex decreto Regij Collateralis Consilij iudicatum dicit idem *Reg. Rouit. sub num. 19.* Quò fit, vt meritò Notariorum cœtum omninò præcedere debeant, qui tanta sunt dignitate decorati, & cum tanto Senatu Sacri Regij Consilij incorporati.

Quibus non refragatur, quòd hoc videatur arbitrarium Spectabili Præsidi eiusdem S. C. qui etiam, & Vice-Prothonotarius inscribitur, & appellatur; atque adeò, tùm Actuarijs, vtpotè Præsidens; tùm Notarijs, vtpotè Vice-Prothonotarius, prædominatur; atque immediatè, ac priuatiuè iurisdictionem exercet.

Huic enim obici occurritur; quòd
16 vbi iura duo ad vnum deueniunt, siue dignitates duæ penès vnum residunt: non ideò confunduntur; sed ità separatè manent penès vnum, sicuti si forent penès duos: ità quòd vnus ille homo pro duobus reputetur: ità *Gratian. tom. 5. discept. forens. cap. 802. sub num. 18. Fontanell. decis. 144. à num. 4. decis. 194. à num. 16. decis. 195. à num. 11. & decis. 247. à n. 9.* Vndè cum Spectabilis Præsidens habeat in sui personam has duas dignitates inter se distinctas, ac separatas, omninò adiunctas, atque vnitas: quòd duarum personarum vice fungatur; dicendum est, quòd cum inuitatur, vt Præsidens S. R. C. ad actus illos publicos cum suo Tribunali, solam Præsidentis præsefert dignitatem; & secundùm eam cæterorum Administrorum Tribunalis præcedentias habeat ordinare, ac regulare: non autem, vti Vice-Prothonotarius; vt quia præcedentiarum vsus, arbitrium, siue consuetudo attendi debeat; quatenus ratio, & conuenientia patiatur, & in contrarium ire non inclinat: prout singularitèr probat doctissimus *Amaya ad tres libros Codicis in l. fin. C. de Decurion. lib. 10. cap. 3. sub. num. 42.* vbi post alios laudat *Bouadillam lib. 3. polit. cap. 2. à n. 23.*

Quem-

Digitized by Google

Quemadmodum itaque, si dignitas
17 illa Vice-Prothonotarij penès aliam
personam resideret, Præsidens S. C.
eum, vti Vicegerentem, omninò præce-
deret, & anteiret, iuxtà tradita per *Epi-
scop. Barbos. tom. 2. voto decis. 115. sub n.*
19. 20. & 21. vbi laudat DD. & signan-
tèr *de Ponte dec. Collateral. Cõs. 15. n. 8.*
ac *Mastrillum de Magistrat. lib. 5. cap.*
15. num. 61. & *Marriquez de præceden.*
quæst. 1. num. 28. Ità, & Actorum Ma-
gistri, cœterique Administri S. R. C.
Notarios præcedere debent: nedum
si penès alium foret illa dignitas; ve-
rùm etiam, & si penès eumdem Præsi-
dentem, iuxtà superius fundata, ac
demonstrata. Hæc dicebam.

Causa isthæc præcedentiæ diù agi-
18 tata, & non absoluta, longam tra-
here moram arguit, vt decidatur, ac
proinde alternis interim vicibus vti
posset: hoc est, vt in publicis fun-
ctionibus vice vna interessent Acto-
rum Magistri; Notarij altera; sicuti
hæc alternatiua seruata fuit in alijs
præcedentiæ quæstionibus, præser-
tim in illa inter Reg. Io: Franciscum
Sanfelicium, & Reg. Ferdinandum Az-
con anno 1641. vt testis est idem *Reg.*
Sanfel. dec. 269. in fin. & Consil. Rocc. de
offic. tit. de præced. inter Official. eod. tẽp.
ad eamdẽ dignit. assumpt. rub. 6. n. 101.

Quin etiam, cum S. C. Præses vtroq;
19 fungatur munere: Præsidis nimirùm,
ac Vice-Prothonotarij; cumq; synoni-
ma sint Notarius, & Actorum Magi-
ster; Actorum namq; Magistri, tùm in
Iure Communi in *cit.* §. *notarium, de*
rescript. in 6. l. Actuarij, C. *de erogat.*
milit. lib. 12. tùm quamplurimis in Re-
gnis Notarij nuncupantur, *Peregr. de*
iur. fisc. tit. 2. num. 16. Ludouis. decis. 3.
38. 56. & 117. Imò in Regno nostro
Actorum Magister non potest esse, nisi
sit Notarius creatus à Rege, ex *Co-
stitut.* Regni, *Magistri Camerarij*, & ibi
de Afflicto, ac *Maranta in suo speculo*
parte 6. de Actorum editione, à nu. 21. &
dixi in *rit. 36. & rit. 161.* & memorat
D. Altimar. ad Rouit. decis. 3. nu. 1. itaq;
seruari suo tempore, testatur *Bal. in*
rubr. C. de fid. instrum. col. 1. Et vtrumq;
20 officium decore plenum est, atque
fide: ab ijs nempè salus Regni, ac
quies pendet, sicuti dixi in *rit. 188. ex*
num. 5. lib. 2. quem locum adducit
D. Rota ad Rouit. conf. 84. num. 34. Ad-
dimus *Andreol. controu. 314. p. 4. Ca-
rol. Allongum racemat. 120.* & vtrumq;
est de regalibus, vt indicaui in *rit.*
166. num. 22. & in *cit. rit. 188. num. 5.*
Atque ex his agnoscitur, non fato,
sed ratione impartitum fuisse officium
Vice-Prothonotarij Præsidi S. C. vt
vnum constituatur caput Actuarijs, &
Notarijs, quorum exercitia inter se
conueniunt, quod antiquitùs fuit di-
stinctum, vt notant *Afflict. decis. 190.*
Tap. in pragm. 1. de offic. S. C. n. 15. lib. 1.
iur. Reg. attestans, officium Vice-Pro-
thonotarij administratum fuisse à D.
R. Anibale Moles, dum illud Præsidis
exercebat D. Antonius Orificius, &
anno 1567. illud Vice-Prothonotarij
D. R. Franciscus Antonius Villanus, &
Præsidentis D. Thomas Salernitanus
exercuerunt, teste *Nicol. Topio de ori-
gine Tribunal. p. 2. lib. 2. cap. 5. num. 6.*

Eidem quidem adductæ quæstioni
21 finis imponi posset, vt in processioni-
bus, alijsq; publicis actionibus, bini si-
mul incederent Notarij, Actorumque
Magistri: alter videlicèt Actorum Ma-
gister, Notarius alter, ita ut is tantùm
præcedat, qui prior in officium ingres-
sus fuerit. Cœterùm in hoc remitto
me saniori iudicio, haud intendens
alicui præiudicium inferre.

Cum de præcedentia dictum sit,
22 nolumus omittere, aliam priscam e-
narrare disceptationem, actam inter
Regię Camerę Summariæ Rationales,
& Magnæ Curiæ Vicariæ Iudices, in
medium iterum reuocatam, de anno
1689. tempore solemnis Equitatus.
Exposcentibus enim Rationalibus, pu-
blicis in actionibus, quibus DD. Præsi-
dentes Regiæ Cameræ interfunt, vnà
cũ ipsis sociari, & præeundũ ipsos esse
M. C. V. Tribunali, cui præcedit illud
Regiæ Cameræ, ità asseruere, ex Col-
lateralis Consilij decreto, sub die 17.
Decembris 1644. apùd *R. de Marinis*
tom. 2. decis. Reg. Reuert. arrest. 630. ibi:

Oc-

Digitized by Google

Occasione obitus Serenissimæ nostræ Reginæ suborto dubio, an Magnifici Rationales in ea functione præcedere possent Iudices M. C. Supremum Collaterale Consilium respondit, in omnibus functionibus, in quibus Rationales associantur Dominos Præsidentes, quia faciunt vnum corpus, illos præcedere Magnificos Iudices M. C. vnde per Regiam Cameram consensu fuit prouisum, & decretum, hoc notari ad futuram rei me-
23 *moriam*. Sunt enim Rationales, (de quibus eloquuti sumus in *Rit.* 208. *n.* 86. *ad* 91. *hoc* 4. *tom.*) verè partes integrales huius Tribunalis, cuius perfectio essentialis, principalitèr, ac primariò, ex primæua ipsius institutione consistit in rationibus Regni Curiæ videndis, discutiendis, ac finalitèr terminandis, sic fermocinatur *pragm.* 1. *in princ. de offic. Proc. Cæsar.* concinunt *prag.* 13. 62. 63. & 65. *eod. tit.* & præter hanc administrandi facultatem, habent etiam Rationales iurisdictionalem administrationem, ex *pragm.* 19. *eiusdem rubr.* nedùm in proponendo, sed etiam in diffiniendo, atq; sententiando per proprium eorum votum decisiuum, ex *prag.* 8. §. 3. & 4. *eod. tit.* Neque restrictio, quò ad causas tantùm à Rationali referendas, tollit, quin vnusquisque ipsorum habeat, ac semper retineat habitualem facultatem votandi in cæteris omnibus huiusmodi causis; sed talis restrictio, & distributio inducta est ad tollendam potiùs confusionem, quæ ex magno Rationalium numero procederet, si omnium vota exquirerentur, vt ex eadem *pragmatica* colligitur. Eamdem votandi facultatem, quam tenent Præsidentes, habent, & Rationales in consultationibus, quæ ad Regem, vel eius Proregem, à Tribunali prædicto fieri contigit, vt in eadem *pragm.* 8.

Contrà aiebant Iudices M. C. V. cũ-
24 ctis in actionibus semper præcessisse, ac laudatum Collateralis Consilij decretum nunquàm viguisse, cum non apertè exprimat, ea in functione, de qua agebatur, Rationales coniungi cum Præsidentibus, ac propterea præire, & procul dubio adnotatum cerneretur, vel eodem in decreto in lucem edito, vel saltèm in libro eius, qui tales cærimonias moderatur, vulgò *Vxiero*; illiusque ætatis Iudices saltèm edixissent, & protestati fuissent, id sibi ipsis præiudicio non fore: cum inspectũ sit, omnibus in functionibus, quæ à Tribunalibus apùd Proreges peraguntur, tùm in eorum aduentu, discessuque, tùm in reliquis solennijs anniuersarij, natalitij diei, equitatus, alijsque festis diebus, cumque enunciandę sunt Visitatorum patentes literæ omnibus coràm Tribunalibus, cum Prorex Regiæ Cameræ Senatum conuocat, vel relationis diebus in Regio Collaterali Consilio, nec in Regijs Lararijs, seù Cappellis, planè nunquàm adfuere Rationales, neque vllus eis locus præsto fuit, & *Carolus Rota ad Rouit. cons.* 8. *sub n.* 28. *lib.* 2. recensens formam equitatus de anno 1680. non meminit de interuentu Rationalium.

Quapropter referunt, vetustissimam
25 possessionem habere, quæ maximè inspicienda est, in re potissimùm ad præcedentiam spectante, ex *text. in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & proprietat.* quem adducit *Iser. in cap.* 1. *§. similitèr in ostenditis, de capit. Corrad. Consil. Rocc. de offic. tit. de præcedent. int. Official. eod. temp. &c. rub.* 6. *num.* 64. cum ipsi Iudices toto in Regno ordi-
26 narij sint. Atque Vicariæ Tribunal, priùs quàm Alphonsus Rex Sacrum institueret Consilium, cui postea illud subiacet, Supremus Regni Iudex extabat, ac licèt à R. C. Præsidentibus præcedatur, vt enunciati iàm Sacri Senatus Ministri; de quo Senatu aliqua indicaui in *rit.* 1. *ex num.* 19. *lib.* 1. necnon *Consil. Francis. Rocc. de offic. tit. Official. supernumer. &c. rub.* 7. *num.* 32. id proinde excurrere non debeat ad Rationales, quibus nulla inest iurisdictio; & quamuis suffragio polleant in rationum reuisione, quæ ab ipsis referuntur; nihilominùs illa tantùm in causa eo gaudent, quod gnari illius artis, peritique sint; ac Vicariæ Tribunal à vulgi opinione excideret,

si

Digitized by Google

si (quod à seculo nunquam auditum) posthabitum videretur Viris nullam habentibus iurisdictionem.

Excell. Prorex, S. Stephani Comes,
27 solertissima qua solet prudentia, insistens vestigijs Eminentiss. Cardinalis D. Paschalis de Aragonia, qui Prorex anno 1666. id edixerat, visis iuribus vtriusque Tribunalis in consultationibus suo ordine factis de anno 1689. iussit, nè Rationales functionibus adessent, quarum consultationum exemplaria asseruantur penès à Secretis vtriusque Tribunalis.

Ex illis huius *Ritus* verbis: *Damnis*
28 *clandestinis*, apertè constat, quòd eiusmodi priuilegio non potiuntur Vniuersitates Regni, cum sit huic Ciuitati dumtaxàt Neapolis illud elargitum, & *Carauit. nu.* 5. latiùs comprobat subdens, hodie correctas esse multas Regni leges, quas memorat, ex *Pragm. vnica de damnis clandestinis*, sanciente, nè vlla Vniuersitas molestetur pro damnis clandestinis, si contribuere soleat Baricellis, *Reg. Tapp. lib.* 5. *iur. Regn. sup. hoc rit. tit. de homicid. & damn. clandest. in cap.* 242. *& in cap.* 4. *ad rub. de constit. Princip. Auus meus ad Gram. decis.* 47. *sub nu.* 6. *vers. nouissimè verò, Vrsill. ad Afflict. decis.* 265. *Ricc. p.* 5. *collect.* 1812. *Thor. p.* 1. *cõpend. dec. verbo Vniuersitas; pag.* 535. *Viu. opin.* 751. Verùm correctione prædicta non obstante, confert plurimum, si percontentur, quæ ad illarum intellectum cumulat *Marant. cons.* 42. *&* 145. & pro ratione decidendi addo *Menoch. præsumpt.* 31. *num.* 19.

At illius *Pragm.* vigore contribuen-
29 do Baricellis, eximantur nè à pœna Curiæ tantùm, vel insuper ab interesse partis læsæ? & quamuis acritèr obstet vulgata Iuris conclusio, nè vnquam intelligatur Princeps velle tertio prejudicium afferre, quam statuunt, & declarant *Alex. cons.* 35. *nu.* 5. *vol.* 4. *Dec. cons.* 373. *num.* 10. *cons.* 453. *nu.* 6. *Rota Genuens. decis.* 2. *num.* 6. *Marant. in tract. de multiplic. alien. & n.* 192. *Lanar. cons.* 72. *nu.* 10. *Mascard. de probat. conclus.* 1004. *num.* 22. *vol.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *cap.* 9. *Anna alleg.* 49. *num.* 7. *& alleg.* 67. *num.* 17. *de Franch.* addens rationem, cùr soleat nonnunquam exprimere Princeps, si talis clausula semper de iure intelligitur, *in decis.* 125. *num.* 19. Tamen *Carauit. sub nu.* 7. defendit, etiam ab interesse partis; idque multis, ac validissimis quippè rationibus; potissimùm, dispositionem Principis, qua dominium alterius auferetur, haud seruandam, iuxtà commune apùd DD. placitum, *Catalan. de indult. cap.* 22. *num.* 29. *Ann. alleg.* 49. *nu.* 7. *& allegat. cit.* 67. *& alleg.* 69. quibus addimus, nõ reperiri Iure cautum, quòd alius delinquat, alius verò teneatur, cum pœna egredi eius authorem non debeat, *l. rescriptum, ff. de his, qui vt indign.* etsi peculiares locorum leges id sancirent; ad terrorẽ tamen potiùs facerent, nec tertio præiudicarent, qui actione experiri posset contrà Regiam Curiam subrogatam in locum Vniuersitatum, ex dictis per *Masull. ad Capyc. decis.* 183. *num.* 2. *Bombin. cons.* 17. *nu.* 6. *Marant. in singular. verbo subrogatum*, vel meliùs contrà damnificantem, si manifestaretur; sin minus, de occultis non iudicaret Ecclesia: solus enim Deus verè interioris est arbiter, cordis scientia, & animi, ac mentis interpres, *D. Ambr. lib. de Abrah. cap.* 7. *Christ. Longon. epist. lib.* 3. *epist.* 38.

Notandum hinc est, quòd de con-
30 suetudine publicari solent banna, quibus interdicitur, nè quis intret prædium alicuius; & hoc casu prædia, secundùm vulgus, dicuntur *Bannita*, & duplicitèr ingredi punitur; vno modo pro interesse dato Domino prędij; altero pro eo, qua contraueniendo bannimento deliquit; atque hæc pœna banni est criminalis, vt ait *Albertus Brun. cons. feud.* 85. *Omnipotentis Dei, num.* 7. *vers. Item considerata materia vol.* 1. & ad rem *Rota in florileg. pract. conclus.* 24.

De syndicis verò, qui tenentur ad
31 denunciandum delicta in proprio territorio patrata, multa extricat *Gratian. decis. Marchiæ* 109. inibique *D.*

Scop-

Digitized by Google

Scoppa in obseruat. ex nu. 8. vbi meminit de his, quæ ad materiam Ipsemet scripsi in *tom.* 1. *Rit.* 4. *num.* 10. & alia ponit *Præsul Campanilis in diuersor. rubr.* 7. *cap.* 6. *sub num.* 144.

Iniuria vlteriùs, de qua *Ritus*, quæ
32 quadrifariè infligi potest: Re, Verbis, Literis, ac Gestu, *l.* 1. §. *iniuriam*, *l. item apùd Labeonem*, §. *si quis pulsatus*, §. *conuicium*, *l. si statua*, *l. si stuprum*, *ff. de iniur.* tunc committitur, quando aliquid contrà ius alterius patratur, *l. sed etsi*, *in princ. ff. ad l. Aquili.* Horrent homines cum non nihil sibi demitur optimæ famæ; cum eorum dignitas, qua præcœteris pollere credunt, ab inuido laceratur; at aliorum amplitudinem proterere, aliorum existimationem effringere, non verentur. Proclamet licèt scitum illud, ac ab ipsamet Natura insita ratio: *Quod tibi non vis, alteri nè feceris*: plerique hominum tamen obloquuntur perperam, quæ nollent audire: effutiunt in alios, quæ in se dicta displicerent: agunt in proximum, quæ pati ipsi, vel renuerent, vel indignissimum putarēt.

Hinc ad compescendam tantam
33 oris petulantiam, tantam iniuriarum licentiam, & ad agnoscendum, si verè iniuriam passus reuocauerit in animum, iustissimè sanxit hic *Ritus*, quòd pro verbis iniuriosis querelans libellum porrigat, & quòd non possit procedi ex officio ad denunciationem partis, nec etiam ad querelam; quod confirmatur ex *Prag.* 36. §. 43. *de offic. Magistr. Iustitiar.* lata de anno 1532. qua statutum est, Actuarios M.C. non posse in eiusmodi querelis procedere sub pœna expensarum, confirmat *R. Rouit. in prag.* 11. *num.* 48. *de abolitionib. & sub mem. prag.* 36. *num.* 7. memor huius *Ritus* 311. & *Carauit. ibid. num.* 7. *Fab. Montell. in prax. arbit. par.* 4. *sect.* 9. *nu.* 41. *Carrabb. de syndic. p.* 2. *num.* 149. insinuatque *Carauit. ibid.* obseruari in toto Regno, etsi *Reg. Sanfelic. decis.* 258. decisum asserat, procedi posse ex officio absque querela, quem ex prædictis refellit *D. Consil. Altim. ad Rouit. decis.* 68. *num.* 5. at illum, ex quo iniuria verbalis in illa thesi penès *R. Sanfelic.* fuit atrox, insequitur *D. Io: Dominic. Raynald. in syntaxi rer. crim. lib.* 1. *cap.* 11. §. 7. *num.* 14. *pag.* 588.

Exposita verò iniuriarum querela,
34 si accusator desistat, vel remittat, nùm valeat inde Iudex ad vlteriora procedere? haud leuis extat Antinomia inter Iuris prudentię Professores; Quandoquidem sunt abnuentes, quando remissio litis contestationem præcedit, ex quo ius Fisco quæritur post litem contestatam, qua existente, remissio Iudicis manus non ligat. Sunt præterea annuentes, Iudicem statim, ac remissio interuenit, ad vlteriora procedere non posse, etiam si fuisset lata citatio ad sententiam.

Isthæc autem Pragmaticorum dis-
35 sentio distinctione conciliatur; aùt enim versamur in causis iniuriarum, in quibus Iudex ex officio procedere potest, prout sunt casus enumerati præsertim à *Nouar. tom.* 1. *de grauam. Vasall. grau.* 318. *num.* 2. *& Scialoya de foro compet. cap.* 10. *num.* 1. *Ascia determ.* 71. *Reg. Capyc. Latro decis.* 121. *num.* 9. eo casu post litem contestatam Iudici semper licet procedere; aùt autem versamur in iniurijs, in quibus Iudex ex officio inquirere non poterit, & tunc in quacumque parte iudicij, vel pars desisteret, vel remitteret, ille ampliùs procedere minime valet; sicuti præsertim annuit *Foller. in prax. crim. in fragment. tit. de iniurÿs*, *num.* 140. *& in comment. ad pragm.* 8. *de composit. circa fin.* quem laudat *Auus meus ad Capyc. dec.* 68. *num.* 3. & scribunt *Clar. in* §. *fin. quæst.* 58. *sub vers. sed certè*, *de consuet. lit. L. Scialoya cit. cap.* 10. *num.* 48.

Quam quidem distinctionem haud
36 obumbrat *Muscatell. in prax. crim. rubr. de iniurÿs, & famos. libell. ex nu.* 31. qui refellere conatur laudatum *Foller.* nixus *Parid. de Put. in tract. de syndic. verb. accusatio, cap.* 1. *num.* 1. *verbo an Iudex possit*, loquente in casibus, in quibus Iudex ex officio procedere potest, quod idem sustinet in *verb. inquisitio*, *cap.* 3. *nu.* 15. Siquidem *Muscatell.* dictum sua macerie diluitur,

tur: cum Doctoris sententia intelligenda sit iuxtà Iura, & *DD.* quos laudat *Prat. discept. forens. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 26. *Reg. Ronit. sup. pragm.* 25. *num.* 43. *de feud. Carauit. sup. rit.* 21. *num.* 2. *Gramm. decis.* 57. *num.* 18. *Mocc. sylu. cas. forens. cap.* 38. *num.* 15. *Reg. de Marin. tom.* 3. *alleg.* 50. *num.* 4. *Caren. resol.* 6. *num.* 8. *Card. de Luca tom.* 13. *discept.* 19. *num.* 6. *de iure patr.* Atque hæc fuit opinio *Carauit. sup. rit.* 203. *num.* 1. ità loquens: *Intellige tamen istud in casibus, in quibus possit ex officio procedi*, vt dicit *Paris de Put. in tract. Syndic. verb. accusatio, col.* 1. *vers. quod est verum, Abb. in cap.* 1. *col. fin. de coll. sus. de teg. lo: Ant. de Nigr. in cit. cap. ad consultationem, num.* 20. *vers. illud autem.*

Nec præterea eamdem distinctionem in aliquo perturbat *Sarnus in pract. crim. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. insectans *Bart. in l.* 1. §. *vsque adeò, ff. de iniur. Paris de Put. in verb. inquisitum, cap.* 3. *& Muscatell. loc. cit.* Siquidem eademmet responsione de medio tollitur. Et licèt idem *Sarnus* ibi subdat, cautè esse legendum *Foller.* ex quo contrà ipsum vrgere videantur *Affl. in constit. legum asperitatem, num.* 12. *Gram. decis.* 31. *Carauit. rit.* 21. *Baiard. ad Clarum in* §. *adulterium, nu.* 7. *Baldax. de Angel. in add. ad loc. cit. Foller.* (quæ est in *rubr. pœnis debitis feriantur, num.* 76.) Nec propterea scitè sic ait: cum benè perpensis memoratis Auctoribus, illi suam non sustinent, sed aduersam aleam.

Primò siquidem *Afflict. in cit. num.* 12. aliud dicit, sed in *num.* 9. quæ- 37
stionem excitat, an Iudex in causa adulterij sine accusatore possit inquirere? super quo articulo licèt à principio affirmatiuè respondere videatur, ex eo quia crimen est publicum, dummodò contrà adulterum frequès laboraret fama; attamen in fine contrarium sustinet ex illa solidissima ratione, nè connubia fœdentur.

Præterea *Gramm. in cit. decis.* 31. 38
sermonem quoque habet de adulterio, qui similitèr crimen appellat publicum, & in re vera crimen detestabile, & grauissimum nuncupatur, & est, vt ex *Reg. Latr. decis.* 121. *num.* 1. *& Præs. Ganauer.* post *decis. R. C.* 4. *nu.* 14. & nititur, quia adulterium erat notorium, vt *num.* 7. & ideò *num.* 4. affirmat, quòd ex officio possit procedi; vndè in materia iniuriarum, tàm verbalium, quàm realium, allegari non meretur; tùm quia Iura loquentia de crimine in specie, ad delicta in genere, & largè minime sunt protelanda; tùm quia loquitur in casu, in quo ex officio, stante adulterij notorietate, procedi potest.

Vlteriùs *Carauit. sup. cit. rit.* 21. benè perpensus loquitur in crimine vsuræ, nedùm secundùm *Ritum*, quem commentatur, & *Constitutionem vsurariorum*, sed etiam iuxtà decretum S. C. ad declarationem quæstionis, vt ibi.

Deinceps *Baiard. ad Clar. loc. cit. nu.* 39
7. etiam in crimine adulterij fermocinatur, quo in casu procedit, vt habita partis remissione ante litis contestationem, Iudex ampliùs procedere non possit; secus post litem contestatam, vt notat *Reg. Capyc. Latr. decis.* 121. afferens S. C. placitum, & *num.* 37. *vers. neque obstat*, probat, in talì crimine Iudicem ex officio non posse procedere, quem sequitur *Gizz. in addit. n.* 57. nisi adulterium esset notorium, insequuntur *Scialoya cit. cap.* 10. *num.* 15. ac *Thor. compend. decis. tom.* 1. *verb. procedi an possit ex officio in crimine adulterij.*

Denique *Baldax. de Angel. in mem.* 40
num. 76. dumtaxàt annuit, quòd in accusationibus sola facti veritate inspecta est procedendum, ideòque Iudex necessariò in iudicio supplere debeat, nè iudicium elusorium reddatur.

Hinc *Seuerin. in add. ad R. Sanfelic.* 41
decis. 394. *vers. attamen, tom.* 3. firmat, quòd quando iniuria non est atrox, & pars remittit ante litem contestatam, Curia non debet procedere; secus post litem contestatam, ex eodem *Reg. Sanfelic. in decis.* 63. *num.* 28. *& 29. per Constit. Regn. Postquam citata*, & ibi *Affl.* qui loquuntur in iniuria atroci, insequitur *D. lo: Domin. Raynaldo in syntaxi rer. crim. lib.* 1. *cap.* 11.

Digitized by Google

§.7.*num.*11.Sed *Sanfelic.loc.cit.*loquitur re non discussa, memor *Foller. in prag.* 8.*de composit.in fin.*qui *num.*103. differit quæstionem,& tandèm nectit, quòd accusatore desistente, in quacumque parte iudicij, Iudex non potest ampliùs causam prosequi.

Non obest idem *R.Sanfelic.in addit. ad cit.decis.*42.confirmans opinionem, quam statuit in adducto *num.* 7. in illa causa furti, quæ vnciam excedebat, pro qua ex officio, attenta opinione *Reg. Rauit. in decis.* 68.potest procedi, & præterquam quòd in vtroque loco perfunctoriè loquatur, quam ob causam non facit numerum: cum Doctores illi tantùm sint attendendi,qui differendo,aliquod statuunt votum,nõ ij, qui cursim,carptimq; loquuntur,idem *Reg. Rouit. cons.*21.*vol.*1.*& in rubr.de Scholar. Doctor.num.*31.*Mocc.sylu.cas. forens. cap.*28.*num.*22.*Reg.Galeot.controu. Illustr. tom.*1.*controu.*11.*num.*22. *Præsul de Afflict. controu. iuris resolut. cap.*5.*n.*45.atque idem *Sanfelic.in dec.* 63.*nu.* 28.citat *Foller.cit.in pragm.*8. *de composit.* qui omninò contrarium sustinet.

Nec tandèm veritate nititur dicte-
42 rium illud, quòd Fisco porrecta querela ius acquiratur:quoniam ante sententiam in rem iudicatam transactam ius Fisco non acquiritur, ex deductis per *Capiblanc.de Baron. tom.*2. *cap.*28. *num.* 12. *ac Rouit.decis.*91.*nu.*32.*verb. ratio differentia, & num.*37. nisi in delictis, in quibus adest confiscationis bonorum mulcta apposita, vt in *n.*33. vbi ratio affertur; *Ghazzin. tract. de treg.& pace, quæst.*9. *num.*12. stat pro opinione, quòd Iudex non potest ex officio procedere, licèt *num.*13. aliud asserat procedere in terris Ecclesiæ, quamuis non afferat casum peculiarem, vt possit eius dictum considerari, si pro iniuria verbali, vel reali loquatur, *Isern. in repertor.* post *comment.ad Regni Constit.Cap.Rit.& Prag. in verb. iniur. num.* 50. huic adhæret sententiæ ex illis verbis: *Et sic Curia nihil debetur ante condemnationem.*

Ex quibus porrò inconcussum redditur, quòd in causis iniuriarum Iudex, si in quacumque parte iudicij remissio partis superueniat,ampliùs procedere non valeat, nisi iniuria fuisset atrox.

Iniuria proinde alia est atrox, alia
43 enormis, alia leuis, & discrimen recipiunt ratione facti, loci, aùt personæ, post alios, *Consil. Prat.ad Muscatell. tit. de iniur.verb. Dicitur itidem.*

Atrox dicitur,cum irrogatur perso-
44 nis Ecclesiasticis,vel in Ecclesia,*Niger in Cap. Regn.* 149. *rubr. de offens.violent. & iniur. illat.Religios.nu.*14.*Viu. decis.* 27. *num.* 8. *Thesaur. decis.* 224. *Franch.* & ibi *Addentes decis.* 402. *& decis.*533.*num.*6.*de Angel. in prat. l. si quis* 10. *& auth. sed nouo iure*, C. *de Episcop. & Cleric.* memor *Carauit. in hoc rit. num.* 8. *Ricc. decis.*250.*num.*4. *p.*2.*Basilic. decis. crim.*30.*num.*26.*Valasc.alleg.*55.*num.*2.*Decian.tract.crim. lib.*4.*cap.*5.*ex nu.*1.*Carpzou.pract.crim. quæst.*99. *num.*17.*p.*2.*Raynald.in Syntax. rer. crim. cap.* 10.§.8.*num.*60.notans competere electionem fori, ex DD.apùd *Lucam ad Franch.decis.*597. *num.*1.qui præcœteris, me adducit in *rit.*229.*num.*5.*lib.*2.& memor est *Raynald.cit.loc.num.*62.& iterum *num.*63. Maximè si sacerdos fuisset insignibus indutus sacerdotalibus, vt in casu apùd *Farinac. quæst.* 105. *ex num.*195. *Inl. Carthar.decis.crimin.*37.*à num.*13. *Reg.Valenz.* latè *cons.* 142.*nu.*2.*lib.*2. *Censal. in l. vnic.C.si quis Imper.maledix.* §.7.*num.*35.*Reg.Sanfelic.decis.*63. *Gizz. ad Capyc. Latro lib.*2.*decis.*194. inserens allegationes *Abb. Io: Iacobi Gizzij ex num.*4.*pag.*304. Potissimùm si iniuria fuerit publica, *cap. nemo* 32. *quæst.*4.ibi: *Cum sit tolerabilis, culpa si lateat, quam si lenis vsurpetur authoritas*: *Apuleius* ibi: *Quod nemo nouit, penè non sit*, *Tiraquell. de pœnis temperand.causa* 57.*num.*1.*&* 2. *Diuus Thomas* 2.2. *quæst.*66.*artic.*3.*Isaiæ cap.* 30. ibi: *In occulto peccare pertinet ad diminutionem peccati, quia tollit scandalum.*

Grauiori propterea pœna mulctatur affigẽs libellum famosum in Ecclesia,

Gar-

Digitized by Google

Gargiareus de libello famos. integro *cap.* 9. qui *cap.* 8. *num.* 62. post *Farinac. cons.* 30. agit de casu tabellæ, continentis alicuius infamiam sub prætextu voti, in Ecclesia effixæ, idemque *Farinac. quæst.* 105. *num.* 435. & 477. idem pertractat, loquiturque de Palatio Principis, vel Potestatis.

Quamuis enim paruipendat illatas
45 sibi iniurias Ecclesia, quæ habet hoc proprium: *Dùm persequitur, floret; dùm opprimitur, crescit; dùm contemnitur, proficit; dùm læditur, vincit;* vt inquit *Hilar. de Trin.* punienda tamen est, sæuissimisque reprimenda supplicijs eam lædentium proteruia: etenim, si iniuria facta in ædibus mortalis Principis alteri, tàm acerrimè plectitur, ex *l. sed est, §. sed & si, l. Prætor edixit, ff. de iniur.* si grauiùs commissa in Ciuitate, quàm in rure, *Bal. in l. cum ancillis C. de incestis nupt.* & quæ fit diebus festiuis, *Castrens. in l. dies festos, C. de fer.* quæ iusta animaduersio, quæ tormenta excogitari poterunt, quæ cruciatuum genera condigna flagitio lædentis Ecclesiam, quæ Domus Dei est? *1. ad Timoth. 3.* ibi: *In Domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei Viui, Petr. Apost. epist. 1. cap. 4.* ibi: *Quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à Domo Dei*; & nè vel leuis suspicio subiret hominum corda, an verè Ecclesia esset Domus Dei? prætèr dominium, quod de ea habebat, vt de omnibus, dispoticum, *Psalm. 45.* ibi: *Rex omnis terræ Deus*, & *Psal. 94. In manu eius sunt omnes fines terræ*; palam è Crucis suggestu eam emit sanguine suo, ciuile quasi adepturus dominium, vt habetur *Actor. cap. 20.* ibi: *Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Et si exploratissimi Iuris est, sicuti iniu-
46 ria illata Vxori, censetur inflicta Viro, ex *l. 1. §. item ait, ff. de iniur. Gram. cons. crim. 45. um. 6. Marsil. cons. 1. nu.* 18. *Cyn. in l. si non conuitij, num. 7. ff. de iniur. Ant. Fab. 9. C. tit. 20. defin. 3. Viu. decis. 167. Anus meus ad Gramm. decis.* 23. *num. 3.* dixi in *rit. 272. ex num. 28. tom. 3.* Ità illatam sponsæ, illatam sponso censeri, pro qua sponsus agit;

& clamat vltionem, ex *l. item apud Labeonem, §. sponsus, ff. de iniur.* Nonne alibi Ecclesia sponsa Dei vocatur, vt in *Ephes. cap. 5.* ibi: *Viri diligite Vxores vestras, sicut, & Christus dilexit Ecclesiam. Apocalyp. cap. 19.* ibi: *Quia venerunt nuptiæ Agni, & Vxor eius præparauit se*, & *cap. 21.* ibi: *Veni, & ostendam tibi sponsam Vxorem Agni*, ac *Ose. cap. 2.* ibi: *Et sponsabo te mihi in sempiternum.* Trepident ergò, qui temerè atq; iniquiùs agũt in Ecclesiam: Deus enim illam custodit, qui licèt misericors sit, & miserator, *Psal. 110.* & pronus sit ad ignoscendum, vt inquit *Isaias cap. 55.* Exurgit aliquando, *Psal. 67.* & Deus vltionum est, *Psalm. 93.* cuius quamuis lento gradu procedat ira; lentitatem tamen grauitate supplicij compensat, vt inquit *Valer. Max.*

Iniuriam fieri Episcopo, si ipsi, po-
47 tissimùm à subditis, denegetur titulus Illustrissimi, dicebam, quicquid, vt suis clientibus morem gereret, scripsit *Iul. Capon. discep. forens. lib. 1. discept. 62. num. 19.* Iniuria namque reputatur, si etiam cõtrà vrbanitatis leges, ac debitum, atque communem omnium, & regionis morem quis agat, *Angel. in l. leuia, ff. de accusat. Alex. cons. 203. num. 3. lib. 2.* ex *text. in l. saccularij, §. sub quadam, ff. de extraord. crimin.* post-quàm enim titulus Eminentissimi Cardinalibus impertitus fuit, de quo *Baron. tom. 9. ann. 783. & lib. 4. epist. 11.* ac *lib. 8. epist. 7. 8. 37. & 38.* impartitus quoque fuit Episcopis titulus Illustrissimi, de quorum dignitate *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 68. Maur. Alzed. de dignit. Episcopal. in prax. cap. 48.*

Similitèr verba iniuriosa in Prin-
48 cipem prolata, quamuis ex aurea Constitutione Imperatorum Theodosij, Arcadij, & Honorij in *l. vnica, C. si quis Imperat. maledix.* de qua memini in *rit. 274. sub num. 94. tom. 3.* pœnam saltèm rigorosam non præseferant; & contrà eos Iudices Iure Codicis constituti fuere, *Gl. in tit. C. de Præposit. labor. lib. 12. Afflict. decis. 265. num. 62.* si tamen proferantur in depressionem dignitatis, & officij, læsæ

Digitized by Google

Maiestatis crimini accedunt, *Reg. Valenſ. conſ.* 164. *ex num.*49. *Natta conſ.* 592. *à num.*23 *Cenſal. ad cit. l. vnicam*, §. 1. *C. ſi quis Imperat. maledix. Matthæ de crim. tit. læſæ Maieſtatis, cap.* 2. *nu.* 22. *Boter. tract. de crim. læſæ Maieſtatis*, & iuxtà varios caſus, & circumſtantias pœna in praxi deducta fuit, apùd *Barboſ. in cap. felicis, num.* 5. *de pœnis, in* 6. & ibi *Paſſarin. num.* 11. *Azened. recopil. lib.* 8. *tit.* 18. *leg.* 1. *num.* 30. *Ruin. conſ.* 145. *vol.* 5. *Gilhauſen. arbor. iudicial. crim. tit.* 3. *num.* 2. *Petr. Binsfeld. tit. de iniur. & damn. dato, cap.* 1. *quæſt.* 9. *concl.* 17. *Gionagnon. reſponſ.* 94. *lib.* 1. *Ber. tazz. conſ. crim.* 28. *in fin. lib.* 1. *Baſilicò deciſ.* 26. *num.* 3. *Gargiar. patrocin.* 13. *num.* 1. *part.* 1. *Reg. Reuert. deciſ.* 50. *p.* 2. *Prat. reſponſ. crim.* 17. *Camill. Borrell. de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 11. qui teſtatur, capite plexum in hac Ciuitate Doctorem, qui in memoriali dixerat: Magiſtratus Regis, Viris doctis omiſſis, ignorantibus impartiri, quem laudat *Io: Domin. Raynald. cit. tract. cap.* 2. §. 5. nec non *in* §. *ſequen.* rem pertractat mirificè, & notat *Muſcatell. de cognit. delict. tit. ſi quis Imper. maledix. num.* 3. *verſ. ego autem*; quam quidem pœnam paſſus fuit, qui compilauit nonnullos verſus contrà Pontificem, & Cardinales, *Farinac. conſ.* 145. *Guazzin. de confiſcat. bonor. concl.* 13. *ampl.* 49 91. *n.* 4. Atq; in his præcipuè ſplendere debet Principis clementia, de qua pluries in his comment. dixi, præſertim in *rit.* 274. *ſub num.* 93. & *Petrus Faber lib.* 3. *ſemeſtr.* integro *cap.* 16. multa ad rem enarrans, præſertim, per clementiam, ſiue pietatem proximè ad Deum non minùs accedere Principes, quàm per Maieſtatem, grauitatem rei, affluentiam rerum, atque veritatem, pluribus eruditionibus, ac exemplis illuſtrat, videndus à pagina (mihi) 213. Hinc Alexander detractores deludebat, Auguſtus recompenſabat, Tiberius diſſimulabat, ac Titus ſpernebat: Magnanimus enim iniurias non meminit, *Ariſt.* 4. *AEthic. Senec. de clement. lib.* 1. *cap.* 5. & vindicatus remanet eo ipſo, quòd cognoſcitur, poſſe ſe vindicare, *Stephan. Guazius in conuerſat. ciuilib. lib.* 2. *pag.* 136. & mirè obſeruauit Prorex illius temporis, apùd *Reg. Reuert. deciſ.* 50. ſuam exercens magnanimitatem.

Nonnulla verò in materia criminis
50 læſæ Maieſtatis indicaui memorato in *Rit.* 274. quem locum pluries adducit *Raynald. cit. tract. lib.* 1. *cap.* 2. *ex n.* 13. diſpũgens quæſtiones à nobis ibidem excitatas, an non ſubditus incurrat in huiuſmodi crimen? & quando non reuelans coniurationem, in idem incidat? & hac in re notandum, quòd in theſi Iulij Forte Neapolim accedentis, vt Nobilem induceret ad prodendum Clementiſſimum noſtrum Regem, ille Nobilis obſeruauit monitum *Pauli de Caſtro in l. ſi quis ſeruo, C. de furt.* quem refert *Lopez* videndus *in cap. per veſtras*, §. 29. *de donat. int. vir. & vxor. pag.* 225. qui quippe Iulius Forte nullo pacto, ac prætextu noſtri Regis Vaſallus fuit, nec Regia Iuncta vnquàm ſuæ depoſitioni credidit fuiſſe de Ciuitate Nouariæ Status Mediolanenſis, prout euidentèr deinde eius aſſertum falſum fuit detectum, ſed in ipſa Iuncta abſolutè fuit decretum, etſi non ſubditum, incurriſſe in læſæ Maieſtatis crimen: quidquid alitèr ſcribat *D. Antonius Police*, neſcius horum, quæ in Iuncta acta fuere, *in tract. de præmin. Reg. Audient. tit.* 5. *de crim. læſ. Maieſt. cap.* 4. *ſub nu.* 2. Ac in celebri cauſa de-
51 lationis nominis D. Ioſephi Francoperta, Principis Coſoleti, omnem criminis ſuſpicionem diluens, ſcripſi vti eius Aduocatus ordine Excell. Pro-Regis, coràm DD. Regiæ Iunctæ de Statu Iudicibus, reſponſumq; editum tranſcribere libet.

Maieſtatis crimen, facinus eſſe om-
52 nium teterrimum, nemo eſt, quem latcat. Vt illius immanitatem, qua maxima niti poſſent ratione Iuriſconſulti, digito monſtrarent, nulli ſceleri ſecundum vocitarunt, longè truculentiùs parricidio, proximumque ſacrilegio. Verendam enim ſuprema obſeruantia, colendamque humanam Maieſtatem, quaſi Diuinam in Terris inexpia-

Digitized by Google

piabili, efferoque ausu impetere non veretur. Quàm fœdissimum sit hoc flagitium, indè maximè potest percipi: est quippè illud, quod rebus publicis excidia, calamitates Regnis, ærumnas Prouincijs, Vrbibus clades, Familijs deniquè æternum dedecus exerit: illud est, cui minitantur sacratissima veterum Instituta gladium vltorem, comitantem perennem infamiam, bonorum omnium proscriptionem, domorumque demolitionem.

At quàm inuehunt acerrimè in hoc
53 crimen Iura, seruanda tàm est, ait *Modestin. in l. si famosi, 7. ff. ad l. Iul. Maiest.* à Iudicibus norma, nè hac suppliciorũ acerbitate venerationem Maiestati deferendam velint ostendere potiùs, quàm vindicare non delatam; nè quibuscumque indicijs, vel leuibus habitis, sæuiendi occasionem arripiant; nè demùm, vix inspecta tabularum inscriptione, quempiam tam pudendi sceleris labe respergant, damnentuè, *Elbert. Leonin. cons.* 80. *pag.* 360. Proprijs gaudet Maiestas crescere incrementis; non à miserorum ruina quæsitis: solidas laudes quæritat, quæ in virtute, gloriaque militari lætas radices agat; non eas, quæ à cæde, atque subditorum sanguine coalescat: *Crimen hoc*, ait *Modestin. in mem. l. si famosi, à Iudicibus, non in occasione ob principalis Maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate rei.* Cuidam Fanalium deferenti, quòd inter cultores Augusti quemdam infamem adsciuisset, respondit Tiberius: non ideò decretum patri suo Cœlum, vt in perniciem Ciuium is honor verteretur, refert *Dionys. Gothofred. ad d. l. famosi.* Hæc mens Traiani fuit, quem laudat *Plinius in Panegyr. ad Traian.* quòd sustulerit metum legis Iuliæ; hæc mens nostrorum præsertim Regum, vt non ex metu, aùt terrore hominum, aùt criminibus, Maiestatis reuerentia suis nominibus adquiratur, *Traian.* apùd *Plin. lib.* 10. *epist.* 86.

Hinc est, quòd licèt sanxerint Im-
54 peratores, quòd nemo pro Maiestatis Reo verba audeat effundere, precem deferre, aùt quoquo modo intercedere, iuxtà *Bart.* effatum *in tit.* 1. *extrauagantium Constit. Henrici VII. in verbo sine strepitu, num.* 3. *Gig. de crim. læs. Maiest. rub. qualitèr in crim. læsæ Maiestatis proced. q.* 4. *ex num.* 8. vel quia eam silendi necessitatem atrocitas criminis pariat, *Tacit. lib.* 3. *annal.* vel vt indicetur, dirum hoc scelus verè esse nefandum; attamen nè vlla pro miseris, & captiuis deprecando occasio omittatur; & Administros, Serenissimi nostri Reges, integerrimos indulsere huiusmodi crimine postulatis, & Patronos; nè, vel impunè ferat Reus sine vindice, vel succumbat Innocens sine Patrono, æquiorem sectantes aleam, quam tuentur *Henricus Boceri in tractatu de crim. læs. Maiest. cap.* 4. *de iudic. Maiest. nu.* 15. *fol. (mihi)* 219. *Christoph. Besoldo in dissertat. de crim. læs. Maiest. sub num.* 23. *lit. A. pagin. (mihi)* 36. *& Ipse in Rit.* 274. *sub nu.* 82. *vers. has, atque alias, tom.* 3. Inclyta eorum vestigia sectati sunt Excellen-
55 tissimi Proreges; præsertim, Excellentissimus Marchio de los Velez, qui tanta prudentia, tanta æqui, bonique cupiditate, selectissimum Regiæ Iunctæ de Statu Cœtum iudicaturum æquissimè pro sapientia, & luce dignitatis suæ, iuxtà *l. C. Aurel. in l. vnic. ff. de offic. Præfect. Prator.* ex tot præclarissimis Viris conscripsit; à quibus, D. Ioseph Francoperta, Princeps Cosoleti, iàm diu in carceribus constitutus, sua tantummodò fretus conscientia, etiam absque Patrono, absq; ope orationis, in spem erigitur, mandandum esse, quòd liberetur omninò, & suspicio deleatur, ac titulus; suamq; innocentiam defendendam à vigilantissimo Fisci Patrono; cuius probitas vni. veritati admilitans, admirabili quodam nexu, ac Fisci iura fouet paritèr, ac innocentum; eaque tantùm petit, quæ & iudicare mallet, *Cassiodor. lib.* 1. *var. epist.* 22.

Ipse verò, qui extiti electus ab eximia Excellentissimi Domini in me munificentia generalis huiusmodi criminibus Patronus in Regia Iuncta, nè

ta-

tacitus videar pertransire, re priùs expositâ, qualemcumque eam colligere potui ex interrogatorijs criminatoriis, alijsque extraiudicialitèr auditis, (processus enim est informatiuus) perpendam nonnulla. Humanitas igitùr Dominorum Iudicum exoranda mihi oppidò est, vt suppleant ex germana ipsorum scientia, si quid aderit alienum à facti serie; addant ex abundanti ipsorum doctrina, si quid in Iure desideretur.

Antonius Bertucci, homo vilissimus, non modò olitore natus, verùm etiam stercorarius, anno 1671. pedissequus extitit D. Ioseph Francoperta. At vix exiguo elapso temporis curriculo, anno scilicèt 1673. motus à famulatu D. Ioseph, ac domo fuit, tanquam indignus, cum perditis esset moribus; præsertim cum interemisset Matthæum Maione, Decurionem lictorum Ciuitatis Rhegij, ob priuatas inter eos inimicitias. Ea est hominum huius loci ratio, vt nullum in rebus modũ habeant, facillimèq; insoleścãt.

Foriudicatus deinde propter hoc homicidium, cœpit in omne facinus procurrere; grassabatur exul per agros, creberrimas, quotidianasque rapinas patrans, easque plerumque in ouilibus eiusdem D. Ioseph, ac viridarijs. Quamobrem laborauit multum, diuque D. Ioseph, vt suæ, Reique publicæ securitati consuleret, adiutus opera Baronis Montisbelli sui consanguinei, vt homo hic, tot sceleribus inquinatus, caperetur. Captum milites statuunt coràm Comite Barbò; qui post quatuor horas termini, ad modum belli, alligari ad palum iubet grassatorem hunc tàm improbum, pilluliſquè plumbeis tormento bellico explosis configi.

Quò se vertat infelix morti mox addicendus. Iam trabem exponi audit funeream; iam à satellitibus tormenta bellica parari. Dicat, se vitæ pessimè ante actæ pœnitere, eamque optimam in futurum polliceri? seram, conspicit, esse pœnitentiam. Veniam exoret? territant innumera scelera. Neget à se commissa? nequeunt celari, quę palàm admissa sunt. En igitùr, quid agat miser? Dum hæret attonitus, neq; vllam cernit adesse viam, imminens periculum euadendi, affulsit subitis casibus sagax ingenium. Ferino rictu, hæc credam, scelerum hunc inuentorem latrasse.

Moriar ego confixus, ac D. Ioseph Francoperta, per quem captus sum, incolumis incedet? Trucidar ego; & ille, quasi parto de me triumpho, lætabitur? Quamuis vltimum hoc supplicium meruerint mea flagitia, atque effrænis viuendi licentia; quis tamen poterit inficias ire, me per D. Iosephum hæc perpeti? At habet profectò ipse, quod amittat. Non gaudebit me herculè. Criminationem aduersùs ipsum instituam; talequè confingam crimen, cuius solùm nomen, ac titulus satis sit, vt de medio tollatur. Ipso sublato, vel præmium fraudis erit mihi vita, vel certè vna moriemur. Dolus tandèm, an veritas quis in hoste requirat? *Virg. lib. 2.* Mihi, vt eripiam me fortasse letho, non est, quod non liceat.

O incredibilem fœdissimi hominis proteruiam! ò fraudulentam calliditatem! ò impudentissimam linguæ petulantiam nullo vnquàm seculo auditam! Nouum per summam fraudem aggreditur facinus. Vitam, quæ ob patrata scelera iam iam sub patibulo erat, nouo scelere studet redimere. Nuncium mittit Comiti, se habere, quæ deferat de Statu, initisque in Regnum dolis; si sibi, ac duobus socijs detur impunitas, ac vita. Comes igitùr legum non sinentium hoc ignarus, sententiæ exequutionem sustinuit; ad se se deduci iubet capite damnatum, ac deductum audit libentèr.

Detulit hic nomen D. Ioseph Francopertæ de crimine Maiestatis, dicens: eum proximo Messanæ tumultu inijsse consilium cum D. Iacobo Auerna suo consanguineo ductore perduellium in ea Ciuitate, & cum Duce Vivonis summo inibi Gallis Præfecto, in hostium potestatem Vrbem Rhegium tra-

Digitized by Google

tradendi; propterea que paratam habuisse gentem suis nutibus, vt res postularet, armatam, Antoninum de Ferrante præsertim Mossorofæ commorantem, hominem metuendum, acerrimum, ac pessimæ vitæ. Atque vt res ex sententia caderet, opportunèque fieret Vrbis inuasio, addidit, D. Iosephum tentasse mittere Messanam ipsummet delatorem, qui rem disponeret; at cum ipse renuisset tantum nefas, misisse tandèm non semel Ignatium Pasqualone, cui plurimùm fidebat, sub prætextu, vt quædam recuperaret argenta, vectum lintre ab Antonio Foti, Francisco la Bozzetta, ac Petro de Aloy nautis. Hinc sæpiùs commeatus Messanam perduellibus misisse, animosque dedisse; imò, & eidem D. Iacobo pollicitum esse quemdam suum equum atrati velleris, cui nomen erat *Marchese*. Et à prædictis Duce Vivonis, ac D. Iacobo Auerna obtinuisse responsum, quòd non poterant oblatam propositionem exequi, nisi priùs potirentur aliqua alia Arce in Sicilia, vt essent tuti; at verò, vbi primùm ea fuerint potiti; D. Iosephum certiorem facturos, deinde Rhegium inuasuros.

Quantam, proh Deus Immortalis, quantam verborum congeriem potuit blatero hic parare: quot mendacia, fraudesquè contexere!

Retulit audita Comes Excellentissimo Proregi. Et quamuis prudentissimus quisque æstimaret hæc omnia chymerica, commentitia, nuper dolo aliquo excogitata, ac nullius fundamenti; attamen, vt ea cautela res procederet, qua par est, in hisce delictis, demandata fuit inquisitio hæc, pro aliis rebus Messanam profecturo, Domino Comiti Legardæ, meritissimo Consiliario, & Commissario tunc in Regia Iuncta Status, quem nuperrimè ex Aduocato Fiscali in Consilio Ordinis Matrithi Catholica Maiestas iussit Regentem supra numerum in hoc Regno, omnium plausu, & expectatione.

Hic verò, licèt omnem operam adhibuisset, omnemque curam, vt iniuncti sibi muneris officio fungeretur; nihil tamen potuit probare. Et mense Ianuarij 1679. accepto D. Iosepho mandato à Scriba quodam Domini Consiliarij D. Didaci Galiani, vt Neapolim se conferret, alacritèr, cæcaque paruit obedientia; ac timens nihil, statuit se se coràm Spect. Domino Regente D. Felice Vlloa, y Lanzina, nostri S. C. meritissimo, ac nunquàm satis laudato Præside, Iunctæ Præfecto; à quo iussus primò, nè proprijs ædibus abscederet, translatus deinde in Castri Noui custodiam fuit.

Commissæ fuerunt nouæ diligentiæ eidem Domino D. Didaco Galiano, Viro omnibus numeris absoluto, tùm de hac causa, tùm etiam de internecione; de qua, cum interemptus Cosoleti fuisset quidam Antonij Bertucci denunciantis germanus, insimulatus idem D. Ioseph fuerat.

Peractis de vtraque re diligentijs;
56 nihil tamen fuisse probatum, fertur. Atque adeò cribratæ sunt hæ criminationes à duobus integerrimis Ministris, ijsque quæsitoribus: quasi fato quodam, vt in opere, orcque duorum inconcussa magis staret veritas; *quæ*, vt inquit *Marcus Tull. in Vatin. tãtam semper potentiã habuit, vt nullius machinis, aùt cuiusquam hominis ingenio, aùt arte subuerti potuerit: & licèt in causis nullum patronum, aùt defensorem obtineat; tamen per se ipsa defenditur.* Et rursus idem *Cic. pro M. Cælio. O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraquè fictas omnium insidias, facilè se per seipsam defendat*; hæc enim omnes calumnias proterit, *Prouerb. cap. 8.* vt concluſit vnus ex tribus iuuenibus, qui Darii Regis corpus custodiebant, de quo *Esdræ lib. 3. cap. 3. Florian. de Sancto Petro cons. 15. ex num. 20. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 12. tit. 17. num. 5.*

Interrogatus fuit D. Ioseph, sine *Monitus*, vt aiunt; congruè respondit, suam pandens innocentiam. Dominus Fisci Patronus institit deinde, dari *Monitus*; & per Regiam Iunctam fuit di-

Digitized by Google

dictum: *Compleatur examen.* Reclamauit D.Ioseph, reclamatio non fuit admissa. Hodie tandèm, post datum *Monitus*, agitur de prouidendo, quòd excarceretur, & deleatur titulus.

Non omiserim hic, quòd in delatione, quam Antonius fecit Comiti, addidit: Ioannem Simonem de Ferrante Rhegiensem cymbis transuexisse quosdam sues Messanam eodem belli tempore; ac duos testes, veteres sui sodales, precibus comparauit ad id probandum. At verò in vinculis Castri Noui coniecto Ioanne Simone, vocati ijdem duo testes, vt de more depositionem in Rei faciem ratam haberent, tacti syntheresi intrinsecùs, palàm simul clamitarunt, omnia, quæ primò deposuerant, fuisse falsa; eaque perperàm dixisse seductos ab Antonio Bertucci suadente, quòd hac vna poterat ipse ratione, mendacijs scilicèt, impendens vitæ discrimen evadere. Quapropter absque defensionum præsidio, absque causidico, operauè vlla, fuit omnium huius Cœtus Iudicum suffragijs, Ioannes Simon vinculis exutus, atque absolutus, & manauit decretum, quòd non procedatur. Equidem ex *Div.Chrysost.hom.5.de laudib. Paul. Talis est conditio falsitatis, vel erroris, vt etiam nullo assistente consenescat, ac desinat. Talis autem è diuerso veritatis status, vt multis impugnationibus suscitetur, & crescat.* Vnde *Cic. pro Aul.Cluent.* sic ait: *Veritas enim, licèt aliquorum improbitate deprimatur, emergit tandèm aliquando*: & *Claud. Minois ad Alciat. emblem.* 28. *cap. Episcopus*, 18. *dist.* subdit, quòd *licèt laboret; tandèm eluctatur; quia si premitur, non opprimitur.*

Iam verò totum robur huius inquisitionis cõsistit in machinatione, dolis, præstigijsq; adhibitis ab Antonio Bertucci; quæ quanta, quanta sunt, mole sua ruunt, nullumque pariunt indicium, nè ad inquirendum quidèm; cum in delatione plura sint mendacia, quàm verba; vsque eò delatio hæc laborat, vt in ea omnia conspici possint vitia: in deferentis persona tot defectus, vt numerum arenæ maris exæquent.

Siquidem nullo penitùs pacto ad-
57 mittenda erat hæc, tanquàm capite damnati, denunciatio. Certo certiùs est, nisi vt euitetur supplicium, saltèm vt differatur, sœpenumerò essingi diuerticula, aliasuè id genus calumnias. Si enim voluit proclamare, cùr tam diuturno silentio vsus est? Cùr tandiù reticuit, quod tantoperè flagrat nunc pandere? Quid est, quòd iste in extrema vitæ linea, tàm de Reipublicæ tranquillitate laborat, quàm nuper, & viuens vsquequaque eam grassationibus laniabat? Fallit sanè in hoc vetus illud adagium, quòd nemo repentè fiat summus. En hic subitò post dictam sibi capitis sententiam, ex improbo, trucique in optimum ciuem, Patriæque zelantem evasit, *Cic.in Anton.* O præclarum quidèm, amantissimumq; publicæ pacis custodem, grassatorem! Si indumento ouis vestitur lupus, non est sanè, nisi vt securiùs rapiat, dissipetque; vel vt sibi ipse, quà potest, consulat. Apertissimè hoc, & aureis quippè verbis sensit *Vlpianus in l.si quis fortè 6.ff.de pœn. Si quis fortè*, ait, *nè supplicio afficiatur, dicat, se habere, quod Principi referat salutis ipsius causa, an remittendus sit ad eum? videndum est. Et sunt plerique Præsidum tam timidi, vt etiam post sententiam de eo dictam, pœnam sustineant, nec quicquam audeant. Alij omninò non patiuntur, quicquam tale allegantes. Nonnulli, neque semper, neque nunquàm remittunt; sed inquirunt, quid sit, quod allegare Principi velint? quicquid pro salute habeant dicere? propter quod, aùt sustineant pœnam, aùt non sustineant; quod videtur habere mediam rationem. Cæterùm mea fert opinio, prorsus eos non debuisse, postea quàm semel damnati sunt, audiri quicquid allegent*; & *Dionysius Gothofredus ad mem.l.si quis fortè, lit.* Z. ait: *Pœna non differtur damnati, hoc colore, quòd quædam se habere dicat Principi referenda salutis ipsius causa.*

Et tantis est suspicionibus obnoxia,
58 vltimo supplicio afficiendi delatio,

vel

Digitized by Google

vel depositio cõtrà aliquem; vt quamuis visum fuerit nonnullis, præsumi quemq; extremo sui fati die testimonium perhibere veritatis, nullam de ijs, si quæ dixerint, etiam pro alicuius innocentia detegenda, habendam esse rationem voluerint *Campagn. in cap. frequens, num. 179. Danz. de pugn. DD. tit. de condemn. pro delict. cap. 3. tom. 2. Reg. Reuer. decis. 44. lib. 1.* ibiq; *Reg. de Marin. Valenz. conf. 102. num. 95. lib. 2. Reg. Sanfelic. decis. 238.* & adest *Prag. 12. de condemn. pro delict.* Hic enim summa iam iam morituri in proximum teneritudo vrget; illic summum iam morientis odium in hostem; hic vt aliorum cædem auertat; illic nè solus trucidetur; hic nè mœreat amicus; illic nè hostis lætetur; in vtroque non leuis falsitatis suspicio, in neutro veritas tuta. Vndè meritò dixerim, sen-
59 sisse *Reg. Rouit. in pragm. 6. num. 5. de recep. delinq.* aientem: *Confessio eius, qui est morti traditus, nullum facit indicium*, quod confirmant *Reg. Sanfelic. decis. 283. num. 7. Prat. resp. crim. 23. ex num. 32.*

Quid? quod in hac hypothesi fuit
60 deferenti promissa impunitas? quæ cum solius tantùm Principis sit, Supremæque Regaliæ, *l. Relegati, ff. de pœn.* non est præsumenda in inferiori Administro, nisi probetur concessa; atque adeò delatio hæc ruat oportet, quippe quæ recepta sub spe impunitatis ab illo, qui eam elargiri non poterat, *Salycet. in l. cum indulgentia, num. 3. & 4. C. de sentent. pass. Gregor. de Magal. in 1. p. tract. de securit. ex num. 57. Reg. Carolus Tapia decis. S. C. 21. nu. 3.* corruente enim fundamento, corruit ædificiũ, *l. nam origo, ff. quod vi, aùt clam.* At esto fuerit in Comite Barbò hæc potestas; certè debet intelligi in improbis sponte ad Curiam properantibus, non quidèm vi, tantoquè labore captis, imò & iam capite damnatis. Secus cõburamus virgas, oportet; demus laqueos flammis, in aliud opus migrent secures, fodiant lictores, lætentur perditi, iam aberunt longissimè supplicia. Nemo enim ad patibulum agendus tam mentis inops erit, tam stultus, vt nesciat atrocissima quæque flagitia in alterum confingere, pœnasque diuertere, quò ipse euolet impunis. Nemo non, & in patrem etiam suum excandescat: non vt in caput eius directè iram suppliciorum congerat, sed vt à suo arceat. Et ità quis optimorum ciuium esset tutus, quis domi, quis rure, quis in foro, vel in templo sederet securus?

Itaque cum neutiquàm de Iure de-
61 buerit denunciatio hæc admitti, admissa sanè de facto, nullum penitùs indicium facit, *l. maritus, 20. ff. de quæst. Bart. in l. Imperator, ff. de stat. homin. & in l. 1. §. Diuus, & §. Antoninus, ff. de quæst. Paul. de Castr. conf. 284. viso quodam, num. 4. p. 2. Angel. in l. inter stipulantem, §. si Stichum, ff. de verb. oblig. num. 4. Gramm. conf. 38. nu. 14. Anchar. conf. 24. visa inquisitione, num. 2. Luchin. de Curt. conf. 63. num. 15. Franc. Brun. tract. de iudic. 1. p. quæst. 2. nu. 11.* perpẽdens *text. in l. pridem, C. de quæst. Lut. conf. 161. num. 18. tom. 1.*

Age dùm, demus etiam, ritè potuisse D. Iosephi nomen deferri ab Antonio, & eius delationem admitti. Quibus nunc argumentis, quo robore sustinetur? nullis quidem, si vnam deferentis personam introspicere velimus; neque enim constat ex hoc, quia ipse detulit; secùs idem esset deferre, ac damnare.

Pessimum semper fuit genus illud
62 hominum, delatores, inquam, qui tantoperè student, posthabitis, quæ deberent vnicè respicere, Reipublicæ commodis, vel alienæ securitati inuidere, vel propriam inhiare, vt meritò dixerit *Tacit. lib. 4. annal.* fuisse publico exitio repertos. *Eo sunt plerumq; ingenio praditi*, ait *Reinhardus Konig. in Theatro politic. p. 11. cap. 75. vt tanquàm malitiosi homines gratiam Principum per lucrum suum aucupentur ex calumnijs, & delationibus innocentum hominum: nec enim ad hunc vsq; diem, compertum est, vllum delatorem fuisse fidelem.* Hinc eos omnes *Tiberius* vna die iussit interimi, *vt* referunt *Dio.*

Digitized by Google

Cassius, lib. 58. *Xiphilin. ex Dione in Tito*, & dixi in *ritu* 272. *sub num.* 6. *vers. alij verò, tom.* 3. addo *Dom. Reg. de Philippo dissert. fiscal.* 3. *ex num.* 25. *ad* 35. omnes vno tempore Titus Vrbe interdixit: contrà omnes, læsis licentiam dedit Constantinus, seueritatem Iudicum implorare ferro districtam, *Imper. Const. in l. omnes, C. de delat. lib.* 10. Excreuerat enim eò vsque hæc delatorum libido, vt ingemuerit sui temporis mores, *Seneca lib.* 3. *de benef.* his dictis: *Nostri seculi exempla non prateribo. Sub Tiberio Cæsare fuit accusandi frequens, ac penè publica rabies, quæ omni ciuili bello grauiùs togatam Ciuitatem confecit. Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocantium: nihil erat tutum, omnis sæuiendi placebat occasio: nec iam Reorum expectabatur euentus, cum esset vnus.* Dicebat *Quintilian. Accusatoriam vitam viuere, & ad deferendos Reos præmio duci proximum latrocinio est, lib.* 12. *cap.* 7. quem refert *Borell. p.* 2. *summ. decis. tit.* 15. *num.* 358.

At Antonius nulla fide dignus est,
63 neque vt delator, neque vt testis: Quis enim ferat, quempiam delatorem esse, ac testem, *Nell. à S. Gemin. in tract. de testib. num.* 30. *Specul. in tit. de testib. vers. quod ipse, Rolan. à Vall. cons.* 98. *viso processu*. Nequit vnus, & idem duplici munere decorari. In qualibet causa, præter Iudicem, delatorem, ac Reum, testes requiruntur, *cap. forus, §. in omni quoque, de verb. signif.* Non est igitùr testis delator. *Tacitus lib.* 5. *annal.* loquens de Ephicari à Proculo accusata in coniuratione Pisoniana, & sub Nerone: *Indicium*, ait, *irritum fuit; nam cum indice composita nullis testibus inuisum, facilè confutauit*; & inferiùs contra Sceueninum: *Indicium labauisse Milichi, qui se paritèr indicem, & testem faceret*. Hinc delatoris depositionem nullius roboris, appellitat *Surd. cons.* 132. *vers. quartò deliberatur*, non integram, *Aretinus in l. testamenta omnia, C. de testam.* nulla prorsùs fide dignam, *Paulus de Castro consil.* 148. *visis, col.* 3. *vol.* 2. quem sectatur *Corn. cons.* 329. *col.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 5. *col. fin. lib.* 2. *Grauet. cons.* 6. *plura videnda, num.* 76. *Gizz. cons.* 2. *nu.* 13. *& cons.* 16. *num.* 1. *& 2. Mascard. de probat. conclus.* 26. *nu.* 7. *& conclus.* 507. *nu.* 1. *Bertaz. cons.* 251. *nu.* 103. *Guazzin. ad defens. reor. tom.* 2. *defens.* 29. *cap.* 19. ità quòd non solùm non satis sit ad condemnandum, sed nè ad inquirendum quidem: maximè quando agitur de graui præiudicio, *Abb. in cap. omni, de testib. col.* 3. *vers. pone ergo, nu.* 4. *Gemin. in cap. cupientes, §. si verò, de elect. in* 6. *Bertaz. cons.* 251. *num.* 103. *Afflict. in Const. humanitate, num.* 30. *Iodoc. tract. crim. de probat. test. tit.* 51. *num.* 22. ne fas sit cuique, optimum quemque aliqua ignominiæ nota inurere. At quodnam præiudicium maius reperiri potest, quàm aliquem respergere labe criminis Maiestatis, qua ob dictum vnius improbi tota progenies contabescat? quænàm iactura peior, quàm ex mendacio vnius probum Ciuem macula Maiestatis, nullo vnquàm tempore delenda, pollui? & pleniùs scripsi alia in hypothesi, de qua memor sum in *Commentar. ad Rit. M. C.* 274. *ex num.* 100. *lib.* 3. *& 101. in fin.* post *R. Capyc. Latr. decis.* 179. *num.* 38. *lib.* 2. Addo *Decian. respons.* 93. *sub nu.* 25. *vol.* 2. *Thor. in C. rer. iudic. alleg.* 34. *num.* 25. *Guazzin. defens. reor.* 29. *cap.* 19. *de Rubeis certam. forens.* 9. *n.* 12.
64 ibidemque indicaui, Iura hoc adeò abhorrere, vt voluerint, primum testem examinatum absque querela, nullam fidem facere, cum pro denunciatore habeatur; rectissimè propterea *Iodocus Damhouderius*, videndus *in prax. crim. cap.* 50. *num.* 22. clamat contrà animas Iudicum, horum testium depositiones recipientium.

Atque vt clariùs innotescat, nullius fidei esse huius iniquissimi delatoris indicium: Vel supponitur, inquàm, patratum hoc crimen, nel non? Si non, igitùr contiescat Fiscus, quia est in-
65 nocens. Si supponitur, (quod longè secus est) & delatori huic nulla fides habenda, quia esset socius criminis; & socio criminis nullo modo credendum,

Digitized by Google

dum, vt infrà. Esset nempè socius, quum non reuelasset extemplò. Non enim est sine crimine proclamatio sera, *Afflict. in Constit. corruptelæ, num. 7. ex text. in l. quisquis, ad l. Iul. Maiest. & in l. iustas, C. de iure fisc. lib. 10. in l. si in tempora, C. de fide instrument. Auus meus ad Gramm. decis. 28. num. 15. Reuert. decis. 41. Valenz. cons. 163. num. 42. lib. 2.* etiam si vnica tantùm interscientiam, ac delationem elabatur hora, *Larr. decis. 65. num. 86. ex Dec. in l. vinum, num. 10. ff. si certum pet. Neguſant. respons. quæst. 271. num. 32. Menoc. de arbitr. lib. 2. cas. 220. num. 47. Capyc. Latr. consul. 6. num. 138. & 182. Farin. quæst. 116. §. 3. nu. 155.* In exordio inhitæ factionis prodenda erat inhita factio. Tacens aliquantisper impios hosce conatus, fatetur se participem. Crimen est eo ipso, quòd conticuit crimen. Ità ait *Vlpianus l. c. in l. si quis fortè, ff. de pœn. Magis esse puniendos eos, qui tamdiù conticuerunt, quod pro salute Principis habent se dicere, neque enim debebant tam magnam rem tandiù tacere.* Pandunt igitùr Iu-
66 ra, quòd præsumatur societas, si illicò quis non reuelet; cum eadem, imò acriori pœna non reuelantem plectant, quàm Reum ipsum. Nec desunt, & priscorum, & recentiorum exempla. Themistocles, vt ait *Dyodorus Sicul. lib. 11.* quia non detexit statim nefariam Pausaniæ conspirationem, capite inconsultæ moræ pœnas persoluit. Philotas, cum impiam in Alexandrum coniurationem contexisset aliquandiù, vltimo supplicio ab eodem Alexandro affectus est, *Q. Curt. lib. 7.* Recensent alia, & recentiora, *Guicciard. lib. 3. & lib. 13. histor. Olbembuger de reb. pub. turb. sedan. pag. 428.*

Et licèt aliquando, vt maluerunt
67 nonnulli, confessio socij criminis faciat indicium aliquod ad inquirèdum, *Gramm. cons. vnic. post decis. ex nu. 71. Sanfelic. decis. 382. num. 1.* & alij apùd *Prat. resp. crim. 26. num. 41.* omnes tamen vno ore conueniunt, quòd si confessio non sit coacta, sed spontanea, nullius sit roboris, ac momenti, *Salyc. in l. fin. nu. 20. C. de accus. Gramm. cons. 35. nu. 12. & decis. 28. nu. 11. Menoch. de arbitr. cent. 5. cap. 474. nu. 56. Consil. Prat. respons. crim. 23. n. 35.* & *Mascard. de probat. concl. 1318. num. 43.* hæc ait: *Suprapositæ limitationes non procedunt, quando socius criminis consocios sponte, & non interrogatus nominarct, quemadmodum dicimus de teste, qui se sponte obtulit, quòd nullum faciat indicium, Gramm. cons. 35. num. 22. & cons. 21. num. 5. Rimin. iun. cons. 105. num. 3. inter cons. crim. diuers. lib. 4.* cum pluribus, quos congerit *Mascard. loc. cit.* sequitur *Campagn. in cap. sed frequens, & effrænata, Caroli I. Boss. in tract. crim. tit. de oppos. contr. test. num. 21. ex tex. in l. non omnes, ff. de re milit.*

Hic autem tam verum est, quòd
68 fuit vltronea confessio, imò quòd illam fecit sub spe impunitatis, & dicitur corruptus, *cit. l. non omnes, §. fin. ff. de re milit. Boss. de oppos. contr. testes, num. 21. Farinac. quæst. 43. num. 192.* & alij à me adducti in *cit. rit. 274. num. 108.* Audiamus *Farinaceum cit. loc.* sic dicentem: *Secundo autem in casu in reuelante propter impunitatem sibi à Iudice promissam, multò minus reuelans probat contrà socios, quos nominat; quia dicitur corruptus promissione impunitatis sibi à Iudice facta, & propterea nihil ei credendum est, nisi id, quod dicit, aliundè probauerit, mem. l. non omnes, §. fin. ff. de de re milit. Boss. loc. cit.* Loquuntur hic *Farinaceus*, & *Mascardus*, quando socius, iam captus examinatur à Iudice; & de re, de qua haberetur examen: & quærunt Iurisconsulti, fuerit nè de eo, quod socius deponit, interrogatus, an non, à Iudice? A re autem nostra omnis abest hæsitatio. Antonius enim non, dum subesset examini, vllum nominauit, & de re, de qua quæstio habebatur; sed post dictam sibi capitis sententiam, & de re penitùs impertinente ad illud crimen, pro quo afficiendus erat vltimo supplicio. Quis dubitet, id eum egisse, vt pœnas arceret à suo capite, vt extremum sui fati diem declinaret?

Vltrà quàm, quòd improbissimus
69 hic

Digitized by Google

69 hic delator est periurio, falsitatibusq; obnoxius, adeòque infamis: *Periurij enim pœna diuina exitium est, humana dedecus*, ait *Cic. lib. 2. de legib.* quo dicto vtitur *Claud. Cantiun. cons. 75. nu. 11. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 12. num. 9. vol. 2.* Periuro autem non credendum, *cap. sicut, cap. testimonium, de testib. Borrell.* latè post alios *par. 1. summ. decis. tit. 62. ex num. 68. & p. 2. tit. 15. ex num. 152. Clar. §. periurium, nu. 7. Vlpell. cons. 27. nu. 1. & cons. 76. num. 5.* nec in crimine Maiestatis, *Crauett. cons. 6. num. 58.* Talem totus Regiæ Iunctæ Cœtus de Statu eum expertus est, quando Ioannem Simonem de Ferrante Rhegiensem ab eodem denunciatum, vt in facti serie recensuimus, quòd cymbis imposuisset sues trasuehendos Messanam eodem nefariæ seditionis tempore, vinculis constrictum, atque examinatum cum *Monitus*, absolui iussit, & innocentem declarauit; quia iam testes, qui Antonij precibus seducti contrà eum deposuerant; tacti tandèm aliquando cordis scrupulo proclamarunt apertè, eum esse innocentem, & omnia, quæ deposuissent, fuisse falsa. Imò & peculiari Excellētissimi Domini rescripto ad eiusdem Ciuitatis Rhegij gubernium euectus est. Vtrumque, tàm D. Iosephum, quàm Io: Simonem vnus, & idem delator detulit. Vnica fuit denunciatio, vnicus actus, iusiurandum vnicum. Vel in vtroque delator fuit veridicus, vel in neutro? Non vterque religioni huius Regiæ Iunctæ visus est Reus: nam alterum absoluit. Neuter igitùr dicendus est Reus, atq; alter absoluendus est. Nec potest dici partim vera, partim falsa denunciatio iurata, cum fuerit actus, delatio, ac iuramentum indiuiduum. Imò fuit nè partim falsa delatio? ac tota falsa dicenda est: *Quia mendaci homini, nè verũ quidèm dicenti credere solemus*, ait *Cic. de diuin. Et vbi quis semel peierauit, ei credi postea, etiam si per plures Deos iuret, non conuenit: quia qui semel à veritate deflexit, hic non maiori religione ad periurium, quàm ad mendacium perduci consueuit*, scribit idem *Cic. pro C. Rabir.*

Falsus propterea in vna re, in om-
70 nibus censetur falsus, *Bertaz. cons. 106. nu. 14. cons. 156. nu. 1. & cons. 71. num. 28. lib. 1. Giurb. cons. 91. num. 25. Felic. alleg. 46. num. 39. p. 1. Guazzin. defens. 25. cap. 1. num. 23. Farinac. cons. 114. num. 27. & cons. 169. num. 9. Gizzarell. decis. 81. Prat. respons. crim. 3. num. 51.* Probantque hoc optimè *Vlpian. in l. si in crimen, 70. §. ijsdem, de accusat.* & *Arian. in l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit.* In Antonio autem non tota eius vita percurrenda est, vt suam falsitatem aucupemur. Sistamus in hac delatione. Qui detulit Io: Simonem de Ferrante, iam innocentem declaratum, ille idem detulit D. Iosephum.

Omitto, quòd Antonius est homo
71 criminosus: *Testimonium*, ait *Gregor. in cap. testimonium, cap. super eo, de testib. cap. constituimus, 3. q. 5. eius, cui ab aduersa parte opponitur crimen, meritò reprobatur in criminali causa, siue ciuili, si in ipso crimine perseueret*; & confirmant *Paul. Merend. cons. 31. nu. 13. Bertaz. cons. crim. 41. nu. 6. vol. 1. Petr. Gregor. syntagm. iur. vniu. lib. 48. cap. 13. sub num. 30. Gramm. voto 22. nu. 3. & 4. cons. crim. 35. num. 29. cons. 38. nu. 7. cons. 58. num. 2. Mansuer. in prax. tit. de testib. sub num. 11. Damhouder. in prax. rer. ciuil. cap. 186. sub num. 34. Rimin. sen. cons. 385. num. 54. vol. 2. Marian. Soc. iun. cons. 88. num. 11. vol. 2. Alber. de Maletis Papiensis, de testib. cap. 3. num. 9.* Quòd hic fuerit criminibus plerisque irretitus, & perseueret, non est, vt multum elaborem ad probandum. Illud vnum dicam: tot fuit sceleribus coinquinatus, vt vltimum supplicium, necesse, imò parùm fuerit ad eius emendationem.

Varius: Varietatem crediderim fa-
72 cillimè adesse, eamque in legendis depositionibus ictu oculi, nulloque negotio deprehendent Domini Iudices sua ingenij perspicacitate; sicuti enim veritas, quæ semper est sibi consona, *Io: Salisber. lib. 2. cap. 27.* malignan-

Digitized by Google

gnantium calliditate nequit obscurari omninò: nam *Veritas rerum, hominum denominatione non mutatur*, vt dixerat *Iurisconsul. in l. si quis fortè, ff. de castr. pecul. l. illicitas*, §. *veritas*, *ff. de off. Prætor. l. cum falsa*, C. *de iur. & fact. ignor.* Ità tegi falsitas omninò nequit, quin appareat. At Deus elargitur iura dicturis lumen quoddam maius pro muneris magnitudine, vt maximè verum à falso sciant secernere.

Pauper: & quamuis multis gaudeat
73 priuilegijs paupertas; exploratum tamen est, eam vrgere non rarò ad patrandas res indignas; sceleri enim procliuis egestas, *Silius lib.* 13. & lucri causa periurium facilè admittit, *cap. 7. quæst.* 1. *l.* 3. *ff. de testib.* & *Aristoteles Rhet. ad Alex. cap.* 15. de quo etiam *Farin. quæst.* 57. *Pauperes*, inquit, *lucre mendacij suspicioni obnoxij testificando*
74 *existunt*. Atque hinc est, egenos non creandos Ciuitatum defensores, *Auth. defensorib. in princ.* eam quippe tradit rationem Aristoteles 2. *polit. Quia multoties contingit, homines valdè pauperes in hac potestate constitui, qui propter egestatem venales sint*. Scipio Aemilianus, cum Seru. Sulpicius Galba, atque Aurelius Cotta Coss. contenderent in Senatu, vter aduersùs Viriatum in Hispaniam mitteretur? ac magna inter P. C. dissentio esset; quònam eius sententia inclinaret iam, expectantibus: *Neutrum*, inquit, *mihi mitti placet; quia alter nihil habet, alteri nihil est satis*, vt apùd *Valer. Max. lib. 6. cap.* 4. vide *Tiraq. de Nobil. cap.* 3. & *Zyp.* 1. *de iud.* 33. æquè malam licentis Imperij magistram iudicans inopiam, atque auaritiam; quo dicto, vt neuter in Prouinciam mitteretur, obtinuit. Hinc Iura, pauperis, ac mendici depositionem reformidant, *l.* 3. *verbo egenus*, *ff. de testib. Damhouder. in Enchirid. crim. tit. de reprob. test. nu.* 17. *& in prax. rer. ciuil. cap.* 186. *num.* 12. *Bertaz. cons. crim.* 284. *num.* 9. *& cons.* 358. *num.* 4. *vol.* 2. *Gomez var. cap.* 12. *num.* 18. *Gramm. cons. crim.* 58. *num.* 11. *Crau. cons.* 249. *nu.* 11. *Cephal. cons.* 250. *num.* 33. *vol.* 2. *Laderch. cons.* 181. *num.* 10. *vol.* 1. *Cardin. Millin. decis. Rom.* 194. *nu.* 2. *in recollect. à Farinac. Card. Lancellott. iun. decis. Rom.* 138. *nu.* 4. *eod. vol.*

Vilis: Quid autem non cogit vili-
75 tas? *Bonæ opinionis*, ait *Imperator in Auth. sancimus, de testib. esse oportere testes, & non quosdam artifices, neque vilissimos, neque nimis obscuros ad testimonium procedere*; quandoquidem neque egentes, neque nimis obscuri, nisi appareat, eos honestè viuere, integra fide esse, censentur, *Farin. quæst.* 57. *Gramm. cons.* 26. *num.* 30. *Bertazol. cit. cons. crim.* 258. *num.* 42. *de Amicis cons.* 9. *num.* 7. *& cons.* 127. *nu.* 20. *Greg. cit. tit.* 13. *num.* 25. Quamobrem *Cicero de Amic.* vilem hominem, ac fallacem; *Liuius lib.* 5. *ab Vrb.* vilem auctorem, ac non satis fidum, synonima putarunt; maximè si egestas, & obscuritas adsint, tunc prorsùs audiendi non sunt, *Farinac. cit. quæst.* 57. *Roman. cons.* 382. *nu.* 5. *in fin. Anchar. cons.* 64. *Aretin. cons.* 14. *num.* 16. *Crauett. consil.* 249. *sub nu.* 11. plenè *Socc. nepos cons.* 189. *ex num.* 33. *vol.* 2. *Menoch. de arb. Iud. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 96. *num.* 7. *&* 8. *Card. Paris. cons.* 54. *num.* 57. *vol.* 4. *Rol. à Vall. cons.* 63. *num.* 34. *vol.* 2. *de Amic. cons.* 127. *num.* 23. Viliscquè persona dicitur omnis ille, qui homicidium, aliudue graue scelus perpatrauit, *Bal. in Auth. si dicatur, vlt. col. C. de testib.* ex *l.* 1. C. *vbi Senat. vel clariss. Afflict. in Const. prosequentes, nu.* 8. *de pugn. sublat.*

Rusticus, atque abiecta, infimaquè
76 conditione natus: Sunt rustici diminutæ fidei, & suaptè natura, versuti, arrogantes, & vltionis cupidi, & ij, quibus tanquàm alienæ felicitatis impatientibus assiduè intentus est animus Nobilitatis extinguendę, *Laurent. Syluan. cons.* 61. *num.* 33. vt vterque status fiat æqualis, *Io: Segura Daualos in direct. iudic. Eccles. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. ex *Sarmien. lib.* 4. *select. cap.* 16. Illorum propterea testimonia in Ciues bonæ famæ irrita esse, confirmant *Marsil. cons.* 73. *num.* 28. *Reg. Tap. iur. Regni lib.* 5. *tit. de duell. Gramm. vot.* 6. *nu.* 21. & alij penès *Prat. respons. fiscal.* 23. *nu.*

Digitized by Google

90.quod Conditores nostrarum Consuetudinum decreuere, *in Consuet. in causis, de testimon. rusticor.* & quamuis sermonem habeant, si agatur pro causa ciuili; eò fortiori ratione pro criminali; colligiturque optimè alienus rusticorum animus à Nobilibus. Hinc *Constit. Regni prosequentes, de pugn. sublat.* (cuius meminit *Gramm. dec.* 24. *num.* 5. *& decis.* 104. *sub num.* 24. quem laudo *in rit.* 270. *sub num.* 79. *lib.* 3.) condita à Friderico Imperatore, loquuta est clariùs de causis capitalibus, præscribens, nullum villicum, villanum, vel vilis conditionis, contrà Nobiles posse induci in testem; & licèt coarctet in crimine læsæ Maiestatis, in quo, & inhabiles testimonia perhibent: vt sunt famosi, milites, mulieres, serui, liberi, *l. si famosi*, 7. *in princ.* §. *serui, ff. ad l. Iul. Maiest. Boceri de crimin. Maiest. cap.* 4. *nu.* 16. *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 44. attamen id procedit, quando in huiusmodi teste inhabili, vnus adest defectus, non plures, vt infra vberiùs.

Omnem tamen tollit hæsitationem 77 in hoc tàm abhorrito crimine *Henricus Imperator*, statuens peculiari lege *in cap. 1. tit. quot testes sint necess. ad prob. feud. ingrat.* quòd non minus quinque testibus illud probetur, qui summæ, atque integræ opinionis existant; nè, inquit *Iacob. de S. Georg. inuestit. feudal. verbo, dictique Vasalli promiserunt non committere felloniam, nu.* 55. post *Bald. in mem. cap.* 1. viles, & deploratæ vitæ testes tanti valeant contrà virum nobilem. Ob quod fœminas quoque arceri, plures scripsere, *Decius in cap. quoniam contra, num.* 9. *de probat. & in l.* 2. *num.* 36. *ff. de reg. iur. Mascard. concl.* 764. *num.* 2. *de probat. lib.* 2. quos laudat *Schrader. de feud.* 2. *p. partis* 9. *sect.* 13. *num.* 18. *&* 19. Cœterùm communiori calculo Doctorũ, potissimùm feudistarum, ac omnibus Imperatoribus approbata est hæc Henrici Cõstitutio, *Bald. Aluarot. Hotoman. & cæteri in ind. cap.* 1. *Iacob. de S. Georg. mox citat. loc. Natta cons.* 174. *num.* 23. *vol.* 1. *Brun. cons.* 114. *nu.* 293. quod est *Io: Iacobi de Leonardis*, *Zasius in epithom. feudor. p.* 10. *num.* 108. *Ripa in l. fin. nu.* 197. *C. de renoc. donat. Guid. Papa decis.* 180. *de Benedictis in cap. Raynutius, verbo in eod. testamento, il secondo, sub num.* 14. *&* 15. *de testam.* alijque apùd *Schrader. cit. loc. num.* 10. *&* 11. quidquid alitèr voluerit *Accursius in cap.* 1. §. *si voluerit, verbo, & hoc probatum fuerit, de Capitan. qui curiam vendidit*; cumq; sequitur *Isernia ibidem, num.* 4. ea ratione: illam nempè in plerisque feudalibus consuetudinibus minimè insertam inueniri; quos meritò II. CC. cœtus reprehendit, è quorum numero sunt *Iacobus de Aluaro, Iacob. de Beluis. in cit. cap.* 1. §. *si voluerit*, post *Nicol. de Neap. Iacob. de S. Georg. memor. loc. num.* 55. adeò vt sententiam contrà ipsam Constitutionem latam, absque scilicèt quinque testibus omni exceptione maioribus, ipso iure euidenti subiacere nullitati, scripserit noster *Matthæus de Afflicto*, acerrimus Maiestatis defensor, *in eod. cap.* 1. *nu.* 6. quem sequitur *Ludolphus Schraderus in dic. sect.* 13. *num.* 17.

Non mirum, si generalitèr Docto- 78 res, de huiusmodi facinoris probatione loquentes, exegerunt nitidissimas probationes; tùm quia scelus tàm dirum, tàm atrox, vix in hominis mentem cadere posse, credant Iura; tùm quia cum parentur Maiestatis Reis laquei, secures, perennis infamia, ac totius non modò Ciuitatis, sed Regni nota, par est, vt illæ sint luce meridiana clariores, & per suos, vt in cæteris criminibus, dirigendæ gradus, *Cravett. cons.* 262. *Bertaz. cõs.* 92. *lib.* 1. *& Additio.* Quod *Tiraquellus ad Alex. ab Alex. cap.* 1. *lib.* 5. *dier. genial.* aduertit inquiens: *Sed nec quantum ad crimen læsæ Maiestatis vlla lex est, quæ ex sola suspicione Reum puniat, neque id rationi, aùt iuri congruat; sed potiùs quò grauiùs, atrociùsque id crimen est, grauiùs ideò, & acerbiùs vindicandum est, & in noxium ipsum, & in liberos, & in familiam, eò illius probatio clarior, & certior esse debet, arg. l. vltim. C. de probat.* Propterea Thodoricum Gothorum

rum Regem, tradit *Daniel. Moller. lib. 3. Semestr. cap. 17.* confectum dolore occubuisse, quòd Symmachum, & Boetium, non benè expensis, trutinatisq; probationibus, vt in cœteris delictis fieri consueuit, morti addixisset. Quamuis enim in odium huius facinoris, testes, qui in cœteris criminibus repelluntur, admittantur; hoc tamen quòad inquirendum, & in vinculis suspectos coercendos procedere, non ad pœnam inferendam, scripsere *Simanc. in cap. si, num. 10. de hæret. Farinac. quæst. 118. num. 83. Mascard. de probat. conclus. 855. num. 9. Scacc. de iudic. tom. 1. quæst. 59. num. 6. & 10. Gig. quando, & per quos, quæst. 3. 7. & 24. Decian. cap. 45. num. 4. lib. 7.* & alij ex *tex. in cap. per tuos, vers. tales igitur, de simon.* adduntque, citrà controuersiam requiri testes omni exceptione maiores ad probandum indicia, & adminicula; regulamque ex aduerso militare, cum agitur de probando principale delictum, *Bal. & Salyc. in auth. si dicatur, C. de testib. Boss. in prax. tit. de crim. læs. Maiest. num. 108. Muscatell. eod. tit. à num. 22. Mascard. concl. 462. num. 38. Scacc. tom. 1. quæst. 45. num. 9. Decian. lib. 7. cap. 37. num. 44.*

79

Quid igitur dicendum in hac hypothesi, in qua nulla sunt indicia ad inquirendum, nè leuissima quidem; nulla suspicio. Et tamen verum est, quòd nequissimi illius Delatoris inuento, tam diù in carceribus detentus D. Ioseph moretur, non sine maximo, atque maximo suæ rei familiaris, & existimationis detrimento.

Detulit inuerisimilia: siquidem ecquis erat D. Ioseph, vt tantam Rhegium tradendi molem potuisset mouere; quas copias, quod præsidium habebat? Vir quidèm pro sui conditione pauper, bonisque, & hominum adhærentia carens. In hoc vtiquè dices: nempè in Regem obseruantia.

80

Dicebat propterea *Ioannes Imola in cap. auditis, 12. coll. in fin. de præsumpt.* non esse de facili credendum id, quod facilè fieri non est credendum.

Inuerisimilia: nam qua ratione, rem tanti ponderis, homini tam vili, qualis est Antonius, crediturus fuisset? & cùr non timeret, nè sua arcana reuelet is, si eum persequi contendat?

Inuerisimilia: quia si delator detulit, D. Iosephum paratos habuisse Rhegij, & in eius vicinio, homines militaturos pro Gallis, quando decreuissent Rhegium inuadere: vnde hoc, quod licèt diligentissimè inquisierint duo vigilantissimi Administri, non inuenerint ex tot modò millibus paratis vnum, qui apparatum assertum, vel deponat, vel senserit, vel dicat audiuisse? Cùr conatum hunc detexit supremo suæ vitæ articulo, tanquàm quid occultum, & sibi vni notum; tanquàm id deniquè, ex cuius delatione ritè vltimum sibi supplicium remitti promereret. Ex tot hominibus armatis, quis est tandèm, cui D. Ioseph allocutus fuerit, quem instruxerit, vel saltèm tentauerit? vt Rhegium, quæ Vrbs fortissima est, eoque præsertim tempore copijs nostratum munita, inuaderetur, jam non satis erat parva gens, sed agmina oportebant. Vbi sunt isti milites, ista præsidia, ista agmina? nè vnus quidem post tot diligentias repertus est, præter Antonium. Verè mirabile fuisset, quod tot millia hominũ conticuerint.

Inuerisimilia: quia qua mente imperterrita ductus; qua, vt ità dixerim, brutali stultitia captus, voluisset mittere D. Iacobo Auernæ ductori per duellium notum suis stabulis equum; vt eo Messanæ certè cognito, & ipse perduellionis crimen participasse, inficiari non potuisset. Præterquamquòd equus, cui nomen erat *Marchese*, iam diù, & multò ante Messanæ tumultum perierat, vt omnes norunt.

Inuerisimile est tandèm, cœteris posthabitis, quòd D. Iosepho habenti matrem, familiam, consanguineos, feuda, ac bona, in animo esse potuerit tam immane patrare facinus. Vocarem eum insanem, & plus nimio prodigum suæ personæ, & æris; hoc est, parùm curantem suam vitam, ac bona subijcere tanto discrimini; quo quid

ab-

Digitized by Google

absurdiùs? Ad quod apprimè conducit, quod perpendit eximius rerum criminaliũ enucleator *Thomas Grammaticus decis.* 28. *num.* 1. in quodam mandatario dicens: *Cuius enim rectè sentientis iudicium comprobaret, aùt verum, aùt verisimile esse posse affirmaret, vt mandatarius adeò ignarus, & mente captus reperiri possit, qui se tanto periculo pœnæ corporalis committere auderet? certè nemo, ni fallor.* Accedit, quòd prodendus erat REX noster, (quem Deus diù seruet) tanta in omnes præditus clementia, vt fons sit gratiarum; à quo nullo grauamine, molestia nulla affectus dici poterat delatus, imò pluribus beneficijs tùm ipse, tùm sui maiores adaucti; at prodi-
81 tio non committitur, nisi in inuisum, *Corn. conf.* 156. *in fin. circa medium, lib.* 3. quo argumento in huiusmodi delicto vtitur *Aymon Grauetta* in peregrino *consilio* 6. *num.* 21. & 22. *lib.* 1. ibi: *Sed Princeps accusato inuisus non erat, nec probatur, quòd ante fuerit in aliquo molestatus Reus per Principem, nec quòd sustinuerit à Principe damnum aliquod.*

Et deferenti inuerisimilia, nulla fi-
82 des est præstanda, ità cauent *text. in l.* 3. & *l. milites, C. de quæst. cap. quia verisimilia, de præsumpt. Afflict. decis.* 345. *Caball. resol.* 23. *num.* 4. *Gramm. voto* 14. & 22. *Mascard. de probation. conclus.* 1370. *num.* 1. *Escob. de purit. & nobilit. prob. p.* 2. *quæst.* 19. §. 11. *num.* 11. & §. 12. *ex num.* 9. *Episc. Barbos. integro axiom.* 213. & *loco* 121. *Reg. Valenz. conf.* 92. *num.* 211. & *conf.* 97. *num.* 2. *lib.* 1. *Consil. Prat. respons. crim.* 11. *nu.* 7. *resp.* 26. *num.* 12. & *resp.* 29. *num.* 24. ibi: *Si præstita fuerint ex tanto scelere argumenta, vt videantur accedere ad verisimilia causa crimina,* & alibi: *Sed argumentis primùm verisimilibus*; etiam si testes sint plures, decreuit post alios Rota Perusina *Maceratens. conf.* 70. *num.* 4. *Dec. conf.* 94. *Mascard. conclus.* 1360. *num.* 13. *Farinac. de testib. quæst.* 62. *nu.* 320. & *quæst.* 65. *ex n.* 144. nec non Romana tresdecim contestes reiecit in Perusina laudi, die 23. Ianuarij 1614. coràm Cardin. Verospio, quam *decis.* laudat *Vermigl. conf. crim.* 74. *num.* 4. & quod verisimile non est, nec præsumendum est; præsumptio-
83 nes enim non parit, nisi verisimilitudo, *Bal. in cap.* 1. §. *si qua, de feud. guard.* & propterea *Bal. in l.* 1. & *in l. quicumque, C. de seru. fugit.* & ibi *Bart. Giurba conf.* 71. *num.* 18. *Gramm. vot.* 14. & 22. & *decis.* 28. *num.* 1. *Viu. decis.* 199. *num.* 1. *Ciarlin. cap.* 83. *nu.* 31. *Farinac. de falsit. quæst.* 253. *num.* 176. dixere, *id, quod distat à verimili, esse falsitatis imaginem.* Ac tanti est roboris ad probandum verisimilitudo, vt Tullius eloquentiæ parens, totam suam pro Deiotaro oratione ex verisimili composuerit: qua de re latè scripsi *in rit.* 265. *num.* 26. & *in rit.* 274. *num.* 111. *lib.* 3.

At cùr, inquiet aliquis, si tot sint in toto Orbe terrarum, capita, hunc criminatus est Antonius, non alium? nonnè hoc olet aliquam suspicionem? Nè minimam profectò; Cum hoc enim erat sibi capitalissima inimicitia, non ità cum alijs. Voluit scelestissimus hic vna fidelia, (vt aiunt) duos parietes dealbare; vno telo duas aues interficere. Hic opus artificis, vel venatoris elucet. Voluit, inquam, vno, eodemque dolo, & à se auertere, & in hostem intendere cædis periculum: Studuit, vt in foueam eandem, quæ sibi parabatur, caderet inimicus; fortasse nè diceretur, quòd vltio esset, offensa, vel minor, vel maior. Quis
84 autem neget, inimicum iugitèr struere insidias inimico, *l.* 1. §. *propterea, ff. de quæstion.* iusquè, fasquè omne subuertere vltionis illecebris allectum, iuramenti religionem negligere, vt quem oderit, pessundet? *Quid gratiùs*, ait *Nicolaus Papa in cap. quod suspecti*, 3. *quæst.* 5. & *amabiliùs dare quis inimico potest, quàm si ei ad impetendum commiserit, quem ladere voluerit.* Est vnicuiquè viuentium sua bilis, & sua, non solùm se defendendi, sed & vlciscendi cupido. Sit licèt vilis, sit licèt obscuro loco natus, qui se putat offensum, captat tamen vltionis occasionem, iuxtà illud *Propert. eleg.* 2.

Non

Digitized by Google

Non solùm Taurus ferit vncis cornibus hostem:
Verùm, & instanti læsa repugnat ouis.

& expectat, nescio quam fortunam, ac tempus, *Cic. lib. 4. Tusc. qq. & de Arusp. respons.* Imò odium, quò includitur magis, eò pestifero magis impetu repentè erumpit, *Cic. lib. 1. epist. 19.* rabies enim quædam oritur, vbi odium excreuit, *Senec. lib. 1. de clem.*

Indè est, quòd inimici nedùm ne-
85 queunt esse testes, sed ab accusando quoque arcentur, *Petr. de Gregor. syntagm. iur. vniuers. lib. 32. cap. 12. num. 9. Decian. lib. 3. tract. crim. cap. 25. num. 3. Farinac. quæst. 12. num. 38. Amesc. de potest. in se ipsi. lib. 1. cap. 18. num. 8. Vermigl. cons. 385. nu. 5. Baron. de effect. inimic. effect. 41. num. 14. & effect. 113. nu.* 10. quantumuis delictum, quod deferant, vel deponunt, atrox sit, & læsæ Maiestatis, tùm humanæ, tùm diuinæ, *Bart. in l. non quæstionibus, num. 1. ff. ad l. Iul. Maiest.* facit *text. in cap. per tuas, de simon. cap. cum I. de accusat.* vbi *Panorm. Andr. & Bart.* ac voluit *Angel. in l. qui accusare, ff. de accusat. & in l. famosi, ff. ad l. Iul. Maiest. Glos. in cap. si quis testibus, in verb. arguere, 4. quæst. 3. Tho. Gramm. vot. 3. num. 30. & 31. Io: de Arnon. soliloq. 55. Th. Triu. decis. Venet. 28. lib. 2. Maia consult. 22. num. 32. Ricc. decis. Cur. Archiep. 29. num. 5. p. 3. Carthar. decis. 33. num. 4. Baron. loc. cit.* Ità pariter seruatum maximè apùd veteres illos Quirites, testis est *Cic. in orat. pro Marc. Fonteio*, dicens: *Noluerunt Maiores nostri, hanc patere inimicitijs viam, vt quem quisque odisset, eum testimonio posset tollere.* Et palàm constituit *Anacletus in cap. accusatores, 3. q. 5. Accusatores*, inquiens, *& testes esse non possunt, qui ante hodiernum diem, aùt nudiùs tertius inimici fuerunt, nè irati nocere cupiant, vel se læsi vlcisci velint.*

Inquisito repetundarum Q. Pompeio Ausidio, repulsi à Iudicibus fuerunt præclarissimi illi viri, duo fratres Seruilij Cæpiones: Cajus nempè, & Quintus; geminiquè Metelli: Quintus scilicèt, & Lucius, qui testimonium dixerant in eum, cuius erant inimici; absolutusque Pompeius fuit, nè in gratiam inimicorum damnatum fuisse, crederetur. Pari ratione, quamuis testis esset Princeps ille Senatus Marcus AEmilius Scaurus in C. Memium, C. Flauium, & C. Norbanum, illos repetundarum, hunc Maiestatis crimine accusatos; quia tamen accusator inimicus erat accusati, licèt fortasse verè Rei, absoluti fuerunt. Ità etiam testimonia Q. Metelli Pij, Lucullorum Lucij nimirùm, ac Marci dicta, Quinti itidem Hortentij, ac Marci Lepidi suffragia in Gn. Cornelium Maiestatis Reum fuerunt vmbone iudiciali repulsa; vel nè daretur tanta gloria, vel nè haberetur tanta fides inimicis, vt testis est *Cic. in orat. pro M. Fonteio, ac Valer. lib. 8. cap. 5.* quos refert *Petr. AErodius decret. lib. 4. tit. 11. cap. 24.* de quo *Petr. Gregor. syntagm. iur. lib. 48. cap. 3. num. 34.*

Quod autem sit inimicus Antonius
86 D. Iosepho, & qua ratione? Inimicus quidem: quoniam *inimici hominis, domestici eius, Matth. 10. 36.* Cuidam multos seruos se habere gaudenti: *Multi serui*, inquit *Petrarch. de remed. vtr. fort. dialog. 33. l. 1. Brosseus ad Cassiod. lib. 3. epist. 43. multæ lites, multæ discordiæ, multa denique bella domestica, hostes sunt acerrimi, impij, atque peruersi. Mendacium, & furtum seruile probrum, Cic. ad Attic. epistol. 17.* Proindè doctissimus Hispanus *Hermosil. ad Lopez tit. 5. p. 5. l. 46. num. 1.* quem laudat *Baron. de effect. inim. effec. 41. num. 2. & ego in rit. 115. num. 4. lib. 1.* ad rem ait, quòd cum naturalitèr inimici Dominorum sint, accusare non valeant, vt dictum est. Fuit hic nebulo ob perditam eius vitam à famulatu, ac domo D. Iosephi, non dicam, dimissus, sed verè expulsus, eiectus; est autem eiectio quiddã, quod grauissimè ferat eiectus; adeòque inimicitiam, ac simultatem progignat, eamque trucem, &
87 capitalem; maximè quando scelerum immanitas ignominiosæ cuipiam dederit causam eiectioni, *Aufrer. de reprob. test. num. 37. Alber. de mal. tract. de te-*

Digitized by Google

testib. cap.2.nu.51.Mascard.concl.758. num.11.tom.2.de probat. & in terminis, quòd famulus est inimicus, tradunt innumeri *Bald. in l. Lucius Titius, 90. §.Lucius Titius Damam, ff. de legat. 2.* vbi *Paulus de Castr. Hyppol. in l. 1. §. præterea, num. 55. vers. item inimicus Titij, ff. de quæst.Mascard.lib.2.de probat. concl. 898.num.38.Blanch.tract.de indic. num. 100.Bertaz.cons.283.num. 10. lib. 2.Farinac.tract.de indic.& tortur. quæst.49.num.81.ac de oppos.contr. pers. test.quæst.55.num.144.Nicol.Ant. Grasset.cons.82.num.38.*

Inimicus: quia D. Ioseph operam dedit, vt perfidus hic homo foriudicatus caperetur à Curia. Quid plura? Inimicus: quia iam dicebat Antonius, quòd vltimo supplicio afficiebatur per D. Iosephum, cuius opera, industriaque captus extiterat.

Cum tot, tantisque delator hic sub-
88 sit defectibus; nec minimum ad inquirendum parit indicium. Quamuis enim regulam, quòd particeps criminis de se confessus, de socijs interrogari non possit, *cap. cum Monasterium, 1. de confess.l.quoniam liberi, 11. C.de test.* coarctent omnes II.CC.præsertim in immanissimo læsæ Maiestatis flagitio, *ex cit. cap.cum Monasterium, l.1.§. Divus, ff. de quæst. Faber in def.4.C.ad l. Iul. Maiest.* alijque à me adducti *in cit.rit.274.sub nu.98.vers.hanc tamen,* modò cum tortura deponat, *Fulgos. cons.137. Fab.defin.5.cit.tit.C.ad l.Iul. Maiest.* post alios *Ego in mem.rit.274. sub num.98.& num. 107.* quæ quidem tortura non leuitèr danda: sic enim tortus non dicitur tortus, *Baiard. ad Clar. quæst.21.num.54.Boceri de crim. læs.Maiest.cap.4.* Vnanimi tamen sensu concludunt, id procedere, dummodò alios non patiatur defectus, ex quibus omninò oritur inhabilitas, etiam in exceptis, *Marsil. Crauett.* & alij apùd *Auum meum ad Gramm. decis.34.ex n.* 16. quos laudo *in mem. loc. num. 109.*

89 Inde testis, qui fortè alioquin esset habilis, si plures habeat ineptitudines, prorsùs reijcitur, etiam si propter singulos non posset repelli à testimonio; & admissus nil probat, nullumq; facit indicium: & hanc conclusionem omnium consensu receptam præconizat *Io: Bapt. Ciarlin. controu. forens. cap. 116.num.37.& cap.83.num.4.* & alij à me adducti in *cit. rit. 274. num. 109.* exemplum ponentes, vt in casu, quo admittitur testis pauper, si sit simul famulus, reijciatur; idem de paupere simul, & affine; de socio criminis periuro; de socio criminis, & muneris, &c. atque ità conclusum inter multos sapientes, scripsit *Afflict.p.1.Const.Regn. rub.37.num.34.* in crimine læsæ Maiestatis, quòd passim alij dixere, *Plotus* post alios *in l. si quando, num. 144.Gigas de crimin.læs.Maiest.lib.1.tit.quom. & per quos crimen læsæ Maiest. prob. quæst.7.num.5.* & duos tantùm sufficere in testem defectus, vt nullum ex eo oriatur contrà nominatum indicium, pro indubitato tradunt *Io: Turrius consil. crim.diuers.81.nu.65.lib.4.Burs. cons. 239. num. 42. Mars.cons.74. num.23.Gramm.cons.crim.35.num.27. cons.38.num.8.cons.61.num.3.cons.70. num.7.& voto 34.num.8.& 9.Farinac. cons. 261.num.8.* etiam in delicto, de quo est sermo, ex *Gig.& Bertaz.Consil. Prat.resp.crim.23.num.30.*

Quod enim vnica nequiret operari
90 suspicio, operantur multæ, *l. non epistolis, l.non nudis, C.de probat.* Imò, neque à tortura testem tam multiplici ineptitudine detergi, asseuerant *Bertaz. cons. 71. & filius in addit. lit. N. Osasc. cons.65.ex nu.32.Farinac.quæst. 43.num.178.* & alij penès *Prat.respons. crim.23.num.28.Gratian.decis.March. 240. nu.9. Borrel.p.2.sum.decis.tit.15. de test.reprobat.num.343.*

Easdem ob causas, nec vlla ratio habenda est de Francisco Griscio; quem, rumor est, fuisse examinatum, quippè, qui homo est pessimæ vitæ, foriudicatus, cum interfecerit anno 1670. Antoninum Perotta adiutus, duobus suis fratribus, qui etiam fuerunt foriudicati. Et vnà tandèm, vix audito Messanæ tumultu, ouantes illuc commigrarunt: Franciscus præsertim, qui, quasi arrepta oc-

Digitized by Google

occasione, illicò se lectæ cuiusdam manus perduellium ductorem fecit; deindè versutus rimabatur Gallorum gesta, quæ referret Comiti Barbò: & eodem tempore, quæ fiebant à Comite Barbò speculabatur, quò ea referret Gallis. Homo Franciscus, vt norunt omnes, acerrimus D. Ioseph hostis, famosus pirata; qui eo belli tempore duabus nauibus ducens socios sibi Gallos, ac Messanenses, apertissimè prædabatur, quicquid nostratum sibi obuiam erat; duo millia præsertim ouium in Rhegij oris, & fovea (quam dicunt) S. Ioannis. Et nouissimè in hac Vrbe Neapolis de pluribus rapinis inquisitus, vt cuiuis Ciuium compertissimum est.

Itaque dicat, quod sibi libet, homo huius notæ; nulla enim fide dignus est; vna eius gesta absque alia ope ei fidem infirmant. Quis enim vnquam tàm amentissimus fuisset, vt homini, tot proditionibus famoso curas, vel priuatas, vel etiam publicas, & de Statu, benè creditas existimaret, vel non timeret coràm ipso aliquid operari? *Stultum enim esset*, inquit *Bossius de indic. num. 155. rem tam magni momenti palàm agere, & mandatum, quod in cubiculo dari potest, in platea committere*, cui addo *Ondedei. & Eugen.* apùd *Gentolin. ad Farinac. cons. 102. lit. C.*

91 Inuerisimile enim dicitur, quod non conuenit cum natura; vt si testis dicat, se aliquid audiuisse, quod vt plurimùm coràm multis dici non solet, ex *Bal. Boss. Tiraquell. in præfat. ad l. si vnquam, C. de reuoc. donat. num. 58.* Quis tam stolidus, vt nè formidaret, tam infestissimo prædoni, ac piratæ bona sua, ac opes detegere, eique furandi fortasse occasionem præbere. Et si *Scipio Gentilis lib. 2. de coniur. pag. 198.* monet omnes his verbis: *Neque enim consilia cõmunicare potes cum quoquam alio, quàm cum ijs, qui vel tibi sunt fideles, adeòque promptè pro te mortem obire*; & inferiùs: *Nam insignem oportet ergà te amorem esse, nè timore periculi deterreantur; nunquàm enim de illorum singulari amore ergà te certus esse potes, nisi per experientiam; eademque in hisce quidèm rebus periculosa est.* Quo pacto credendæ res fuissent ab ineptissimo quoque huiusmodi homini, qualis est Franciscus Griscio?

Cæteris testibus fortasse examinatis, qui ignorantur, nequit vsque adhùc dari responsio; nescitur enim, quid dixerint? licèt D. Ioseph nixus sua innocentia compertissimum habeat, manu teneat, nihil penitùs eos deposuisse; vel si quid fortè deposuerint, id minimè sibi nociturum, existimat; quia ipsimet Domini Iudicantes ex simplici lectura dijudicabunt, esse eos falsos, corruptos, viles, & omnimoda, quæ possit mente concipi, ineptitudine refertos.

Monet propterea Princeps *Polibius lib. 4. histor. fol. 404.* ex sententia
92 *Arati senioris*, nè quicquam temerè credant; sed si quando aliquid contrà aliquem defertur, perpendant sedulò rem ante, quàm habeant delationi fidem: hoc enim summoperè Regnantes decere. Vtebatur hoc monito ille, Regum norma, Alphonsus de Aragonia, huius Regni Primus Rex, qui certior factus à Ludouico Podio ex Vrbe, Ritium suorum peditum ductorem, occupatis quibusdam Oppidis, velle ad hostes deficere, quamobrem non abs re foret, si ille vinculis iam constringeretur, re adhùc integra, & in exordio suæ voluntatis: *Malle se*, respondit, *à suis prodi, damnoque affici, quàm de illo vnquàm minùs confisum videri; Desciscat Ritius, vt lubet; se nunquàm de beneficiarijs suis tale aliquid, nisi comperto scelere, esse creditur*ũ: vt scribit *Anton. Panhor. lib. 3. dictor. & factor. Reg. Alphõsi, n. 14.*

Hoc rimentur Iudices: testium
93 nempè qualitatem, eorumque fidem diligenrèr examinent, Iura clamant; eorum enim deferunt arbitrio, præsertim *Diuus Hadrian. in l. in testibus, 3. §. ideòque, ff. de testib.* qui Viuio Varo Legato Prouinciæ Ciliciæ rescripsit: *Tu magis scire potes, quanta fides habenda sit testibus.* Qua porrò solertia, qua nimia sedulitate Iudicem in

Digitized by Google

exploranda testium fide, opus est, vti potissimùm in eiusmodi flagitio, quod sæpè, ait *Gigas de crim. læs. Maiest. §. vidimus, quæst. 16. num. 1. Decian. tom. 2. lib. 7. cap. 3. num. 17.* ab æmulis, & inimicis falsò impingitur; hoc maximè seculo, quo conuenit illud, *Nusquam tuta fides*, alterumque relatum à *Sese tom. 3. decis. 302. num. 3. Dadmelo articulado, que yo os lo darè prouado*; & ingemit religiosissimus *Reg. D. Carolus Tapia de iur. Regn. lib. 3. de appell. prag. 4. num. 1. Tanta est mentiendi facilitas, tanta delinquendi in hoc Regno proclivitas, vt Iudicantes debeant maxima cum prudentia cernere, qualis, quisuè sit testis, qui examinatur?* nec non *Annaus Robertus rer. iudic. lib. 1. cap. 13. pag. 226. in fin. Hoc enim seculo tanta est falsorum testium frequentia, vt multò tutiùs sit non accusari, quàm innocentiam dubio probationum, & iudiciorum euentui committere.*

O vtinam adesset in iudicio Ignatius Pasqualone; quem missum Messanam à D. Ioseph fuisse, commentus est falsus delator. Ille posset ritè pandere, nùm, quando, & cùr Messanam iuerit? Ille posset veritatem huius rei Sole clariorem reddere; Ille præstigias hascè omnes elidere, doloque Antonij retexere. D. Ioseph, licèt ad hoc non esset obstrictus, cum nullo
94 Iure teneatur ad alienum delictum, vel Reum exhibendum, quando esset, cum nec pater exhibere cogatur filiũ, nec vir vxorem, nec Dominus seruum, nec Officialis famulum, nec mandans mandatarium, &c. *Cap. Ecclesia*, vbi *Gl. caus. 1. quæst. 4. tot. tit. C. ne vxor. pro marit. nè filius pro patre, l. penult. §. fin. C. de noxal. l. si criminis, C. ad l. Iul. de vi. Ias. cons. 106. vol. 4. Capolla cautel. 845. & 246. Tepat. decis. tit. 517. Concennarius lib. 2. qq. ex cap. 13. Raner. lib. 1. animad. pract. 27. Trentacinqu. variar. resol. lib. 2. tit. de arbitr. resol. 2. fol. 52. Enenkel. de priuil. par. priuil. 9.* Imò pater feudatarius ad aliud non tenetur, nisi filium, Maiestatis crimine pollutum, disiunctiuè, vel ad Dominum deducere, vel à se expellere, iuxtà Friderici Constitutionem *in cap. 1. §. insuper si filius, de prob. feud. alien. per Frideric.* ibi: *Insuper si filius vasalli Dominum offenderit, pater à Domino requisitus deducat filium ad satisfaciendum Domino, vel à se filium separet*; atque ità textum hunc intelligit *Renat. Choppin. de legib.* dicens; *Feudum patri beneficiario adimitur, si filium, qui Dominum offenderat, ad hunc requirentem non deduxerit, vel domo saltèm non ablegarit*, cui addo *And. municip. lib. 2. tit. 4. nu. 9. pag. (mihi)* 258. quem indistinctè adducit *Carol. Anton. de Rosa ad Consuet. Neap. in consuet. si quis habet, de alim. præstand. num. 27.* Quin
95 etiam si Statuto caueretur, quòd quis alterum teneatur sistere, semper intelligendum est, dummodò sistendus non recesserit, secus ad impossibile obstringeretur, vt ex *Bal. in l. obseruare, §. proficisci, de offic. Procons. & Catald. de Homod. quæst. 278.* concinnè arguit *Gaspar Thesaurus lib. 1. quæst. forens. 83. num. 10.* Qua sanè ratione detineri poterit in carceribus D. Ioseph eo colore, quòd non reperiatur Ignatius Pasqualone, cum quo nil penitùs commune habet? Attamen nihil prorsùs intentatum D. Ioseph reliquit, vt posset habere notitiam, vbi nàm gentium is reperiatur. Oportebat illum capi statim, vt fuit facta ab Antonio falsa illa denunciatio. Mora ei dedit tempus abeundi, & fugiendi. Fortasse, vbi aures Ignatij tetigit facta delatio, quamuis innocens, perterritus certè nomine criminis oppositi, quòd contraxerat cum hoste, vel quòd profectus eo tempore fuerat Messanam, ex qua sola profectione pœnas grauissimas ritè poterat timere, fugam arripuit. Metus enim car-
96 ceris, & calumniantium perfidia constantes etiam viros deterret: *Innocentes quandoque*, ait *Greuius tribun. reform. cap. 6. in fugam traxit vehemẽs institutæ accusationis suspicio, aùt instituendæ metus*, qua de re *Grus. de indic. p. 1. cap. 11. Clar. & Odd. quæst. 21.* Ipsemet Dominus Fisci Patronus sua ingenuitate testetur, an omiserit diligen-

Digitized by Google

gentias vllas, vt hunc Ignatium Pasqualone reperiret? Quas huius Regni, finitimorumque Vrbes, loca, oppida, imò & angulos suo zelo ductus non perquisiuit? omnes sanè; quò eius solertia non penetrauit, vt posset nosse, sicubi moram traheret, vt compertum haberet, si quà pertransisset, suæ diligentiæ vires intendit per multos, & multos menses; Et etiam ab hoc Excellentissimo Prorege literas obtinuit (vt circumfertur) ad Excellentissimum Siciliæ, vt sedulò inquireret, an talis quidam Ignatius, cuius effigies ab eodem Antonio conficta mittebatur, visus aliquando fuisset Messanæ tempore tumultus. Ipsemet Dominus Fisci Patronus dicat, an potuerit post tot diligentias eum reperire? quæ responsa ab ijs, ad quos missi de eo sunt nuncij, habuerit?

Eliminat omnem suspicionem de-
97 niquè, & crimen huiusmodi tàm turpe, tàm nefandum, alienum profectò ab hoc Viro ostendit familiæ Francopertæ Nobilitas, ex antiquis Pentidactoli Dominis apùd Brutios, origine Hispanis; huius etenim familiæ primos aduenisse, plerique volunt ex Cathalonia, Regem Alphonsum sequutos, vt testatur *Consil. Marc. Ant. Morra in histor. famil. de Morra, pag. (mihi) 76. à terg. vers. de Antonio non aliud*; quæ iuncta consanguinitate cum Regni Nobilibus, vixit semper ea, qua Nobilem decet, obseruantia in Regem. Optima autem Auorum qualitas ad vitam cum laude traducendam posteros consueuit vrgere, atq; impellere. Sicuti enim arboribus felici solo consitis praui minimè feruntur fructus; ità sanè ex spectatissimis parentibus minimè gignuntur filij, qui ad mala deflectant, *Io: Arze ab Otalor. de Nobil. Hispan. p. 2. cap. 3. nu. 15. Specul. in proem. specul. vers. cæterùm, Napod. Sebast. in Consuet. Neapol. & si testator,*
98 *verbo disponere*. Laudabilia maiorum gesta facem ferè præferunt iunioribus, vt laudabilitèr agant *Alberic. de Rosat. in l. 2. §. omnia, C. de vet. iur. enucl. Eorum*, ait *Io: Steph. Menoch. lib. 3. polit. cap. 3. nu. 9. qui verè Nobiles sunt, mores mitiores esse solent, liberali educatione humanitatis cuiusdam suauitatem instillante; & consentaneum est, meliores esse natura Nobili in genere, quàm ignobili*. Quia ex homine homo, ex belluis bellua, sic ex bonis bonum gigni, putandum est, *Aristoteles lib. 1. polit. cap. 4.* sequitur *Ioannes Antonius Viperan. in orat. de scriben. vit. viror. illust.* dicens: *Mores quosdam gignit generis, ac seminis stirps; vtque fructus à seminis, sic à generis bonitate, res quidem commendatur*. Ijsdemque adhærens *Cassiodor. lib. 8. epist. 16. Similitudinem*, inquit, *suorum felix vena custodit: quando pudet delinquere, qui similia nequeunt in suo genere reperire. Hinc est, quòd melius agnoscitur, elegisse nobilem, quam felicem; quia iste commonitus, per veterum se facta custodit, ille exemplum non habet, nisi quòd fecerit*; & clariùs idem *Cassiodor. l. 3. epist. 12. Prouidentiæ ratio est, in tenera ætate merita futura tractare; & ex parentum virtutibus prolis indicare successus; quia bona certa sunt, quæ fidem ab exordio trahunt; dùm origo nascit deficere, quæ consueuit radicitùs pullulare*. Natus propterea ex patre, qui Regi fidelitatem seruauit, fidelis ipse præsumitur, *l. liberti, 2. col. C. de oper. libert. And. Barba. cons. 34. 2. vol. Alberic. Brun. cons. 13.* lepidè *Gram. dec. 18. n. 1.*

Reclamitant istis suspicionibus vi-
99 ta D. Iosephi, quàm honestissimè hactenùs acta, optima eius fama, & qualitas. Vita bona superiori suspicio omnis diluitur. Spectanda siquidem sunt præterita; ex ijs enim præsentia metimur, *Quintilian. lib. 5. instit. orat. cap. 10. Nec potest quisquam nostrum subitò fingi, nec cuiusquam repentè vita mutari, aùt natura conuerti; nemo repentè fit summus, nemo repentè turpissimus*, ait *Cicer. pro Publ. Syll. Hipp. de Marsil. in l. maritus, num. 39. cum seqq. ff. de quæst. Surd. cons. 245. nu. 49. vol. 2. Menoch. de præs. lib. 5. præsumpt. 32. num. 2. Tiraq. de pœn. temper. caus. 51. num. 156.* Habitus ex frequentatis actibus acquisitus, est qualitas, quæ

dif-

Digitized by Google

difficilè mouetur; & sicuti ex habitu virtutis homines probi fiunt, ità ex habitu aliquo mali fiant, oportet, *Sebast. Foxius in annot. ad Platon. in 4. p. Timai pag.* 463. cum contrariorum eadem sit disciplina. An bonus sit hodie D. Ioseph, parentum æquè filius, ac æmulator, timensque Deum, ac Regem, agnosci potest argumento, si bonus ante existimatus est.

Cum Q. Metellus repetundarum
100 accusatus suam causam diceret, & circumferrentur scriptæ tabulæ, vt eius innocentia Senatoribus ostenderetur, totum Consilium ab earum contemplatione oculos auertit, nè de aliqua re, quæ in illis relata erat, videretur dubitasse: *Non in tabulis, sed in vita Q. Metelli argumenta sincerè administratæ Prouinciæ legenda sibi Iudices crediderunt*, ait *Valer. Max. lib. 2. cap. 5. de Maiest. in princ. Siquidem omnibus in rebus, quæ grauiores, maioresque sunt, quid quisque voluerit, cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est ponderandum*, ait *Cicero pro* P. *Syl.* iterum *pro Sylla num.* 79. *Hoc maximè interest, non ex libidine, aùt simultate, aùt leuitate testium, causas honestorum hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinisque periculis, vitam vniuscuiusque esse testem.* Idemq; *Cicero pro Cluent. Proinde, vt est opinio de cuiusque moribus, ità quid ab eo factum sit, & non factum, existimari potest.* Hoc Consulti magni fecere, *Modestinus in l. desertorem, 3. §. sed si ex improuiso, ff. de re milit.* ibi: *Inspecto vita eius præcedenti actu; Menander in l. non omnes, 5. ff. de re militar. & in §. à barbaris*, eiusdem *leg.* iunctis, *l. penult. C. de Princip. agent. in reb. lib. 12. cap. in primis, 2. quæst. 1. Menoch. cons.* 283. *num.* 16. *Gilmannus tom. 2. votor. Camer. Imper. vot. 6. num.* 10. *p. 2.* ibi: *Sed habetur ratio antè actæ vitæ, & si bonus miles ante existimatus est, & Bartolus in cit. l. non omnes, vita ante acta*, exponit, *si homo est similia facere consuetus*; Diuus Gregorius *lib. 11. epist.* 50. rescripta *in cap. in primis, 2. quæst. 1.* Ioanni defensori, eunti in Hispaniam, ità fatur: *Si verò de crimine Maiestatis dicitur accusatus, nec ipsum de eo credendum fuit; si vita, vel opinio eius talis ante non extitit*; Tandèmq; ad rem idem *Modestinus in l. famosi. 7. §. hoc tamen crimen, ff. ad l. Iul. Maiest.*, aduertit his verbis: *Nam & persona spectanda est, an potuerit facere? & an ante quid fecerit?*

An potuerit facere? Quis? Vir vnus, qui habet feudum tam exiguum, oppidumque tam paruum, vt vix nonaginta lares, seù focularia enumeret; cui adhæret prorsùs nemo, quia inuident omnes, præstantiores nempè, pares ei æquè, atque inferiores. At quænàm inuidiæ causa? Erat Baro Cosoleti; conatus est, se se ad aliquid aliud attollere, atque à Sereniſſimi Regis nostri largitate obtinuit sibi titu-
101 lum Principatus. Hinc prima mali labes. *Insitum est*, ait *Tacitus histor. lib. 2. mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere; modumque fortunæ à nullis magis exigere, quàm quos in æquo viderunt.* Hinc nonnulli titulis decorati, etiam qui ante adamarunt D. Iosephum, nunc Principem Cosoleti sibi parem cœperunt odisse. *Est hoc commune vitium*, inquit *Æmilius Probus in Chabria, vt inuidia gloriæ comes sit; & libentèr de ijs homines detrahant, quos emergere videant altiùs.* Hinc ægrè ferre pares, videntes D. Iosephum noua dignitate fulgentem: *Similis*, clamat *Aristoteles lib. 2. Rhetor. inuidet simili, si in hoc, quod similis, vnus excedit alium.* Hinc inferiores æstuare inuidia; semper enim summa petit liuor, vt rectè dixerit *Cicero*: *Inuident homines maximè paribus, aùt inferioribus, cum se relictos sentiunt, illos autem dolent euolasse; sed etiam superioribus inuident sæpè vehementèr; & eò magis, si intolerabiliùs se iactant; & æquabilitatem communis iuris, præstantia dignitatis, aùt fortunæ suæ transeunt.*

Et an ante quid fecerit? Nihil aliud certè, quàm more suorum Maiorum in omni re, quæcumque fuerit oblata, osten-

Digitized by Google

ostendere, quàm concupierit suo Regi deseruire. Ità properante iam olim ad Oppidum Castrimaris Duce Guisio Gallicæ classis Præfecto, vix secũdum, vel tertium fortasse supra decimum annum agens, prima sub Duce Belfortis armorum in Ciuitate Rhegij Gubernatore, suæ militiæ rudimenta pro Inuictissimo nostro Rege posuit: prout testatur D. Hieronymus de Luna, ad quem Baronum gentes dirigebantur.

Exardescente nuperrimo Messanæ bello, D. Ioseph dicto audiens Dom. F. D. Io: Baptistæ Brancacij, summi in Calabriæ finibus militum Tribuni, paratus fuit, hostes Gallos, irrumpere conantes in Rhegij oram depellere; prout exploratam non sine animi admiratione, optimam D. Iosephi voluntatem testatam esse, voluit idem D. Io: Baptista Brancacius.

Atque, vt reliqua eius gesta pro Rege nostro omittam, cum fædè deseruisset nostras Rhegij excubias, ille Caput exulum, Franciscus Falconius cum altero, & viginti socijs, vt iterum exulem vitam ageret, D. Ioseph desertorem cum socijs continuit, compescuit, eosque ductos constituit coràm eodem Comite Barbò; quamobrem Excellentissimus noster Prorex, die 20. Februarij 1681. scribere ei dignatus fuit.

At quando, vel cœteræ omnes, quæ perpensæ sunt qualitates, deessent; vna hæc esset instàr omnium: nempè, quòd D. Ioseph vltrò, nulla militum turba circundatus, nullo præsidio custoditus, vix accepto mandato à Scriba Dom. Consil. D. Didaci Galiani, venit Neapolim, & se se constituit in iudicio, memor eius, quod cecinit *Horat. epist. 1. ad Mecan.*

Nil conscire sibi, & nulla pallescere culpa.

Poterat quidèm in semotissimis ab
102 Vrbe Neapoli oris commorans, fuga sibi consulere, si timebat aliquid, vel leue; quia Reus à Græcis dicitur φεύγων, quòd facillimè fugiat; & celebre est illud Alcibiadis effatum apùd *AElian. var. histor. lib. 3.* qui cum ab Athenienſibus ex Sicilia in iudiciũ vocaretur, abdidit se: *Stultum esse reum, licèt iniustè accusatum*, inquiens, *qui, cum liceat fugere, quærat absolui, & liberari*; & percunctanti, *non confidis Patriæ de te ipso?* respondit: *Nè matri quidem; nè fortè ignorans, pro calculo albo nigrum ferat, Plutarch. in Alcib. Gothof. ad l. properandum, C. de iudic.* & dixi *in rit. 28. nu. 15. lib. 1.* Ideò dicebat Plautus *in mustellaria, actu 5. scen. 1. Nescis tu, quàm meticulosa res sit, ire ad Iudicem*, de quo *Anast. Germon. lib. 1. de sacror. immunit. cap. 15. num. 3.* propterea quòd *omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sæpiùs illud cogitant*, vt indicat *Cicer. pro leg. Manil. quid possit is, cuius in ditione, ac potestate sunt, quàm quid debeat facere.* Imò aliquando prudentis est discedere, & innocentiæ nequaquam in nihilo detrahitur, iuxtà *Taciti* dictum *lib. 3. annal. Relinquendum rumoribus tempus, quo senescant; plerumq; innocentes recèti inuidia impares.*

At quia *bona conscientia prodire vult,*
103 *& conspici, Senec. epist. 97. nulliusque oculos fugit, D. Hieronym. lib. 2. epist. 9. Anna. Robert. lib. 1. rer. iudic. cap. 10.* sicuti *habet, nescio quos, mens scelerata carnifices, Paccatus in Panegyr. ad Imper. Theodos.* venit D. Ioseph sponte Neapolim; & venit, inquam, nullo regio Administro, nulla custodia comitatus. Nonnè est hoc maximum omnium innocentiæ indicium? *Magna vis est*, inquit *Cicero pro Milon. conscientia, & magna in vtramque partem: vt neque timeant, qui nihil commiserint; & pœnam semper ante oculos putent, qui peccarint*, quem refert *Menoch. lib. 2. præsumpt. 91. in fin. & lib. 5. præsumpt. 48. num. 12.* Innocentiæ argumentum est, potuisse fugere, nec fugisse, ait idem *Menochius lib. 5. præsumpt. 48. num. 10.* quem sequitur *Drog. ad Clar. quæst. 21.*

Igitùr sicuti Iura contrà fugientes,
104 præsumptionem constituunt, *l. lege Cornelia, 75. §. propterea, ff. de Syllan.* qua de re præcœteris *Damhouder. in prax. crim. cap. 10. num. 9. cap. 36. ex nu.*

18.

Digitized by Google

18. & cap. 39. num. 7. Farinac. lib. 1. tit. 5. quæst. 48. Mascard. de prob. lib. 2. concl. 819. num. 1. Carpzou. in prax. crim. p. 2. quæst. 60. num. 28. & p. 3. quæst. 111. nu. 36. quæst. 120. ex nu. 60. & quæst. 140. num. 4. sic & innocentiam non fugientium indicant, l. qui sit fugitiuus, §. 1. vbi Bart. ff. de ædil. edict. Cramm. cons. crim. 29. num. 32. & cons. 61. num. 34. Decian. cons. 69. lib. 3. Triuis. decis. 13. nu. 44. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsump. 89. n. 37. Cõsil. Prat. resp. crim. 23. num. 81. Inde Marius Giurba cons. 13. num. 13. in fin. clamitat: *Fatuus sanè ille esset, qui cum nocens sit, & reus criminis, vellet se priuare libertate, & in carceribus constituere, putans celare veritatem*; & Bartholomæus Bertazol. cons. crim. 156. num. 19. vers. sextò concurrit, scribit: *Concurrit, aliud indicium innocentiæ imputatorum spontanea, scilicèt comparitio, quæ etiam tollit indicia contrà reum existentia*; etiam si de Maiestatis crimine agatur, ità perbellè aduertit Andreas Alciat. cons. 353. n. 5. *Suspicionem*, inquiens, *omnem eius, qui læsæ Maiestatis crimine fuit accusatus, dilui, si quando fugere potuit, non fugit*; adhæret Menoch. lib. 5. præsumpt. 48. num. 10. Optimum exemplum est apùd Lucian. de amicit. de quo meminit Menoch. lib. 5. præsumpt. 48. nu. 10. A Erod. rer. iudic. lib. 6. tit. 12. cap. 14. quosdam Demetrium nempè, & Antiphilum sacrilegij postulatos, carceribusque mancipatos, fuisse à Præside absolutos ob id; quia, cum è custodia, vndè alij aufugerant, euadere potuissent, non euaserint.

Proindè si veritas paritèr, atque
105 æquitas est summoperè, in Principis Conciſtorio prę ſertim attendenda, Rodeic. de Xuarez. cons. 3. num. 36. cum non veritas iudicijs subsit oporteat, sed iudicia veritati, *lo*: Corras. lib. 4. miscell. iur. ciuil. cap. 20. num. 8. & æqui, bonique Iudicis sit, optare, vt Rei suis defensionibus potiùs delicta, quæ vera sunt, eludant; quàm vt improbi, scelera, quæ verè non sunt, impingant; quod videtur etiam sensisse Cicer. in orat. pro Cluent. dicens: *Sed in tanta difficultate, illa me res tamen, Iudices, consolatur, quòd vos de criminibus sic audire consueuistis, vt eorum omnium dissolutionem ab Oratore quæratis.*

106 Si sunt præsumptiones Reo fauentes amplectendæ à Iudice prorsùs ad exclusionem delicti, Hippol. in l. 1. §. *si quis vltrò*, col. 4. de quæstion. Neuizan. lib. 5. ex num. 116. in sylu. nupt. Butr. in cap. fin. num. 2. de purgat. canon. & sæpè sæpiùs vincitur Fiscus, (gloria Principum, Plin. ad Traian. Cassiodor. variar. lib. 1. epist. 19. & 22. & lib. 4. epist. 33. Marc. Mantua singul. 488. num. 1. Valenz. cons. 155. num. 1. vol. 2. præcipuè Hispanorum Saauedr. symb. polit. 21.) Vndè *felix Respublica*, clamat idem Saauedr. cit. symb. *in qua causæ Principis deterioris conditionis sunt.*

Iam in hac hypothesi D. Ioseph Francoperta exorat Excellent. Proregem, Dominosque Regiæ Iunctæ Iudices, vt nè vtantur inipsum vlla clementia, sed rigore, eoque summo; ac si deprehenderint, vel leuissima labe pollutum, acerrimis quibusque supplicijs plectant. At verò si certè secùs, eiusdem Excellentissimi Domini amplitudinem, ac Iudicantium integritatem implorat, vt post tam diuturni carceris ærumnas ipsum tandèm innocentem declarent, omnique culpæ
107 immunem; vt eam notam, quam intulit tam nefario titulo simplex captura, l. 1. ff. de requir. reis, l. 1. §. diligens, ff. de seru. fugit. Simanch. in enchirid. iudic. viol. relig. tit. 25. num. 3. Anchar. cons. 325. num. 2. obliterent fauorabili decreto, tituli deletione, omnique alia ratione, quæ maximè sperari potest à Principe tam iusto, & magnanimo: *Neq; enim*, inquit Symmanchus lib. 10. epist. 47. Imper. Theodosio, & Archadio, *ius fuerit, vt vna familia nouo opprimatur exemplo*; vt ea condigna suis fraudibus pœna perfidus nebulo puniatur, quia & Princeps, & Senatus Pop. Rom. Considium Aequum, & Cœlium Cursorem equites Romanos, quòd fictis Maiestatis criminibus impetiuissent Magium Cæcilianum Prætorem, mulctauerũt, Tacit. lib. 3. annal.

pag.

Digitized by Google

pag. 120. & qua Præsbyter ille Veronensis, qui de crimine Maiestatis detulerat Nobiles Comitem Ioannem Paulum de Pompeis, & fratres, quòd tentauissent Ciuitatem Veronæ alieno dominio subijcere, comperta postmodum veritate, punitus fuit, vt testatur *Gigas in tractat. de crim. laes. Maiest. 1. p. §. vidimus, quæst. 16. num. 2.* notans, delatorem fuisse laqueo suspensum; Comitem, & fratres, nedùm absolutos, sed muneribus donatos. Ità sanè, & improbos à confingendis criminibus deterrebit supplicium, & amor Vasallis fidelibus ad magis iugitèr, supraque vires deseruiendum Regi animos superaddet.

Hæc, vt iuncto muneri satisfacerem, raptim scribebam, nonis Octobris 1681. *D. Carolus Petra, Reg. Consil. iussu Excellent. Domini ad patrocinium electus.*

Discussa pleniùs re in Regia Iun-
108 cta, coràm doctissimis Senatoribus, agnita Principis innocentia, fuit carceribus solutus.

Libet hoc in loco rescribere Excel. D. Proregis rescriptum, quo me generalem Aduocatum Reorum in eadem Iuncta constituit.

Hauiendo insinuado al Marques mi
109 *Señor la Junta de Estado, que la causa, que en ella pende con el Principe de Cosolito, se halla en termino de señalarle Abogado, se ha seruido S. E. nombrar à V. S. per resoluer, lo sea en las demas, que en la Iunta se trataren por lo venidero, que lo necesiten, no concurriendo legitimo impedimiento. De que me manda auisar à V. S. para que, en esta inteligençia acuda siempre, que fuere auisado, pues à la Iunta se ha participado esta noticia. Dios guarde à V. S. Palaçio à 9. de Iulio 1681.*

Don Iuan de Bustamante.

Señor Conseyero Don Carlos Petra.

Iniuria insuper facta Magistratui
110 acri pœna mulctanda est, *Tiraq. de Nobilit. cap. 28. n. 1. Mastrill. de indult. cap. 36. ex num. 1. Franc. Marc. decis. 34. num. 2. Cyriac. controu. forens. tom. 1. cap. 26. nu. 5. Menoch. de arbitr. cas. 263. à num. 5. lib. 2. Farinac. de delict. & pœn. q. 17. n. 37.* & dixi in *rit. 5. n. 10. lib. 1.* etiam nostris constitutionibus attentis: maximus enim honor illi haberi debet, *cap. vt debitus, de appellat. l. semper, ff. de iur. immunit.* & in eod. *rit. 5. nu. 5.* indicaui, *Rota in Florileg. conclus. 30.* improbans *Carauit. in eod. ritu 5. sub num. 13. ac Capiblanc. de Baron. tom. 2. singul. 74.* arbitrantes, Iudicis arbitrio remittendam pœnam aduersùs temerè non salutãtes Officiales, cum Iure pœna trium librarum auri sit indicta, *l. 3. C. de offic. diuers. Iudic. l. in sacris, 2. C. de proxim. sacror. scrin. lib. 12.* & in Iuncta erecta ordine Excellen. D. Petri Antonij de Aragonia, Regni habenas tunc sustinentis, me fisci Aduocato existente, fuit ad libellam
111 enixè reuocatum, qua pœna esset puniendus quidam Reus, (morte præuentus ante causæ exitum) qui libellum Principi contrà Magistratum falsum porrexit, nonnullis productis corruptis testibus? Vnde differendum fuit, quid de his statuere Iura? Inquisiti Patronus dicebat, pœnam ca-
112 lumniæ non esse pœnam capitalem, sed in ordinario delicto pœnam legis Memmiæ, in extraordinario pœnam extraordinariam, *l. 1. §. 1. ff. ad Senat. Cons. Turpill. & l. 1 ff. de calumn.*

Si verò agendum esset de pœna ta-
113 lionis, illam fuisse sublatam, *§. pœna, Instit. de iniur.* Nec pœnam similitudinis supplicij procedere de consuetudine, de qua testatur *Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 9. Boss. tit. de calumn. Clar. §. fin. quæst. 81. Menoch. de arbitr. cas. 322.* ex pluribus.

Potissimùm: Quia pœna talionis est
114 sublata: Quia non se inscripsit, nec iurauit ad pœnam talionis, prout requirit *l. fin. C. de accusat.* Quia similitudo supplicij non esset pœna capitalis: nam Magistratus non potuisset tali puniri pœna, nec alij, qui fuerunt calumniati. Et tandèm, quia de Iure pœna falsi non est capitalis, vt in toto *tit. ff. & C. ad l. Cornel. de falsis.*

Capitalem tamen pœnam audacter imponendam sustinui, & errore admo-

Digitized by Google

dum lapsum Patronum, Inquisitũ tuentem ex §. *pœna, Instit. de iniur.* & cõsuetudine circa abrogationem pœnę talionis: nam quamuis dixerim in *Rit.* 47. *lib.* 1. & *in Rit.* 298. *hoc* 4. *tom.* & alibi talionis pœnam recessisse ab aula; perpẽdebam tamen, quòd talis pœna est ipsa compensatio delicti, quam Philosophi contrapassum appellitant, & fuit de lege Veteris Testamenti, *Exodi cap.* 2. *Leuitici cap.* 24. *quæst.* 12. vbi *Alphonsus Tostati*, Hispanus, Episcopus Abulensis, *& in Exod. quæst.* 26. *Leuit. quæst.* 12. *& Matthæ. cap.* 5. *quæst.* 323. qui magistralitèr docet, verba iudaicè intelligẽda esse ad literam: est enim lex non simpliciter iusta, oculus pro oculo, & vulnus pro vulnere; sed cum subscripta declaratione, ex sententia *Aristot. in lib.* 5. *Ethicor. lect.* 6. 7. *&* 8. vbi probat, virtutem legis non consistere in Arithmetica, sed in Geometrica; propterea reprobat Pythagoram, qui laudabat legem Moysis consistentem in contrapassu; sed debet consistere in æquilibrio: idest, si Princeps percutit, non esset iustum, quòd repercutiatur; nec si percutitur, sufficit repercutere, quoniam Arithmeticè numerãtur personæ, & sic sicut vna est persona Principis, & vna est persona aduersa: æquilibricè non esset in numero; sed in qualitate, & capacitate, & sic per Geometricam fit contrapassus; ac in indiuiduo de Principe, & de Magistratu, vt maior sit pœna offendentis Magistratum, & Principem, quàm singularem personam, dicens, quòd debet mori, qui percutit Principem, & nõ sufficit repercutere. Vndè *Alphons. Tostati cit. in loc.* constituit has conclusiones.

Iustitiam talionis consistere non in
115 æqualitate rei, sed in æqualitate damni, & iniuriæ.

Pœnam talionis simpliciter non esse iustam, sed per accidens.

Quando æqualitas est nedùm in rebus, sed in personis, & meritis, est iusta, etiam hodiè.

Inæqualitas personæ consistit in Principatu, & Magistratu.

Iudæi considerabant æqualitatem in re tantùm, non in persona, quia omnes erant æquales, & quia iudicabant ex sensu, & non ex intellectu.

Pari ratione cùm *lex XII. Tabul.*
116 induxit pœnã Talionis, vt pro membro rupto sit talio; Periti in suis temporibus quærebant de iniustitia illius legis, teste *Aul. Gell. Noct. acti. lib.* 20. *cap.* 1. vbi *Fazzorinus* arguit aduersùs memoratam legem, & *Cæcilius* ex rationibus subtractis ab *Aristotele* probat iustitiam legis, & sic hucusque probata est iustitia talionis, atq; declarata, vt secundùm dignitatem personarum pœna sit eadem, vel grauior, & hoc voluit dicere expresè *Imperator in dicto* §. *Pœna*, vbi reiecta extimatione iniuriæ secundùm leges XII. Tabul. quo tempore propter veterum paupertatem extimabat in pecunia, subiungens, Prætores pœnas statuisse, & deinceps extimandas esse iniurias secũdùm qualitates personarum, quæ decisio est ad literam, & ad intellectum secundùm *Aristotelem*.

Nec suffragatur, se non inscripsisse
117 iuxtà *l. fin.* C. *de accus.* quoniã illa solemnitas de Iure positiuo, coràm Principe non est necessaria, & adeundo Principem, mentiendo cum falsitate, est in pœna, & in similitudine supplicij sine vlla excusatione.

Non officit, similitudinem supplicij
118 non ascendere ad pœnam capitalem: retenta enim doctrina *Aristotelis*, & decisione Cæsarea in dicto §. *pœna*, certè iniuria atrocissima in Officialem est pœna capitalis, tùm de Iure, tùm de Consuetudine.

De Iure: nam non requiritur, quòd Magistratus non puniendus foret pœna capitis; sed priuatione òfficij: quoniam certum est, fore amissurum ho-
119 norem, ac dignitatem, & istæ qualitates præferuntur vitæ, *l. isti quidem, ff. de eo, quod met. caus. gest.* & alibi æquiparantur, *l. iusta, ff. de manu. vind.* vbi *Io: Baptist. de Sancto Seuero* notat, & ibi additio *Boeri*, refert *Gerar. sing.* 33. fuisse in sententia, *l. vt vim*, excusare à pœna, quando quis defendit

ho-

Digitized by Google

honorem, quia à pari procedunt, *Vin. dec.* 46. *n.* 5. ac pluries diximus, & facit illa lex, ibi: *Vt vim, atque iniuriam propulsemus*, referendo vim ad personam, iniuriam ad honorem.

Minimeque releuat, quòd lex faciens mentionem de impostura, non taxauit pœnam Impostoribus; quoniam leges, quæ specificè loquuntur de Impostoribus non agunt de hoc, sed de alio, *l. fin. ff. de crimin. Stellion. & l.* 1. *§. Medicos, ff. de vari. & extraord. cognit.* ac *l.* 4. *§.* 1. *de ædilit. edict.* vbi *Bud. in annotat. & Brixon. de verb. signif. verb. Impostores*.

Sed concurrentibus circumstantijs,
120 impostura in Magistratũ fuit semper pœna capitalis, sicut offensio in personam, de qua est *l.* 1. *ff. ad l. Iul. Maiest. & l. quisq; C. eod. tit.* quæ licèt sermocinetur de læsione corporis, eadem est in læsione honoris.

Exempla sunt in Testamento Veteri de Mardocheo, de Senibus Susannæ, apùd Gentiles, *Diod. sicul. histor. lib.* 4. *cap.* 4. & in benè moratis Prouincijs, *Sot. de Iust. & Iur. lib.* 5. *q.* 5. *art.* 4. *Bald. in l.* 2. *C. de his, qui latr. vel alijs crim. reos occultant*, refert, Perusij fuisse quemdam decapitatum, quòd Officialem accusauerat de corruptela, *Clar. q.* 81. ac *Franc. de Auiles in proœm. c. Prætor. n.* 7. notat, suspendi feciſſe quemdam hominem nigrum, ex quo expilauerat barbam Alguzelo, eique fregerat virgam Iustitiæ, cumulando etiam, quòd erat homo seditiosus, & raptor mulierum, & dicit se motum fuisse, ex doctrina *Bald. in l. data opera, C. qui accus. non poss. & Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefic. in tit. quib. ex caus. poss. ad mort. condemn. in* 2. *col.* dicentium, quòd potest vltimi supplicij pœna puniri is, qui manus intulit suo Centurioni, & idem esse in Potestate, & Capitaneo, per argumentum à simili *in l. Milites, §. reuertens nullos, ff. de re milit. Boss. tit. de Off. corrupto, nu.* 37. dicit, pro calumnia contrà Officialem esse pœnam mortis, ex *text. §. ex diuerso, in Auth. vt Iudic. sine quoquo suf. fiant*, vbi mulctatur Officialis de corruptela;

sed grauiùs punitur, qui falsò illum accusat, vbi *Glos.* nectit, pœnam esse parricidij.

Ac dispositio *text. in l. fin. ff. de in-*
121 *iur.* atque *Glos.* effatum in famoso *§. in summa*, fuit extensa in casu iniuriæ contrà Officiales, ex *Bossio in sua prax. tit. de iniur. num.* 30. *Reg. de Marin. ad Reuert. decis.* 50. *num.* 3. etenim ob verba iniuriosa prolata in Consiliarium Antonium Orificium absentem, fuit quis deportatus, & nonnulli fuere in voto mortis naturalis; & demum ob non obseruatam deportationem fuit capite mulctatus; & per alapam in rixa in Iustitiariũ Annonæ, qui caret imperio, ac gladij potestate, & est subiectus alijs Superioribus Magistratibus, quidam Doctor fuit decapitatus, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de prouis. fier. solit. §.* 2. *num.* 14. de quo memini in *rit.* 5. *nu.* 10. *& Reg. de Marinis ad Reuert. decis.* 50. *sub num.* 3.

Annis non longè decursis in vna ex Ciuitatibus huius Regni, quidam inquisiti pro re nõ graui, ausi fuerunt, in ludicram scenam laceris, immundisq; indumentis, ore retorto, blesoque idiomate, verendas Præsidis, cæterumque Ministrorum Regiæ Audientiæ personas inducere, mimicè, scurrilitèrque agere in contemptum dignitatis Magistratus. Et ijs, quorum opera, Regi Maiestas, Reipublicæ ocium, priuatisque tranquillitas seruatur incolumis, ad risum excitandum in scenicis ludis per vilipendium histriones abusi sunt. Quamobrem fuerunt ij citati ab eadem Regia Audientia ad informandum, & capitula. Deinde Princeps, summa clementia, ac bonitate, gratiam ipsis impartiuit. Equidèm aliquando vera est iustitia delinquentibus misereri, *text. cap. vera iustitia, distint.* 45. & *text. in cap. licet*, subsequitur, plus ergà corrigendos agunt beneuolẽtia, quàm seueritas; plus cohortatio, quàm comminatio; plus charitas, quàm potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione, & sine peccato viuat: de qua Principis clementia dixi in *rit.* 265. *nu.* 21. *& in rit.* 274. *ex n.* 93. *Mat-*

Digitized by Google

thaù cõtrou.74.n.15.& cõtrou.75.n.22.

Cum accessisset M. C. Iudex capturus D. Ferdinandum de Touar in atrio cuiusdam Generalis Nauium sui consanguinei degentem, hic in Iudicem contumelijs oneratum strinxit ensem, idem omnibus alijs facientibus, qui in atrio aderant ex industria, ipsoque Generali de futura captura non inscijs, fugam arripiens confugit ad Ecclesiam, cumque renunciatum de hoc esset suæ Excell. mandauit, vt hac super re caperetur informatio; qua capta, Prorex motus Iustitiæ zelo, ferri iussit captum Generalem in Arcem Caietæ, quaque maxima posset diligentia fieri, à M.C.vlteriùs procedi. Quamobrem citatus dictus Antonius, & ad informandum, & ad capitula, ac deindè ad foriudicandum, me in M.C. Consiliario Decano referente, eius Pater duas proposuit nullitates. Prima: Antonium scilicèt esse Militem, atque adeò non subditum M. C. de quo indiuidualitèr scripsi in *rit. 269. num.26.lib.3.* Altera: nempè, crimen non esse capitale.

Cumque ageretur de causa in Col-
122 laterali Consilio, coràm quo iusserat Sua Excell.vt M.C.ferret suffragia, referente D.Consiliario D. Iosepho Ledesma, integerrimo, præclarissimoque Viro, re plenius discussa, dictum fuit, sub 10. Octobris 1677. *Nullitates non obstare*, non quia crimen esset læsæ Maiestatis, at maximè quia iniuria erat atrox, & ratione loci, & ratione personæ: cum nulli dubitandum esset, arbitrium Iudicis posse extendi vsq; ad mortem. Addebatur, causam esse magni exempli, summumq; exigere rigorem, & non semper clementia Principem vti debere in mulctandis delictis, *Senec. ad Neron.* dicit, veniam esse iniustam, minimèque licitam: ignoscendo enim malis, bonos perditos ituros, & indicat *text. in cap. est iniusta, 23. quæst.4.* & propterea *lo: Rodin. in tract.de Maiest.Princ.verb. Ad clementiam, num.14.* tres nectit terminos, videlicèt, Clementiam, Misericordiam, & Veniam, quam semper dicit esse illicitam, prout etiam illicitam Misericordiam nectit, si simplicitèr, non autem cum seueritate mixtam intelligas.

Est tamen læsæ Maiestatis crimen
123 in primo capite offensio in Regis Consiliarium, vt declarauit Regina Ioanna I. sub die 15. Octobris 1350. tempore Andreæ de Iserniæ, feudistarum Euangelistæ, quem perperàm nuncupat, Ioannem de Isernia, *Tasson. de antephat. vers. 3. obseru. 3. num. 103.* ex *Fontanell. de pact. nupt.claus. 3. glos. 1.num.5.* etiam si priuato odio aduersus opinionem ipsiusmet *Isern. in Const. vt participatio*, sicut aduertit *Gizz. ad R.Capyc.Latr.decis.169.n.22. Cons.Staiban. lib.1.resol.100.ex n.206. in obser.* ac diximus in *rit. 273. ex nu. 27. lib. 3.* & pertractat *Farinac. quæst. 17.num.36.* multos perstringens casus, contrà quos facientes libellos famosos in hoc crimen incurrunt, & alijs relatis, notat *Matthù de re crimin. contr.74.n.15.p.2.* nec non *lo: Baptista Gargiar. de libell. famos. cap.10. Muta ad prag. tit. 40.de pœna, edent.famosos libellos num. 39.* Nec sine ratione M. C.V. ac S. C. extendere arbitrium ad mortem naturalem pro iniuria atroci illata in illũ Officialẽ per alapã, alijsq; in casibus: nam II. CC. antiquiores, & moderniores hanc sustinuere aleam, sicuti præcœteris fuerunt *Bald. in tit. feud. de Pace Iuram. firm. §. Iniuria, l.de Anan. in cap.Inquisitionis de accusat.* nec non *Felin.in cap.ex literis, num. 25. de constitut.* vbi *Dec.Paris de Puteo de findi.ver. pœna, ver.an sit, circa principium, Iaf. in l. 1. C. de precibus Imp. offer. 1.not. & in l.qui iurisdictionem, num.3.ff. de Iurisd.omn. Iudic.* & post alios, *Farin. in pract. crimin. vol. 1.tit.de delict. & pœnis, quæst. 16.nu.7. & quæst.17. Reg. de Marin.ad dec.Reg. Reuert. decis.50. num.3. Reg. Sanfelic. decis.34.nu.13. tom.1.* Circumscripta igitur antinomia DD. si veritate nitatur opinio *Glos.in §. in summa, verbo extraordinaria, Inst.de iniur.* de quibus *Concioli resol. crim. 1.rub.Iudex, Guazzin. defens.33. cap.16.num.2. Laganar. ad Rouit. in prag.1. de custod.reor.à nu.*

13.

Digitized by Google

13. *Anus meus ad Gramm. decis. 34. ex num. 2.* quem optimè omnium pertractare notat *Seuerin. ad Reg. Sanfelic. decis. 374. vers. tenetur calumniator, lib. 3. Carthar. decis. 23. à num. 9. & decis. 68. ex num. 2. Cum. ad rit. Sicil. cap. 72. à num. 10. Nouar. de grauam. Vasall. tom. 2. grau. 128. & 154. & tom. 3. grau. 59.* etiam ij, qui recedunt à *Glos.* coarctant hoc in casu iniuriæ grauis illatæ Officiali, vt sit tuta, & vsu recepta *Glos.* alea de pœna capitali, & quando iniuria est atrox ex circumstantijs, ex quibus talis redditur, *Bar. in l. si quæ pœna, ff. de verbor. significat. Bal. in d. §. Iniuria, de Pace Iur. firm. in prin. & in Aut. sed non Iure, in fin. C. de seru. fug. & in l. pen. ff. de rer. diuis. Menoc. de Arbitr. Iudic. quæst. 8. num. 20. Carr. pract. crimin. de homic. §. circa igitur tertiam decis.* testatur de communi *in v. ex literis, col. antepen.* quem refert *Crau. cons. 270. num. 14. Bertaz. cons. crim. 35. Farin. cit. quæst. 17. nu. 35. Caball. resol. crim. cas. 92. & num. 2. Pegas ad const. Portug. lib. 1. tit. 1. §. 36. glos. 140. Calà de præemin. M. C. cap. 13. num. 2.*

Ampliùs opinionem *Glossæ* esse ve-
124 ram de pœna capitali, quâdo Inquisitus consueuit similia facere, notat *Baiard. in addit. ad Clar. in d. §. fin. quæst. 81.* ex *l. 3. C. de Episco. & Cleric. l. capitalium, §. solent, & §. Grapatores, ff. de pœn. l. 3. vers. si plures, ff. de re milit.* & in specie de morte naturali, *l. 1. C. de superexactor. lib. 10. l. omnes, §. delatores, C. de Collat. eod. lib. & in dicta l. 1. Bar. Luc. de Penna, & arg. lo: de Plat. in d. l. omnes, Gramm. cons. 17. num. 16. & in vot. 9. num. 26. & voto 17. num. 17. Carr. in pract. crim. §. homicidijs, Arnò. sing. 64. Fab. à Montel. pract. arbi. in 3. & vlt. num. 4. par. princ.* & de communi, *Vulpal. respons. 16. num. 4. lib. 1. & Mascar. conclus. 838. lib. 2.* Quibus suffragatur exemplum de furto reiterato, vt sit pœna mortis; licèt quodlibet de per se non esset, *Gramm. d. voto 9. & 17. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 9. nu. 7. Mascar. in d. conclus. 838. Gomes de delict. tit. de hom. cap. 3. nu. 6. & Vulpal. d. resp. 16.* quos, & alios refert *Farin. d. tom. 1. tit. de delict. & pœn. quæst. 23.* & quamuis *Grām. in dec. 16.* relatis his referat, fuisse per M. C. V. quem Iam Blasium condemnatum ad mortem, ex quibus dā leuibus delictis reiteratis, & per S. C. fuisse releuatum, quia in hoc Supremo Areopago nō militat opinio, vt pro reiteratione delictorū sit pœna mortis; aduertatur tamen quòd fatetur *Gramm.* opinionem esse veram, sed non practicari in S. C. ex dicto Regij Consiliarij Maiorana, & ex sua cognitione, sed Iudices delegati non tenentur seruare stylum Sacri Consilij, sed opinionem magis veriorem; maximè quòd in illo casu *Gramm.* delicta erant leuia, atque iuuenilia, vt ipse refert, & tamen operantur ad hunc effectum, vt possit pœna capitis puniri, *Cassan. ad consuet. Burg. rub. 1. §. 5. vers. simplex, num. 20. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 295. Clar. §. furtum, Merend. cons. crim. diuers. cons. 9. vol. 2. nu. 22. Farin. d. quæst. 23. nu. 11.* & de trino furto loquitur *tex. Cap.* huius Regni, *in tit. de furt.* incip. *Ad hoc*, tamen ratio illius *tex.* extenditur ad alia delicta, vt dicunt *Meren. & Farin. d. num. 11.* & licèt aliqui fuerint in opinione, vt ità demum procedat illa opinio, quando pro pluribus delictis quis fuerit punitus, aliàs secus; tamen *Antonius Gomes. variar. resolut. lib. 3. de delict. cap. 5. tit. de furtis, nu. 9. vers. aduertendum,* tenet, quòd pro vltimo delicto punitur pœna capitis, etiam quòd ex alijs priùs commissis non fuerit condemnatus, & punitus, quæ recepta est *à Farin.* tanquam verior. *d. quæst. 23. nu. 10.*

Alij veram esse *Glossæ* aleam autu-
125 mãt, quòd Iudex delegatus arbitratur pœnam capitalem, consulto Principe, penès quem omnes pœnæ sunt arbitratiæ, *Ang. ad Angel. vers. & caput à spatulis, vers. aliqua lege, lo: Monti pract. crim. res. 2. num. 8. & Carrer. tit. de homic. nu. 31. & 32. Farin. de delict. & pœn. quæst. 17. num. 60. de Ponte cit. tract. de potest. Proreg. tit. de prou. fier. sol. fol. 82. num. 14. Giurba cons. crim. 6.* & sic scimus in casu extrà omnem æ-
sitationem, cum iniuria sit atrox, &

atro-

atrociſſima ex circumſtantijs, Inquiſitus ſit conſuetus delinquere, & perſona offenſa ſit Magiſtratus, ac ſumus in Iudicibus delegatis à Principe.

Aduocati inſupèr euomentes ma-
126 ledicta, murmurationes, deriſiones, iudicia temeraria, detractiones famæ, occulta delicta, mulctari acritèr debent, vt ſcripſi in *rit.*101.*nu.*65.*lib.*1. addimus *Reg. Sanfelic.* & ibi *Seuerin. deciſ.* 374. *num.*7. *& in addit.ad deciſ.* 63. *Conſ. Carleual. de iudic. diſp.* 11. *quæſt.*7. *ſect.* 1.*nu.*187.*Sabell.diuerſor. tract.* §. *Aduocatus, nu.* 13. *Chriſtinæus deciſ. Belc.* 99.*vol.*2.*&* *deciſ.*206.*vol.*4. *Carpzou. proceſſ.iur.tit.*5.*art.*7.§.7. *nu.* 42.*Berlicch.deciſ.*75.*n.*5.*&* 7.*p.*1.*Mar. Ant.var.reſol.lib.*3.*reſol.*7.*ex num.*76. *Muta ad prag. vnic. de famoſ. libell.tit.* 42.*n.*43.*Bertazol. ad patrem conſ.*214.

Etſi enim Patronus tuens pro veri-
127 tate nulli parcere debeat,*text.in cap. ex ore, de priuil.* ibi: *Quæ contrà iuſtitiam nulli pareat*, & diſpoſuit Ferdinandus Rex Primus in *prag.* 21.*de offic.*S.C.quam laudat *S.Anton.in ſumm. p.*3.*tit.*6.§.2.*pag.*71. & *Cafar.in ſpecul. peregr. quæſt.*13. *num.*35. tamen omni qua decet modeſtia, vt notat *D. Raynald. lib.*1. *rer.crim.cap.*11.§.14.*nu.*1. *& lib.*2. *obſer.crim.cap.*19.§.1.*ex nu.*4. qui *à nu.* 9. memor mei *in cit.rit.*101. nectit *num.* 16. intellectum nouum ibi datum ad *text.in l.quiſquis*,C.*de poſtul.* ſubtilem, & etiam Reipublicæ vtilem eſſe, *& in mem.* §. 14. refert *Afflict.in Conſt.Regn.Cultus iuſtitiæ,num.* 11. dixiſſe Aduocato, quòd non accederet ad domum ſuam, quia erat nimis importunus,& *num.*9.quòd aliàs propoſuit in mente ſua, non eſſe Iudicem, vbi quidam erat Patronus, & poſtea non fecit, nè nimis impatiens argueretur; de alio Aduocato carceribus mancipato loquitur *Reg. Sanfelic. cit. deciſ.*374.*nu.*8. ac *R.Reuert.deciſ.*242. *p.*1.deciſum tradit, è S.C.peracta cauſa in Collaterali Conſilio, Io: Petrum Mangrella Cauenſem Aduocatum,etſi doctum: (fecit nempè additiones ad nouem tomos *Bartoli*, verè lucernæ iuris,& ad octo tomos ſubtilis *Baldi*,) quia tamen ſatirè continuò obloquebatur, fuiſſe relegatum decennio in Inſulam per D. Proregem declarandam, & quòd ampliùs poſtulandi munere non fungeretur,ex quo de menſe Ianuarij 1562. protulerat verba iniurioſa contrà duos Officiales fratres vtrinque coniunctos, quorum alter erat Regius Conſiliarius, alter verò Magnæ Curiæ Fiſci Patronus. Vltra enim iniuriarum actionem, de qua *Mut. ad prag. vnic. de edent. famoſ.libell. tit.* 42.*num.*43.*Berlic.deciſ.*75.*nu.* 5. *& alij*, meritò quoque remouetur à limine iudiciorum, *l. Moris eſt, ff. de pœnis, & in cap. ſi infames*, §. *item ſi quis adeò*, 3. *quæſt.* 7. *& cap. in loco* 5. *quæſt.*4. *Faber in C.tit.de pœnis,definit.* 19. *in princ. Berlic.cit.concl.*9.*num.*24. *Carpzou. ref.elector.* 5. *lib.*3.*Fritſchius de peccat.Aduoc.concl.*18.*num.*15.

Magiſtratibus,omnes exempti,etiam
128 Clerici,reuerentiam debent, vt dixi *in rit.*5.*nu.*7. qua de re *Franc. Suarez in defenſorio Fidei, lib.*4.*cap.*34.*nu.*32. *de Benedict. in cap. Raynutius, verb. & Vxorem, num.* 139. *de teſtament. Anguianus in tract. de legibus, lib.*3. *cent.* 33. *num.* 47. *Torreblanca de magia lib.* 3.*cap.*26. *Borrell.de præſtant.Regis Cathol. cap.* 71. 78. *&* 79. *Auiles in cap. Prætorum,cap. verb.iuriſdictionem* 3.*&* *cap.* 20. *verb. vſurpan. num.*9. *Calixt. Ramirez in leg.Reg.*27.*num.*12.*Parladar. different.*9.*num.*16.*Villadieg.politic. cap.* 5. §.20. *Ayll.in addit.ad Ant. Gomez tom.* 3. *cap.* 10. *de immunit.nu.* 8. *Cæuall. commun.contrà cõmun.quæſt.* 879.*ex num.*630.

Iniuriam propterea illatam, ipſe
129 Magiſtratus remittere non valet, ex *tex. in cap. contingit, de ſent. excomm. Bellapert. in l. ſi conuicij,num.* 9.*Alber. num.*4. C.*de iniur.Gandin.de malef.tit. de pœn.nu.*26.& conferunt,quæ ſcripſi in *rit.*5. *num.*9 .*lib.*1. nec non *Raynal. in ſyntaxi rer. crim. cap.*2.§.6.*&* 7.*nu.* 21. *ac* 26. cum illa ipſum Principem tangat, à quo conſtitutus eſt *Menocl. conſ.* 244. *num.* 4. *Coppen. lib.*2. *obſer.* 80. *ex nu.*3.*Ipſe in rit.*51.*num.*2.*lib.*1. Ideòque Iurati, Conſuleſque remitte-

re

re non possunt iniurias inflictas Vniuersitati, sine consensu Consilij, *D. Romaguera in add. ad Conciol. sup. Statut. Cinit. Eugub. lib. 4. rubr. 43. num. 16.*

Adducta procedunt, etiã si Officialis
130 fuerit dũtaxàt electus, & non admissus, *Sanfelic. dec. 63. Prat. ad Paschal. de patr. potest. p. 1. cap. 10. vers. ea quæ adeò, Raynald. in syntax. rer. crimin. par. 1. cap. 2. §. 6. & 7. n. 28.* & dixi *in rit. 5. sub n. 10. lib. 1.* Aùt si iam nunc eligeretur Minister ad locum, cũ primùm vacauerit, occupandum, & iam nunc iusiurandum nunquam paret: dignitatem enim habere dicitur tempore acceptationis, *Bart. in l. Publius, ff. de cõdit. & demonst.*

Hac occasione tacitus præterire non possum, quòd cũ Catholica Regis nostri Caroli II. Maiestas (quem Deus Nestoreos nobis ad annos incolumem, proleque dudum desiderata ornatum, seruet) præscripsisset, reformandos Ministros omnes, non supernumerarios dumtaxàt, sed etiam ordinarios, certo ab hinc tempore promotos; cognitis tamen Dom. D. Iosephi Caiafa promeritis, eum Sacri Consiliarij munus inire iussit, vbi primùm vacua sese offerat ordinaria Sedes, emittendo iam nunc consuetum iusiurandum, quamuis illius exercitio, ac emolumentis omnibus non sit potiturus ante Sedis vacationem, vt ex Vilecto Excell. Domini sub die 30. Maij instantis anni 1692. directo Præsidi S. C. quod asseruatur penès à Secretis, tenoris sequẽtis.

Hauiendose executoriado por Colateral el Real Priuilegio, en que Su Magestad prouee en Don Ioseph Cayafa la primera plaza, que vacare en el S. C. Iurando en ella desde luego, para entrar en el exerçiçio, y goze quando llegare la ocasion de la vacante, me manda S. E. deçir à V. S. disponga se reçiua el Juramento, en conformidad delo, que Su Magestad ordena, 30. de Mayo 1692.

D. Antonio de Retes.

Cum autem externa luce septima
131 Iunij eiusdem anni, iuramentum prẽstiterit in manibus Spectabilis Præsidis, iunctis DD. Consiliarijs quatuor Classium in Aula Magna, vt moris est, suborta fuit dubitatio, deberet necne admitti, vt ille sederet? & dùm sese ad iusiurandum emittendum parabat, statutum fuit, vt, illo præstito, sederet; quamuis enim iusiurandum secum vnicè ferat possessionem, *Rotc. de offic. tit. de præceden. int. Offic. eod. tẽp. & c. rub. 6. n. 77.* nihilominùs decorum, ac congruum videtur Iuranti deinde sedem concedere; quod tantum abest, vt possessioni repugnet, quin eam magis, magisque firmat. Et ad rem vnus ex DD. Consiliarijs Hispanis testatus est, in Iberia verbum *Iuret*, importare iuramentum, & sedem dari. Porrò ille sedit, & arguta sanè, elegantique oratiuncula, ad Præsidentem, alioſque Sacri Consilij Senatores habita, auditaque vicissim D. Præsidentis ingeniosa non minus, quàm vrbanitate plena respõsione, è Tribunali illicò discessit; reuersurus quamprimùm, vti omnes sperant, etiam antequàm vacua sese offerat ordinaria Sedes, ad exercendam reipsa susceptam iam animo, & iuramento Prouinciam, inclinante sese ad id concedendum nostri Regis Magnanimitate, ab vtilitate publica, votisq; omnium permota.

Nec abstre erit hic subnectere, eum-
132 dẽ Augustissimum Regem iam nouo suo Diplomate sub die 19. Nouembris 1691. (cuius copia est penès à Secretis S. R. C.) edixisse, nè reformatio vlla pro Tribunalibus anteà præscripta, in Sacrum Consilium caderet; quandoquidem quatuor supra viginti Consiliarij, qui illud administrãt, ob negotiorum, ac litium multitudinem propemodùm infinitam, vix oneri ferendo sunt; præsertim quia temporum angustiæ, quibus præmimur, exacuunt potiùs lites, quàm exarment, alijsq; de causis prouidè, ac perspicuè ab Excell. D. Prorege, ac à nostro D. Præsidente, Regiæ expositis Maiestati.

Eadem affigitur pœna offendens Iu-
133 dicem in syndicatu, *Bald. in cap. 1. de pace iurament. firman. Menoch. cons. 263. num. 10. Caball. cas. 111. Boss. tit. de iniur. num. 39. de Marsil. sing. 179. Paris de syndic. incip. si Potestas, num. 16. & verb.*

Digitized by Google

verb. Officialis durante officio, vers. statutum puniens, Farinac. cit. quæst. 17. num. 38. de delict. & pœn. de Franch. decis. 403. num. 1. & decis. 713. num. 6. Mastrill. de indult. add. cap. 36. num. 9. P. Fragos. de regim. Reipubl. Christian. p. 1. lib. 4. disp. 10. n. 155. extendens etiam ad offendentes horum Officialium familiam, præcœteris, ex *Greu. ad Gayll. ad pract. Camer. Imperial. lib. 1. concl. 39. à n. 5.* & scripsi *cit. in rit. 5. sub n. 10.*

An irroget iniuriam, qui ficas Offi-
134 ciali facit? indicat *Thesaur. dec. 229.* refert *Auus meus ad Capyc. dec. 58. n. 2.*

Quid si dixerit: *Al sindicato t'aspetto*? scribunt *Scaglionus sup. rit. M.C.V. 221. n. 6. Carraba de syndic. sing. 221.* & de dicente: *Che gl' ha fatto torto*, sermocinatur *Menoch. cons. 403. num. 9.* quem refert *Raynald. in syntax. rer. crim. p. 1. cap. 2. §. 6. & 7. nu. 30.* testans vltimo supplicio Romæ punitũ quemdam, qui Iudici dixit: *Alla Sede Vacante t'aspetto*: nam apertè loquitur de vultione facti, & non iuris, de qua dixi *in rit. 272. sub nu. 51. vers. hinc cum haredes*, ex *Glos.* dicto *in l. 1. verb. multã, C. de ijs, quib. vt indign.* quod exornat *de Possentib. cent. 3. singul. crim. 226. pag. mihi 205.* & me *in cit. rit. 272.* adducit *Mucc. ad Sanfelic. decis. 70. n. 1. lib. 1.*

An autem eadem mulctetur pœna
135 offendẽs Baronis Officiales? & mitiori pœna, nempè exilij, coercendum scripsere DD. apùd *Thor. in C. rer. indic. alleg. 10. num. 6. Carolus de Rosa in consuet. Neapol. ad §. præfatis, ex nu. 386. pag. 40.* ex *Marant. cons. 121. Borrel. cons. 24.* illumq; minime complectitur *Regni Constit. Vt participatio, sub rub. de iniur. Curial. illat.* pœnam statuẽs contrà inferentes iniuriam Officialibus, *Merend. cons. 100. n. 13. p. 2.* quam *Constit.* exornant *Arnon. differ. 15. Reg. Sanfelic. in prax. iudic. sect. 20. num. 23.*

An si Iudicis Vxorem? negatiuè
136 *Mut. ad Consuet. Panhorm. de qualit. litig. int. cur. & ciu. Panhor. cap. 11. n. 23. pag. 102.* & dixi *in rit. 272. sub n. 27. lib. 3.* Facta à Vasallo Baroni atrox grauiori pœna digna dijudicatur, *Farinac. in prax. crim. quæst. 105. ex num. 198. Bertaz. cons. 152.* ibi: *Et cum verba fuerint narrata Supremo Principi, & de Domino suo per subditos, atrocior videtur facta iniuria*, refert *Nouar. de grauam. Vasall. tom. 2. grau. 11. n. 20.* & aduertit perbellè *Reg. Sanfelic. decis. 374. num. 9. lib. 3.*

Doctori, vel Patrono, *Guid. Papa dec. 88. num. 5, Grauett. cons. 168. num. 10. Menoch. de arbitr. casu 263. ex nu. 17. Rota Auenion. decis. 58. Ronit. in prag. 1. n. 5. de custod. reor. Visconti in conclus. iuris, verbo iniuria, Barra controu. 21. n. 6.*

Iudici insupèr licet mulctare sine
137 processu delinquentes in eius conspectu, tanquàm pro delicto notorio, quod celari, vel negari non potest, & excludit omnem iuris ordinem, solemnitatem, processum, & appellationem; quo casu Reus punitur ex abrupto absque defensionibus, si captus sit in actu delinquendi, non si ex interuallo, *Farinac. de delict. & pœnis, quæst. 21. num. 158. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1103. n. 16. Capra in tract. de notorio, memb. 4. n. 17. Boss. in tit. de denunciat. n. 4. & in tit. quomod. proced. in crimin. notor. Laurent. de Iudice suspect.* latè *cap. 11. ex n. 1. & sub n. 7.* recensẽt praxim in M.C. ac in Regno Neapolis, cuius non meminit *D. Calà*, qui rem exactè peragit, *in tract. de præeminent. M.C.V. cap. 13.* notans non reddi Iudicem suspectum, vti non iudicantẽ in causa propria, sed pro dignitate offensa, exequendo pœnas à Iure indictas, *Calima de syndic. Official. cap. 4. nu. 24. Altim. tom. 1. de nullit. rub. 9. q. 10. ex n. 74. Consil. Vargas Machuca de syndic. tom. 1. p. 3. consid. 3. sub num. 6. & p. 5. consid. 71. num. 46.* casum enarrans.

Verùm mitiùs punitur, si prouoca-
138 tus deliquerit, *l. qui cum mecor, §. si libertus, ff. de bon. libert. Hypol. de Marsil. cons. 73. n. 56.* plurima, nectens, per plura exornat regulam, quòd ignoscendum sit ei, qui prouocatus delinquit, ad quam probandam septem laudat Iura cum nonnullis II. CC. & ibi *sub num. 59.* refert *Ang. Aret. in tract. malef. in verb. verba contumeliosa, vers. quid si aliquo dicto, vel facto*, vbi *Auguſt.*

Digitized by Google

gust. de Arim. quòd si verbis iniurioſis prouocasti me, & ego non cum ijſdem verbis contumelioſis, ſed cum gladio te ipſum offenderim, quidèm ſubueniri debeo, & *Gramm. in deciſ.* 14. caſum refert de quodam Nobili, qui cuiuſdam Capitanei famulum intus Eccleſiam alapa percuſſit, cum verbis ab illo prouocatus fuiſſet, dicendo: *Non ci vedi*, pro quo delicto pro bimeſtre à Neapolis Vrbe exulauit, & quamuis à paruitate pœnæ fuiſſet à Fiſco ad S. C. habitus recurſus; tamen eiuſdem M. C. ſententiam fore executioni demandandam, cenſuit. Etenim admodùm iuſta ipſius M. C. ſententia viſa fuit, *vt ſub num.* 8. *verſ. conſiderando præſertim*: potuit namque ille Nobilis, alapa ſe vlciſci de verbis iniurioſis ſibi ab Alguzerio illatis, & *Gramm.* optimè perpendit, quòd ſi ille Nobilis Superiorem adijſſet, res in riſum poni potuiſſet, vt *ſub num.* 11. adnectens propterea potuiſſe propria authoritate vlciſci, & ei alapam inferre, ex *Caſt. & Aguſt. ad Ang. in loc. ibi citat. & Conſtit. Regni, vt dignitatum ordo ſeruetur*, (quam exornat *Arnon. comment.* 41.) idemque *Gramm.* confirmat *deciſ.* 23. *num.* 1. *ac deciſ.* 98. *num.* 2. & ante dixerat in *conſ.* 29. *nu.* 30. ac poſt eumdem *Gramm. cit. dec.* 14. *n.* 11. obſeruat *Reg. Valenz. conſ.* 142. *nu.* 43. *tom.* 1. *Conſil. Prat. reſp. crim.* 25. *nu.* 40. *Maiorana in opoprax. crim. cap.* 4. *de Reor. defenſ. n.* 45.

Quamuis autē alapa aliquem percu-
139 tere, ſit grauis iniuria, & pluſquàm vulnus inferre, *Petr. Bellin. de re milit. par.* 10. *tit.* 2. *nu.* 39. *&* 65. vbi licèt pro leui offenſa pax rupta minime dicatur, id fallit ſi cū alapa offenſa facta fuiſſet; ſed *Petr. Bellinum* quòad hoc, vt pax rupta dicatur, non ſectatur *Farin. de var. & extraord. quæſt.* 107. *num.* 213. qui licèt grauem iniuriam eſſe dicat, tamen quia in promiſſione de non offendendo non venit, niſi illa offenſio, quæ ſit grauis, & notabilis, quam eſſe negat cum pugno, vel alapa, ex *Viu. deciſ.* 46. *num.* 3. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1131. *num.* 3. & ex alijs; *Petrum* autem *Bell.* ſequitur ipſe *Farin.* quòad illud dictum, quòd grauis ſit iniuria, tàm in perſonam Nobilem, quàm ignobilem illatam, vt ipſe *Farin.* concludit *in quæſt.* 105. *ſub nu.* 207. auctoritate multorum, aduersùs quos, etſi adducat alitèr ſentientes; tamen *à nu.* 208. primam opinionem, admodùm veriorem annuit, quia quamuis perſonam grauitèr non lædat, tamen ob grauem ignominiam, ſic ab omnibus extimatam, grauis dicetur iniuria, & in ſpecie in hoc Regno Neapolitano grauis reputatur, teſte *Affl. in Conſt. priuſquàm, num.* 5. vbi etiam, quòd ex reputatione dicitur grauis iniuria, iuxtà *Angeli* effatum *in l. leuia, ff. de accuſ.* cum ea enim videtur offenſus puerilitèr tractari, *Campagn. in cap.* 149. *num.* 13. *de iniur. Auus meus ad Gramm. dec.* 17. *ſub n.* 3. & proinde eſſe punienda delicta iuxtà morem Regionum, vt *in l. Sacculariÿ*, §. *ſunt quædam, ff. de extraord. crim. & in l.* 2. & ibi *Bald. C. de Noxal. Paſchal. de patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 61. *Thor p.* 2. *cōp. verb. Alapa.* & dixi *in Rit.* 68. quem locum laudat *Baron. p.* 2. *de corp. ad tit. de pedib. n.* 75.

Licèt inquam grauis dicatur iniu-
140 ria; tamen quia grauitèr perſona nō læditur, ideò nonniſi ad pecuniariam pœnam, ſeu exilij, ſic percutiens condemnari poteſt, & probationibus deficientibus ad torturam deueniri minime poteſt, vt ex *Farinac.* in locis ſupra allegatis, ac *Viu. in add. deciſ.* 46. *ſub num.* 1. memore *Gramm. in eadem deciſ.* 14. *Auo meo ad Capyc. deciſ.* 161. *à num.* 2. *Carrer. in prax. crim. in tit. circà igitùr tertium, nu.* 18. & probat *tex. in cap.* 1. *in vſib. feud. de pac. tenend.* ac maximè ſi in perſonam vilem fuerit cū alapa facta percuſſio, prout erat ille Birruarius in caſu *Grāmat.* Sunt enim Birruarij perſonæ viliſſimæ, infames, & omni vitiorum genere aſperſi, vt teſtatur *Farinac. quæſt.* 56. *art.* 11. *num.* 370. ex *Bald.* alijſq; pluribus in locis per ipſum citatis; nec talis cum alapa percuſſio fuit præfato Birruario illata intuitu officij, ex qua cauſa potuiſſet Iudex ad maiorem, & acriorem pœnam condemnare, habito reſpectu

ad iustitiæ neglectum, vt supra diximus; tenetur tamen de excessu, tàm si prouocatus verbis iniuriosis, verbis diuersam speciem iniuriæ continentibus responderit, post alios *Struuius de vindict. priuat. cap.* 10. integro *aphorism.* 10. quàm si percusserit cum pugno, vel vulnerauerit, *Farin. q.* 105. *Castill. decis.* 171. *ex num.* 41. *Thor. vot.* 96. *à num.* 21. *p.* 1. *Binsfeld. de iniur. & damn. dat. cap.* 1. *quæst.* 9. *concl.* 4. *circa finem, Carpzou. pract. crim. quæst.* 97. *nu.* 40. *p.* 2. *Capyc. decis.* 58. *Plaza in epitom. delict. cap.* 28. *num.* 12. *Io: Berber. in viator. iur. lib.* 4. *tit. de iudic. à num.* 105. *Gramm. cons.* 11. *Afflict. decis.* 206. etiam si tantùm contumelioſis verbis adductus occidisset prouocãtem, *Boer. decis.* 269. *Anus meus ad Capyc. decis.* 58. *sub num.* 1. *in fin.* imò si aliquis iratus, vel aliquo dolore correptus deliquerit, non dicitur conuicij causa feciſſe, & mitius punitur, *l. si non conuicij*, C. *de iniur. Valenz. cons.* 142. *ex n.* 2. *Viu. decis.* 368. Ira namque, quæ intellectum abruit, *Laurent. Beyerlinch. in Teatr. vitæ human. verb. ira, & iracundia, fol. mihi* 371. *lit.* C. *Ioseph Lancius in Polyant. tom.* 1. *verb. ira, fol. mihi* 676. *col.* 1. *Diuus Io: Chriſoſtom. in D. Math.* 5. vbi de irato inquit: *Os ſpumat, ignem emittunt oculi, fumat vndique vultus, &c.* & ante dixit gentilis *Senec. de ira, in princip.* ac ex noſtris *Rubeus de validitate legal. cap.* 19. *nu.* 11. aientes, quòd iracundi exeunt de mente, ratione, consilio, poteſtate, & omnibus virtutibus: ideòq; dictum, vel factum illorum eſt nullius valoris, ità *Dom. Consil. D. Carol. Ant. de Roſa tom.* 2. *prax. M. C. in proœm. n.* 9. *Rubeus ſupra nu.* 17. & *Hugo de Sacram. lib.* 2. illam perturbationem irrationabilem mentis nuncupat, conferunt *tex. cit. in l. ſi non conuicij*, C. *de iniur.* nec non *in l. ſi filiam tuam*, C. *de in offic. teſtam. in l. quicquid calore* 49. *ff. de regul. iur.* deducta ex *tex. in l. diuortium*, 3. *ff. de diuort. Vaſques controu. Ill. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 42. *Io: Baptiſt. Cauatius in tract. varijs, rub. de ocul. Reipubl. cap.* 2. *nu.* 37. *Purpuratus de Luca de teſtam. lib.* 9. *diſcurſ.* 11. *ex num.* 4. *D. Rodoer. conſ.* 1. *num.* 10. *Anus meus ad Gramm. conſ.* 1. *num.* 10.

Quę quippè prouocatio probari mi-
141 nimè debet, ſed dumtaxàt deduci, ſi quis ſolitus ſit laceſſire. Hinc quamuis vulnerans Apparitores, officij intuitu, grauiſſimè puniendus. ſit, *Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ.* 5. *cap.* 4. *Scaccia* latè *de iudic. lib.* 1. *cap.* 46. *ex num.* 28. *Baron. tom.* 2. *tract. de corpor. einſq; partib. in add. ad tit. de manib. ex n.* 420. mitiùs tamen agitur, ſi prouocatus, vel fuiſſe laceſſitũ à ſolito, ille allegauerit, ex ſingulari *Ant. Fabri* doctrina in ſuo C. *lib.* 9. *tit.* 20. *defin.* 6. ibi: *Item qui probum Apparitorem, quàm qui audacem, & contumelioſis executionibus debitorum iras, & dexteras in ſe prouocare ſolitum.* Quam annis retro elapſis, etſi in ſuo caſu æquam exiſtimauerit S. C. tamen vulnerato altero ex ipſius Porterijs, nimis quidèm audaci, notificante Nobili forenſem ſcripturam; vulnerans, etſi ſe tueretur ab illo irritatum; Verumtamen in re tanti exempli pro Iuſtitiæ decore, & conſeruatione humani generis, fuit decreto S. C. foriudicatus, referente D. Conſil. D. Iulio Cæſare Bonito, ex antiquiſſimis Boniti Dynaſtis, Duce Inſulæ, Viro præclariſſimo.

An verò credatur relationi Oſtiarij
142 de iniuria ipſimet illata? pertractant *Guid. Pap. quæſt.* 557. & 628. *Rouſſin. deciſ. Litua* 2. *nu.* 66. *Franc. Marc. deciſ.* 51. *p.* 2. *Molin. ad Oſtyl. Paris p.* 7. *art.* 24. *Chriſtin. deciſ. Belgic.* 100. *p.* 1. *& ad Statuta Mechlinientia tit.* 1.

Ipſi verò modum excedendo, poteſt
143 interdùm, etiam de facto reſiſti, *l. prohibitum*, ex illo *tex.* C. *de iur. fiſc. lib.* 10. *l. deuotum*, C. *de metat. & epidemat. lib.* 12. *l. quoniam Iudices*, C. *de appell.* ex quo *tex.* deducitur, quòd Iudici volenti poſt interpoſitam appellationem ſuam exequi ſentẽtiam, impunè reſiſti poteſt, vt dicũt DD. quos laudat *Lancell. de attent. appell. pend. ampl.* 20. *n.* 1. nam poſt interpoſitam appellationem Iudex à quo efficitur incompetens, cum ad Superiorem cauſa deuoluatur, hęc-

que

Digitized by Google

que resistentia, non modò ab Assessore facienda est, sed etiam per consanguineos condemnati, ità quòd si Potestas, appellatione pendente, condemnatum ad furcas mitteret, quòd tunc eius consanguinei resistere licitè poterunt: per appellationem namq; eius fuit suspensa iurisdictio, ex *Bald. l. addictos, C. de Episcop. aud. & l. addictos, C. de appellat. Paris in verbo, resistentia, sub num. 2.* dicens *sub num. 1.* quòd Officiali extra officium de facto facienti, impunè resisti possit; idemq; si exequutio irretractabilis fiat, *l. 1. §. fin. ff. ne qui eum qui*, & hoc nedùm ipsi soli licet, sed etiam ad resistendum Amicos, & Coniunctos conuocare potest, ipsosq; Coniũctos etiam sine vocatione accedere posse, dicit ex notatis à *Bart. in l. si quis in seruitute, in fin. ff. de furt. l. 3. §. cùr igitur, de vi, & vi arm. Luc. de Penna in cit. l. prohibitum, & in add. l. denotum*, & ibi *Io: de Platea*, *Franc. Arias de bell. & eius instit. ex num. 40.* permisso enim aliquo, permittitur omne illud, per quod deuenitur ad illud, *l. 2. ff. de iurisd. omn. Iudic. l. 3. §. qui habet, ff. de ser. rustic. prad. de Marsil. singul. 175. Arnon. singul. 85. Moron.* latè *de treg. & pac. quæst. 52. & quæst. 82.* ac dixi in *rit. 274. sub num. 134. tom. 3.* & contrà Magistratum procedentem ad indebitam carcerationem, agi posse actione iniuriarum, scribit *Gramm. decis. 40. num. 11.*

Resisti quoque potest Officiali non
144 trahenti signum Iustitiæ, scilicèt baculum, vel armillam, *Salycet. in l. factũ, ff. de reg. iur.* & in hac Ciuitate Capitanei iustitiæ assignati per illius quarteria pro custodia, & vt præsto sint in captura delinquentium, gestant virgam in signum officij, vt ab omnibus cognoscantur, & proinde excusatur eum illam non gestantem offendens, *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis. cap. de Capitan. destin. &c. nu. 2.* restringens, dummodò ante eum non cognouerit, ex *Azeued. lib. 4. nouæ recomp. tit. 23. lib. 8. nu. 12. Rebuff. in constit. Franc. tom. 2. in tit. de lit. requis. gl. 3.* quod, perpendendo dolum, malitiamq; Reorum, insequuta fuit M. C. tẽpore quo illam regebat vti Pro-Regens Dom. tunc Consiliarius D. Sancius de Lossada, Eques Ordinis S. Iacobi, Comes de Bornos, nunc Fisci Patronus cum voto in Supremo Italiæ Areopago, Vir omni eruditione refertissimus, atq; eximiarum virtutum prærogatiua suspiciendus.

Resistẽtiam an faciat dicẽs Officiali:
145 *Non hò da fare cõ Voi?* scribit *de Bald. lib. 3. tract. var. tit. de lit. disp. cas. 7. num. 21.* Qua verò pœna mulctetur eximens carceribus mancipatum à Satellitibus? pertractant *de Franch. dec. 442. Tholos. Syntagm. iur. lib. 36. cap. 25. n. 34. Gizz. ad Capyc. Latro decis. 76. num. 5. Nouar. decis. 96. Decian. tract. crim lib. 7. cap. 11. num. 3. Farinac. quæst. 30. & 32. Garon. ad Const. Mediol. lib. 4. tit. 6. de pœn. art. 112. nu. 7.* & dixi *in rit. 160.* quem locum laudat *D. Manfrella* videndus *ad Capyc. Latro decis. 76.* ibique memor extiti de casu, qui accidit, siue tempore D. Petri de Toledo, siue Ducis de Alcalà, iuxtà *Carau. in eod. ritu* effatum, quem à morsu *Reg. Capyc. Latro cit. decis. 76.* tuetur *Raynald. in Syntax. rer. crim. tom. 2. cap. 3. §. 2. ad 6. nu. 241.* ac hisce concludit verbis: *Et hoc sit dictum in honorem Caraui tæ, qui fuit Doctor insignis*, fuit quoque acerrimus Fisci Patronus in Prouincijs Principatus Citra, & Basilicatę, frater D. Augustini Consiliarij, creati anno 1576. (teste *D. de Franchis decis. 144.*) Proaui ex DD. Consiliarijs, Petro Antonio Auo, & D. Thoma habitus S. Iacobi Patre D. D. Io: Baptistę Caraitę, Equitis Ordinis Calatrauæ, Regij Consiliarij, Viri ingenij, ac eruditionis laude florentissimi.

Turbans insupèr iurisdictionem
146 quis sit? quãdo eam turbare dicatur? & in pœnam incidat turbatæ iurisdictionis? scribunt *Hieronym. Gabriel. cons. 167. vol. 2. Menoch. cons. 290. vol. 3.* nùm eadem sit pœna impedientis Delegatum vti sua iurisdictione? *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 138.* & indicaui *in addit. Ritu 5. num. 10.*

Lacerans violentèr literam aduer-

Digitized by Google

147 sarij in præsentia Iudicis, potest ab eo mulctari acritèr extrà ordinem, *Io: Andr. in cap. accepimus, de fid. instrum.* vbi refert, id de facto accidisse, sequitur *Felin. in cap. sicut, num. 7. vers. quarta declaratio, de sentent. & re indicat.* Similitèr punitur Reus, qui in præsentia Iudicis lacerauit libellum Actoris, quia contempta est Iudicis iurisdictio, *Card. in add. cap. accepimus, Felin. vbi supra*, & dixi *in rit. 5. sub num. 10.*

Ad rem tres enarrabo casus. Do-
148 minicus Sauianus Romanus, nō modò rixosus, verùm sub maioris potentiæ clypeo continuò viuens, pernicioſissimus erat Reipublicæ effectus; pro nonnullis parui momenti discriminibus cum Dominico de Anna habitis, imperiosè post varias, multasque contumelias, ei alapam in platea Charitatis inflixit; ideò à satellitibus Curiæ arrestatus, ductusque coràm vno ex Iudicibus M.C.V. in criminalibus, auditis summariè testibus super facto deponentibus ad querelantis instantiam, in vinculis Regij Maioris Monterij contrusus fuit: Vnde iniquo cœteri Consocij, (non imparis conditionis) animo demandatam ferentes carcerationem, confesti n ad Custodiam proficiscentes, carceratum, ex quo exemptum à M.C.V. Iurisdictione, (vti appatentatum Domini triremium Præfecti) asserebant, per vim, ac minas flagitabant; Cui impertinenti præposito abnuens Custos, indignati domum eiusdem Præfecti petierunt, ibi casum malignè distinguentes, reum non modò inurbanitatis eum prædicauerunt, verùm spreta tanti Domini reuerentia, ac cum non modica labe sua acerbè patentem suæ familiaritatis dilaniasse adiurauerunt; Et si hanc nimio opere iniquam testationem respuere præfatus ipse Præfectus ostendit, nullatenus Domino Principi Satriani M. C. V. Regenti vigilantissimo totum renunciare curauit, vt maturam veritatis indaginem peragendo, si expositum ità probasset, impunitum Carceris Custodem non reliquisset, excarceratio-

nemque Dominici Sauiani popoſcit; qua haud fuit parcus in largienda ad Viri tanti instantiam Regens, suum præterea ad veritatis perquisitionem animum accuratè adiūxit, negotiumq; ex varijs sedulitatibus magna cum cura perpendit, nec multam nauauit operam in detegendo iniquitatem, cū sui ambo actorum Magistri accessit Iudex ad Carceres, quamplurimos probos viros fide dignos examinantes, mēdacio compositam testationem protinus habuerunt, vnde probatum Præfecto dispositè certiorauit Regens, eoque paratum se obtulit, in exequendo id, quod sibi necessariò videbatur; Ingenti tamen animo diligentem operam Præfectus suscipiens, Regenti gratias egit, nec aliquid agendum necessarium reputauit, imò se plenissimè de peracto contentum declarauit; posfridie verò dum totalitèr sopitum negotium existimabatur, ex eiusdem Præfecti Palatio magna mancipiorum, ac domesticorum exiuit caterua, cum qua accesserunt, & Dominicus Sauiano, ac Vincentius Greco Pullerij, qui vna insimul tumultuariè armata manu per Vicos defluentes, Carceris Custodem ligatis de retro manibus, in eiusdem *Palatij* Equile finerunt; alia quoque turba cum alijs Curiæ familiaribus idem factitauit, omnes postmodum ad triremes ferratos subſtinentes pedes transmissi fuere. Dilata intantum maxima cum omnium admiratione per Vrbem tanti proterui facinoris notione, ad Principis aures adiunxit, qui, aduocatis Supremi sui Collateralis Consilij Senatoribus, imbutus de omnibus circumstantijs ad negotium conducentibus, carcerationem Domini Præfecti in Castro Gaetæ, ac cœterorum delinquentium, mandauit, comprobationemque alteri Iudici in capitalibus causis M.C.V. commendauit, instructoque deniquè processu, Pullerios per Vrbem flagellari iussit, transacto postmodum aliquod temporis spatio, eos ex gratia in libertatem reposuit.

Cum esset inquisitus in M. C. V.

Io-

Digitized by Google

149 Ioseph Calabria, quòd cum fungeretur munere Gubernatoris in Terra Roccæ Raynolæ, Prouinciæ Terrelaboris, ibidem mense Aprilis 1676. laxata rota bellici tormenti tripalmari mensura breuioris, Notarium Lelium Vellaccio, eiusdem Oppidi secum rixantem rixans interemerat, fuit in eadem M. C. disceptatum, an ipse Ioseph Calabria ex huiusmodi homicidij causa foret citandus ad informandum, & ad capitula, cum abbreuiatione, delegatione, ac pœna, à Regio Fisco sic instante expetitis?

Proposita quæstione, Me referente, non vna omnium Dominorum Iudicantium fuit opinio. Quandoquidem nonnulli, etsi perpauci, annuebant, ea ducti ratione, quòd licèt in homicidio bellici tormenti explosione patrato adhoc, vt Reus pœna capitis ordinaria plecti possit, dedita opera requiratur, industria, & quod vulgò dicitur, appensamentum, iuxtà *Prag.* 1. *de ictu scopp.* attamen quando delictum admittitur bellici tormenti ictu tripalmari longitudine breuioris, non requiri, aiebant, industriam; verùm indistinctè siue in rixa, siue consultò id fiat, Reum vltimo supplicio damnandum, iubente *Regia Prag.* 3. condita die 14. Aprilis 1614. Excellentissimo Comite de Lemos Prorege, in eodem *tit. de ict. scop.* ibi: *E quanto alli delitti fatti con Archibugetti, ò Scopettuoli piccioli meno di trè palmi, per esser armi, che in nessun modo si possono preuenire, e dalle quali nessuno si può guardare, ordinamo, che sia il medesimo, ancorche il sparatli, ò delinquir con essi fusse à rissa, ne possa in nessuno delli sopradetti casi il delinquente defendersi con allegare, che era nemico della persona offesa ò à chi tira; ne che lo fece per sua defensione, nè allegare altra causa, ò ragione; poiche prohibemo à fatto, che nessuna se li debbia ammettere, ò possa in modo alcuno giouarli, già che la qualità dell'armi proditorie dichiarano, che il delinquente con esse sia vero proditore, e per tale debbia esser giudicato.*

Cui *Pragmatica* sanctioni minor Iudicantium numerus innixus, citandum, modo superius relato, Reum iudicauit, nõ obstante quòd in processu informatiuo constiterat per nonnullos testes, quòd Notarius interfectus in publica Platea quædam conuicia in eumdem Gubernatorem præiactarat, dicens, Gubernator de stercore adhuc vis stare verbis, quæ in meam matrem dixisti? Idque totum, prædictis Iudicantibus visum fuit, deduxisse ex verbis eiusdem Regiæ *Pragmatica*, quæ huiusmodi arma prohibita insectans acritèr, excusationem sontis, aùt defensionem non auditura, occludit aures; atque sic seruari testatur *D. Consil. Io: Maria Campana in suis resol. ad materiam foriudicat. resol. 1. num. 20.*

Maiori autem Dominorum Iudicãtium cœtui probatum fuit, quòd citetur, & capiatur ipse Ioseph Calabria, tùm quia delictum erat commissum in rixa, tùm etiam quia Notarius interemptus incesserat dicterijs non contemnendis ipsum Gubernatorem in supradicta Platea, ac ante quàm occideretur, in eundem tormentũ bellicum oblongum, quod ferebat, intenderat.

A quo decreto petijt recursum Regius Fiscus ad R. Collaterale Cons. ac obtinuit, quòd M. C. V. delegata relationem faceret in R. Collat. Cons. ad finem videndi, an esset recursui deferendum? Facta relatione, Me referente, per idem Coll. Cons. fuit prouisum, esse recursui deferendum. Quapropter acta iterum causa in eadem M. C. fuit per eam decretum, quòd ad normam Rescripti S. E. Regijq; Collateralis Consilij, Ioseph Calabria citetur ad informandum, ac ad capitula cum abbreuiatione, delegatione, ac pœna.

Quæ quidem *R. Prag.* 3. dispositio non protrahitur ità vt pœnam ordinariam infligat, delinquenti cum istis armis breuioribus, cui per Superiorem licebat ea deferre, vt vteretur ad meram sui tuitionem: namque Superioris permissus delictum asportationis, odiumque armorum à *Pragm.* in-

intentum delet; alioqui Statutum, si secùs interpretaretur, iniquitatem contineret, iuxtà tradita ab eodem *Campan. in cit. resol. 1. num. 20. in fine vers. ex quo infero, & num. 21.* Aggresso, qui delinqueret, arreptis, quæ ipse non deferebat, armis breuioribus ab alterius latere, apotheca, vel domo, *Campan. loc. cit. num. 22.* deniquè neq; assistentibus delinquenti cum dictis armis, qui nequeunt puniri, nisi de eo, quod fecerunt, iuxtà *text. in l. si in rixa, ff. ad l. Corn. de Sicar. Campan. in cit. resol. num. 23.*

In tripudio, quod vulgò dicitur: 150 *Pauana*, vel *Gagliarda*. Vir fecerat suum tripudium, vulgò dictum: *La mutanza*, Mulier autem non dùm peregerat. Hoc ipso tempore alius superueniens Mulierem manucepit, causa tripudiandi cum ea, quæ permisit se capi, ac virum sequuta est. Primus autem Vir nullo enunciato verbo, manum, vel brachium Mulieris apprehendit, vt per vim à manu abstraheret secundi Viri, qui Mulierem apprehendit, vt cum ea tripudiaret: Nunc autem frater primi Viri tripudiantis colaphizauit: fuit quandoque quæsitum, an frater iustam habuerit causam eum percutiendi, atque adeò iniuriarum non teneatur, vel secus? In hac specie consultus *Federicus Scotus*, respondit, vt in *cons. 25. lib. 2. tom. 2.* iustam habuisse percutiendi causam, quoniam iuxtà peritorum iudicium superueniens inter tripudium illud ad Gagliardam, probabilitèr ignorat, an supersit vltimum tripudium, siue vltima, vt vulgò dicitur: *Mutanza*; Ideòq; capiens Mulierem nihil dicentem, sed se capi permittentem, ac sequentem, dicitur capere bona fide, vndè non irrogat alteri iniuriam. Qua de re primus Vir abstrahens Mulierem à manu secundi, dicitur intulisse iniuriam, ac lacessisse, non autem propulsasse iniuriam, vel fuisse prouocatum. Propterea frater potuit eum colaphizare, vim vi repellendo, ac à fratre iniuriam propulsando. Est casus singularis, qui sæpè contingere potest, ideòque adnotatione dignus.

Atrox, ac maior species iniuriarum, 151 existimatur, quæ prouenit ex libello famoso, *Gargiareus tract. de libell. famos. cap. 1. nu. 3. & cap. 12. nu. 7. Menoch. de arbitr. cas. 363. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 15. num. 53. Caualcan. de brach. reg. p. 1. num. 84.* illam Domorum desolatricem, factionum inuentricem, & animarum perniciem præconizans, & *Farinac. quæst. 105. num. 490.* grauissimum crimen. Quomodo definiatur, & componatur? notant *Muscatel. de condict. delict. tit. de iniur. & libell. famos. ex num. 8. Caball. resol. crim. quæst. 235. num. 26. Farinac. quæst. 105. num. 468. Anell. de Sarn. in prax. crimin. p. 2. formul. 10.* & illius requisita, pœnam, ac alia ad rem peragunt *Farinac. cit. loc. ex num. 241. cons. 30. cons. 523. & 145. Vermigliol. cons. crim. 170. 171. 193. & 432. Carpzou. pract. crim. quæst. 98. p. 2. Conciol. crim. resolut. verb. libellus famosus. resol. vnic. Sanctorius de pœnis p. 2. cap. 12. quæst. 7. Harpprect. §. iniuria autem, ex nu. 160. Inst. de iniur. Petrus Binsfeld. tit. de iniur. cap. 1. quæst. 13. concl. 4. Guazzin. de confiscat. bonorum, concl. 13. ampliat. 91. num. 4. Borgnin. Caualc. decis. 35. p. 5. Hortent. Caualc. de brach. reg. p. 5. num. 261. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. cap. 8. num. 9. Petrus Heyg. quæst. 31. n. 46. Berlic. conclus. 67. p. 5. Basilicò crim. dec. 26. nu. 5. Matthæu de re crim. cap. 74. ex num 13.* & latè *Raynald. in syntaxi rer. crim. lib. 1.* integro *cap. 11. §. 1. 2. 3. & 4. & lib. 2. cap. 19. §. 1. ex num. 81.*

Notandum, quòd scribens aliquid 152 falsum scientèr in Tabulis Publicis, scilicèt in libris Reipublicæ, vel Principis, licèt crimen non sit commissum directè contrà Rempublicam, vel Principem, est tamen crimen in primo capite legis *Iuliæ Maiestat. l. 2.* iuncta *Glos. in verb. Bona, ff. ad l. Iul. Maiesta.* Hoc notandum, atque menti tenendum, monet *Afflict. in cap. 1. in verb. & Bona committentium, num. 39.* qui addit, quòd nisi id diceret *text.* nunquàm probaret.

Iniuria infertur nedùm expressè, sed cum

Digitized by Google

153 cùm aliqua verba proferuntur, quæ quòad corticem minime sonant iniuriam, & effectu iniuriosa sunt: vt si dicatur: Tù es bonus homo (ironicè) ideſt es corruca, vulgò *cornutus*, qui ità vocatur, ideſt nudus corde, tàm ex parte adulterantis, quæ cum cor ad amasium habeat, quod marito tribuere debebat, vxoris cor nudum dici potest ab amore mariti; quàm ex parte mariti, qui si scit, & patitur, sine corde dici potest, *Azened. recopil. lib.* 10. *tit.* 10. *l.* 2. *num.* 79. qui idem esse ait in appellante coniugatum cuculum, seù cucurbitum, *Petr. Rinsfeld. de iniur. & damno dato, cap.* 1. *quæst.* 9. *concl.* 4.

Vel dicatur Mulieri: Tu es bona mulier, ideſt scorta, & similia, *Neuizan. in sylu. nupt. lib.* 4. *num.* 76. *Villadieg. lib.* 12. *for. ind. tit.* 3. *lib.* 6. *Boer. cons.* 4. *num.* 13. *Thor. voto* 50. *num.* 2. *Mutat. tom.* 6. *cap. Sicil. cap.* 30. *num.* 20. *Clar. in* §. *iniuria, in princ. circa medium, Farinac. in præt. crim. p.* 2. *tom.* 1. *quæst.* 105. *num.* 103. *Prosper Caranit. in hoc rit. num.* 21. quem laudant *Gizz. ad Reg. Capyc. Latro decis.* 169. *num.* 110. *tom.* 2. *Io: Domin. Raynaldo in Syntaxi rer. crimin. lib.* 1. *cap.* 11, §. 8. *ad* 13. *num.* 26. Miror tamen eumdem *Caranitam* dicentem in hoc *ritu num.* 22. Salernitanos aliquos solere sub specie pietatis hominibus vitia exprobare, ac solertissimè iniurias iacere dicendo: Ille est satis, abundeq; vir prudens, omnique nitens probitate: hinc doleo, quòd sibi illud sinistrum successerit: quòd vapulauerit immeritò: quòd illa passus sit: quòd grauissimè læsus conticuerit, vel his similia. Atque hanc in Salernitanos opinionem probare intendit ex loco *Luca de Penna in l.* 2. *collat.* 4. C. *de exact. Tribu. lib.* 10. aientis prouerbium esse Salernitanorum: *Mel in ore, & passorium in manu*. Est enim Salernum Ciuitas (de qua eloquuti sumus *in tit.* 69. *nu.* 8 *tom.* 1.) ad amæniſſimum Inferi Maris litus condita, quam inter antiquissimas Vrbes adnumerare non vereor, vtpotè cui post vniuersalem Cataclismum fundamenta locauerit Sem Noemi filius: nomen verò Salem eiusdem Sem ex Arphaxad Nepos dederit, prout colligitur ex nouissima Neapolitani Regni descriptione. Huius Vrbis si laudes singulas persequi vellem à læta agrorum vbertate, Cœlique temperie, qua fruitur, ab ædificiorum, Templorumque magnitudine, qua decoratur, à præclaris deniquè Nundinis, quæ die 24. Septembris quotannis celebrantur, confluentibus ad permutandas, vendendasque merces, nedum finitimis Italiæ Populis, sed Græcis quidem, Illyricis, Asiæque, & Africæ accolis ad commune, felixque omnibus Emporium, labor esset, vt maximus, ità præter huius operis institutum. Illud vnum sanè non omittam, eius Ciues, illiusq; Ordinè præclara nitentem Nobilitate, ea esse præditos comitate, ea humanitate imbutos, vt cum quibuscumq; placidissimis Populis certare valeant optimis moribus. Quid enim vbique gentium adsunt maligni; vtinam vnumquodque Oppidum iniquis hominibus penitùs careret, non proindè tamen totum Oppidum debet ex eo affici nota; neque corrupti paucorum mores sinceræ omnium Ciuium alicuius Vrbis innocentiæ finamus obesse.

Quid si non expressè, sed implicitè
154 crimen obijciatur, dicendò: Ego non sum latro, & similia, volens intelligere de Aduersario? latè loquitur *Lucas de Penna in l.* 3. C. *de castrens. pecul.* quem laudat *Auus meus ad Capyc. dec.* 58. *n.* 2.

Facit iniuriam exprobans: *Taci, che niuno de miei fù latro. Perez ordin. Reg. Castell. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 9. *l.* 2. *glos. Primeramente, vers. sed est dubium*. Qui noctis tempore interroganti: *Chi è, ò là*, respondet: *Che hai tu da fare, chi io mi sia*, inurbanè dicitur respondere, eique poterit replicari, *Octauian. Vulpell. cons.* 86. *num.* 6.

Infertur iniuria, si dicatur: Tu es stultus, vt in casu apùd *Curt. Iun. cons.* 148. *vol.* 2. Tu es cæcus, *Gramm. decis.* 14. *num.* 9. & ibi *Danza*. *Se vn vituperoso, Bertaz.* 135. *num.* 1. *lib.* 1. *Farinac. quæst.* 105. *num.* 331. *Vecchiazzo*,

Bec-

Digitized by Google

Beccazzo, Muta decis. Sicil. 36. num. 35. Non la fai da gentilhuomo, Clar. §. iniuria, vers. quæro etiam, Danz. tom. 3. de pugn. DD. tit. de iniur. cap. 2.

Si dicatur vsurarius, *Crauet. cons.* 145. *num.* 1. De prosapia Iudæorum, *Peguer. decis. crim.* 13. *Mari ad Gramm. decis.* 37. *num.* 8. Proditor, vel latro, *Azeued. recopil. lib.* 8. *tit.* 10. *l.* 2. *nu.* 40. *&* 54. Qui dixerit: *Ti fai pagar due volte, Bertaz. cons.* 89. *num.* 6. *vol.* 1.

Forfante, ideſt fur, *Mar. Mant. cons.* 325. *num.* 18. *Bertazol. cons. crim.* 89. *num.* 51. *vol.* 1. nam forfantes dicuntur quaſi furantes fundo; Vel *Malandrino*, quod vocabulum vſurpatur à *Baldo in l. omnibus, in ſummario, C. ad l. Iuliam de vi publica.*

Non irrogatur alicui dicendo: Es
155 imprudens, *Baiard. ad Clar. §. iniuria nu.* 3. nec ſi dicatur: Ego ſum Nobilis, ſeù bonus, ſicut tu, idem *Baiard. ad Clar. §. iniuria, num.* 28. *Paſchal. de patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 10. *ex num.* 56. Vèl dixerit, eſſe alio ſe Nobiliorem, quoniam illud verbum: Nobiliorem, eſt comparatiuum, quod præſupponit de ſui natura poſitiuum, & participationem vtriuſque, *Bar. conſ. crim.* 5. *num.* 2. *tom.* 1. *conſ. crim. diuerſ. lo: Bap. de Ploto conſ.* 131. *num.* 20. *eod. tom.* 1.

An ſit iniuria aliquem maledicere? *Gomez lib.* 3. *var. reſol. cap.* 6. *ſub nu.* 2. *verſic. item adde.* Vel dicere, quòd ſit Hæreticus, malus Chriſticola, ſpurius natus ex Monaca, & ſimilia *Azeued. cit. loc. n.* 87. *Muta ad conſuet. Panhorm. cap.* 76. *n.* 53. *Farinac. quæſt.* 109. *n.* 317. *Peguer. & Mari cit. loc.* vel dicendo: Non es benè informatus, *Caſtill. deciſ.* 171. *num.* 34. *Caball. reſol. crim.* 154. *num.* 12.

Dicens alicui: *Tu dicis falſum*, nõ eſt
156 iniuria, quia infert ſimplicitèr, quòd non dicat verum, non quòd dolosè tacuerit veritatem, *Caroc. ſingul.* 155. *Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 81. *nu.* 2. *Mari ad Grammat. cit. deciſ.* 37. *n.* 3. falſum enim dicitur ex eo quod, vel videtur eſſe aliquid, quod non eſt, vel nõ eſſe, quod eſt, ſecundùm *Philoſoph.* 4. *metaphiſ.* quem laudat noſter *Napodan. ad Conſuet. in proœmio Regis Caroli, §. nos itaque, verbo falſitas, pagina mihi* 23. Si dixerit: *T'arraſſi dalla verità, Paul. Merend. conſ.* 76. *num.* 9.

Verùm, mentitam inter iniurias connumerant *Bar. in l. iter Labeonem, §. ait Prator, num.* 3. *ff. de iniur. Alciat. conſ.* 248. *num.* 5. *Zanchius de mendac. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. & adeò dijudicatur atrox, vt *Kop. obſer.* 82. *num.* 4. dixerit, dedecus minime tolli, niſi mentienti mentitus alapam impingat, quod apùd Nos Catholicos haùd ſeruandum, indicat *Boetius de conſolat. lib.* 4. *proſ.* 4. quem laudat *Danz. de pugna DD. tom.* 3. *cit. tit. de iniur. cap.* 1. *num.* 1.

Quando verò verbum *Mentiris* pœnam trahat? & ſi ad ſui defenſionem fuerit prolatum, licèt fuerit additum *ſaluo honore tuo*? ſi crimen obiectum ſit verum? ac quando de exceſſu puniri debeat? & ſi propulſatio non fiat incontinenti? pertractant *Farinac. quæſt.* 105. *ex num.* 306. *in conſ.* 35. *lit. L. Borgnin. Gaual. dec.* 19. *n.* 32. *p.* 2. *Zanchius cit. loc. num.* 3. *Raynald. tom.* 2. *rer. criminal. cap.* 11. §. 13. *ex num.* 32. *Auus meus ad Capyc. deciſ.* 58. *num.* 1. *Mari ad Gramm. deciſ. cit.* 37. *num.* 5. & licitum ſit in Iudicio dicere Aduerſario, quòd mentitur, *Reg. Rouit. ſup. pragm. rub. de iniur. n.* 3. *Ego tom.* 1. *rit.* 101. *nu.* 67. *&* 68. Diſcrimen verò inter verba mentiris, dicis mendacium, dicis falſum, non dicis verum, peragunt *Farinac. cit. quæſt.* 105. *num.* 329. *Bertaz. conſ. crim.* 152. *ex num.* 12. *lib.* 1. *Danz. cit. tit. de iniur. num.* 34. *Gratian. diſcep. forenſ.* 81. *ex num.* 1. Effatum autem *Gramm. in deciſ.* 37. *num.* 2. *verb. Fuiſti mercatus*, quòd non ſit mulctandus iniuriam dicens, quando Reipublicæ intereſt, vt ille defectus palam fiat; an ſimplicitèr veritate nitatur? poſt *Mari in add. ibidè*, diſtinctione dirimit *Danz. ad eundem Gramm. cit. loc. n.* 3. & videndi ad exornatum *text. in l. eum, qui nocentem* 18. *ff. de iniurys, Couarru. lib.* 1. *var. reſol. cap.* 11. *num.* 16. *Gomez. tit. de iniurÿs, num.* 3. *Luc. de Penna in l.* 3. *in* 9. 10. *&* 11. *quæſt. C. de Caſtrenſ. pecul. lib.* 12. *Clar. in §. iniuria, verſ. Item*

qua-

Digitized by Google

quæro nunquid, Boss. in tit. de iniurijs, num. 3. Mynsigen. cent. 4. obser. 4. pag. 119. Foller. ad Marant. in 4. p. 1. distinn. num. 98. & quoties casus eueniet *cit. l. eum qui nocentem*, perpende verba, & theoricam *Isernia*, magistraliter loquentis *in cap. 1. vers. iniuria, seu furtum ex n. 13.* & quæ notat *Raynald. in Syntaxi rer. crim. lib. 1. cap. 11. §. 7. n. 8.*

Leuans manum contrà aliquem,
157 etsi eum non percusserit, in iuriarum tenetur, *l. item apud Labeonem, in princ. ff. de iniur. Christina. decis. Belgic. 100. num. 6. lib. 1.* Sic retinens equum fræno, quamuis Equitantem non percutiat, iniuriam infert, & personaliter offendit. *Octau. Vulpell. in tract. de pac. & promiss. de non offend. ex quæst. 92. Io: Tabien. in summ. Tabiena, verb. excommunicatio, il 5. §. 3. 32. ac 39. Viu. decis. 161. num. 2. lib. 1.* quem laudat *Auus meus ad Capyc. decis. 161. num. 2. Baiard. ad Clar. §. iniuria, num. 2. Mut. decis. 36. num. 2. Farinac. quæst. 105. n. 3.*

Vnde impedientes currentem cum
158 equo ad Brauium, vel expauentes equum, puniuntur tanquàm legis violatores, *l. nemo, C. de spectac. lib. 11.*

De sponsionibus, quæ fiunt pro ludis in currendo, aùt alio ludo licito, vulgò *Lo pallio, Glos. in l. si quem 19. §. si quis sponsionis, in verb. dictari, ff. de præscript. verb. in quo definitur*, cum sponsio, siue Pallium deponatur penès aliquem, vt reddat alteri in casum victoriæ, aùt alium euentum; competere aduersùs eum actionem præscriptis verbis; idemq; esse, si per eum non stat, quo minus vincat, sed per aduersarium.

Si alicui transeunti per plateam,
159 Artifices percutiunt bancam, vel alio modo sonant, & clamant, dicuntur facere iniuriam, *Luc. de Pæn. in l. 3. col. 3. C. de Castrens. pecul. lib. 12.* confert *text. in l. item Labeonem 15. §. feciss e conuicium, ff. de iniur. Thor. vot. 50. num. 11.*

Iniuriantium appellatione cõtinen-
160 tur debitores, qui retinent, & non soluunt debitum creditori in termino; ideòq; concluduntur sub Statuto cauente, vt contrà iniuriantes concedantur priuilegia, *Guid. Pap. decis. 18.* insequitur *Tiber. Decian. cons. 69. num. 16. vol. 5.* Debitor enim, qui non soluit in termino, sed solutionem procrastinat, iniuriam facit creditori, vt ex *Speculat. tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua, num. 69.* & *Guid. Pap.* deducit *Decian. cit. loc.* Idque in creditore vocante aliquem in iudicio, qui re vera debitor non est, scribunt *Guid. Pap. sing. 739. Clar. cit. §. iniuria, vers. iniuria, Caball. cas. 247. num. 5.* ampliantes procedere, etiam si actum minus iuridicum obtinuerit, & eum exequi fecerit vexandi causa.

Turbans aliquem in sua possessione,
161 iniuriarum tenetur, *Bar. in l. iniuriarum actio 13. §. fin. ff. de iniur. & in l. extat, num. 3. ff. quod met. caus.* sicuti radens, vel auferens arma, seù insignia alicuius, *D. D.* aùd *Aloys. de Leo in rub. Vt nemin. lic. sine Iudic. author. nu. 8.* ex *Angel. cons. 68. Rip. in l. 1. num. 74. ff. si certum pet. Ann. singul. 382. Prat. obser. 49. ex nu. 29.* & tetigi *in rit. 276. num. 39. hoc 4. tom.*

Sepulchri de violenta expulsione, seù violatione inter laicos, quis cognoscat Ecclesiasticus, vel Secularis Iudex? inquirunt *Medic. in tract. de sepulch. p. 1. quæst. 16. num. 46. Borrel. cons. 25. ex num. 64. Lambert. de iur. patron. lib. 3. quæst. 9. art. 7.*

Iniuria facta comiti, videtur facta
162 socio itineris, *Glos. in l. item*, aùd *Labeonem 15. §. abduxisse, verb. Eorum quem, ff. de iniur. Arn. in problem. 59. incip. Nota ad constitutionem varietatem pœnarum, fol. 139. & singul. 97. Capell. cons. crim. 32. num. 7. Gramm. decis. 25. num. 1.*

Cadaueri, vel funeri testatoris ir-
163 rogatur quoq; iniuria, *l. 1. §. quoties, l. si statua, ff. de iniur. l. cuicumq; §. idem ait, ff. de instito. actio. Auth. vt defunct. seù funer. eor. non iniurient. §. 1. in fin. quib. ex caus. manum.* sicuti fit honor, *l. 1. §. sed, C. de latin. libertat. tollend. Chassan. in Cathalog. p. 2. consid. 74.* si quidèm post aditam hæreditatem fiat, dicendum est, & hæredi quodammodo factam, *l. 1. §. quoties, ff de iniur.* quam

Digitized by Google

allegat *Andr. in cap. 1. §. vbi verò, vnde agnat.* & summa cum ratione, cum iniuria facta cadaueri, non censeatur facta defuncto, quia post quàm quis est mortuus, non potest plus aliquo modo offendi; Cadauer enim non constituit hominem, *Glos. 1. in l. seruo manumisso, ff. de condit. indebit.* idcircò Caius mortuus, non est ampliùs Caius, *Bald. in l. conuenticula, in fin. C. de Episcop. & Cleric. de Marsil. singul. 373. Boer. decis. 316. de Petris fest. lect. lib. 2. cap. 2. sub num. 4.* adeò vt vectigal minime sit soluendum de corpore mortuo, & si vi Statuti esset soluendum, non pro cadauere in ossibus dissoluto, *Iul. Ferrect. de gabell. & public. num. 96.* Ad rem videndus *Affl. in Const. si quis aliquem, de spoliantib. homin. obitum, vel occultum, ex num. 5.* Benè propterea iniuria dicitur facta hæredi, *Bart. in l. 4. §. Cato, ff. de verbor. obligat. Modest. Pistor. quæst. 35. lib. 1.* & ibi *Add. lit. A.* qui illum representat, *Tiraquell. in tract. lignag. §. 32. glos. vnic. Alciat. in l. 76. n. 6. ff. de verb. signif. Foller. prag. 8. de compos. num. 41. Io: de Plat. in l. 4. C. de domestic. lib. 12. Molfes. ad Consuet. Neap. par. 2. de person. quæst. 8. num. 5. & par. 4. quæst. 2. num. 5.* Dissimilitudo inter defunctum, & hæredem, apùd *Fabrũ lib. 2. semestr. cap. 18.* quandoque non licet hæredi, quod defuncto licuit, *Glos. in leg. 1. lit. M. ff. de separ.* Quidquid ta-
164 men sit, crebior est sentẽtia opinantium, iniuriam mortuo illatam grauiorem censeri, quàm si viuenti facta fuisset, *Crotus in add. l. 4. §. Cato, Carol. Sigon. de Imper. Occid. lib. 19. Dec. in l. pupillus, §. in hæredem, ff. de reg. iur. Coleri. decis. 150. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 285. Petr. Gregor. Synt. iur. lib. 38. cap. 5. Tepat. var. sent. tit. de iur. fisc. vers. mortuus, de Petr. fest. lect. 1. lib. 1. cap. 5. ex num. 4. & in problem. accademic. probl. 35.* & distinctionem tradit *Farinac. 2. par. tract. crimin. de var. & diuers. criminib. quæst. 107. p. 2. art. 27.* cum graue crimen sit in mortuos sęuire, *Plat. lib. 5. de Republ.* belluinum magis, quàm humanum furorem clamans, cui eadem est exhibenda reuerentia, tàm viuo, quàm mortuo, verba sunt *text. in l. apùd Celsum 4. §. aduersus parentes, vers. semper enim, de dol. mal. & met. excep.* Hinc Vasallo sicuti non licet cucurbitare Vxorem Domini, eo viuente, ità Viduam, eo mortuo, *Iacob. in inuist. feud. verb. Dictiq; Vasalli promiserunt, num. 29. Capye. in inuist. verb. Feuda an amittantur? vers. amplia secundo, fol. 45.* Sancta propterea Ecclesia dirum mucronem appellat, quo Christus Dominus noster mortuus confossus est, dulce verò lignum, dulces clauos, quibus idem viuens transfixus fuit, *Bouadill. lib. 2. polit. cap. 4. num. 5. Foller. in fragm. de sepulchr. violat.* Inde non laudo *Marij Mut. ad prag. Sicil. tit. 40. de pœna edent. fomes. libell. n. 37.* effatum, explodentis *Caphal. in cons. 341. ex nu. 34.* quòd faciens libellum famosum contrà mortuum minimè comprehendatur sub Statuto acritèr hanc rem mulctante, insequiturque *D. Raynald. in Syntax. rer. crim. lib. 1. cap. 11. §. 5. sub num. 60.*

His modò succedit videndum, nũm
165 futura iniuria, & ingratitudo remitti possit? Negatiuè in remissione ingratitudinis, & iniurię, per quam quis ad delinquẽdum inuitatur, respondent DD.

Hinc *Valentinus Frosteri de succes. ab intest. pag. 298.* quem refert *Laderch. cons. 33. num. 9.* probare conatus fuit, neque in bonis proprijs posse Patrem remittere Vxori in præiudicium filiorũm iniuriam, quam eis infert per transitum ad secundas nuptias.

Sed cum mulier secundo nubens,
166 etsi marito, filijsq; iniuriam inferat, *§. quæ verò, vers. nos igitur,* & *§. soluta, Auth. de nupt.* & ibi *Glos. vers. & defuncti, §. Gregoria, Auth. de non eligendo secundo nub. mul. Menoch. cons. 155. nu. 23. lib. 2. Caphal. cons. 463. num. 26. vol. 4. Viu. opin. 535. num. 22. Trentacinq; var. resol. lib. 3. de matrim. cap. 5. nu. 22. Syln. nuptial. lib. 2. num. 31. pag. 166.* alioſque casus, in quibus sit defunctis iniuria, notant *Aretin. in §. licèt autem, num. 1. Inst. quib. ex caus. manumitt. non licet, Hippol. in l. fin. ex num. 25. ff. de*

quæst.

Digitized by Google

quæst. Luc. de Penn. in l. iubemus, C. de Præpoſit. Sacr. Cubicul. lib. 12. quomodo verò anima mortui ſciat, quid agatur in hoc Mundo, & quo caſu? aduertunt *Gloſ. in can. qui Diuina, verb. ſciant* 13. *quæſt.* 1. *& in can. ſeq;* vbi *Archidiac. Bartholom. Sibilla in ſpecul. peregr. qq. decad.* 1. *cap.* 6. *Muta ad Conſuet. Panorm. cap.* 50. *ex nu.* 28. *& cap.* 63. *verſ. & tunc videmus.* Imitentur Mulieres Turturem, quæ (teſte *Baſil. homil.* 8. *in Exa.*) inter omnes Aues, coniugis amans eſt: mas, atque fœmina vna volant, filioſque procreant: ſi verò morte ſeparentur, ad finem vſque vitæ viduitatem cuſtodiunt. Minime tamen delinquit, *Polydor. Rip. ſingul. obſerv.* 274. *num.* 4. *lo: Garron. in l. fœmina, C. de ſecund. nupt. nu.* 28. itàut non amittit legatum ſibi à Viro relictum, ex eo quòd nupſerit intra annum luctus, nec in ſimili legato ſubintelligitur conditio, ſi non nupſerit, *Afflict. deciſ.* 61. *Mantic. de coniect. lib.* 10. *tit.* 6. *num.* 21. *Cyriac. lib.* 1. *controu.* 135. *Souſa deciſ. Luſit.* 31. aduersùs *Oldrad. conſ.* 33. *n.* 3. & alios: qua de re *Capon. diſcept. forenſ. lib.* 3. *diſcept.* 194. *&* 195. latè differens, an nubens intra annum luctus amittat dotarium?

Verior eſt aliorum ſententia, vt in-
167 iuria, etſi à Marito remitti non poſſit quòad bona ab eo non peruenientia, non ſic tamen quòad bona ipſius Viri, etiam in filiorum præiudicium, *Dec. in d. l. fœmina, ſub num.* 7. *&* 8. *de Garron. in rubr. C. eod. tit. nu.* 112. *Laderch. cit. conſ.* 33. *ſub num.* 9. & contrà *Froſteri* concludit *Franc. Redenaſc. conſ.* 50. *ex num.* 64. *lib.* 1. tradens *num.* 64. hoc maxime locum habere, ſi in actu donationis, vel liberalitatis in coniugem collatæ, Vir remittat futuram iniuriam, ac ingratitudinem, ex *Ripa*, allegato ab impio illo *Carolo Molinæo Pariſienſi in add. ad Dec. in mem. l. fœmina, num.* 25. *in fine* (quem Pariſienſem, diu ſectarium, tandèm ſub morte Catholicum, aduertit *P. Theophil. Raynaud. de monitor. quæſt.* 3.) *Menoch. conſ.* 155. *num.* 23. *lib.* 2. *& conſ.* 308. *nu.* 25. Quin idem *Redenaſc. eodem in conſ.* 50. (aduersùs quem calamum arripuere *Caren. reſol.* 165. *ex n.* 22. *& Cyriac. controu.* 436. *&* 437. *tom.* 5. *num.* 73.) notabiliter obſeruat, donationem ex cauſa, & in remunerationem iuuentutis, non venire ſub cenſura *add. l. fœmina*, ex *Garron. mem. loc. num.* 44. *& Mart. in ſumm. ſucceſſ. legal. p.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 2. *n.* 13. *ac* 14. & addimus *de Früch. deciſ.* 428. *& deciſ.* 632. *num.* 1. *Amend. ad Franch. deciſ.* 18. *nu.* 13. qui *ad mem. deciſ.* 428. *nu.* 7. ex *Rip. in cit. l. fœmina*, inquirit, quid in legato à Marito Vxori facto pro ſeruitijs præſtitis tẽpore peſtis? de quo *Grãm. conſ. ciuil.* 153. Vnde ſi Iuuenis ducat in vxorem Vetulam, inconueniens non eſt, inter eos pactum fieri, vt Vetula præmoriente, Iuuenis dotem lucretur, quòd ſi Iuuenis præ-decedat, Vetula nil conſequatur: ſpiritus enim Vetulæ eſt infectus, ac fœtidus cunnus ipſius, adeò vt aliquando vermes proceare ſoleat, *Federic. Scot.* ex dicto *Giraldi ſenioris*, ac *Nenizan. reſponſ.* 2. *ex num.* 14. *tom.* 2. *lib.* 4. Ad rem *Reg. Capyc. Latro. deciſ.* 22. *lib.* 1.

An verò diſpoſitio *add. l. fœmina*,
168 *C. de ſecundis nupt.* trahatur ad Patrem? negatiuè deducitur ex adductis à *Gaſpar. Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 3. *quæſt.* 58. *num.* 6. *& Muta ad conſuet. Panormit. cit. cap.* 63. *num.* 16. cum fermocinetur de Matre tantùm. Concinit lepidum effatum vnius ex DD. Conſiliarijs apùd *Reg. Ronit. deciſ.* 46. *num.* 18. in theſi, nùm diſpoſitio *Auth. præterea, C. vndè vir, & vxor*, vendicet locum in beneficium Viri pauperis ſuperſtitis, quemadmodum in beneficium Vxoris? quòd ſi articulus eſſet iudicandus à Mulieribus, non immeritò poſſet dubitari, quòd opinio contrà Virum potiùs, quàm pro Viro eſſet amplectenda; ſed dum deciſio hæc pendet à iudicio Virorum, & non Mulierum; ſatis durum videbatur, quòd in controuerſiam deduceretur opinio in fauorem Viri. At veritas ex aduerſo elucet, nempè *cit. l. fœmina*, ſanctionem Viros amplecti, cuius fuit anteſignanus *Azon in ſumm. C. de ſecund. nupt. num.* 14. communem præconizat

Digitized by Google

Gabriel. lib. 3. concl. comm. tit. de secund. nupt. concl. 1. num. 2. Boer. decis. 187. Merlin. de legit. lib. 4. quæst. 1. num. 2. Paschal. de patr. potest. p. 3. cap. 10. num. 51. Gald. de nomin. emphy. lib. 2. quæst. 14. ex num. 38. Mart. de succes. leg. p. 1. quæst. 5. art. 2. num. 4. & art. 4. num. 2. & alij apùd R. Io: Camill. Cacacium *alleg. 81. ex num. 83.* reſcripta *à Reg. de Marin. tom. 3. reſol.* Quidue dato conſenſu filiorum? *de Franch. dec. 632. Alphan. collect. 17. Ann. collect. 93. Fachin. controu. iur. lib. 3. cap. 65. Reg. Capyc. Latro cit. decis. 22.*

Cœterùm quando pater poſſit re-
169 mittere iniuriam, etiam ex *l. Cornelia*, factam filio, etſi inuito? pertractant, ad exornatum *tex. in l. ſed ſi vnius, 17. §. filio familias, ff. de iniur. Boer. decis. 220. Reg. Salern. decis. 13. de Franch. decis. 715. Valeron de tranſact. tit. 4. q. 7. n. 17. Reg. de Marin. quotid. reſol. tom. 1. cap. 2. nu. 13. & cap. 152. nu. 18. Auus meus ad Gramm. decis. 23. ex nu. 4. Marant. in prax. par. 6. nu. 67.* tradens, à fortiori licere remittere nomine filiorum fratrũ offenſi, *Carrer. in prax. crim. §. vigeſimo nono excuſatur, ex nu. 37. pag. mihi 224. Vrſill. ad Afflict. decis. 180. Paschal. de patr. poteſt. p. 1. cap. 10. à n. 1.* & ibi *Prat. Portugal.* latè *de donat. Reg. p. 2. lib. 1. cap. 18. ex n. 88. Bombin. cõſ. 59. Baiard. ad Olarum, quæſt. 58. num. 33.* meminit de *Marant. loco cit.* Quidue in matre? indicat *Guid. Papa decis. 464.*

An iniuria irrogetur filiæ, ſi maior
170 dos alteri ſorori detur à Patre? Hac in re etſi affirmatiuè regularitèr reſpondendum videatur: *Nam quemadmodum Parentes omnibus liberis ex æquo vitam impertiti ſunt, ità etiam æqualiter vitæ ipſorum proſpiciunt, non autem veluti ancipiti libra illis leuiùs quiddam, illis verò grauiùs pro inæqualitate animi ſui attribuant*, vt reſcribendo aduertit *Imperator Leo Nouell. 19.* quem ad hæc, poſt *Diui Ambroſij* ſententiam dicentis: *Iungat liberos æqualis gratia, quos æqualis iunxit natura*, perpendit *Ann. Robert. rer. iudic. lib. 1.* ex alijs, *cap. 15. circà fin. pag. mihi 268.* & *Lactantius lib. 5.* laudatus à *Iacobo Reccard. cap. 90. de diuerſis regul. iur. Deus enim*, ſcribit, *qui homines generat, & inſpirat, omnes æquos, & pares eſſe voluit, & vbi non ſunt vniuerſi pares, æquitas non eſt, & excludit inæqualitas ipſa iuſtitiam.* Atque *Cicero in orat. pro Cecin. Omnibus*, inquit, *in cauſis idem valebit, in quibus perſpicitur vna, atque eadem cauſa æquitatis.*

Competit tamen iuſta querela, ſi de
171 congrua dote non fuerit dotata, cum ſi ea congrua fuerit, de illa debet eſſe contenta: nam ſicuti Pater poteſt extraneo donare, aùt hæredem vocare, ſalua filiorum legitima, *l. vnus, ff. ſi quid in fraud. patr. l. Papinianus, ff. de inoff. teſtam. & l. parentibus C. eod. Affl. in Conſt. fratr. nu. 11. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 3. p. 3. num. 15. Barboſ. in l. 1. p. 4. num. 16. ff. ſolut. matrim.* ità & vni ex filiabus, ſicuti poteſt in teſtamento vnius portionem augere: *Neque enim* (inquit *Barboſa*) *Iure inuenitur prohibitum, quòd pater non poſſit dare maiorem dotem vni filiæ, quàm alteri; imò in l. 1. §. ſed ſi, ff. ſi quid in fraud. patr. inquit I. C. cum Pater filiam dotauit, pietas Patris non eſt reprehendenda. Beneficium id eſt*, docet *Seneca lib. 3. de benefic. cap. 19. quod quis dedit, cum illi liceret, & non dare*, & in regula canonica: *Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum.*

Hæc in controuerſiam acerrimè deducta fuere nouiſſimè in S. C. Etenim duas filias, diuerſo tempore, Andreas Pulex ſenior nuptui tradidit: Lucretiam Pulicem nempè cum dotibus ducatorum mille, & biſcentum, anno 1619. Io: Leonardo Bruno Mercatori Venafrenſi, qui in tabulis nuptialibus, vltrà confeſſionem de recepta dote, contractis nuptijs abſolutionem, renunciationemq; per Lucretiam futuram Vxorem Andreæ Patri fieri ſe curaturum ſpopondit: & Ioannam Pulicem alteram filiam cum dotibus ducatorum decem mille in tot effectibus Arrendamẽti, & Dohanæ, anno 1623. Danti Oliuadiſio, illa tempeſtate M. C. Vicariæ Iudici, & Campaniæ

Tri-

Digitized by Google

Tribunali Præfecto.

Iam anno 1623. Lucretia Pulex in Andreæ patris beneficium renunciauit amplissimè, quicquid vltrà dotem ducatorum mille, & biscentum ei tunc competere, & in futurum poterat, & à Io: Leonardo Bruno Marito instrumenta dotalia confecta fuere.

Defuncta Lucretia post Io: Leonardi Bruni Mariti, & Andreæ patris obitum, Franciscus Brunus filius, & hæres anno 1680. ab hærede hæredis Andreæ Pulicis (præter alia altrinsecus in S. C. deducta) petijt legitimæ supplementum, aùt paragium ad instàr dotium alterius Lucretiæ suæ Matris Sororis, & compilato processu, anhelans Actor causæ exitum, dicebat, quòd adhùc inspecta dispositione *Constitut. Regni In aliquibus*, & huius Ci-
172 uitatis *Consuet. si moriatur*, paragium debet æquare legitimam, vt tradit *Andr. in ead. Constit. col. 18. in fin. Camill. de Med. cons. 25. Camill. Laratha cons. 26. Grammat. decis. 101. & 102.* vbi refert, determinatum fuisse supplementum dotium filiæ, etsi fuisset à patre dotata, ac Senatum censuisse illud supplementum aureorum octingentorum; quamuis filia suæ legitimæ, eiusque supplemento iureiurando renunciasset. Vt autem Domini Senatores nihili duxerunt renunciationem, quamuis iuratam, ità non bonam, nec concludentem existimarunt illationem illam: Dos à patre constituitur, ergò congrua est dos; cùm lex multoties minimè credat consilio patris, eumque suspectum habeat, *tex. in l. si cum dotem*, §. *eo autem tempore, ff. soluto matrim.* Fuitq; in Senatu expensa notabilis traditio *Bruni* existimantis, non posse patrem constituere dotem, quæ minor legitima sit, idque absque vlla distinctione, congrua nè fuerit dos, vel non? & vbi minorem constituerit, semper ad supplementum agi posse, etiam vltrà legitimã; si id exigat quantitas patrimonij, & qualitas personarum. Item fuit expensum *consilium Cornei* in ordine 100. 3. *vol.* in eo, quod tradit, vnicam fœminam inter filios pinguiori dote collocandam, saltèm vt dos æquet legitimam, quæ facti circumstantia, vt in casu relato à *Gram.* interceßit, ità versatur in thesi *Chass. in Consuet. Burgund. in verb. de successions, in vers. tertius casus*, ibi: *Si ergò succedit loco legitimæ; & decisum est, quia vbi legitima debetur, si non sit relicta integra, quòd potest agi ad supplementum legitimæ, l. omnimodo, & l. scimus, C. de inoffic. testam. ergò non est dubium, quòd si dos non sit vsque ad legitimam, quòd poterit agere filia ad supplementum legitimæ: & cum debeant dotari per Statutum; non dicuntur exhæredatæ; sed remanent suæ. Ità mihi videtur dicendum in foro conscientiæ, & ità iudicarem.* Sic etiam *Socin. cons.* 150. expẽsis omnibus rationibus, post & octuaginta ferè II. CC. testatur.

Nec distinctio inter fratrem, & pa-
173 trem dotantes sustinetur; quia sicuti frater Iure *Constitutionis* tenetur dotem sorori tradere non minorem legitima; ità pater tenetur filiæ suæ congruam dotem constituere, quæ & non minor sit legitima, obstringitur quippè Iure communi, *tex.* est *in* §. *quo à nobis, C. de re, vxor. act. & in l. cum donationibus, C. de inoffic. donat.* ibi: *Nec tantùm dos à patre data, quantùm ad submouendam querelam sufficiet; Præses Prouinciæ agi iubebit*; nec Iuri communi quicquam derogarunt in hoc Regni Constitutiones. Imò arctiori vinculo patrem obstringi ad dotandam filiam, quàm frater sororem; velit enim ille, nolit, cogitur dotare filiam, vel ad solius filiæ postulationem, quæ Iudicis officium imploret, cogitur mulcta indicta, captis pignoribus, & demum truditur in carcerem; ità per *tex. in l. qui liberos, D. de ritu nuptiarum, & l. finali, C. de dotis promiss.* concludit *Chassan. d. tit. de successions*, §. 12. *vers. sed quia, num. 24. & Bald. Nouell. in suo tract. de dote priuileg. 17. in fine.* Non tàm arctè frater obstringitur; qui si nolit sororem dotare, non gaudet beneficio *Constitutionis*, nec illam impedit, quin succedat; igitùr in casu patris minus legitima dotantis

ra-

Digitized by Google

ratio suadet maior, cur agatur ad congruæ dotis supplementum. His iuribus, & rationibus respondet authoritas *Andreæ in add. Constit. In aliquibus, col. 18. in fine*: *Si pater dotasset filiam* (inquit *Andreas*) *& dedisset minus, quàm tertiam; in qua videtur consistere paragium; tertiam dico scilicèt eius, quod deberet habere, si non excluderetur per masculum, post mortem tamen patris ageret filia contrà fratrem masculum ad supplementum*. Idem in patre dotante respondit *Socin. cons. 207. vol. 2. Boer. decis. 3. num. 7. Corn. d. cons. 100. vol. 3. Glos. in Constit. ut de successionibus, in verbo, coniugatæ*, ibidemque *Affl. num. 23. in 10. notab. Napodan. in Consuetud. contrà Instrumentum, in glos. in verbo, solutum, vers. item quid si filia fuit dotata à patre cum dote minori paragio, & renunciauit*. Idem *Napodan. in Consuet. Si moriatur, in verbo, eas autem, vers. paragium, circà finem, Bald. nouell. in tract. de dote, 6. par. priuil. 16. vers. similitèr, Decius cons. 276. Chassan. vbi supra vers. Aùt verò, sub num. 21.* qui eam distinctionem reijcit, ibi: *Pro certo hæc distinctio non est bona, in quantum facit differentiam in filia dotata à patre, vel ab alijs; quia in hoc, quod dicit, quòd filia dotata à patre non possit conqueri de incongruitate dotis, videtur esse contrà id, quod voluit Bald. in l. fin. C. de dotis promis. & in locis hic ante allegatis*.

Supplementum verò deberi filiæ,
174 quamuis à patre dotatæ, non semel determinauit noster Senatus amplissimus: Hoc ipsum enim statuit ante *Grammaticum*, sola ratione inæqualis dotationis inter filias, teste *Affict. in Constit. Fratribus ex num. 10.* vbi notabilitèr dicit: *Quid de quæstione, quæ quotidie occurrit. Pater habens tres, vel quatuor filias, maritat vnam, & dat ei in dotem, putà centum, alteri filiæ dat ducentum, alteri trecentum, & vltra; vtrùm aliæ filiæ post mortem patris possint dicere hæredi patris, nos volumus paragium? Istam quæstionem ponit Carolus de Tocco, Glossator magnæ authoritatis in longobarda de eo, quod pater habet ne esse filijs, vel filiabus, l. si quis longobardus habuerit, vbi arguit ad partes. Et primò, quòd possit filia agere ad supplementum legitimæ, quia pater non potest defraudare filiam legitimæ. Quid enim si filia fuit nupta modica dote propter pulchritudinem, vel propter nobilitatem suam, aùt ob fauorem patris, nonnè esset iniustum, quòd filia non posset petere supplementum? Certè sic.* Hæc *Afflictus*, vbi referens *Bald. Iason. Alexand.* pro hac prima opinione; progreditur deindè ad contrariam, pro qua recenset vulgatum illud: Nullum consilium prouidentius filiæ, quàm paternum; tandèm concludit: *Tamen his non obstantibus idem Bald. Nouell. in loco prælleg. concludit, quòd potest agere ad supplementum, vt videre poteris. Ego annis præteritis vidi indicatum pro prima opinione in S. Cons. in in causa hæredum Gradilli in foro Neapolitano habitantium*. Idem *Afflict. decis. 160.* qui non in vna, sed in pluribus facti speciebus ità decisum testatur, vt ibi: *Sed in maritata dos erit, vt legitima; & tunc minus legitima esse non poterit, vt in Auth. res, quæ. Et ità postea vidi pluries iudicatum per Sacrum Consilium*. Aliud exemplum rei iudicatæ refert *Io: Angel. Pisanell. in eadem decis.* Alia item præiudicia tàm Rotæ Romanæ, quàm Galliæ, & Neapolis refert *Menoch. cons. 412.* Bononiæ *de Medic. cons. 25.*

Vlteriùs pergebat, quòd etsi dos
175 congrua fuerit tempore matrimonij tradita, & à tempore traditionis vsq; ad tempus mortis admodum excreuerint bona, deberi certè augumentum, & rursùs taxandam esse legitimam, ac congruam dotem tempore mortis, ex *text. in cap. cum M. Ferrariensis*, ibi: *Superexcrescentes reditus facias assignari, de constit.* etiam si pacti fuerint filius, filiaue se nõ ampliùs petituros, statuit *Imperator in l. pactũ dotale, C. de collat. & in l. si quando, §. 1. & 2. C. de inoffic. testam.* Nedum in masculis, sed in filiabus, quibus dos tradita fuerit, ibi: *Quæ omnis sanctio suas radices extendat, non solùm ad filium, vel filiam, &c.*

ex

Digitized by Google

ex quo *text.* quem clamans fortem, & cui non possit vlla solutione responderi, concludit *Couarr. in repet. cap. quamuis pactum, de pactis lib. 6.* & propriè in §. 1. *tertia part. num. 2.* vbi proposito casu in patre, qui integram legitimam filio tradiderit inspecto tempore traditionis, & postmodum acquisiuerit alia bona, refert opinionem *Butrigarij*, quam refellit his verbis: *Sanè huic opinioni obstat tex. fortis in l. si quando, §. 2. C. de inoffic. testam. nec videtur qua ratione defendi possit Butrigarij sententia; cum legitima filijs omninò debeatur ex bonis, qua mortis tempore pater reliquit*, vt post alios, *Roderic. Suarez. in l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. testam. ampliat. 9. Io: Lupus in cap. per vestras, 3. notab. §. 23. de donat. inter Virum, & Vxorem, Gramm. decis. 57. nu. 30. Facchin. contr. iur. lib. 4. cap. 27.* etiam vbi viget Statutum concludens fœminas, eidem dispositioni fore locum, inquit *Chassan. cit. tit. de succes. §. 12. vers. subdit ibidem, nu. 23. Dec. cons. 275. nu. 3. Arism. Tepat. var. iur. senten. tit. 615. Gasp. Thesaur. quæst. forens. 23. lib. 2. Cancer. var. resol. part. 1. cap. 3. de legitima, ex num. 25. Ant. Faber in C. lib. 3. tit. 19. def. 23. Cyriac. contr. forens. 616.* conueniunt Nostrates: nempè *Lucas de Penna in l. in his, C. de prad. & omnibus rebus nauic. lib. 11. num. 9. Afflict. in const. fratribus, num. 11. Marant. in specul. disput. 10. num. 23.*

Obici vero, quòd sicuti imminutis
176 bonis dos tradita nõ imminuitur; ità bonis auctis eamdem oportet non augeri, ex *Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. num. 29. Boer. decis. 62.* & alijs; occurrebat, falsum esse primum ex *text. in Auth. sed quamuis, C. de rei vxor. act. & Maynard. decis. 19. lib. 4.* attestante, Senatum statuisse imminutionem traditæ dotis, ob subsequutam bonorum imminutionem, idem censuit *Paul. de Castr. in l. ratione, num. 5. ff. ad l. falcid.* quem refert, & sequitur *Cancer. cit. cap. 3. de legit.* quòd si verum foret primum, non indè sequeretur alterum. *Quod enim fauore dotis inductum est,* (inquit *Ant. Faber in C. lib. 3. tit. 19. def. 23.*) *vt diminui dos nos possit, filiæ nocere non debet, nè amplius quidquam petere possit, si petendi ratio subsit*, & notat etiã *de errorib. prag. dec. 13. err. 4.*

Temporis lapsum, à die nempè
177 mortis Andreę Police de anno 1661. ad iudicium institutum per Franciscum Brunum, neque opponi posse, explosa doctrina *Bartoli* sustinentis, quinquennij silentio excludi Mulierem dotatam à supplementi petitione, concludebat, (vltrà in facto deducta de minori ætate Francisci) ex *Bald.* & alijs *in l. si quis filium ff. de inoff. testam. Guid. Pap. decis. 82. Boer. decis. 250. Fab. in C. tit. de inoff. donat. definit. 7.* quia condictio ex lege, cursu triginta annorum, durat, *l. 1. C. de condict. ex leg. Afflict. decis. 139. num. 6. Fulgos. cons. 214. Viu. comm. opin. lib. 2. in verb. legitima, opin. 458. num. 1. Cancer. add. cap. 3. num. 16. Paschal. par. 2. cap. 4. nu. 177. Minsynger. cent. 2. obser. 72. Balb. de præscript. par. 4. quæst. 23. Gratian. cap. 60. cap. 274. cap. 649. cap. 729. & 867. nu. 40. & Galeot. tom. 1. controu. 26. nu. 7. & controu. 59. num. 35. Gramm. decis. 103. num. 46. Salern. in apostill. ad consuet. si moriatur, nu. 50. incip. Paragium quid sit circa med. Amat. cons. 96. num. 6.*

Obsistebat Conuentus, vnicam, &
178 congruam dotem filiæ sufficere, maximè patre consultam, vt in futurum ab eius successione excludatur, semper tunc competens præsumitur, *Præs. Merlin. contr. for. cent. 1. cap. 3. ex nu. 4.* referẽs plura S. C. scita, *Menoch. de arbitr. cas. 149. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 2. n. 2. Thesaur. decis. 192. n. 2. ex l. furioso, ff. Curat. fur. Mascard. cõcl. 577. ex num. 2. de Pont. cons. 65. vol. 1. Ludouic. decis. Perus. 22. num. 52. Gramm. decis. 57. Caput. ad consuet. si moriatur, par. 2. §. 1. ex num. 20. Tiraquell. in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. in præfat. num. 36. Verisimile enim non est,* inquit *Cicer. odio fuisse Parenti filium sine causis multis, & magnis, & necessarij*, ideò quidquid Patri visum est competens, nulli videre est incompetens; *Quod*

ple-

plerunque Papinianus ait, *pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, in l. nec in ea, ff. de adult.* adeò quòd recepto paragio, & præterita à patre filia, masculis institutis, iuxtà *Consuetudinem*, nec testamentum rumpit, nec ab intestato succedit, orbata per paragium receptum iure succedēdi, *Napod. ad consuet. si moriatur, num.* 88. *Afflict. decis.* 158. *Franch. decis.* 149. *num.* 7. *Tappia decis.* 58. *num.* 5. *Merlin. cit. cap.* 3. *num.* 11. Cautelam propterea passim
179 traditam, & vsu receptam à Nostratibus, instituēdi filiam in dote tradita, vt excludatur à iure dicendi testamentum nullum, excerptam ex *Glos. in l.* 3. §. *sed vtrum, de minor.* & ibi *Odofr. Bal. in l. quoniam nouella, n.* 8. *de inoffic. testam. Io: Baptista Laderchy cons.* 51. inutilem equidèm dijudicarunt, vti nil filiæ tradentem ex paternis substantijs, ex §. 1. *Inst. de exhæredat. liber. Anton. Fab. de error. Pragm. decis.* 13. *err.* 2. *Iacob. Cuiac. in l. quoniam in prioribus*, & ibi *Dionys. Gottofr.* C. *de inoff. testam. Anton. Gouean. in l.* 13. *ad l. falcid.* ibi: *Ex quo intelligi potest, in dote Mulierem instituī non posse, cum ei id proprium sit patrimonium, & siue instituta, siue præterita, siue exhęredata, dotem habet, quæ ratio decisionis est.* At illam proficuam alij censent, vt tollatur caput impugnandi supremum patris iudicium, dumtaxàt remanente iure agendi ad dotis supplentum, *Peregr. de fideicomm. art.* 36. *sub num.* 55. *Crass. tract. de succes. §. legitima, quæst.* 32. *num.* 2. *Petrus de Luna inter selecta consil. diuers. siculor. cons.* 45. *num.* 10. *&* 15.

Hinc dotem iam congruam tempo-
180 re dotationis non augeri, facultatibus paternis auctis, tradunt *Canalc. p.* 3. *dec.* 31. *n.* 15. *de Grass. decis.* 1. *n.* 21. *Mastrill. decis.* 1. *nu.* 15. *de Georg. alleg.* 40. *num.* 18. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 24. *num.* 4. *de Marinis quotid. resolut. cap.* 93. *num.* 2. cum alijs, quos sequitur *D. Scoppa ad decis. Gratian. obseru.* 27. *ex num.* 21. alijq; apùd *D. Consil. Altimari ad Rouit. cons.* 36. *ex nu.* 1. *tom.* 2. & passim determinatum fuit in Senatu Berdegalensi, *Boer. dec.* 62. Cathaloniæ, *Fontanel. de pact. nupt. claus.* 5. *gl.* 8. *p.* 1. *num.* 9. *& num.* 35. *Cancer. p.* 3. *var. tit. de renunt. cap.* 15. *nu.* 65. in nostro S.C. *Prat. discep. forens. cap.* 14. *num.* 55. *in fin. lib.* 1. *Rocc. tom.* 1. *resp.* 86. & citrà hæsitationem in filia dotata cum iuramento, quo se abdicat de medio, tanquàm non esset in natura, *Alciat lib.* 4. *Parergon. cap. vlt. Menoch. cons.* 211. *num.* 13. *vol.* 3. *Franch. decis.* 92. *& decis.* 552. *num.* 7. *ac in Consuet. si moriatur, lit.* K. *de Georg. all.* 23. *nu.* 2. *Molfes. de renunc. quæst.* 1. *n.* 13. *quæst.* 3. *n.* 12. *& quæst.* 5. *n.* 4. *de Pont. cons.* 40. *n.* 11. *Surd. decis.* 14. *cons.* 398. *n.* 7. 451. *n.* 4. *vol.* 3. *Donad. de renunciat. cap.* 3. *nu.* 23. *tom.* 1. *Hodier. controu. forens. cap.* 7. *ex num.* 15. *Rouit. cons.* 43. *num.* 7. *& cons.* 44. *ex num.* 1.

Et quoties nupta suo pari, habuit
181 dotem de paragio, læsa nō dicitur, cū læsio tempus contractus attendat, *l.* 2. *& l. ab emptione*, C. *de rescind. vendit.* & notabilis *text. in l. si pater*, C. *de transact.* ibi: *Diuitiæ supervenientes fuerunt per euentus, & mutabilia videntur, ideò inspiciendum omninò est tempus celebrationis cōtractus, Morotius de contr. empt. cap.* 8. *num.* 1. *Thesaur. decis.* 223. *Guid. Pap. decis.* 157. *Donad. de renunc. cap.* 8. *n.* 7. *Larrea decis.* 69. *n.* 4. *& alleg.* 32. *n.* 2. *lib.* 1. *Thesaur. lib.* 1. *quæst. for.* 8. *nu.* 14. *de Franch. dec.* 187. *D. Scoppa loc. cit. n.* 22. *Mutantur* (inquit *Senec. lib.* 5. *contr.*) *vices felicitatis humanæ, ludit de suis fortuna muneribus, & quæ dedit, aufert, & quæ abstulit, reddit, & D. Hier. ad Iul. epist.* 21. *Dines*, scribit, *quondam Dominus, & ditior Pater subitò vndus, & orbus est.*

Accedebat lapsus temporis, & ta-
182 citurnitas Matris, *Franch. decis.* 119. *Afflict. decis.* 178. *num.* 5. *Capyc. decis.* 159. *num.* 46. *Gramm. decis.* 47. *Fontanell. de pact. nupt. claus. fin. gl. vnic. post* 1. *p. num.* 11. ac promissio indemnitatis à Io: Leonardo Bruno, cuius Actores sunt hæredes, qui restituturi essent quicquid, vt hæredes Lucretiæ, consequuturi forent.

Pleniùs discusso iurgio in mea Au-

la

Digitized by Google

la, cum interuentu Spectabilis D. Præsidis S. C. mecum suffragia præstantibus DD. Consiliarijs, D. Petro Antonio de Chauarri, & Eguia, Duce Insulæ, & D. Nicolao Planelli (qui, & Commissarius) manauit sententia sub die 26. Ianuarij 1690. quòd *absoluantur ad inuicem*, penès Lictum actorum Magistrum; & commissa causa reclamationis præfato D. Cons. D. Petro Antonio, instructo processu, iunctis Aulis S. C. nempè mea, & D. Cons. D. Antonij de Ponte Ducis Casamaximę, idem Senatus ratam habuit sententiam, & declarauit die 14. Iunij 1692. *Benè indicatum, & malè reclamatum*, Suffragia mecum præstiterunt Spectabilis Præses S. C. & DD. Consil. Dux Casamaximæ, D. Petrus Antonius de Chauarri, & Eguia, Dux Insulæ, D. Franciscus Cascon y Altauas, D. Nicolaus Planelli, D. Carolus Brancatio, D. Io: Baptista Carauita, & D. Ioseph Pardo; Viri equidèm omni probitate pleniſſimi, multa eruditione expoliti, de vniuersa Republica optimè meriti.

Tribus tamen ex DD. refragantibus,
183 non, quòd rationum momenta in ijs articulis proposita, in dubium verti posse, censerent; omnes enim vnanimi sensu putarunt, certum omninò, ac citrà dubitationis aleam positum esse, in hoc potissimùm Regno, quòd filia nuptui decentèr tradita, & congruè à patre dotata, nullo vnquam tempore valeat doti acceptæ augmentum ex iustitia postulare; vbi in forma ampliſſima, & cum clausulis Tabellionum consuetis, iureiurando renunciatio præcessit, tàm eius, quod in supplementum ex legitima, quàm eius, quod ex obitu Genitoris ab intestato, pro sua sibi parte quomodolibet deberetur; idq; verum esse, etiam si Patris opes tempore obitus in magnam molem excreuisse reperiãtur; cœteroquin quanta litibus ansa patefieret? quàm magna, ac crebra ineluctabilium incommodorum seges in cuiuslibet patrimonio exundaret? Mundus inuolueretur litibus: quilibet enim iure meritò timere posset, per iniuriam mox sibi litem intentandam, si hac de causa facultates à Patre sibi relictæ ad trutinam essent reuocandæ, instantibus fœminis iam dotatis.

Quod sanè locum non habet, si do-
184 tationis tẽpore læsio perquam enormis interfuisset; ab huiusmodi enim litium fluctibus, quæ ad euertendas dolosorum cõtractuum fraudes exurgunt, non tempestatem, sed tranquillitatem Respublica obtinet suam. Adeò quòd mulier, quę iurauit non renunciare bonis, si deinde renunciat, non tenet, quamuis cum iuramento, *Ant. Gabriel. conclus. 1. de iur. dot. nu. 29.* & comprobatur ex ijs, quæ idem scripserat *cõcl. 1. de iure iuran. sub n. 3.* Ideò si quis pertimescens, vel Patrem, vel fratrem, secretò protestetur cum iureiurando, se nolle renunciare; verùm si vt fratri obtemperaret, renunciaret, nulla sit, nec ei inferatur præiudicium in ijs, quæ de Iure sibi competunt, vtiquè subsequens renunciatio est nulla, quia primum iuramentum est de non faciendo id, quod de Iure, si non prohibetur, saltèm non videtur iustum, estque cum maximo Reipublicæ detrimento, remanere mulieres indotatas, vel non sufficientèr; quare si sufficientèr esset dotata, subsisteret renunciatio, non obstante primo iuramento: nam tunc conformatur cum Iure Communi, ad tradita à *Couarr. in cap. quamuis pactum 3. par. §. 4. num. 7. de pact. Guttier. de iuram. confir. p. 1. cap. 26. Fabr. de error. Pragm. decad. 13. err. 6. Hodier. ad Surd. decis. 234. Noguerol. alleg. 18. num. 66. Rottilier. de succes. ab intest. cap. 2. theor. 99.* Nec à Viro
185 promissa indemnitas tunc subsisteret, existente læsione, *Menoch. cons. 412.* post alios, *Andreol. contr. 366. num. 4. p. 5. Pras. de Franch.* & ibi *Add.* præsertim *de Luca decis. 247. Capyc. decis. 93. nu. 6. Pras. de Amato cons. 54. Prouenz. ad Consuet. obser. 20. de succes. ab intest. Gizz. ad Capyc. Latro decis. 19. ex nu. 6. R. Marcian. disp. 8. Pras. Merlin. cent. 1. cap. 4. num. 17. Marescot. var. cap. 65. lib. 2. Fab. C. de pact. defin. 45.* & cœteri passim, exploso *Consil. Staiban. tom. 1.*

Digitized by Google

resol. forens. 28. num. 47.

Sed præfati Domini contendebant,
186 quòd perspectis huiusce causæ circumstantijs, illud in ea decerni posset, quod tempore *Grammatici* S. C. decreuit in *decis. 101. & 102.* dando supplementum vsque ad octingentos aureos, tùm quia hac in thesi liquidò constabat, Lucretiam filiam dotationis tempore fuisse minorem, quamuis fuisset maior tempore renunciationis; tùm etiam quia Lucretia dicebat, quòd quando dotem habuit à suo Genitore, eius facultates essent longè maiores, ex prętensis emptionibus à patre factis, quin, & illum in plurimis negotiationibus supra bis centum millia aureorum expendisse. Quamuis autem dotantis hæredes decertarent, pecuniam in ijs mercaturis expensam fuisse alienam: ex ragiro enim, & negotiatione, nullum determinatum decerni potest peculium Mercatoris in eius vita, licèt suo nomine per Bancos magna pecuniæ quantitas fluat, defluatque: sæpè enim euenit, vt aliquis Mercator ditissimus existimetur ex magna negotiatione, & nihil re vera habeat de proprio, præter Mercatoris fidem; sicuti passim ex eorum repentina decoctione (sæpè sæpiùs malitiosa) agnoscitur. Nihilominùs inficiari nemo poterat, tàm ingentes negotiationes ex ragiris collectas plurimum Mercatori fructum attulisse, etiam si æs alienum in ijs conficiendis ille insumpsisset. Quod luce meridiana clariùs innotuit, quando hæredes producere recusarunt libros negotiationum Andreæ. Nec obest, quòd postquàm illi negarint, ac pernegarint apùd se libros esse, summarius terminus præfixus fuerit ad probandum adesse; quin vnquam euinci posset ab hæredibus Isabellæ, libros fuisse hac de causa cælatos. Etenim firma semper est, ac fixa præsumptio aduersùs
187 Andreæ hæredes, quòd libros cęlauerint, eisq; propterea incumbere probandi librorum amissionem, & quòd tempore dotationis res familiaris non fuisset maior, ac quòd ex benè magna cambiorum mole, tanquàm ex alienis, ac inutilibus pecuniæ circuitionibus, & mæandris, nullum omninò lucrum ille reportasset.

His addebatur, dotem anteà con-
188 stitutam ex mille ducentis aureis, re vera ex nongentis dumtaxàt fuisse; quandoquidèm, qui dotem constituit, voluit sibi trecentos aureos postmodùm renunciari, quos scilicèt Lucretiæ suus Auus maternus reliquit. Ea tamen renunciatio immeritò, & absq; causa exigita fuit, quando ex mille ducentis aureis dos fuerat constituta. Quamobrem his omnibus pensitatis, nec non magno hæreditatis incremento tempore mortis, quod specificè S. C. perpendit in illa thesi apùd *Grãmat. dec. 101. & 102.* vt ipsemet *Grãm. in Const. in aliquibus, n. 10.* ait, ibi: *Maxime quia probatum fuit, bona quondam Ioannis Casanoua patris excreuisse*; Atq; alteri Sorori Annæ dotem constitutam esse ex decem millibus aureorum, ex *Iacobo Mandelli Albensi cons. 23. par. 1.* qui sic inquit: *Quia in effectu multùm potest arbitrium Iudicis, benè erit petere huiusmodi supplementum, & habere Iudicem fauorabilem; quia æquitas saltem videtur suadere, vt Elionora tantam habeat dotem, quantam habuit Polyxena; quæ licèt non ità absolutè procedant de Iure, habent tamen æquitatem*; ac demùm angustijs, quibus Actores premebantur, perpensis à S. C. apùd *Reg. Capyc. Latro decis. 99. lib. 1:* dando propterea filiæ naturali nuptæ alios ducatos biscentum, iuxtà sensum *R. de Marinis ad Reuert. decis. 275. nu. 1.* qui realitèr in illa thesi succubuit, teste eodem R. *Capycio Latro*, & ibidem *Gizzio num. 2.* saltem arbitrio, & Senatus æquitate censuerunt: Benè iudicatum; Verùm ex causis esse præstandos aureos bis mille. Supremorum enim Magistratuum præstantissimæ partes sunt, Reipublicæ clauum pro varijs temporum circumstantijs, variè, ac ritè semper moderari; vt quod leges promulgatæ assequi aliquando non valent, ipsi prouida directione assequantur. Enimverò cum leges vniuer-

Digitized by Google

uersim, ac in perpetuum ferantur, si in quolibet euentu semper, æqualitèrq; seruari deberent, nè latum quidem vnguem ab ijs discedendo, procul dubio sœpè numero eueniret, experimentoq; constaret, siue ob varias temporum vices, siue ob facti circumstantias, seù loci, aùt personarum, ac similium, ex legibus ansam potiùs, quàm remedium Reipublicæ incommodis deriuari.

189 Quamobrem ad omnia hęc inconuenientia declinãda, optimè consultũ est, vt penès Supremos Administros potestas sit leges iuxtà æquitatis normam temperandi: leges ipsas potiùs particularibus casibus, quàm hos illis componendo. Hinc *Budæus in Pandec. l. 1. ff. de iust. & iur.* vt huiuscemodi veritatem sub oculos poneret, dixit, illud esse discrimen inter Superiores, & Inferiores Magistratus, quòd interfuit inter Orbis Opifices, atq; eos, qui Lesbum Insulam condidere, hęc scribens: *Quibus verbis Aristoteles significat eos Iudices, quibus ex bono, & æquo iudicare, aùt legibus, aùt moribus licet, cuiusmodi sunt Suprema Tribunalia, quæ præscripto Iuris vsquequaque non astricta sunt, ideſt qua interdum pro re nata liberam causarum disceptationem habent; æquo, & bono iuà vti debere, vt Cæmentarij Fabri, & Structores Lesbia norma vtuntur: Cum enim cæteri Fabri soleant structuras suas ad normam exigere: Lesbij soli plumbeam normam habentes pro arbitratu suo flexibilem, & subindè mutabilem, ità ad normam structuram suam exigunt, vt interdum si lapidis natura non facilè ad structuram æquabilis peruicerit, normam ad structuram inflectent, & structura normam, non norma structuram accommodant: quo scilicèt opus suum consumari possit: Sic & Suprema Tribunalia interdum, non modo Iuris præscriptum, sed ne suarum quidem sententiarum præiudicia sequuntur prægrauante æqui, bonique lance in perpendendis temporum, personarum, locorum, & alijs qualitatibus.* Qua de re scripsi *in rit.* 288. hoc *tom.* 4.

Non omitto hac in hypothesi re-

190 scribere notabile monitum *Roberti Marant. in speculo disput.* 10. quem omnium esse instãr, clamat *Ant. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 3. de pactis, def. 1. lit. A.* quòd data institutione, etiam in obulo, à patre filiæ in testamento, etsi liqueat de renunciatione, etiam iure iurando vallata, iuri quoque legitimæ in beneficium patris, licebit filiæ petere supplementum veri paragij, attentis opibus patris mortis tempore, illa quippe renunciatio, quamquam amplissima, ad causam testati haud protrahitur, tunc enim nouo iudicio, nouoque consilio testantis, filia dotata integram consequitur legitimam: illud sanè additamentum, etsi perexiguum, nouam patris patefacit voluntatem, qui videtur fateri incongruam dotem dedisse filię, perpendendo suum æs tempore obitus, & instituendo filiam, noluisse vti Iure Constitutionis Regni, sed Communi, quo attento, non paragium, sed integra debetur filiæ legitima, ad *tex. in l. omnimodò, in l. scimus*, C. *de inofficios. testam. in §. sed hæc ità, Instit. eod. tit. & in §. hæc autem disposuimus*, col. 8. *Auth. vt cum de appellat. cognosc. Gomes. in comment. tom. 1. cap. 11. num. 23.*

Iniuria infertur ex osculo Mulieri

191 dato, & ex eo offensi videntur omnes de illa cognatione, cum & ipsis ex tali osculo etiam fit iniuria, vt ex recentioribus nouissimè notat *de Angelis in tract. de delictis, part. 1. cap. 94. num. 5.*

Etsi enim nonnullis in locis hoc

192 simplicitèr non procedat vigente in eis cõsuetudine, qua oscula pro salutatione inferuntur, sicuti & priscis temporibus obseruatum fuit, dum Consul osculo Imperatorem salutabat, & Discipulus Præceptorem, vt penès *Spiegell. in lexicon. Iur. verb. Osculo*; de qua re videndi etiam sunt *Petr. Gregor. Tholosan. syntagm. Iur. vniuers. lib. 8. cap. 8. Salmuth. in not. 1. lib. ad Pancirol. Arnisæus de iur. connub. cap. 6. Basilico decis. Sicil. 22. num. 5. Pancirol. in Thesaur. var. lect. lib. 1. cap. 94.* qui à Troianis Mulieribus osculandi modum habuisse originem affirmat, cuius memi-

Digitized by Google

nit *Reg. Rouit. super pragm.1. de osculant.mulier.sub num.* 8. & de osculo in genere, ac de osculo Iudæ peculiarem tractatum fecit *Martin.Kemp.*

Semper tamen infert iniuriam, si
193 explendæ libidinis causa fiat, cum & delictum contineat, ac equidem punibile: maximè vbi adducta consuetudo non viget: nam Vir osculans Mulierem honestam, Virginem, aùt Viduam, etiam volentem, absque honesta, & legitima causa, propter iniurram, quæ fit parentibus, pœnam non euadit, *Farinac. quæst.142. ex nu.154. de delict.carn. Caball.cas.96.num.11.*

Et data querela patris, vel aliorum,
194 ad quos spectat, quamuis Mulier se deosculari permittat, eam Osculans non est immunis, neque ipsa Mulier: sed Iudicis arbitrio remittitur, vt inquit *Vulpin. in succo Farinac. part.* 4. *quæst.*142. *num.*16. & post eum *de Angelis loc.cit. sub num.6.*

Id quod eo fortiùs procedit, cum
195 deosculatur Mulier citrà eius cõsensum, adhibita violentia in osculando; quo casu de Iure Communi arbitraria quoque plectitur pœna, sed acriori, citrà tamen mortem: nàm attenta qualitate Mulieris deosculatæ aùt triremis est, vt decisum referunt *Trusian.dec.47. Muta decis.62. Basilico dec. Sicil.22. D.Cõsil. D.Carolus de Rosa*, doctrina, & integritate cõspicuus, *in prax. decret. M.C. part.2. cap.1. n.11.* siue relegationis, vt testantur *Afflict. decis.276. de Franchis decis.333.* vel exilij, vt referunt *Peguer. decis.3. Caball. resol.96. Io: Domin. Raynaldi in Syntax. rer. crim. cap.11. §.6.* & si eadẽ Mulier pauper sit, & virgo, vt vltra pœnam condemnetur ad aliquod ei præstandum, æquum esse, scribunt idem *Caball. vbi supra Giurb. cons.47. nu.16. in fin.* quos sequitur *de Angelis adduct. cap.94. num.4. in fin.* & contrà *Afflict.* inuehit *Boss. de extraord. crim. nu.3.* pœna mortis osculum violentum mulctatum Mediolani recensens, latèque prosequitur *Menoch. de arbitr. cas.* 287. *Muscatel. in prax. crim. rub. de priuil. & pœn. adult. &c. ex num.* 28. *Danz. tom.* 3. *de pugn. D.D. tit. de sent. foriudic. cap.9.*

In Regno verò Robertus Rex sa-
196 pientissimus animaduertens, quãtum ad honestatem, splendoremque familiæ faceret mulierum honestas, sanciuit, vt qui raperent, aùt etiam oscularentur, eodem supplicio plecterentur, ac si læsæ Maiestatis crimen admisissent; Neque impunes abire voluit, qui id, consentiente muliere, auderent: has enim dote, ac paterna hæreditate orbare, iussit in *Cap.* incip. *Vt sine mortalis*, de quo memores sunt *Viu. in sylu. opin.*106. *nu.*7. *Camill. de la Ratha in theatr. feudal. p.*10. *diluc.*41. *nu.*11. *p.* 1. & *Prag.* 1. *de osculant. mulier.* confirmauit, ac ampliauit anno 1563. dispositionem eiusdem Sanctionis manatæ à Roberto, ad totum Regnum, *Præs. de Franch. add. decis.*333. *nu.*6. *Viu. decis.* 117. *Ricc. collect. decis.* 1514. *Add. ad Afflict. decis.* 276. neque dubitandum esse, ait *D. Consil. de Rosa cit. num.*13. ac in Regijs Tribunalibus huius Ciuitatis, attenta horum Iurium sanctione, dubium non habere, scribit *de Angel. loc. cit. num.*7. Proinde hoc in Regno
197 osculum violentum est crimen atrocissimum pœna mortis punibile, imò etiam sit locus foriudicationi cum abbreuiatione termini ad tres menses ex dispositione eiusdem *Prag.*1. quam seruari testes sunt *Præs. de Franch. d. decis.* 333. *Viu. cit. decis.*117. *Reg. de Marin. ad R. Reuert. decis.*221. *Campan. resolut.* 4. *num.*11. *D. Consil. de Rosa add. cap.*1. *num.* 13. *D. Consil. Altimar. de nullit. tom.* 1. *rubr.*4. *quæst.*9. *num.*36. *Nicolin. in prax. crim.* & ibi *D. Scoppa in add. n.* 213. *Maioran. in opoprax. crimin. lib.*1. *cap.*14. *n.*36. *de Angel. add. cap.*94. *n.*12.

Verùm Neotericis Iurisconsultis ni-
198 mis rigorosum huiusmodi Statutum visum est, & mirabilem *Viuÿ dec.* 117. asserẽtem, osculum in hoc Regno pœna mortis puniri, clamat *Nicol. Hennelius de iure dotali pag.* 305. illamque desijsse in Regno, indicat *Ricc. collect.* 2185. durum quidem videtur ob purum purum osculum hominem capite mulctare. Vnde Pisistratus Athenien-sium Tyrannus, cum Iuuenis filiæ in

pu-

Digitized by Google

publicum exeunti osculum dedisset, & Mater ad mortẽ Iuuenem expeteret, respondit: *Si illi, qui nos amant, odio habemus, quid faciemus ijs, qui nos oderunt*, ex *Valer. Max. lib. 5. cap. 1.* refertũ *Raynal. cit. loc. Carol. Rota de privileg. mulier. cap. 1. n. 208. Rosa cit. cap. 1. n. 13.* Quamobrem mulctam hanc pro varijs casuum circumstantijs variè moderati sunt, vt mox diximus, & *Affl. in cit. dec. 276.* monuit Regẽ, vt iuuenem ex Vrbe Sarni, qui in via publica amplexus, osculatusque fuerat mulierem vociferantem, nonnisi exilio damnaret, *Affl.* laudat *Peguer. decis. Cathal. 7.* Neque
199 obstat, post *Afflictum* promulgatam *cit. Prag. 1.* quæ huic crimini pœnam mortis imponebat. Nam ante ipsum *Afflictum*, qui à Consilijs fuit Regi Federico, qui Ferdinando successit ad annum 1407. seuerior extabat lex in laudato Capitulo Regis Roberti, qui ad annũ 1309. Regni clauum tenebat, *Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de antiqu. Statu Regni n. 33.* ac illa verba in *cap.* adiecta: *Acculeos existimet irremissibiliter sanituros*, indicare vltimũ supplicium, quicquid dixerit *Mutius Gazzella* apud *Thor. alleg. 44. in C. rer iudica.* notat *D. Consil. Rosa cit. cap. 1. n. 12.* Nec
200 refragatur, *Cap.* loqui in Ciuitate, casum *Afflict.* extra: siquidem illud edictum per totum Regnum poterat militare: cum lex localis extendi debeat ad alium locum, si eadem ratio subest, *Campagn. in cit. cap. nu. 97. Luc. de Penn. in l. 1. C. de collat. donat. lib. 10.* qua de re videndi *Gramm. cons. crim. 48. num. 3. Vrsill. ad Afflict. cit. decis. 276. in princ. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 99. num. 5. de Franch. decis. 336. n. 4.* Imò pœna extraordinaria puniendum deosculantem monialẽ, ex *Affl. in const. si quis rapere, n. 8.* & alijs, notat *Catalan. in tract. de indult. cap. 234. n. 201.*

Hæc autem non procedunt, vbi
201 cõstat de ineundo matrimonio tractatus præcessisse: tunc enim osculum, muliere consentiente, neque violentiæ, neque animo iniuriam irrogandi, sed vni tribuendum est amori, *Host. in summ. de pœnis rapt. fol. 279. Gramm. cons. 48. S. Anton. 1. p. summ. tit. 18. cap. vnic. §. 4. fol. 281. Arnon. de differ. int. ius ciuil. & canon. differ. 7.* Nihilominus in hoc etiam casu sua non lœui pœna dignum videtur; Etenim qui hymenæos amat, & vxorem anhelat, puellam à suis consanguineis exposcere debet, non verò, ijs reluctantibus, nuptias celebrare, *Bald. d. l. vnic. num. 15. C. rapt. Virg. Schult. 2. pract. quæst. 71. Carpzou. Iurisp. Eccl. lib. 2. tit. 3. defin. 42.*

Vbi verò parentibus inuitis puel-
202 lam, quis osculetur, cum vnica tanto dedecori medela sit, Matrimonium, vt contrahatur, necesse est, vtut à Patre, & consanguineis id ægrè feratur, ex *Reg. Rouit.* sententia in *cit. prag. 1. num. 4.* & ibi *Laganar.* multa adnotat, & ante *Vrsill. ad Afflict. cit. decis. 276. num. 5. in fin.* ac impunitatem non admittit *Raynald. cit. loc. nu. 10.* Quamuis cum Sacri Canones huiusce modi matrimonia permittant, meritam sœpè pœnam sic contrahentes effugiant.

Porrò nouissimè in dubium reuoca-
203 tur in mea Aula, me existente Commissario, cuinam mulctæ subijciendus sit, qui, post osculum, & matrimonij tractatum, istud contrahere renuat? in causa Annæ Testa cum Paulo Paragallo, qui, decreto M. C. fuit prouisum, quòd *detineatur in carceribus per quinquennium continuum, verùm si matrimonium cum Anna Testa contraxerit, remittatur pœna.* A quo decreto vtraq; pars appellauit, à pœna altera, à minoritate altera. Dicebat Pauli Patronus,
204 osculum voluntarium nullam de se pœnam mereri, cum nullo à Iure decreta sit, ex deductis à *Farin. de delict. carn. q. 142. n. 156. Cabal. resol. 96. n. 11. cent. 1.* etiam matrimonij promissione, siue donis, vel blanditijs accedẽtibus, *Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 10. dubit. 2. ex n. 11. dub. 3. n. 20. & dubit. 4. nu. 35. Gabriel Guasquez tit. de restit. cap. 3. §. 1. dub. 2. & §. 2. dubit. 1. n. 3. R. Sanfelic. dec. 245. n. 2. lib. 2.* longèque disparem
205 esse rationem inter stuprum, & osculum: illud enim vtrumque Ius Canonicum, simul & Ciuile, & vetat, & punit, *cap. 1. de adulter. §. item lex Iulia*

Inst.

Inst. de publ. iudic. l. 1. §. qui verò, ff. de extraord. crimin. Clar. §. stuprum, nu. 3. Fontanel. da pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 5. p. 1. num. 21. Guttier. canon. 99. cap. 37. num. 11. Amaia in trib. lib. C. tit. de iur. fiſc. num. 65. Berlich. concl. 38. num. 15. Carpzou. in prax. crim. quæſt. 68. Cornel. Neoſtad. deciſ. 52. Theſau. deciſ. 3.

Equidem verò nullum inter ipſa di-
266 ſcrimen agnoſcitur; vtroque etenim non leuis iniuria conſanguineis, ac familiæ irrogatur; nec voluntarium, ſed ſaltim interpretatiuè violentum dicendum eſt oſculum, quod ſub ſpe, ac promiſſione matrimonij datum eſt; quandoquidē vbi matrimoniū non ſequatur, ob indelebilem illam inuſtam notam puella nouo coniugi reperiendo impar omninò eſt: nam per oſculum maculatur decus virginalis pudoris, *Campag. in cap. Regis Roberti, Vt ſine mortalis peccati, num. 67.* qua amiſſa nil boni eſſe poteſt. Illud dimidium eſt adulterij, & huius pœna punitur, *Sylu. nuptial. lib. 4. num. 77. pag. 138.* quam laudat *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 276. num 8. Boeck diſquiſ. 5. p. 6.* & proinde pro medietate eſt quaſi caro corrupta, *Sebaſt. de Neapo. in conſuet. quartam autem, de iur. quarta, in gloſ. verbo à quondam viro, col. 4. num. 29.*

Ob oſculum propterea Mulier amit-
207 tit dotem, *Bald. in cap. tuæ, de procurat. Diaz.* latè *reg. 216. p. tom. Clar. §* adulteriū, *n. 16. Harprect. de publ. iudic. to. 4. §. itē lex Iulia de adult. Bocer. de adult. pag. 145. Cauall. q. 709. Merend. lib. 6. controu. cap. 14.* Ad rem *Menoch. lib. 5. præſump. 41. n. 33. Berlich. concluſ. 27. n. 70. tit. de pœn.* poſt *Farinac. Baſilico dec. 22. nu. 5. Zanger. de tortur. cap. 2. n. 212. Botther. de tortur. cap. 2. num. 113. Ioan. Pferffen. in tract. de cōfeſſ. diſquiſ. 1. n. 27.*

Puella à ſuo Sponſo oſculata, illo præmortuo, lucratur medietatem antephati, & donatorum, *de Frāch. dec. 503.*

Vnde renuentem matrimonium
208 cōtrahere pœna extraordinaria proculdubio mulctādum, concludunt *Præſul Campanil. in diuerſ. Iur. Canon. rub. 1. de Sacram. in gen. ex nu. 52. Reg. de Marin. quot. reſol. lib. 1. cap. 266. Gonzal. in cap. ex literis, de ſponſal. Sperell. deciſ. 18. Baſilico deciſ. 22. num. 26. ex Lup. de illegit. commen. 1. §. 5. num. 112. pag. 9. D. Conſil. de Roſa cit. cap. 1.* amplians *nu. 3.* etiam ſi matrimonij promiſſio facta ſit ſub dotis conditione: nam priùs eſt contrahendum matrimonium, inde de dote tractandum, ex *Ricc. deciſ. 195.* cum voluntarium, & non coactum ſit matrimonium, ad quod ipſemet ſe ipſum arctauit, *Gl. in cap. ex literis, verſ. hic poſuit, de ſponſal. & matrim.* ac pulchrum caſum recenſet *Campanil. cit. diuerſ. rub. 12. cap. 16. n. 84. Fontanel. to. 1. deciſ. 278. ex nu. 15.* Pēdet deciſio in S. C. in Bācade Alexio.

In alia ſimili theſi agitata annis e-
209 lapſis in Senatu, perpēdebat vnus ex DD. Conſiliarijs, eſſe grauiùs crimen, ſi oſculum fuerit datū in domo Patris, vel conſanguineorū, etiam voluntariū, ex multis, præſertim ex *Aluar. in cap. 1. §. item fidelis, n. 3. quib. mod. feud. amitt.* qui firmans, vt ad finem amittendi feudum ex concubitu cum ſorore, neceſſe eſt, vt illud in domo Domini fiat, inde notat, ex qualitate loci delictum grauius reddi, & alium adducit conſimilem *tex. in cap. 1. §. rurſus, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* ibi: *Aut ſorori adhuc in domo manenti,* & re vera cum in feudis hi duo *tex.* ſic conformitèr hæc verba *in Domo* appoſita contineant, eſt cēſendum cum myſterio appoſita fuiſſe; Geminatio enim ma-
210 gnam inducit ſcientiam, deliberationem, ac mentis perſeuerantiam, *cap. ſi quis iratus 2. quæſt. 1.* nec error, de quo ibi per *Iſern. & Gloſ. feudalem* eſt præſumendus, *Gloſ. in cap. ex literis, verb. admonitus, de diuort.* nec *Iſern. in d. §. rurſus,* aduerſatur eius lecturæ *de Domo,* prout facit *in d. §. item fidelis;* ſed tranſit cum illamet *tex.* lectura *nu. 17.* ſolùm dicit, quòd erat in capillo, non dùm nuptui tradita, & ibi declarat, quòd hoc verbum *In capillo,* eſt Lombardum, & quòd in Bononia dicitur *Pulzella*, & communitèr vadunt imbindatæ; & ibi *Liparul.* dicit, imbindatæ, quod Neapoli dicitur *la bionda*; & ratio, qua mouetur lex feudalis ad

feu-

Digitized by Google

feudi amissionem pro adulterio, seù stupro in domo Domini, magis quàm alibi, nititur *tex.* laudato ab *Isern. in d. l. quod ait*, §. *quare*, vbi Legislator maiorem iniuriam putauit, quòd in domo sua; vel generi adulterum filia induxerit, nec refert responsio eiusdem *Isern.* vt scilicèt *in tex.* ciuili ideò determinatur ad finem occidendi: nam lex communis in eo prouisionem fecit, in quo facere poterat, & sicuti ibi in *l. Iulia, de adulteriis*, ad finem, vt impunè occidere filiam potuisset, de quo ibi erat hæsitatio, voluit, vt in domo sua, vel generi, non autem alibi, ex ratione legis, quæ ibi, & non extrà, maiorem iniuriam à filia recepisse dicit; ità etiam lex feudalis, in qua quærebatur de amissione feudi ad locum respicere voluit, sicuti lex ciuilis, quò ad occisionem illum respexit, & pro hac alea ipse *Aluar.* dicit facere *Gl. in cit. cap.* 1. §. *similitèr, in verb. sciens, in fin.* vbi similitèr ratione loci illam affert rationem, de qua in *add.* §. *quare.*

Verùm *Isern. in mem.* §. *Si Fidelis,*
211 adducens *tex. in cap.* 1. *qualit. iur. deb. Dom. Vasal. fidel. & cit. cap.* 1. §. *rursus, quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* vt ostenderet, quòd licèt ibi annuat feudum amitti, si cum sorore, &c. Domini concubuerit, hæc ità obtinent, si in domo Domini maneat, tamen etiam si extrà ipsius Domini domum concubuerit, adhùc feudi amissione mulctari, dicit ibi de *Isern.* cuius non meminit *Aluar. indic. loc.* illud enim iusiurandum emissum de conseruando Domini honore, non circumscribitur loco, scilicèt in loco Domini, qui è contrà infeudationem Vasallo factam firmam tenère in omni loco debet, & paulò superiùs dixit cum *Glos.* quòd illa verba: *In domo*, sint superflua, vel posuit quantum ad hoc, an in domo sua repertum interimere quoque possit, an non? cum maior inferatur Domino iniuria in propria domo, quàm extrà, *l. quod ait, §. quare, ff. ad l. Iul. de adult.* & locus delictum auget, §. *atrox, Inst. de iniur. l. aùt facta*, §. *locus, ff. de pœn. Gl. in c.* 1. *lit. K. de pac. ten. & c. Isern.* insequitur *Affl. ibidem n.* 20. *& in fin.* aduertit illic à II. CC. legi illa verba: *Maximè si in domo Domini*, multaq; adnectit, quòad materiã loci, an in libello inseri debeat, siue in pecuniarijs, siue capitalibus causis.

Hinc minus delinquit, qui cogno-
212 scit mulierem ad se veniẽtem, quàm si ad eam vadat, quoniam aliquantulum excusatur incitatus à re, vel persona, cum qua, vel super qua deliquit, *Iaf. in add. ad Christoph. Porc. in §. amplius quoque, col.* 2. *Inst. de rer. diuis.* ait ex *Cyno* dicente *in l.* 1. *C. de rap. virg.* quod non est vir ita senex, ac ità exuccus, qui non amet fætus, etiam vilissimæ mulieris, si ipsum illa deprehendit, refert *Campagn. in add. cap. vt sine mortalis peccati*, & quidèm mulieres, proh dolor! sœpè sœpiùs materiam se amandi, etiam nutibus, & actibus dare solent, vt clamat *Rex Robert. in mem. cap. vt sine mortalis, verbo, & quia mulieres, num.* 17. in ordin. *Campagn.* & quam propensæ sint mulieres ad libidinem? auctoritatibus, & exemplis clarescit apùd *Campanil. in cit. diuers. iur. canon. rub.* 11. *cap.* 6. *ex nu.* 33. *Pisan. ad Gaet. in rit.* R. C. *rubr.* 1. *ex nu.* 54. quiquippe Campanilis mulierum castitatem extollit *num.* 34. similitèr auctoritatibus, ac exemplis.

Post à me exarata *n.* 22. super arti-
